TOM III.

KODEKS DYPLOMATYCZNY WIELKOPOLSKI

CODEX DIPLOMATICUS MAIORIS POLONIÆ

TOMUS III.

POZNAŃ.
NAKŁADEM BIBLIOTEKI KÓRNICKIEJ.
DRUKIEM J. I. KRASZEWSKIEGO (Dr. W. ŁEBIŃSKI).
1879.

KODEKS DYPLOMATYCZNY
WIELKOPOLSKI.

CODEX DIPLOMATICUS
MAIORIS POLONIÆ.

CODEX DIPLOMATICUS

MAIORIS POLONIÆ

DOCUMENTA, ET IAM TYPIS DESCRIPTA, ET ADHUC INEDITA COMPLECTENS,

ANNUM 1400 ATTINGENTIA.

EDITUS CURA

SOCIETATIS LITERARIAE POZNANIENSIS.

TOMUS III

COMPREHENDIT NUMEROS 1293—2053
ANNOS 1350—1399.

POZNANIAE.
SUMPTIBUS BIBLIOTHECAE KORNICENSIS.
TYPIS J. I. KRASZEWSKI (Dr. W. ŁEBIŃSKI).
1879.

KODEKS DYPLOMATYCZNY

WIELKOPOLSKI

OBEJMUJĄCY DOKUMENTA TAK JUŻ DRUKOWANE, JAK DOTĄD NIE OGŁOSZONE,

SIĘGAJĄCE DO ROKU 1400.

WYDANY STARANIEM

TOWARZYSTWA PRZYJACIÓŁ NAUK POZNAŃSKIEGO.

TOM III

ZAWIERA NUMERA 1293—2053
LATA 1350—1399.

POZNAŃ.
NAKŁADEM BIBLIOTEKI KÓRNICKIEJ.
DRUKIEM J. I. KRASZEWSKIEGO (Dr. W. ŁEBIŃSKI).
1879.

INDEX TOMI III.

SUPPLEMENTUM.

Nr. 1293.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1330 Mart. 28. Gnezne; in ecclesia cathedrali Gneznensi altare in honorem b. Mariae V. et s. Stanislai erigit et dotat.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta actorata anni 1540.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad universorum noticiam qui presentes inspexerint volumus devenire, quod cum sancta Gneznensis ecclesia, metropolitana provincie Polone, respectu aliarum ecclesiarum cathedralium et regularium sit nobilis et insignis, eciam decet, ut amplioribus honoribus, presertim circa cultum divinum pre ceteris veneretur. Hac igitur consideracione inducti decrevimus, cum fratribus nostris Gneznensis Capituli tractatu et deliberacione habita diligenti, altare beate Marie virginis et sancti Stanislai martyris ac pontificis gloriosi in ipsa ecclesia erigendum et erigimus per presentes, quod dotavimus et dotamus de consensu et voluntate eiusdem Capituli de infrascriptis decimis, maldratis et censibus mense nostre: videlicet in villis Crampkovo, Husczenczyno et Szocolnyki censum pecunialem; maldratas vero in Marssovycza sita in districtu Czabrz, in Szobyessyernye, in Czaple, in Paxyno, in Szytnyky, in Vyeverzyczyno, et in Gogolyna iacenti in Czbarz territorio prenotato assignamus eidem altari et altariste qui pro tempore fuerit perpetuo possidendas. Et ut idem altare sic fundatum et erectum sollempniter in divinis officiis devocius et frequencius honoretur, statuimus duas personas ydoneas, presbyteros videlicet, debere eidem altari perpetuo ministrare, quemadmodum nunc discretis viris Alberto et Nicolao, vicariis ipsius Gneznensis ecclesie, presbyteris, de eodem altari singulariter ad suum officium duximus providendum, et eos exnunc altaristas beate Virginis et sancti Stanislai Gneznensis ecclesie volumus nuncupari; proviso et apposito, quod ydem altariste et successores eorum qui pro tempore fuerint, in eodem altari missas alternatim, videlicet modo ebdomadario quottidie legant: die dominica de sancta Trinitate, feria secunda pro Defunctis, tercia feria de Angelis, feria quarta pro Peccatis, quinta feria de Spiritu sancto, sexta feria de sancta Cruce et sabbato de Domina: et in qualibet missarum predictarum, quamdiu vixerimus, Collectam pro nostra sanitate, et, cum

Deo placuerit, nobis de medio sublatis, Collectam pro remedio anime nostre dicere teneantur. Ubi vero unus solus tenuerit altare, quatuor missas consuetas per septimanam dicere sit astrictus, quoad se et successores ipsorum voluntate spontanea submiserint. Si vero in explendis missis huiusmodi per se vel alios, cessante legittimo impedimento, negligentes fuerint inventi, culpabilis pro qualibet missa in uno capone vel duobus pullis, per decanum Gneznensis ecclesie, aut vicedecanum si decanus defuerit puniatur. Qui si incorrigibilis fuerit, ad privacionem ipsius beneficii per nos et Capitulum procedatur; quam penam extendi volumus quoad omnes alios altaristas nostre Gneznensis ecclesie supra fate. Quia vero redditus in decimis incerti sunt secundum magis et minus, ordinamus decimas huiusmodi et proventus quoslibet qui altari ascripti sunt, inter ipsos altaristas per medium dividendos. Addicientes et volentes, quod predictum altare beate Marie virginis et sancti Stanislai ac cetera alia altaria nostre prenarrate Gneznensis ecclesie, per nos et nostros successores prius et hodie et in posterum construenda, non alie persone, quam vicariis ecclesie iam pretacte conferantur. Si quis vero hanc ordinacionem et constitucionem nostram ausu temerario infringere presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beate Marie virginis et sancti Adalberti noverit se incursurum. Et ut hec nostra ordinacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras scribi fecimus, et nostri ac predicti nostri Capituli sigillorum munimine iussimus roborari. Actum et datum Gnezne in crastino beati Marci ewangeliste, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, presentibus honorabilibus viris, dominis Vincencio decano, Preczslao archidiacono, Kelczone scolastico, Nicolao cancellario Gneznensibus, Martino decano Lanciciensi, Petro legato, Petro Pankoslai, Martino procuratore, canonicis nostre Gneznensis ecclesie, et aliis pluribus fidedignis. Datum per manus Nicolai cancellarii Gneznensis.

Crampkovo, *Krębkowo.* Husczenczyno, *Uścięcin.* Szocolnyki, *Sokolniki.* Marssovycza, *Marszewo.* Districtus Czabrz, *czyli* Zbar, *północno-wschodnia część Wielkopolski pomiędzy rz. Warta i Kujawami, a linią Konin-Trzemeszno leżąca, w części zwana dziś Leśne Kujawy. Cnfr. Objaśnienia i Dodatki Nru 812.* Szobyessyernye, *Sobiesiernie.* Czaple, *osada znikła okolicy m. Żnin; cnfr. Nr. 7 etc.* Paxyno, *Pakszyn.* Szytnyky, *Szczytniki.* Vyeverzyczyno, *Wiewierczyn.* Gogolyna, *Gogolina.*

Wiersz 2 od końca, zam. legato, *kopja ma* legero; *zam.* procuratore, *kopja ma* pronunc. *Confr. dokument Nr. 1296.*

Nr. 1294.

Kazimirus rex Polonie 1350 Mart. 29, in Kalis; confirmat quemdam articulum specialem privilegii, a patre suo Wladislao rege hospitali s. Spiritus in Kalisz dati, in quo ius piscandi hospitalis praedicti fuerat expressum.

Transsumpt orygin. potwierdzony przez: Sigismundus rex Polonie etc. 1539 Sept. 1, Cracovie. *Przywieszona u oryginału pieczęć przedstawia tarcz kwadrowaną w Orła w Koronie i w Pogoń.*

Kalisz. Archiw. Rządowe, Diplomata.

Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie universorum noticie tam presencium quam futurorum publice profitentes declaramus, quod honorabilis vir et frater Ker-

stanus, magister hospitalis sancti Spiritus in Kalis, accedens ad nostram presenciam petivit et instantissime nobis supplicavit, ut privilegium eidem hospitali super diversis libertatibus et iuribus per nostrum genitorem felicis recordacionis dominum Wladislaum, olim ducem regni Maioris Polonie datum, dignaremur confirmare, in quo privilegio unus articulus inter cetera, qui talis erat: piscatorem eidem eciam tenere concedimus hospitali: continebatur. Quem quidem articulum, ob honorem et laudem Dei omnipotentis et sancti Spiritus ac ob salutem anime nostre et remissionem peccaminum, iustis et dignis precibus fratris predicti Kerstani favorabilius inclinati, ne predictum hospitale imposterum aliquod impedimentum per quempiam in articulo piscacionis eidem hospitali perpetuo dato et concesso paciatur, de gracia speciali et solita pietate harum serie litterarum gratuite temporibus perpetuis valiturum confirmamus. Si quis autem ausu temerario ipsum hospitale in piscatore seu articulo piscacionis predicto turbare aut impedire presumpserit, se nostram indignacionem senciat graviter incurrisse. Actum in Kalis feria secunda infra octavas Pasche, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, presentibus hiis testibus: Iarando castellano Rospiriensi capitaneo Siradiensi, Ottone Polonie, Floriano Lancicie cancellariis, et aliis multis fidedignis. Datum per manus domini Ottonis nostri cancellarii supradicti, scriptum autem per notarium curie nostre Pribislaum et prepositum ecclesie beati Georgii apud Gneznam.

Rospiriensis, *de Rozprza.*

Nr. 1295.

Kazimirus rex Polonie 1350 Apr. 13, Poznanie; incolis villarum ecclesiae Poznaniensis omnimodam libertatem ab omnibus exactionibus sui dominii tamdiu concedit, quamdiu ipse episcopus eisdem illam fuerit largitus.

Pergam. orygin. Skrawek pergam., z którego pieczęć znikła.
Poznań. Archiv. Capituli. III, 21.

Fiat omnibus et singulis quorum noticie exhibitum fuerit scriptum presens manifestum, quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, ex officio nobis divinitus concesso utilitates nostri regni peramplius dilatare cupientes, ut ex hoc nobis et nostris regnicolis presens profectus simul et futurus uberius crescat et fervencius augeatur, et ut id quod densitas silvarum gwerrarum ope detexit, gracia et virtute libertatis reformetur: zelum itaque et devocionem ad ecclesiam beati Petri in Poznania habentes specialem, peticionibusque venerabilis in Christo patris domini Alberti, Dei gracia episcopi eiusdem ecclesie Poznaniensis iustis et dignis favorabilius aclinati, omnibus et singulis kmetonibus et incolis in districtibus infrascriptis et villis omnibus in eisdem situatis, videlicet Pczew, Wylcyna, Buk cum villa adiacenti, Welychova, Zambrszko, Croba, Bane, cum suis territoriis et adiacentiis universis, specialiter tamen et expresse in villis Wythassyce et Slessyno locatis hactenus et locandis in futuro, ab omnibus nostris solucionibus, exactionibus, contribucionibus, gravaminibus, angariis, preangariis, laboribus, vecturis quibuscunque et collectis generaliter omnibus quocunque nomine dicantur, quamdiu idem dominus episcopus a suis censibus et solucionibus abstinendo dederit libertatem, similem eandem et tamdiu eciam ipsis elar-

gimur graciose. Quam quidem libertatem si quis ausu temerario infringere presumpserit, nostram se noverit indignacionem graviter incurrisse. Datum Poznanie feria tercia post dominicam qua cantatur Misericordia Domini, anno eiusdem millesimo CCC. quinquagesimo.

Pczew, *Pszczew*. Wylcyna, *Wilczyn*. Buk, Wielichowa, *dziś tak samo*. Zambrszko, *Zemsko*. Croba, *Krobia*. Bane, *osada znikła pod m. Dolsk*. Wythassyce, *Witaszyce*. Slessyno, *Ślesin*.

Nr. 1296.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1350 Apr. 26, Gnezne; partem hereditatis Marzenin cum parte hereditatis Goryszewo militis Stranczek propria commutat, et partem residuam prioris parti acquisitae alterius iungens, cancellariae ecclesiae Gneznensis vendit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Regestrum privil. Wladislai canonici.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus recognoscimus universis ad quorum noticiam perveniret scriptum presens, quod faciendo commutacionem ville nostre, Marzanyno vulgariter nuncupate, cum milite dicto Stranczek pro parte hereditatis sue quam in Korzysszovycze possidebat, reservavimus pro nobis sextam partem hereditatis eiusdem, quam honorabili viro domino Nicolao cancellario Gneznensi et suis successoribus ac ipsi cancellarie vendidimus pro certa pecunie quantitate, ipsamque partem nostram hereditatis pretacte de consensu nostri Gneznensis Capituli damus et tradimus ipsi cancellarie, iungentes eam sorti ibidem in Marzanyno, quam ipse cancellarius ante commutacionem per nos factam libere et pacifice possidebat; ita, quod idem cancellarius et sui successores dictam partem quam ei vendidimus, cum sorte sua cum omnibus utilitatibus presentibus et futuris perpetuo possidebunt, salvis aliis iuribus, que in commutacione predicta per eundem cancellarium et pro ipso cancellario in predicta villa Marzanyno per aliud privilegium sunt excepta. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti nostri Capituli sigilla sunt appensa presentibus litteris ad memoriam sempiternam. Actum et datum Gnezne in crastino beati Marci ewangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, presentibus honorabilibus viris, dominis Vincencio decano, Preczslao archidiacono, Kelczone scolastico Gneznensibus, Martino decano Lanciciensi, Petro legato (sic) et Petro plebano de Lansowo, ac Martino procuratore, canonicis Gneznensibus, et aliis fidedignis.

Marzanyno, *Marzenin*. Korzysszovycze, *Goryszewo*. Lansowo, *nie odgadnione*. *Wiersz 14 od góry zam.* excepta, *Kopjarjusz ma* accepta.

Nr. 1297.

Arnaldus de Cauczina scolasticus Cracoviens. apostol. Sedis nuncius 1350 Apr. 29, in Czanszim; recognoscit, se ab Alberto episcopo Poznaniensi 33 marcas grossorum, nomine census denarii b. Petri, a. c. in dioecesi Poznaniensi collectas recepisse.

Pergam. orygin., pismo bardzo zatarte. Skrawek pergam., z którego pieczęć znikła.

Poznań. Archiv. Capituli. III, 20.

Noverint universi, quod nos Arnaldus de Cauczina scolasticus ecclesie Cracoviensis, in regnis Polonie et Ungarie apostolice Sedis nuncius recognoscimus, nos recepisse et habuisse realiter et cum effectu, nomine census denarii beati Petri, a reverendo in Christo patre domino Alberto, divina et apostolice Sedis providentia episcopo Poznaniensi, triginta tres marchas grossorum de pecunia per eundem dominum episcopum et suos subcollectores in dicta sua dyocesi in anno presenti et nomine dicti census recollecta. A quibus quidem triginta tribus marchis grossorum, per nos ut predicitur habitis et receptis nomine camere antedicte, supradictum dominum . . episcopum eiusque ecclesiam et successores suos ac subcollectores auctoritate apostolica presentibus absolvimus in perpetuum et quitamus, facientes nichilominus dicto domino . . episcopo sueque ecclesie et aliis premissis omnibus finem, quitationem et promissionem de ulterius non petendo, de premissis exceptionem (sic) non habitarum, non receptarum nec numeratarum predictarum triginta trium marcharum grossorum, et omni alii iuris et legum auxilio canonici et civilis, per que possimus dominum . . episcopum supradictum aut ipsius ecclesiam seu successores ac subcollectores impetere quomodolibet vel eciam molestare, renunciamus penitus et expresse. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Czanszim die penultima mensis Aprilis, anno Domini millesimo CCC quinquagesimo.

Czanszim, *Ciążyń.*

Nr. 1298.

Maczco palatinus Poznaniens. 1350 Mai. 16, s. l.; civibus de Koźmin libertatem a supremitate suae dominationis, pro quodam annuali censu concedit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. civium a. 1575, fol. 254.

In nomine Domini amen. Quod nobilium decrevit auctoritas, non immerito robur perpetue firmitatis debet obtinere. Hinc est quod nos Maczco palatinus Poznaniensis universis presentibus et futuris volumus esse notum ac publice protestamur, quod considerantes ac premeditantes dampna universa de die in diem accrescencia civitatis nostre Horle sive Kozmino, a quibus dampnis totaliter adnichilabatur, receptoque maturo nostrorum consilio amicorum prehabito ac bona nostra deliberacione, causa sublevacionis civitatis nostre donamus et conferimus civibus in ea cohabitantibus omnem libertatem a supremitate dominacionis nostre, quod nec nobis nec here-

dibus seu legittimis successoribus nostris ullam exaccionem nec dacionem, nec ad universalem expedicionem terre nobis nichil penitus dare tenebuntur; solummodo tali interserta condicione, quod ipsi cives presentes ac ipsorum posteritas, nobis ac nostris heredibus seu legittimis successoribus, a data presencium, a festo Penthecosten, subintrantibus annis duobus sex marcas solvere tenentur, annisque futuris ac singulis, in quibuslibet eorum temporibus decem marcas cives prefati nobis ac nostris heredibus seu legittimis successoribus pro omnibus dacionibus ac serviciis nobis exhibere et solvere tenentur ac tenebuntur. Ne autem hec ordinacio per nos seu per nostros legittimos successores valeat in posterum infringi, presens scriptum nostri veri sigilli appensione duximus confirmandum. Datum et actum per manus domini Ditkonis, plebani Sedlimensis ac notarii ipsius palatini Poznaniensis, sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, presentibus viris ydoneis, domino Chwalimiro de Gosczuiewo, Semantha de Magna villa, Hancone dicto Kurzwerowicz magistro civium in Kalis, Niczkone Petermanovicz advocato in Staviszino, ac coram aliis quam plurimis fide dignis.

Horle, *Orla.* Kozmino, *Koźmin.* Sedlimensis, *de Siedlemin.* Gosczuiewo, *Gościejewo.* Magna villa, *Wielowieś.* Staviszino, *Stawiszyn.*

Nr. 1299.

Kazimirus rex Polonie etc. 1350 Mai. 19, circa monasterium Suleyow; Peczconi civi de Wrocław advocatiam civitatis Łęczyca simul cum iuribus eiusdem vendit, eumque advocatum hereditarium ibidem instituit.

Pergam. orygin. bez śladu przywieszenia pieczęci.
Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 128.

In nomine Domini amen. Dignum ac honestum est, ut quod principum fieri decrevit auctoritas, ratum et irretractabile perpetuo observetur. Igitur noverit tam presens etas quam futura, quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres, propter necessitates nobis et nostro regno plerumque occurrentes, advocaciam in civitate nostra Lanciciensi cum omni iure et dominio spectantibus ad ipsam, viro provido et honesto Peczconi civi de Wratislavia pro centum quinquaginta marcis grossorum Pragensium vendidimus et resignavimus, sibi et suis veris heredibus et successoribus legitimis perpetuo et irrevocabiliter tenendam, habendam, donandam, vendendam, commutandam ac possidendam, pro sua et suorum posterum voluntate convertendam: hos redditus expresse eidem advocacie, videlicet tres mansos liberos in ipsa civitate et tres in villa Thopola similiter liberos, quatuor maccella carnificum libera addicientes: que quidem villa Thopola eodem iure quo civitas Lanciciensis est locata, frui debet et gaudere. Damus eciam predicto advocato et sue posteritati terciam partem de omnibus cameris, pannorum cramorum seu institorum, panum seu pistorum, sutorum et piscium; preter tabernas et agros civitatis ac forum annuale, in quibus predictus advocatus nil utilitatis retinebit. Admittimus eciam eidem advocato omnes utilitates facere pro sua utilitate, quas excogitare poterit iure Novi fori permittente, de quibus tercium denarium habebit, duobus pro nobis reservatis. Vo-

lumus eciam, ut nullus pallatinorum, castellanorum et quorumlibet iudicum nostri regni cives memorate civitatis pro quacunque causa seu causis magnis et parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii et aliis universis debeat iudicare, nisi advocatus memoratus et sui successores. Advocatus memoratus eciam et heredes sui coram predictis palatino, castellano et iudice, qui pro tempore fuerint, nullatenus respondebunt; nisi tantum coram nobis, dum per litteram nostro sigillo munitam evocati fuerint, tunc de se querulantibus iure Theutonico respondebunt. Item volumus et statuimus, quod predictus advocatus et sui successores ad quamlibet expedicionem in defensionem nostri regni cum uno homine in plattis et slappa servire teneantur. Insuper provincialis qui lanthwoyth dicitur, aut procurator noster tribus vicibus in anno magnis iudiciis prout moris et consuetudinis est presidebit. In quorum omnium testimonium et evidenciam clariorem, presentes dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum in stacionibus circa monasterium Suleyow in colloquio nostro feria quarta infra octavas Penthecostes, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, presentibus hiis testibus: Spicimiro castellano Cracoviensi, Nicolao palatino Kalisiensi, Iarando castellano Rosperiensi et capitaneo Syradiensi, Michaele pincerna, Philipo subcamerario, Stephano Rola subvenatore Lanciciensi, et aliis multis. Datum per manus domini Floriani cancellarii Lanciciensis.

Thopola, *Topola królewska*. Novum forum, *Środa na Szlązku, z niem. Neumarkt.* Suleyow, *Sulejów*. Rosperiensis, *de Rozprza*.

Nr. 1300.

Kazimirus dux Mazovie etc. 1350 Iun. 4, Warssovie; omnes libertates villarum ecclesiae Poznaniensis in terra sua sitarum innovat, quas avus suus, dux Boleslaus eisdem concesserat.

Pergam. orygin. Sznurek nici jedwabn, wyblakłych, z którego pieczęć znikła. Poznań. Archiv. Capituli. III, 22.

In Christi nomine amen. Nos Kazimirus, Dei gratia dux Mazovie et dominus Warssoviensis notum facimus universis hanc paginam inspecturis, quod ob remedium anime nostre et omnium parentum nostrorum, et maxime ob reverenciam beatorum Petri et Pauli apostolorum innovamus et confirmamus omnes libertates, datas seu concessas beati Petri ecclesie in Poznania per dilectum avum nostrum felicis recordationis Boleslaum ducem Mazovie dominumque Cyrnensem, filium quondam Semoviti, in villis eiusdem ecclesie in terra nostra existentibus, videlicet in Stbykowo cum omnibus pertinentiis suis, in Domanowo, in Biskupice et in Rokythno villa archidiaconi Czyrnensis, aut in aliis villis in nostro dominio in posterum acquirendis; promittentes ipsas libertates firmiter observare absolventesque omnes incolas ipsarum villarum perpetuo ab omnibus solutionibus, servitiis, exaccionibus et oppressionibus realibus, predialibus et personalibus, scilicet a powoz, a strosza, a stan, a poradlne, a narzasz, a srzon, a vacca et bove, ab owcza, a targowe, a citatione castri, a moneta, et omnibus angariis et preangariis sive de novo emergant sive fuerint ab antiquo, quibuscunque nominibus censeantur vel in posterum censebuntur; nec non ab omnibus iuribus, iurisdictionibus, iudiciis palatinorum, castellanorum et omnium iu-

dicum atque officialium quorumcunque facimus et reddimus immunes, perpetuo liberos et exemptos: ut non liceat nec licebit villas predictas ad tribunal alicuius iudicis citatorie conveniri, nisi ad nostram tantummodo presenciam, nec aliter, nisi nostro sigillo fuerint evocati, videlicet solummodo in causa seu causis que sequuntur, scilicet: si aliqui militem ius militale habentem in via publica seu in domo violenter invasum occiderint, coram nobis respondere predicti incole tenebuntur in casibus iam premissis; preterea, si aliqua virgo vel mulier per aliquem incolarum predictorum violenter oppressa coram nobis proclamaverit, huiusmodi iudicium coram ipsorum incolarum dominis vel iudicibus dominorum eorumdem, presente tamen nostro nuncio ventilabitur: et si aliqua pena pecuniaria exinde infligenda fuerit, eandem penam ipsorum domini integraliter debebunt percipere sic inflictam. Ceterum ad przewod militale iuxta consuetudinem militum terre nostre tenebuntur, hoc adiecto, quod predictarum villarum incole predictum przewod in proxima villa, cuiuscumque fuerit, sub periculo non recipienciun deponere teneantur. Item volumus, ut predicti incole solummodo ad reedificacionem castri in Warsszovia cum aliis militibus secundum consuetudinem nostrorum militum teneantur, nec ad construccionem seu reedificacionem aliorum castrorum ipsos cogi volumus quoquomodo. Insuper concedimus ecclesie Poznaniensi memorate, ut villas suas predictas in nostro dominio consistentes, seu alias quas iusto modo acquisierit in futurum, possit iure Theutonico seu Polonico locare iuxta sue libitum voluntatis. Damus eciam et concedimus ecclesie Poznaniensi memorate in villis prenominatis venacionem cervorum, capreollorum, omnibus aliis feris magnis pretermissis, quorum venaciones penitus prohibemus. Insuper concedimus ecclesie Poznaniensi sepius nominate, ut si aliquam terram seu terras gracia nobis sancti Spiritus suffragante nostri dicioni subicere contigerit, bonaque ecclesie ipsius in terra seu terris sic acquisitis essent sita, eodem privilegio ipsam ecclesiam gaudere volumus in bonis ut predicitur situatis, quo gaudet vel gaudere debet in bonis superius nominatis. In cuius rei testimonium, presentes fieri iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum Warssovie quarta die mensis Iunii, anno Domini M.CCC. quinquagesimo, presentibus nostris baronibus: Mathia dicto Porco pincerna, Stephano venatore, Alberto thezaurario dicto Czubyn, Nicolao dicto Koscessza subiudice, Stanislao subcamerario, filio predicti Porconis, Warsszoviensibus, ac Tylkone notario curie nostre et aliis pluribus fide dignis.

Stbykowo, *Zbików*. Domanowo, *Domaniew*. Biskupice, Rokitno, *dziś tak samo*. Czyrnensis, *de Czersk*. Warssovia, *Warszawa*.

Nr. 1301.

Semovitus dux Masovie etc. 1350 Iun. 11, in Lowicz; libertates villarum ecclesiae Poznaniensis in dominio suo sitarum confirmat, quas avus suus dux Boleslaus eisdem concesserat.

Pergam. orygin. Sznurki jedwabne, wyblakłe od przywieszenia dwóch pieczęci. Poznań. Archiv. Capituli. III, 23. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. 92.

In nomine Domini amen. Nos Semovitus, Dei gracia dux Masovie et dominus Czirnensis notum facimus universis presentibus et futuris hanc paginam inspecturis,

quod ob remedium anime nostre et omnium parentum nostrorum, et maxime ob reverenciam beatorum Petri et Pauli apostolorum innovamus et confirmamus omnes libertates, datas et concessas beati Petri ecclesie in Poznania per dilectum avum nostrum felicis recordacionis Boleslaum ducem Mazovie dominumque Cyrnensem, filium quondam Semoviti, in villis eiusdem ecclesie in terra nostra existentibus, videlicet in Wrocysszowo cum Byskupice, item in alia Byskupice circa Czirsco civitatem cum areis que dicuntur Kosczielisko sitis sub castro eodem Cyrnensi, nec non in Sobini, in Smonovici, in Kyselsko, in Chrunino et in Grambkowo, aut in aliis villis in nostro dominio in posterum acquirendis; promittentes ipsas libertates per nos et successores nostros firmiter observare, absolventesque omnes incolas ipsarum villarum perpetuo ab omnibus serviciis, solucionibus, exaccionibus et oppressionibus realibus, predialibus et personalibus, scilicet a powoz, a strosza, a stan, a poradlne, a narzaz, a srzon, a bove, a krowa, ab owcza, a targowe, a citacione castri, a moneta, et omnibus angariis et preangariis, sive de novo emergant sive fuerint ab antiquo, quibuscunque nominibus censeantur vel in posterum censebuntur, nec non ab omnibus iuribus, iurisdiccionibus, iudiciis palatinorum, castellanorum, et omnium iudicum et officialium quorumcunque facimus et reddimus immunes perpetuo liberos et exemptos: ut non liceat nec licebit villas predictas ad tribunal alicuius iudicis citatorie conveniri, nisi ad nostram tantummodo presenciam, nec aliter, nisi nostro sigillo fuerint evocati, videlicet solummodo in causa seu causis que sequuntur, scilicet: si aliqui militem ius militale habentem in via publica seu in domo violenter invasum occiderint, coram nobis respondere predicti incole tenebuntur in casibus iam premissis; preterea, si aliqua virgo vel mulier per aliquem incolarum predictorum violenter oppressa coram nobis proclamaverit, huiusmodi iudicium coram ipsorum incolarum dominis vel iudicibus dominorum eorundem, presente tamen nostro nuncio ventilabitur: et si aliqua pena pecuniaria exinde infligenda fuerit, eandem penam ipsorum domini integraliter debebunt percipere sic inflictam. Ceterum ad przewod militale iuxta consuetudinem militum terre nostre tenebuntur, hoc adiecto, quod predictarum villarum incole predictum przewod in proxima villa, cuiuscunque fuerit, sub periculo non recipiencium deponere teneantur. Item volumus, ut predicti incole solummodo ad reedificacionem castri eiusdem in Czirsk cum aliis militibus secundum consuetudinem nostrorum militum teneantur, nec ad construccionem seu ad reedificacionem aliorum castrorum ipsos cogi volumus quoquomodo. Insuper concedimus ecclesie Poznaniensi memorate, ut villas suas predictas in nostro dominio consistentes, seu alias quas iusto modo acquisierit in futurum, possit iure Theuthonico seu Polonico locare iuxta sue libitum voluntatis. Damus eciam et concedimus ecclesie Poznaniensi memorate in villis prenominatis venacionem cervorum, capreollorum, magnis feris aliis omnibus pretermissis, quorum venaciones penitus inhibemus. Insuper concedimus ecclesie Poznaniensi sepius nominate, ut si aliquam terram seu terras gracia nobis sancti Spiritus suffragante nostre dicioni subiicere contigerit, bonaque ipsius ecclesie in terra seu terris sic acquisitis essent sita, eodem privilegio ipsam ecclesiam gaudere volumus in bonis ut predicitur situatis, quo gaudetur vel gaudere debetur in bonis superius nominatis. In cuius rei testimonium, presentes fieri iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum in Lowicz sub anno Domini M.CCC. quinquagesimo, XI die mensis Iunii, mediante ordinacione venerabilis in Christo patris et domini, domini Iaroslai eadem providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, cuius sigillum in testimonium premissorum presentibus eciam est appensum, et pre-

sentibus honorabilibus et famosis viris: Preczslao archidiacono Gneznensis ecclesie, Nicolao dicto Okun castellano, Nicolao de Milonow thezaurario, Stanislao de Cecysszow subdapifero et Paulo Leonardi procuratore Czirnensibus, et aliis quam pluri-mis fide dignis.

Czirnensis, *de Czersk.* Wrocysszowo, *Wrociszew.* Byskupice, *Biskupice.* Byskupice, Kosczielisko, *znikłe osady p. m. Czersk.* Sobini, *Sobienie biskupie.* Smonovici, *Szymonowice.* Kyselsko, *Kisielsk.* Chrunino, *Chrumin.* Grambkowo, *Grąbkowo.* Milonow, *Milanówek.* Cecysszow, *Cieciszew.*

Nr. 1302.

Consules et universi cives Poznaniens. Kalisiens. Pisdrens. 1350 Iul. 13, in Pisder; consilio refrenandi malefactores certa pacta ineunt.

Pergam. orygin. W szeroko założonym, doln. brzegu trzy paski pergaminowe od przywieszonych niegdyś 3 pieczęci.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat, discretorum virorum prudencia solet eas littera et sigillorum appensione perhennare. Notum igitur sit universis quorum audiencie presens scriptum deferetur, quod nos consules et universi cives Poznanienses, Kalisienses, Pisdrenses, deliberato animo, maturo consilio prehabito unionem concordie inivimus seu contractum mutue voluntatis. Cupientes impiorum seviciam refrenare statuimus: ut quicumque predones, latrones, fures, homicide, periuri, sacrilegi temerarii, oppressores virginum et maritarum seu alii malefactores predictis civitatibus dampna intulerint, eosdem malefactores tenemur iudicio requirere, tam labores quam expensas super premissis unanimiter conformantes. Item statuimus: ut si quis in aliqua predictarum civitatum homicidium perpetraverit aut aliquem vulneraverit, seu propter eosdem aut alios excessus proscriptus fuerit, in quacumque civitate aut confiniis commoretur, propinquior civitas iure et iudicio exigat eundem et requirat cum expensis civitatum predictarum. Insuper statuimus firmiter observandum: ut quicunque incendiarius seu straytendiarius (sic) iure aut iudicio non impetrato dampnum vel incendium fecerit, cuique iudicium iustum non fuerit denegatum, ad quascumque partes idem se transtulerit, civitates idem prefate eumdem insequantur et iudicio requirant, nullum ab eodem satisfaccionis emolumentum exigentes. Statuimus quoque: ut si aliqua necessitas predictis civitatibus ingruerit molestia, infestacione, casu aliquo seu eventu, predicte civitates ad locum unum eis insimul deputatum convenire pariter tenebuntur, ibidem eorum negocium terminando prout videbitur consulcius expedire. Ad maiorem igitur evidenciam et cautelam, presentes sigillis civitatum predictarum fecimus communiri. Actum et datum in Pisder anno Domini M.CCC. quinquagesimo sub anno gracie, feria tercia in die Margarethe virginis gloriose.

Nr. 1303.

Lludovicus (marchio Brandenburgens.) 1350 Sept. ?, ante Bernow; promittit, se omnia privilegia a patre suo et a se Nimiro subcamerario Kazimiri regis Poloniae data servaturum.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. B. VI, p. 84. (*Kopja*).

Noverint *etc.* quod nos Lludovicus *etc.* singula et universa privilegia, per inclitissimum principem dominum Lludovicum Romanorum imperatorem, dominum et progenitorem nostrum karissimum fidelis recordacionis, eciam per nos nobili viro domino Nimiro, excellentissimi principis domini Kasimiri Polonie regis, fratris nostri karissimi subcamerario, fideli nostro speciali dilecto, super possessionibus et redditibus annuis tradita seu donata, sub augmento et non detrimento promittimus et volumus inviolabiliter observare presencium testimonio litterarum. Datum ante Bernow circa festum beati Mathei (1350).

Bernow, *Berneuchen.*

Nr. 1304.

Clemens Pp. VI 1351 Febr. 4, Avinioni; abbati de Lubin et Glogoviensi ac Budissinensi decanis, conservatoribus in dioecesi Poznaniensi, Wratislaviensi et Misnensi a se institutis mandat, ut monasteria Ordinis Cisterciensis contra violentias personarum ecclesiasticarum et saecularium defendant.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Nicolaus de Friburg canonicus Lubuczensis et officialis Wratislaviensis 1378 Dec. 13, in consistorio Wratislaviensi. *Pieczęć oryginału znikła; pozostał skrawek pergaminowy.*

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 121.

Clemens episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis . . abbati monasterii de Lubyn et Glogoviensis ac . . Budissinensis ecclesiarum decanis, Poznaniensis et Wratislaviensis ac Misnensis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Militanti Ecclesie disponente Domino presidentes, circa curam ecclesiarum et monasteriorum omni solercia reddimur indefessa soliciti, ut eorum occurramus dispendiis, et utilitatibus divina cooperante clemencia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum . . abbatis Cisterciensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Cabilonensis dyocesis, ac . . abbatum et dilectarum in Christo filiarum abbatissarum monasteriorum Ordinis Cisterciensis ac eorundem monasteriorum conventuum conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi et episcopi, . . abbates, priores et alii ecclesiarum prelati et clerici, ac ecclesiastice persone tam religiose quam eciam seculares, nec non duces, marchiones, comites, barones, milites, nobiles et laici, communia civitatum, universitates oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, ac alie singulares persone civitatum et dyocesium ac parcium universarum in quibus dicta monasteria ac alia loca et membra eisdem monasteriis subiecta consistere dinoscuntur, occupaverunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, domos, ecclesias, gran-

gias, molendina, decimas, obediencias, casalia, terras, vineas, possessiones, census, redditus et proventus, iurisdiciones et iura, ac nonnulla bona mobilia et immobilia ad dicta monasteria et huiusmodi alia membra eorum spectancia, et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium et favorem: nonnulli eciam civitatum et dyocesium ac parcium predictarum qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, dictis . . abbatibus, abbatissis et conventibus, super predictis castris, villis et locis, ecclesiis, grangiis, molendinis, decimis, casalibus, terris, iurisdicionibus, possessionibus, censibus, iuribus, bonis et rebus aliis ad monasteria et membra predicta spectantibus multiplices molestias ac iniurias inferunt et iacturas: quare pro parte dictorum . . abbatum, abbatissarum et conventuum nobis extitit humiliter supplicatum, ut, cum valde difficile reddatur eisdem pro singulis querelis ad apostolicam Sedem habere recursum, providere eis super hoc paterna diligencia curaremus. Nos igitur venerabilis fratris nostri Guilielmi episcopi Tusculani nobis super hoc humiliter supplicantis consideracione, adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes eisdem . . abbatibus, abbatissis et conventibus remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus comittendi similia precludatur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, eciam si sint extra loca in quibus deputati estis conservatores et iudices, . . abbatibus, abbatissis et conventibus supradictis efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eosdem super premissis et quibuslibet aliis bonis et iuribus, ad ipsos communiter vel divisim spectantibus, ab eisdem et quibuscunque aliis indebite molestari, seu eis gravamina, dampna vel iniurias irrogari: facturi ipsis, cum ab eis vel eorum aliquibus, seu procuracione vel procuratoribus eorundem vel aliquo ipsorum fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitucione ecclesiarum, grangiarum, castrorum, casalium, terrarum, possessionum, iurisdicionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque et proventuum ac aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuslibet iniuriis, molestiis atque dampnis presentibus et futuris, in personis et rebus ipsorum illatis eisdem, in illis videlicet que iudicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit iusticie complementum; occupatores seu detentores, molestiatores, presumptores et iniuriatores huiusmodi nec non contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel condicionis, eciam si archiepiscopalis vel episcopalis dignitatis extiterint, quandocunque et quociescunque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus, tam felicis recordacionis Bonifacii Pape octavi, predecessoris nostri, in quibus cavetur: ne aliquis extra suam civitatem et dyocesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue dyocesis ad iudicium evocetur; seu: ne iudices et conservatores a Sede deputati predicta, extra civitatem et dyocesim in quibus deputati fuerunt contra quoscunque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine dyocesis eorundem trahere presumant; seu: quod de aliis quam manifestis iniuriis et violenciis et aliis que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos si secus egerint et in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant; et tam: de duabus dietis in concilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam aliquis extra suam civitatem et dyocesim auctoritate presencium ad iudicium non trahatur: quam aliis

quibuscunque constitucionibus, a predecessoribus nostris Romanis pontificibus, tam de iudicibus delegatis et conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis que nostre possent in hac parte iurisdicioni aut potestati eiusque libero exercicio quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter vel divisim a prefata sit Sede indultum: quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, Ordinibus et nominibus propriis mencionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam, presentibus non expressam vel totaliter non insertam, nostre iurisdicionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mencio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod presentes littere per concedentis obitum non exspirent, et quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum parte iam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus; quodque a data presencium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdicio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus et singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram nobis cepta fuissent, et iurisdiccio nostra et cuiuslibet vestrum in premissis omnibus et singulis per citacionem vel modum alium perpetuata legittimum extitisset, constitucione predicta super conservatoribus, et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Per hoc autem aliis conservatoribus, dictis . . abbatibus, abbatissis et conventibus per nostras litteras alias quascunque concessis, quominus ipsi easdem litteras exequi et iurisdicionem et potestatem eis per dictas litteras attributam exercere libere valeant quacumque constitucione contraria non obstante, ac ipsis quoque litteris non intendimus in aliquo derogare. Datum Avinioni II Nonas Februarii, pontificatus nostri anno nono.

Lubyn, *Lubin.* Budissinensis, *de Budziszyn, z niem. Bautzen.* Misnensis, *de Miśnia, z niem. Meissen.* Cabilonensis, *de Cabillonum, dziś Chalons s. S.*

Nr. 1305.

Iohannes et Petrus fratres uterini advocati de Crivin 1351 Mai. 19, Gostine; medietatem advocatiae oppidi Krzywin monasterio Lubinensi obligant.

Pergam. oryg. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia dwóch pieczęci.
Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 22.

In nomine Domini amen. Quoniam acta hominum sepius recedunt a memoria que scripto vel bono testimonio non fuerint roborata, nos igitur Iohannes et Petrus fratres uterini, advocati de Crivin civitate legitimi ex paterna successione, una cum liberis nostris notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem litteram habituris unanimiter profitentes, quod habito nobiscum maturo consilio et animo deliberato, medietatem advocacie nostre in Crivin iam dicta civitate totaliter et ex integro cum omni iure et omnibus utilitatibus et proventibus ad nos legitime

spectantibus, quibus nos ipsi fruebamur, reverendo viro domino Andree abbati et conventui suo monasterii Lubynensis obligavimus seu preposuimus in viginti sex marcis grossorum infra quinque annos: quam pecuniam nominatam nobis infra annum prout ordinaveramus ex toto persolverunt: quam medietatem advocacie taliter obligatam, infra quinque annos a recepta ab eis pecunia viginti sex marcarum ex ordinacione habemus redimere ac tenemur. Exspirato autem termino quinque annorum prefixorum si medietatem advocacie nostre infra annos sepius assignatos redimere non poterimus, extunc prefatus dominus abbas cum fratribus suis predicti monasterii, dictam medietatem advocacie nostre in Crivin per nos annis supra assignatis non redemptam, cum omni iure, utilitatibus et proventibus omnibus universaliter, omnimode obtinebunt hereditario iure perpetuo possidendam. Reliquam vero partem sive medietatem advocacie nostre ibidem in Crivin si unquam nos aliquando necessitate coacti (sic) vendere contigerit, pro tanta eadem quantitate pecunie sicut aliam prius redimerunt, dominus abbas et domini monasterii nominati redimere habebunt suis pro usibus profuturam. In huius rei testimonium, sigilla virorum proborum, civium civitatum de Gostina videlicet et de Crivin presentibus sunt appensa. Actum et datum Gostine feria quinta proxima ante Rogaciones, anno Domini millesimo C.C.C.L primo, presentibus hiis honestis viris: Paczcone magistro civium de Gostina, Cunado Wgencicz, Hancone dicto Gremmar et Welislao, civibus de Gostina, Woyslao magistro civium de Crivin, Nicolao sartore, Stancone et Ianussio dicto Milobrath civibus de Crivin, et aliis quam plurimis fide dignis.

Crivin, *Krzywiń.* Lubynensis, *de Lubin.* Gostina, *Gostyń.*

Nr. 1306.

Iohannes custos ecclesie Poznaniens. 1351 Iun. 30, Poznanie; privilegium super scultetia de Kaczanów cuidam Waltero innovat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Posnaniens. a. 1556, fol. 409.

In nomine Domini amen. Ne facta mortalium per decursum temporis in oblivionis deducantur abyssum, sapientum decrevit auctoritas, ea literarum serie cum annotacione testium posterorum noticie commendare. Proinde nos Iohannes, custos ecclesie Poznaniensis notum facimus universis et singulis ad quorum noticiam devenerit scriptum presens, quod ad venerabilis in Christo patris et domini nostri, domini Alberti Dei gracia eiusdem Poznaniensis ecclesie episcopi nostramque presenciam accedens Waltherus noster scultetus de Kaczanowo humiliter supplicavit, privilegium super eandem suam sculteciam, quod casualiter amissum asseruit, innovari. Cum itaque summum bonum in hac vita sit iusticiam colere et unicuique sua iura servare, nos de consensu dicti domini nostri episcopi et sui Capituli eidem sculteto privilegium super eadem sua scultecia presentibus duximus innovandum, declarantes, ad eundem scultetum et ipsius legitimos successores, nomine eiusdem scultecie sex mansos sibi invicem contiguos, tabernam, macellum carnium, panis, sutorum fabrile iure hereditario perpetuo libere pertinenda, tercium quoque denarium iuramentorum et cuiuslibet iudicati. Habebit eciam idem scultetus et ipsius posteri inter limites hereditatis eiusdem leporem prendere, alias quoque venaciones minutas in feris et

aviculis exercere. Preterea incole eiusdem ville gaudebunt iure Sredensi quod in antea habuerunt. Nobis quoque et nostris successoribus, racione census et decime quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis, quatuor avene ac fertonem grossorum de manso quolibet in festo beati Martini annis singulis solvere, Poznaniamque ad curiam nostram deducere tenebuntur. Ceterum in festo Pasche duo latera lardi, in festo vero beati Petri vaccam quarti anni, in festo vero Nativitatis Domini porcum, similiter anno quolibet sine contradiccione aliqua nobis dabunt. Agros eciam nostros ipsi incole nomine subsidii excolent ter in anno. Insuper scultetus quicunque pro tempore fuerit, unum prandium, kmethones vero duo prandia, cum bannita iudicia fieri consueverunt, pro nobis vel pro illo quem loco nostri deputavimus procurabunt, sive loco prandii cuiuslibet, fertonem grossorum anno quolibet solvent. Donaciones alias minutas in pullis et ovis exhibere, ac vecturam que przewod dicitur facere iuxta consuetudinem villarum episcopalium tenebuntur. Prefatus vero scultetus et sui successores, dictam sculteciam vendere, donare, immutare seu quovis modo alio in personam aliam transfere non poterit, nisi ad quam nostri seu successorum nostrorum accesserit beneplacitum et consensus. Et quoniam iura Sredensia sunt nobis incognita, omnia iura que comodum et honorem respiciunt dominorum, salva nobis et integra reservamus. Ob quorum omnium memoriam firmiorem, memorati domini nostri, domini Poznaniensis episcopi suique Capituli ac nostrum sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, presentibus honorabilibus viris, dominis Boguslao decano, Ilico scolastico, Vislao archidiacono, Andrea cancellario Poznaniensibus, Vincencio decano Gneznensi, Boguslao scolastico Wladislaviensi, Nicolao dicto Skolka preposito hospitalis ante Poznaniam, magistro Ambrosio, Nicolao Czebulka, Stanislao, Predvogio, canonicis eiusdem ecclesie Poznaniensis eo tempore in Capitulo congregatis.

Kaczanowo, *Kaczanowo.* Sredensis, *de Środa na Szląźku, z niem. Neumarkt.* Wladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1307.

Gunther von Honsteyn Brudir Ordens des Spitalis sente Marien etc. 1351 Aug. 30, o. O; verleiht seinem Diener Bundikin, Sohne des Hans Budiz, sechzig Huben am See Swenteyn.

Pergam. orygin., u którego w dolnym, założon. brzegu pasek pergamin., przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 129.

In Gotis Namen amen. Wir Gunther von Honsteyn, Brudir Ordens des Spitalis sente Marien des Dutschin Husis von Ierusalem und Commethur zu Ostirode, irbitin uns demutiglich in gotlichim Gruze allin Cristis Geloubigin die disin Brief sehn odir horin lesin und tun kunt, das wir mit wisem Rate unser eldistin Brudere, von Geheyse des ersamen geystlichin Mannes Brudir Heynrich Tusemers, unsirs Homeystirs, geben und verlien unsirm getruwen Diner Bundikin, Hans Budiz Son, sech-

zig Hubin in Zossiner Lande gelegen, und sinen rechtin Erbin und Nachkummelingin zu vollin Colmischim Rechte und zu allim Nucze, vri, erplich und ewiglich zu besiczene. Die irste Grenicze disis Gutis ist eyne Vichte am See Swenteyn gezechnit, von dannen gerichte neben der von platyren Want uf eynen Pfal and der Want der von platyren gezeychnit und beschut, von dannen gerichte uf eyne Linde gezeychnit und beschut, von dannen uf eyne Eyche bie dem alde Wege gezeychnit und beschut, von dannen gerichte uf eyne Vichte gezeychnit und beschut, von dannen gerichte uf eyne Eyche gezeychnit und beschut, von dannen gerichte das Swenteynen Vlis uf zu gende uf di irste Grenicze. Allis das heyme gelegen ist, Wiesen, Weyde, Walt, Acker, gerumet odir ungerumet, und ouch das Seechin das yn darin gemessin ist, sal zu irem Nucze vri ewiglich gehorin. Do von Hans und sine Erbin und Nachkumelinge sulln dinen unsirn Brudirn mit eyner gewonlichin Pruschen Platin Dinste zu Hervertin zu Lantwerin, nuwe Husere zu buwene, alde zu besserne odir nider zu brechene, wenne odir wo hin man yn gebutit. Ouch sullin si aller ierlich uf sente Mertins Tag geben unsirm Huse, von iczlichim Pfluge der uf dem Gute get, eynen Scheffil Korns und eynen Scheffil Weysis, und von iczlichim Hakin eynen Scheffil Weysis. Des Dinstes und Pflugkorns gebe wir yn Vriheit von dem nehest kumende sente Mertins Tage czwelf Iar. Wenne das driczende Iar sich anhebt, so sullin sie ouch anheben dinen und Pflugkorne gebin und verbas ewiglich. Ouch gebe wir ym vrie Vischerie und sinen Erbin und Nachkumelingin in dem See Swenteyn zu irem Tische mit cleynen Gezoye. Zu eyn ewigin Stetikeit dir vor gesprochin Ding, habe wir yn disin Brief daruber gegebin mit unsirm anhanginde Ingesigile bestetigit. Des ouch Gezuge sint Brudir Lodowig Schof unsir Hus Commenthur, Brudir Gunther von Swarczberg, Brudir Ruprecht von Werberg, Brudir Heynrich von der Grone, und andire erliche Lute genug. Der Brief ist gegebin in der Iar Zal unsirs Heren Geburt Tusint drihundert in dem eynen vunifzichstin Iare, an nehesten Tage nach Iohannis Baptiste als ym sin Houbt abe geslagen wart.

Ostirode, *Osterode.* Zossiner Land, *okolica m. Dąbrowno.* Colmisch, *Chełmiński.* See Swenteyn, *jezioro p. wsią Schwenteinen.* Swenteynen Vlis, *mały strumyk wpadający do jeziora Schwenteinen.*

Nr. 1308.

Sethegius heres ... 1382 ... Mart.? s. l.; Iaroslao archiepiscopo promittit, se possessionem eius, dictam Kupne pole, hereditati suae Rogienice adiacentem, ab impetitionibus suorum proximorum defensurum, vademque pro eo centum marcis obligat.

Pergam. orygin., w większéj części przetlały, w którego dolnym, założonym brzegu szczątki dwóch pasków pergaminowych.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 130.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod ego Sethegius heres (*25 lit. des.*) archydyacono ecclesie Zavichostensis, venerabili in Christo patri domino Iaroslao, divina providencia (*25 lit. des.*) Gneznensi ecclesie bona fide promitto ad hoc me cum eodem filio meo presentibus obligando: si quispiam ex filiis meis (*23 lit. des.*) masculis vel femelis, seu aliis quibuscunque extraneis cuiuscunque con-

dicionis existant, ipsum dominum archiepiscopum aut (*23 lit. des.*) dicto vulgariter Cupne pole, iacentem inter dictam hereditatem meam Rogynycz et inter Coneczno villam eiusdem domini (*15 lit. des.*) predicte, prout idem campus ab ipsa hereditate mea Rogynicz per patentes limites est distinctus, infestaverit vel infestat, ab eisdem (*17 lit. des.*) meo, herede de Rambovicz, qui ipsi domino archiepiscopo in eodem campo movit iudicialiter questionem, totaliter disbrigare: quod si (*17 lit. des.*) exbrigare nequiverim quod absit, extunc obligo me presentibus cum filio meo memorato bona fide, manu coniuncta et in solidum ad solvendum eidem domino archiepiscopo et dicte sue Gneznensi ecclesie centum marcas grossorum Pragensium, quadraginta octo grossos pro marca computando; pro qua (*10 lit. des.*) solvenda, extunc prout exnunc (*11 lit. des.*) ... ea obligo, eciam si me (*6 lit. des.*) filio meo de medio sublatis (*18 lit. des.*) successores (*10 lit. des.*) campo q ... (*10 lit. des.*) ... diverint eadem bona (*7 lit. des.*) dominus archiepiscopus (*35 lit. des.*) donec per proxim ... (*5 lit. des.*) ... eos eadem pecunia centum marcarum ipsis et dictis (*40 lit. des.*) evidenciam pleniorem, meum et dicti filii mei sigilla presentibus sunt appensa. (*40 lit. des.*) Reminiscere, anno Domini M.CCC. quinquagesimo secundo (*42 lit. des.*) Ptasek de (*4 lit. des.*) ... wecz, et honorabilibus viris Iohanne custode W ... (*42 lit. des.*) de Dyrzscow, et aliis pluribus fidedignis.

Zavichostensis, *de Zawichost.* Rogynycz, *Rogienice.* Coneczno, *Konieczno.* Rambovicz, *Rębów.* Dyrzscow, *Dzierzków.*

Nr. 1309.

Andreas advocatus consules et scabini civitatis Pizdrens. 1352 Iun. 18, s. l.; protestantur, Agnetem relictam Conradi civis de Pyzdry, dimidium macellum suum ibidem situm monasterio Ląd contulisse.

Włocławek. Lib. privilegior. monasterii Ląd, pag. 162.

Nos Andreas advocatus, consules et scabini civitatis Pizdrensis, Nicolaus, Eckbert, Petrus dictus Scroeder, Nicolaus Stephani, Nicolaus Walczkemberg, Iessel, Nicolaus Mokernos, notum facimus universis presentium literarum notitiam habituris, quod honesta matrona Agnes, relicta quondam Conradi dicti Slyshonwer nostri concivis, coram nobis et nostro firmato iudicio constituta, dimidium macellum suum, quod novimus ab omni impugnatione liberum et quietum, resignavit, contulit atque dedit cum omni dominio atque iure pleno religiosis viris, abbati et fratribus de Lynda Ordinis Cisterciensis ob remedium et salutem anime mariti sui defuncti atque sue, asserens et declarans, quod ad vitam vellet dominium reservare, nichilominus singulis annis dictis fratribus integrum censum, quemadmodum ceteri de suis macellis solverint assignare. Ipsa vero defuncta, plenum dominium prescripti dimidii macelli ad memoratos fratres perpetuis temporibus libere revertetur. In cuius testimonium et evidentiam veritatis, presentem paginam nos advocatus, consules et scabini suprascripti dedimus cum appensione sigilli nostre civitatis firmiter communitam, anno Domini millesimo CCC quinquagesimo secundo, XIIII Calendas mensis Iulii.

Lynda, *Ląd.*

Nr. 1310.

Kazimirus rex Polonie etc. 1352 Iun. 21. Cracovie; ecclesiae Gneznensi pro summa duarum millium marcarum, quas de thesauro ipsius in diversis ornamentis receperat, centum marcas grossorum Pragensium annui census de zuppis in Bochnia et Wieliczka percipiendas assignat.

Pergam. orygin. w dwóch równobrzmiących egzemplarzach, u których po sześć pieczęci przywieszono. Pierwsza majestatyczna Kazimierza króla, zawieszona na sznurze jedwabn., czerwon. Z drugiej pozostał u obu egzemplarzy sznur jedwabny, czerwony. Trzecia na sznurze jedwabn., niebiesk. przedstawia godło rodu Ślepowron; napis zatarty. Czwarta u obu egzempl. znikła wraz z sznurkiem. Piąta na sznurku jedwabn., niebiesk. zupełnie zatarta. Szósta na sznurku jedwabn., czerwon. przedstawia męża zbrojnego w aureoli; z napisu: ... Civitatis ...

Gniezno. Archiw. Capituli Metropol. Nra. 131 i 132. — Raczyński. Cod. dipl. Maior. Polon. 94.

In nomine Domini amen. Quoniam gesta principum racionabiliter ordinata convenit firma et integra perpetuis temporibus permanere, et proinde debent litterarum apicibus cum annotacione testium posterorum noticie commendari, igitur nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russyeque dominus et heres, notum facimus universis presentibus et futuris ad quorum noticiam pervenerit scriptum presens, quod ingruente nobis et regno nostro maximo necessitatis articulo, habita deliberacione baronum nostrorum recepimus de thesauro Gneznensis ecclesie in crucibus, tabulis, calicibus et aliis ornamentis aureis atque perlis ad duo milia marcarum argenti Polonici ponderis, que comminuta et conflata, pro commodo regni nostri duximus convertenda. Quia vero eadem pecunia ipsi Gneznensi ecclesie per nos hactenus non extitit eciam in parte aliqua persoluta, nos iugi meditacione urgente nos consciencia revolvimus in armario cordis nostri, qualiter eandem Gneznensem ecclesiam in thesauro suo rederemus indempnem et nostram conscienciam salvaremus. Nunc itaque, vocatis ad presenciam nostram propter hoc specialiter venerabili patre nostro domino Bodzatha Cracoviensi episcopo et suo Capitulo, ac nobilibus viris Iohanne Sandomiriensi et Ymramo Cracoviensi palatinis ac Wylczcone castellano Sandomiriensi, consulibus quoque civitatis nostre Cracoviensis, habuimus cum ipsis ministerium consilii de premissis; quorum usi consilio et nobiscum deliberacione prehabita diligenti, sani mente et corpore, non per errorem, sed spontanea et libera voluntate dedimus, damus et eciam assignamus presentibus perpetuo, in recompensacionem debiti pretaxati, dicte Gneznensi ecclesie et venerabili patri nostro domino Iaroslao, nunc Gneznensi archiepiscopo, et successoribus suis archiepiscopis Gneznensibus centum marcas grossorum Pragensium, quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, de zuppa nostra in Bochna et in Weliczka recipere in parata pecunia annis singulis, per se vel per procuratores suos quos ad hec duxerint deputandos: quinquaginta marcas in festo beati Stanislai post Pascha, et alias quinquaginta marcas in festo beati Michaelis archangeli: contradiccione vel occasione qualibet non obstante. Mandantes nostro et nostrorum successorum nomine exnunc zuppario vel zuppariis nostris, sive empticii fuerint sive commissarii, cuiuscunque condicionis existant, dictas zuppas succedente

tempore regentibus: quatenus eandem pecuniam centum marcarum, absque requisicione a nobis qualibet dicte Gneznensi ecclesie et domino archiepiscopo, vel suis successoribus qui pro tempore fuerint, suo vel suis procuratoribus ad hoc specialiter deputato vel deputandis, perpetuis temporibus sicut est donacio perpetua, singulis annis in terminis pretaxatis debeant dare, presentare et ex integro assignare, ut ex hoc debitum per nos contractum compensetur, et dominus archiepiscopus cum clero suo pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum orare sint amplius obligati. Ceterum, si supparius vel supparii, empticii vel commissarii, pretaxatam pecuniam centum marcarum in suprascriptis terminis propria temeritate non solverint, submittimus eos nostra libera voluntate ad solvendum eandem pecuniam per censuram ecclesiasticam auctoritate domini archiepiscopi Gneznensis qui pro tempore fuerit vel fuerint compellendos, non obstante, si ydem zupparii in Cracoviensi dyocesi existerent, cum memoratus episcopus ad peticionem nostram excommunicandi, suspendendi et alias censura ecclesiastica compellendi, prout archiepiscopo comodius videbitur expedire, de consensu sui Capituli liberam dederit potestatem.

Nos vero Bodzatha episcopus memoratus, de consensu fratrum nostrorum Capituli Cracoviensis ecclesie, prefato venerabili fratri nostro domino Iaroslao Gneznensi archiepiscopo eiusque successoribus dedimus et damus omnimodam auctoritatem nostram excommunicandi, suspendendi et alias per censuram ecclesiasticam compellendi dictos zupparios, sive empticii fuerint, sive commissarii cuiuscunque condicionis, ad solvendam pretaxatam pecuniam centum marcarum in terminis prenotatis.

Preterea, ut predicta nostra donacio in ecclesia Gneznensi oracionibus et vigiliis in remedium nostre ac progenitorum nec non successorum nostrorum salutis uberius perpetue memorie commendetur, sic cum eodem domino archiepiscopo et Capitulo sue Gneznensis ecclesie predicte concordavimus, pactavimus et preordinavimus expresse: quod diebus sabbatis missa de beata Virgine, et quarta feria vigilie Novem leccionum, et feriis quintis missa Defunctorum, oracione in quibuslibet horis pro salute nostra et successorum nostrorum imposita speciali, idipsum dicto domino archiepiscopo et suo Capitulo sponte et gratuite acceptantibus, singulis septimanis perpetuis temporibus voce celebrentur. Ut autem hec nostra ordinacio et satisfaccio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes scribi et sub nostri maioris ac fidelium nostrorum suprascriptorum sigillorum appensione mandavimus communiri. Actum Cracovie feria quinta post diem beatorum Vithi et Modesti martyrum, anno Domini millesimo CCC quinquagesimo secundo, presentibus hys testibus: Sbygneo Cracoviensi, Otthone Polonie cancellariis, Iohanne Woyniciensi, Setegio Rosperiensi castellanis, Petro tribuno, Andrea subcamerario Cracoviensibus, et Zavissio herede de Cowale, ac aliis multis fide dignis. Datum per manus domini Sbygnei cancellarii nostri prenotati.

Bochna, *Bochnia.* Weliczka, *Wieliczka.* Woyniciensis, *de Wojnicz.* Rosperiensis, *de Rozprza.* Cowale, *Kowale.*

Nr. 1311.

Wirzbentha Polonie capitaneus general. 1352 Iun. 30, Posnanie; protestatur, Nicolaum scultetum de Jerzyce, de scultetia sua ad nulla servitia regis esse astrictum.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczątka okrągła wyraża na tarczy trójkątnéj godło rodu Niesobiów; napis: S. Virsbient...
Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 13.

Nos Wirzbentha Polonie capitaneus generalis universis ac singulis tam presentibus quam futuris, ad quorum audienciam presens scriptum fuerit devolutum cupimus fore notum, quod nos Nicolaum scultetum de Yszycze pro servitiis serenissimi regis exhibendis impediveramus; qui nobis idoneos viros ostendit, videlicet per Maczkonem Zalig, Tyczan dictum Rychling, Petrum Divitem, Michaelem Calvum et per Domaslaum, consules et cives Poznanienses, qui sub ac forma iuraverunt hoc scientes et dicentes: quod Nicolai sculteti predicti antecessores nunquam aliqua servicia de eadem scultecia exhibuerunt, neque posteri ipsorum aliqua servicia neque expediciones aliquas exhibere tenebuntur, sed perpetuo in eadem liberi et soluti ab omnibus servitiis debent permanere. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie sabbatho in crastino beati Petri apostoli, sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, presentibus hys testibus: dominis Czestcone castellano Costrinensi, Nemerza subpincerna Poznaniensi, Strzescone de Lagewniki et Sandivogio de Woynowicze.

Yszycze, *Jerzyce.* Costrinensis, *de Kostrzyn.* Łagiewniki, Wojnowice, *dziś tak samo.*

Nr. 1312.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1352 Aug. 31, in Lovicz; Alberto episcopo Poznaniensi, de pecuniis decimae quadriennalis, in provincia Poloniae a Sede apostolica impositae et inter eandem Sedem et regem per medium dividendae, apocham largitur.

Pergam. orygin. Na skrawku pergam. przywieszona pieczęć podługowata przedstawia biskupa na tronie; pod stopami stoi tarcz trójkątna z godłem rodu Bogorja. Napis: S. Iaroslay. Dei. Gra ... nens ...
Poznań. Archiv. Capituli. III, 24.

Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, una cum honorabilibus viris, dominis Sbiscone decano et Arnaldo legato et scolastico Cracoviensibus nostris collegis, a Sede apostolica specialiter deputati ad recipiendas pecunias decime quadriennalis in provincia Polonie per eandem Sedem apostolicam inposite et inter ipsam et dominum nostrum regem Polonie per medium dividende, recongnoscimus per presentes, nos habuisse et recepisse a fratre nostro domino Alberto episcopo Poznaniensi, pro mensa sua et redditibus seu proventibus suis xxx marcas grossorum, et pro clero sue Poznaniensis diocesis nonaginta marcas, xl.viii pro marca

qualibet computando, presentatas et numeratas fuisse per manus domini Damyani cancellarii Poznaniensis, pro anno primo quadriennii memorati; a quibus ipsum dominum episcopum cum clero ipsius, nostro nomine et collegarum nostrorum supradictorum absolvimus presentibus et quitamus. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in Lovicz in vigilia sancti Egidii, anno Domini m.ccc.l secundo.

Nr. 1313.

Mathyas palatinus Preczslaus castellanus Poznaniens. et alii primores Maioris Polonie 1352 Sept. 2, Poznanie; fraternitatis foedus ineunt, quo contra hostes regis communiter stare, et in propriis necessitatibus se invicem iuvare sese obstringunt.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergamin. przywieszono 30 pieczątek. 1 przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Wezenborgów, (pieczęć XLVIII); *z napisu* ...kovic... *2 rodu Grzymałów*, (pieczęć XLVI); *napis zatarty. 3, 4, 5 znikły. 6 rodu Zarębów, napis zatarty. 7 rodu Grzymałów*, (pieczęć XLVI); *napis:* S. Prez. de Prussi. *8, 9 znikły. 10 rodu Dryów; napis:* S. Iohan. Starogrodzki. *11, 12 znikły. 13 rodu Bylinów*, (pieczęć LIV); *napis zatarty. 14 rodu Świnków*, (pieczęć LIII); *napis:* Henricus de Buchwalt. *15, 16, 17 znikły. 18 przedstawia Zwierza kroczącego w prawo (Niedzwiedz? Wilk? Lis?); napis zatarty. 19, 20 całkiem zatarte. 21, 22 znikły. 23, 24, 25 całkiem zatarte. 26, 27, 28, 29, 30 znikły.*

Warszawa. Archiw. Główne. Diploma Nr. 22. — Raczyński. Cod. diplomatic. Maior. Poloniae Nr. 93.

Noverint universi presentes et posteri presencium noticiam habituri, quod nos Mathyas palatinus, Preczslaus castellanus Poznanienses, Nycolaus Poznaniensis, Dobeslaus Kalisiensis iudices, Sandivogius Naklensis, Zaramba Lendensis, Ianussius Starogrodensis, Woyslaus Drozynensis, Adam Ostroviensis, Sczedrzicus Karczicensis castellani, Iasco venator, Preczslaus subagazo Kalisienses, Vitus Poznaniensis, Andreas Kalisiensis pincerne, Florianus thezaurarius Poznaniensis, Wyrzbentha subcamerarius, Philippus subpincerna Kalisienses, Swantoslaus subvenator Poznaniensis dictus Pantha, Preczslaus Poznaniensis, Iohannes Gneznensis lictores, quod vulgariter mecznik dicitur, Andreas Dobeslawicz, Martinus de Zelascowo, Iarkemboldus filius Sandivogii de Panczrowo, Dyrsco de Chyczina, Benyamyn de Iaroczyno, Boguslaus de Raczeno, Michael de Czacze, Dirsco de Gywno, Albertus de Kyianczyno, Dobeslaus, Borzislaus, Iasco et Desiderius fratres dicti Panthy, Andreas, Martinus, Pribco dicti Lys, Nicolaus de Glussyna, Pecz de Sweboczyn, Ioseph de Grodyscze, Potrassius de Modlissevo, Iaroslaus de Iarognevo, Peregrinus de Karpiczsco, Symeon de Kowale, Ubyslaus Chebda, Ubislaus Meczkovicz, Ubislaus Kylianovicz, Dyrzco Banczesky, Cessantha de Osszek, Iasco Mencziecz, Dirsco Swidwa cum Dobrogostio filio, Henricus Heyncovicz, Henricus Gaykovicz, Sandyvogius et Dobrogostius de Marczynkovicz, Boczatha de Lanky, Thomislaus de Karczevo, Thomislaus de Golancz, Stephanus de Sczedrzikowicz, Albertus de Runovo, Iacussius Andank, Pakossius, Iasco et Scarbimyrus filii Sczedriconis, Myroslaus de Iascovo, Iohannes Baran dictus, Msczugius de Brenno, Franczko cum Ubyslao de Cosszonovo, Ianko Iaraczevicz, Nycolaus

de Welma, Albertus, Matheus et Nicolaus de Ogorzelsco, Petrko de Chlapovo, Ozyas de Rzgowo, Kelcz cum filiis Ioseph, Boczatha et Ozya de Panthowo, Iacussius et Mathias filii Pribconis Lys, Florianus de Ruscza, Swantoslaus de Nenevo, Ywo de Rossznovo, Dominicus de Czerniky, de communi consensu et pari voluntate, cuiuslibet fraudis et dolositatis spe proculmota promittimus in solidum et presentibus spondemus inter se mutuam karitatem et sinceram fraternitatem inviolabiliter ac irrefragabiliter perpetuo valituram, unanimiter contra quempiam assistere, dumtaxat domino nostro rege excluso: nam adversum dominum nostrum regem prefatum, penitus nullas ordinamus seu inimus compromissiones seu fraternas confederationes, sed tamquam domino nostro gratioso studiosius volumus inpendere servicia fidelia atque grata. Et nychilominus, quicumque domini nostri regis predicti exstiterit inimicus, cuiuscunque conditionis seu status existat, nos ipsius volumus fore inimici, domino nostro regi sepedicto prout tenemur fideliter serviendo. Preterea prefatam fraternitatem, ut premittitur mutuo compromissam, gratam et ratam habentes, promittimus, quod alterutrum nunquam et nusquam debet desistere seu deserere, sed gladio, vita et rebus unus alteri assistere, ac in fraterna dileccione perpetuo indivisim commanere. Insuper cum aliquis nostrum, forma iuris non precedente, inpignoratus fuerit, extunc domino nostro regi sepe fato et domino capitaneo qui pro tempore fuerit, huiusmodi pignus exbrigando debemus humiliter supplicare. Itaque per supplicationem huiuscemodi nichil quod absit proficientes, impignorato sine iure, ut prefertur, iuxta taxam communem solvere dampnum ex huiusmodi inpignoracione perceptum tenemur totaliter ac complete. Ceterum prehabite fraternitatis exceptiones interserimus infra scriptas: cum quempiam nostrum, quod absit, ausu themerario pro furto publico, pro violentia dampnum percipere contingerit (sic), nullo causu (sic) adiutorii interveniente, videlicet verbo, opere atque pecunie solutione pro eo prorsus et pro quovis presumptuoso nepharie et malo volumus respondere; sed unusquisque in casibus prescriptis taliter exceptis se studeat exbrigare, ut per hoc presumptio iuvenum dometur et stultorum audacia refrenetur. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem premissorum, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie dominico die proximo ante Nativitatem sancte Marie virginis gloriose, anno dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo.

Na pieczęciach: Prussi, *Prusy.* Buchwalt, *Buchwald.* *W tekscie:* Naklensis, *de Nakło.* Lendensis, *de Ląd.* Starogrodensis, *de Starogród.* Drozynensis, *de Drożyn.* Ostroviensis, *de Ostrów, zamek niegdyś na wyspie jeziora Lednica, dziś w ruinie.* Karczicensis, *de Karsiec.* Zelascowo, *Żelasków.* Pancznowo, *zam. Pątnów; cnfr. Nr. 1146.* Chyczina, *Chyciny.* Iaroczyno, *Jarocin.* Raczeno, *Raczyn.* Czacze, *Czacz.* Gywno, *Iwno.* Kyianczyno, *Kjączyn.* Glussyna, *Głuszyna.* Sweboczyn, *Świebodzin.* Grodyscze, *Grodzisk.* Modlissevo, *Modliszewo.* Iarognevo, *Jarogniewice.* Karpiczsco, *Karpicko.* Kowale, *Kowale pańskie.* Banczesky, *de Będzieszyn.* Osszek, *Osiek.* Swidwa, *de Świdwin, dziś Świdlin.* Marczynkovicz, *Marcinkowo.* Lanky, *Łęka.* Karczevo, *Karczewo.* Golancz, *Gołańcza.* Sczedrzikowicz, *osada znikła p. m. Kurnik.* Runovo, *Runowo.* Iascovo, *Jaszkowo.* Brenno, *Brenno.* Cosszonovo, *Koszanów.* Welma, *Wełna.* Ogorzelsco, *Ogorzelczyn.* Chlapovo, *Chłapowo.* Rzgowo, *Rzgów.* Panthowo, *Pęchów.* Ruscza, *Ruszcza.* Nenevo, *Ninin.* Rossznovo, *Rożnowo.* Czerniky, *Sierniki.*

Nr. 1314.

Iacobus iudex Dirscoque subiudex Sandomiriens. 1352 Dec. 7, in Opatow; protestantur, Machnam cum pueris ipsius sub certa summa pecuniae Miroslao et Falislao promisisse, se pro quadam parte hereditatis Jeżów ipsos nunquam citaturam.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte, śladu przywieszenia pieczęci nie masz.
Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran.

Notum sit universis presentem litteram inspecturis, quod nos Iacobus iudex Dirscoque subiudex Sandomirienses ennodamus in his scriptis: quia cum procurassent citari Miroslaus et Falislaus heredes de Iezow, videlicet Machnam uxorem Strzecconis nec non et pueros suos Clementem, Przecslaum et Stanislaum pro parte hereditatis ibidem in Iezow, quod (sic) vulgariter nuncupatur Ponatowske et Wgroda, tandem vero post multam controversiam et terminos infinitos, in termino finali et peremtorio idem (sic) Machna et cum pueris suis supradictis personaliter non astiterunt, nec non et Goslaus ibidem. Nos vero habito maturo consilio adiudicavimus predictis heredibus Miroslao et Falislao binam penam, que vulgariter dicitur pancnadczescze, in dicta Machna et in Goslao. Tandem vero dicta Machna una cum pueris suis non coacta neque compulsa veniens ad nostram presenciam, dicto Miroslao et Falislao pro dicta parte hereditatis sub sedecim marcis confirmavit, quod nunquam pro dicta parte idem (sic) Miroslaum et Falislaum debent citare. In cuius rei testimonium, nostra sigilla presentibus sunt appensa. Data in Opatow in crastino sancti Nicolai, sub anno Domini m.ccc.l. secundo, presentibus nobilibus: domino Nicolao de Clymontow, domino Nicolao Zorawski, Stanislao de Zandow, Ianussius de Coszevice, Gersius de Coprzywnicza, Nicolaus ministerialis, huius rei executor.

Iezow, *Jeżów*. Opatow, *Opatów*. Clymontow, *Klimuntowo*. Zorawski, *de Żorawka*. Zandow, *Sędów*. Coszevice, *Koszyce*. Coprzywnicza, *Koprzywnica*.

Nr. 1315.

Fr. Iohannes prepositus totusque conventus Tremesnens. 1352 Dec. 28, in Tremesna; scultetiam villae Ostrowite Trzemeszyńskie fratribus Nicolao et Michaeli vendunt iure Sredensi ad locandum.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte, śladu zawieszenia pieczęci nie masz.
Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Ab humana memoria facilius elabuntur, que nec testium assercione nec litterarum testimonio perhennantur. Quapropter notum sit tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod nos frater Iohannes prepositus Tremesnensis totusque conventus eiusdem monasterii, honestis viris Nicolao et Michaeli fratribus scolteciam ville nostre, que vulgariter Ostrovite nuncupatur, pro decem marcis grossorum vendidimus et contulimus, ut eam iure Teutonico, videlicet

Sredensi et mensura locarent, disponerent et ordinarent; ita tamen, quod hydem scolteti cum suis posteris et successoribus, pro locacione dicte ville duos mansos liberos hereditarie possidebunt, nos vero quatuor mansos pro dominio nostro excipimus. Attribuimus eciam hisdem scoltetis nostris et eorum successoribus unam tabernam liberam cum pistrino et macello, tercium ortum libere possidendum. In iuramentis, in iudiciis Polonicalibus et Teutonicalibus, et in omnibus causis tam minoribus quam maioribus in metis dicte ville, tercium denarium, et duos pro nostro monasterio reservamus; et de gracia prorogativa (sic), in lacu piscacionem cum uno rethe que slampnicza dicitur, et parvo hamo et gurgustriis quibuslibet permittimus. Pratum quod Dambow Ostrow nominatur eis contulimus. Colonis vero qui ibi locati fuerint, septem annis libertatem a censu pecuniali tribuimus; elapsa vero libertate, pro duobus provincialibus iudiciis que ad nos annuatim spectant, dicti coloni per octo grossos solvere tenebuntur, scolteti vero pro tercio iudicio nos vel quem decreverimus mittere tenebuntur recipere. Coloni autem decimam manipulatim integraliter dabunt, et in festo beati Martini pro censu novem regales, et unum pro decima lini integraliter dabunt. Tres dies annuatim in nostris agris pro nobis exarabunt. Insuper omnia iura et consuetudines, quibus omnes ville et civitates prenominati iuris, videlicet Sredensis pociuntur, pro nobis excipimus et reservamus. Ut autem hec donacio et vendicionis ordinacio inconvulsa permaneat, nostro et nostri capituli sigillis presens scriptum fecimus munimine roborari. Datum et actum in Tremesna in die sanctorum Innocencium, sub anno Domini m.ccc quinquagesimo secundo, presentibus hys testibus: primo comite Laurencio de Chlandowo et Abraham comite de Malochowo, Nicolao advocato de Povicz, Mathia civi ibidem, comite Petro de Malochowo, et aliis.

Ostrovite, *Ostrowite Trzemeszyńskie*. Chlandowo, *Chłędowo*. Malochowo, *Małachowo*. Povicz, *Powidz*.

Nr. 1316.

Innocentius Pp. VI 1353 Ian. 18, Avinione; Sbiludo dicto Paluca praeposituram Vladislaviensis ecclesiae per Clementem Papam VI collatam confirmat.
Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 721.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Sbiludo dicto Paluca, preposito ecclesie Wladislaviensis, salutem et apostolicam benedictionem. Rationi congruit et convenit honestati, ut ea que de Romani pontificis gratia processerunt, licet super illis ipsius superveniente obitu apostolice littere confecte non fuerint, suum sortiantur effectum. Olim siquidem bone memorie Iohanne episcopo Poznaniensi regimini Poznaniensis ecclesie presidente, felicis recordationis Clemens Papa VI predecessor noster cupiens eidem ecclesie, cum eam quovis modo vacare contingeret, operationis sue ministerio ydoneam preesse personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni sue ea vice specialiter reservavit, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari; ac deinde prefata ecclesia per obitum dicti Iohannis, qui in partibus illis diem clauserat extremum, pastoris solatio destituta, dilecti filii

Capitulum ecclesie eiusdem reservationis et decreti huiusmodi ignari, venerabilem fratrem nostrum Albertum episcopum, tunc canonicum Poznaniensem, in episcopum Poznaniensem, licet de facto, concorditer elegerunt, dictusque Albertus eorundem decreti et reservationis, ut asserebat, inscius, electioni huiusmodi suum prestans assensum, electionem eandem a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Gneznensi, loci metropolitano, eorundem reservationis et decreti, ut asseritur, similiter inscio, obtinuit auctoritate metropolitica confirmari sibique munus consecrationis impendi, ipseque eciam administrationi spiritualium et temporalium eiusdem ecclesie se ingessit. Et subsequenter huiusmodi vacatione eiusdem Poznaniensis ecclesie fidedignis relatibus intellecta, dictus predecessor eidem ecclesie Poznaniensi, de qua nullus preter eum ea vice disponere potuerat neque poterat reservatione et decreto obsistentibus supradictis, venerabilem fratrem nostrum Andream episcopum Zwerinensem, tunc prepositum dicte Poznaniensis ecclesie, in Poznaniensem prefecit episcopum et pastorem; et demum ipso Andrea per dictum predecessorem ad Zwerinensem ecclesiam tunc vacantem translato, idem predecessor de persona dicti Alberti eidem ecclesie Poznaniensi tunc vacanti, de fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio duxit eciam providendum preficiendo eum ipsi Poznaniensi ecclesie in episcopum et pastorem, munusque consecrationis eidem ut prefertur impensum, auctoritate apostolica approbavit, prout in diversis ipsius predecessoris litteris inde confectis plenius continetur. Postmodum vero pro parte tua exposito eidem predecessori, quod preposituram ecclesie Wladislaviensis, quam dictus Albertus electionis, confirmationis et consecrationis predictarum tempore obtinebat, per huiusmodi electionem, confirmationem et consecrationem, ut credebatur vacantem et ab eodem Alberto propterea libere dimissam, vigore quarumdam litterarum predecessoris eiusdem, prout ex earum forma poteras, acceptaras et de illa tibi feceras provideri eamque per sex annos et ultra tenueras, prout tunc tenebas, pacifice et quiete, et quia ipsa prepositura adhuc vigore provisionis de dicto Alberto et approbationis predictarum per dictum predecessorem factarum vacabat: idem predecessor attendens, quod predicte acceptatio per te et collatio ac provisio de dicta prepositura, tibi ut premittitur facte, iuribus non subsistebant, et quod nullus de dicta prepositura sic vacante ea vice disponere potuerat, pro eo, quod dictus predecessor, diu ante provisionem huiusmodi de persona dicti Alberti eidem Poznaniensi ecclesie ut premittitur per eum factam, omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica, que extunc promovendi per eum ad cathedralium ecclesiarum regimina tempore eorum promotionis obtinerentur cum illa quovis modo vacarent, collationi et dispositioni sue reservans, decreverat extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac volens te, qui reservationem ipsius ecclesie Poznaniensis ac provisiones et approbationes premissas ad tuam dicebas de novo notitiam pervenisse, et pro quo eciam venerabilis frater noster Mathias episcopus et dilecti filii Capitulum eiusdem Wladislaviensis ecclesie eidem predecessori super hoc humiliter supplicaverant, premissorum intuitu in eadem Wladislaviensi ecclesia, cuius canonicus existebas, amplius honorare tibique gratiam facere specialem, predictam prepositurani sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, apostolica tibi, videlicet VII Kalendas Augusti, pontificatus sui anno undecimo, auctoritate contulit et de illa eciam providit, decernendo extunc, prout erat, irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat tunc vel contingeret imposterum attempttari; non obstanti-

bus quibuscunque statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie contrariis etc., seu quod in Wladislaviensi, Cruswicensi et Uneioviensi, Gneznensis et Wladislaviensis diocesium ecclesiis, canonicatus et prebendas noscebaris obtinere. Verum quia dicti predecessoris superveniente obitu, apostolice littere super hiis confecte non fuerint, nos, ne propter hoc dicte gratie frustreris effectum, volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod predicta gratia per eundem predecessorem ut premittitur tibi facta, a predicta die, videlicet VII Kalendas Augusti perinde sorciatur effectum, ac si ipsius predecessoris littere sub ipsius diei data confecte fuissent prout superius enarratur, quodque presentes littere ad probandum plene gratiam antedictam ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione XV Kalendas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Wladislaviensis, *de Włocławek.* Zwerinensis, *de Schwerin.* Uneioviensis, *de Uniejów.*

Str. 25, wiersz 21; zam. prepositturam, *T. ma* prepositura. *Str. 25, wiersz 13 od d. zam.* obtinerentur, *T. ma* obtinerent.

Nr. 1317.

Kazimirus rex Polonie etc. 1353 Febr. 12, in Costan; confirmat privilegium, quod dederat monasterio de Lubin: **Boleslaus dux Polonie 1270 Apr. 28, in Srzem.**

Pergam. orygin. Dwie dziury od przywieszenia pieczęci, która znikła.
Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 17.

In nomine Domini amen. Quod magnifica regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet in perpetuum permanere. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres, notum fieri volumus universis presentibus et futuris presentem litteram inspecturis, quod in nostra baronumque nostrorum constitutus presencia religiosus vir frater Andreas, abbas monasterii sancte Marie in Lubyn Ordinis sancti Benedicti, quoddam privilegium attawi nostri, felicis recordacionis Boleslay ducis Polonie illustris super forum civitatis Crivin nobis optulit, petens illud humiliter a nostra gracia confirmari; cuius privilegii tenor sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 441*).

Nos itaque peticionibus prefati abbatis monasterii memorati tamquam dignis benignius inclinati, predictum privilegium cum omnibus suis clausulis per omnia ratum habentes et gratum aprobantes, ex certa sciencia ratificamus et duraturum perpetuis temporibus confirmamus; volentes et decernentes ex consensu et voluntate abbatis prenotati, ut nundine supra dicte festivitatis Pentecostes in civitate nostra Costan celebrentur, et racione eiusdem commutacionis nundinas seu forum annuale in festo Decollacionis sancti Iohannis Baptiste in Crivin statuimus singulis annis celebrari: prohibentes ut supra, ut nullus nomine nostri capitaneus aut pallatinus, seu castellanus Crivinensis vel alius aliquis, aliquo iure civili de civibus nostris se intro-

mittant vel sibi aliquam usurpent auctoritatem seu potestatem; sed solucio fori, in abbatis et monasterii totaliter cedat potestatem. Si quis autem hec decreta nostra violaverit, homines advenientes in Crivin gracia vendicionis et emencionis (sic) molestando, ipsorum res auferendo propter spolium publicum, et cottidianum forum prohibuerit per violenciam illatam et decreti nostri violacionem, nobis et posteris nostris penam que sedmdesant dicitur luat, et abbati penam que pencznazescze dicitur solvat, perpetuis temporibus duraturis. Actum in Costan feria tercia post dominicam Invocavit, anno Domini MCCC quinquagezimo tercio, presentibus nobilibus viris: Maczkone pallatino Poznaniensi, Andrea Kalisiensi, Wincencio Strzemensi, Benyamyn Gneznensi, Czestkone Costrinensi, Woyslao Drozinensi, Iascone Crivinensi castellanis, et aliis pluribus fide dignis. Datum per manus domini Floriani cancellarii nostri Lanciciensi (sic).

Lubyn, *Lubin.* Crivin, *Krzywin.* Costan, *Kościan.* Strzemensis, *de Śrem.* Costrinensis, *de Kostrzyn.* Drozinensis, *de Drożyn.*

Nr. 1318.

Kazimirus rex Polonie etc. 1353 Febr. 16, Poznanie; coenobio de Owińska villas Skorzęcin et Barcinek confert.

Poznań. Towarzystwo przyjac. nauk. Owińska, privil. Nr. 9.

In nomine Domini amen. Dignum est ut ea que regia magestas ad utilitatem salutis proprie tam presentis quam future facere bono motu decrevit, robur firmitatis perpetuo debeant obtinere. Igitur nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranieque terrarum dominus et heres, universorum noticie presencium et futurorum hoc scripto declaramus, quod considerantes nimiam penuriam et egestatem religiosarum ac deodicatarum virginum sororum conventus monasterii de Owensko Ordinis Cisterciensis, siti et locati in territorio Poznaniensi, pro remedio animarum parentum nostrorum atque pro nostra specialiter salute damus, conferimus et donamus predicto monasterio duas villas, videlicet Curzancino et Barchcino, cum omnibus et singulis fructibus, redditibus, proventibus, aquis, pratis, pascuis et aliis utilitatibus universis, cum omni iure et utilitate prout soli tenuimus, perpetuo et hereditarie tenendas et habendas atque possidendas. Et ne per quempiam hominum nostra donacio in posterum violetur, presentes dari fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum Poznanie sabatho ante dominicam qua canitur Reminiscere, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, presentibus hiis testibus: Iaroslao archiepiscopo Gneznensi, Alberto episcopo Poznaniensi, Nicolao palatino Kalisiensi, Pretslao castellano Poznaniensi, ac Sandivogio Naklensi et Vincencio Srzemensi castellanis, aliisque multis fidedignis. Datum per Floriani manus cancellarii nostri Lanciciensis.

Owensko, *Owińska.* Curzancino, *Skorzęcin.* Barchcino, *Barcinek.* Naklensis, *de Nakło.* Srzemensis, *de Śrem.*

Nr. 1319.

Dobeslaus iudex Kalisiens. 1353 Apr. 1, in Pisder; hereditatem Lęgniszewo monasterio Łeknensi contra petitionem Strasshonis de Laskownica adiudicat.

Pergam. orygin. Pieczęć znikła; pozostały od jéj przywieszenia skrawki pergaminowe.

Kurnik. Biblioteka. Diploma Nr. 12.

Nos Dobeslaus iudex Kalisiensis omnibus et singulis presentibus declaramus ac specialiter profitemur, quod cum terminos in crastino conductus Pasche, sub anno Domini millesimo CCC. quinquagesimo tercio, una cum militibus terre Polonie ac nobili viro domino Wirzbentha summo Polonie capitaneo in Pisder habuimus et celebravimus generales pro tribunali sedentes, ad nostram ceterorumque militum religiosus et famosus vir, frater Henricus abbas de Lekno veniens presenciam, hereditatem dictam Legnisshovo super Strasshone de Lesczownicz herede, per ostensionem suorum et monasterii sancte Marie Virginis ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ibidem in Lekno dignorum privilegiorum super hereditate Legnisshovo predicta, iuxta veram iuris formam coram nobis iudicialiter acquisivit. Nos vero usi maturo dominorum, capitanei et militum terre supradictorum consilio et salubri, eciam prefati fratris Henrici iusticiam iusto modo discernentes, sibi ac monasterio in Legno atque universitati fratrum ibidem rite et racionabiliter adiudicavimus Legnisshovo hereditatem supradictam, ac invocato divino auxilio, in presentibus in perpetuum adiudicamus, prelibato Strasshoni perpetuum silencium imponentes. In cuius rei testimonium et evidenciam firmiorem, nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Actum et datum die, anno, loco, quibus supra.

Pisder, *Pyzdry.* Lekno, *Łekno.* Legnisshovo, *Lęgniszewo.* Lesczownicz, *Laskownica.*

Nr. 1320.

Semovitus dux Mazovie etc. 1353 Aug. 5, in Cirsko; limites villae Szymonowice contra petitionem heredum alterius Szymonowice episcopo Poznaniensi adiudicat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 165.

Nos Semovitus, Dei gracia dux Mazovie et dominus Cyrnensis, Rawensis et Gostinensis terrarum, notum facimus universis presentibus et futuris presentem paginam intuituris, quod accedens ad maiestatem nostram ducalem et iudicium nostrum Paulus procurator venerabilis episcopi Poznaniensis, gades seu limites ville Smonovicze vulgariter nuncupate, secundum sunt a predecessoribus nostris, beate memorie, ecclesie kathedrali Poznaniensi circumferencialiter distincte, quas Martinus et Iohannes heredes de Smancowo et Florianus clenodii eorundem manu violenti et forti in memorata villa detinebant, iure firmo et solido publice requisivit pro ecclesia memorata perpetualiter possidendas, posteritati prefatorum heredum silencium sempi-

ternum de eisdem terminis imponendo. In cuius rei testimonium, presentes fieri nostrique sigilli signaculo iussimus communiri presentibus viris nobilibus: Nicolao castellano, Pacoslao iudice, Paulo subiudice, Stanislao subdapifero Cyrnensibus, et aliis quam pluribus fidedignis. Datum in Cirsko in die beati Dominici confessoris, anno ab Incarnacione Domini M. trecentesimo quinquagesimo tercio.

Cyrnensis, *de Czersk.* Rawensis, *de Rawa.* Gostinensis, *de Gostyń* (*na Mazowszu*). Smonovicze, *Szymonowice.* Smancowo, *zdaje się być Szymonowice Sobieńskie, lub Siedzowskie.*

Nr. 1321.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus et Wirzbantha capitaneus Polonie 1353 Aug. 20, in Pisdri; protestantur, Andream castellanum Kalisiensem cum Alberto episcopo et Capitulo Poznaniensibus ratione villae Górka compositionem fecisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 39.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, et nos Wirzbantha capitaneus Polonie notum facimus universis ad quorum noticiam devenerit scriptum presens, quod constitutus coram nobis strenuus miles dominus Andreas castellanus Kalisiensis, cum esset per reverendum patrem dominum Albertum Poznaniensem episcopum excommunicacionis vinculo innodatus ex eo, quod villam Capituli Poznaniensis que Gorka dicitur, iuxta Goram eiusdem domini episcopi situatam, concessam sibi pro tempore ex parte bone memorie domini Vincencii olim decani Gneznensis, fratris eiusdem Andree, post ipsius decani obitum contra voluntatem dicti Poznaniensis Capituli diucius detinebat: ipsam Gorkam villam et eius dominium prefato domino episcopo et suo Capitulo nec non et dominis, videlicet Andree archidiacono, Iohanni custodi, Damiano cancellario et Dytkoni canonico de dicto Capitulo presentibus dedit, tradidit ac eciam per suum capucium resignavit. Quam tamen villam idem dominus Andreas cum fructibus et utilitatibus omnibus de consensu prefati episcopi et sui Capituli tenebit et eciam gubernabit usque ad festum Nativitatis Domini proxime affuturum, in quo festo memoratus dominus Andreas bona fide promisit absque fraude et dolo, possessionem et detencionem dicte ville Gorka prefato Poznaniensi Capitulo dimittere et tradere qualibet eciam contradiccione cessante. In anno vero venturo, de agris iam cultis ac seminatis per ipsum dominum Andream, yemalia solummodo sibi cedent. Dominus autem episcopus supradictus, ad nostram instanciam decimam mense sue in Iaskovo relicte Borkonis pro sustentacione rectoris ecclesie in Przevoz memorati Andree donavit, tenendam tamdiu per rectorem ipsum et percipiendam, quamdiu memorato episcopo et suo Capitulo per dominam, ipsius Andree coniugem, et suos liberos ac consanguineos questio mota non fuerit super ipsa villa Gorka supra sepius expressata; qua mota, ipsam decimam in Iaskowo ipse dominus episcopus ad suam mensam revocabit pariter et applicabit. In quorum omnium testimonium, nostra sigilla presentibus duximus appendenda. Datum in Pisdri die sancti Bernhardi confessoris, anno Domini m.ccc.l tercio.

Gorka, Gora, Jaszkowo, *dziś tak samo.* Przevoz, *osada znikła nad rz. Wartą w pobliżu powyższych.* Pisdri, *Pyzdry.*

Nr. 1322.

Iaroslaus s. ecclesie Gneznens. archiepiscopus 1354 Apr. 25, Gnezne; numerum praebendarum ecclesiae suae ad certum numerum restringit, et distributionem earundem officiaque praebendariorum ordinat.

Kopja w zeszycie papierowym, wyjęta z archiwum Kapituły Włocławskiéj, pieczęcią kapitulną Kujawską opatrzona.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 133.

Iaroslaus divina providencia sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopus, ad perpetuam rei memoriam. Quamvis a predecessoribus nostris pro residencia prelatorum et canonicorum in ipsa Gneznensi ecclesia facienda plurima statuta manaverint, prout experiencia didicimus adhuc in minoribus constituti, ea tamen non potuerunt hactenus debitum sortiri effectum; tum ex eo, quod nonnulle prebende eiusdem ecclesie in suis proventibus et redditibus adeo sunt tenues et exiles, quod ex iis nec canonici nec eorum vicarii poterant commode sustentari, tam ex eo, quod aliqui tam canonici quam prelati, qui residere apud eandem ecclesiam cupiebant, considerantes alios nolle vicissim apud ecclesiam residere, in scandalum concitati residenciam facere apud ipsam Gneznensem ecclesiam detractabant, et sic eciam absque culpa sua tam honoris exhibicione quam divinis officiis indebite fraudabatur. Nos ad regimen eiusdem ecclesie superna disposicione vocati, iugi meditacione revolvimus in armario cordis nostri, qualiter, sublatis impedimentis huiusmodi de medio, cultus divinus in eadem ecclesia amplietur; nunc igitur oportunitate captata, tractatum habuimus super hoc cum fratribus nostris, prelatis et canonicis in Capitulo ecclesie supradicte. Itaque tractatu diligenti et solemni, de ipsorum consilio et consensu restrinximus ex causis predictis in eadem Gneznensi ecclesia numerum prebendarum, statuentes et ordinantes ac exnunc ordinamus et statuimus, ut in prefata nostra ecclesia viginti tres prebende corporales tantum fiant: et que prebende erant in suis proventibus et redditibus tenues et exiles, talium prebendarum redditus et proventus duarum ad unam prebendam cum vacaverint coniungantur, et nos ipsos exnunc coniungimus virtute constitucionis presentis; alteriusque prebende canonicatus dum vacuerit, penitus extinguatur. Quem numerum prebendarum cum eisdem fructibus, iuramento firmavimus de cetero perpetuis temporibus immobiliter observandum; salvis septem prelaturis eiusdem ecclesie, suo statu et robore permansuris. Quia nos, sicut prediximus, toto cordis affectu (cupimus) imprimis cultum divinum nostris temporibus in eadem ecclesia annuente Domino ampliari, ordinamus et statuimus de eorundem fratrum nostrorum consilio et assensu: ut deinde in ipsa Gneznensi ecclesia vigilie mortuorum inter Nonam et Vesperas, ac missa pro Defunctis omni die voce per vicarios ecclesie et in ipsa ecclesia decantentur; exceptis maioribus festivitatibus, videlicet Nativitatis Domini cum duobus diebus sequentibus, Epiphanie et Resurrectionis Domini cum duobus diebus sequentibus, Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, Ascensionis Domini, Trinitatis, Corporis Christi, Invencionis et Exaltacionis sancte Crucis, quatuor festivitatibus beate Marie Virginis, et diebus ecclesie patronorum; in qua missa hee Collecte: prima pro duce Kazimiro rege Polonie et progenitoribus suis: Deus cuius misericordie non est numerus etc.; secunda pro nobis: Inclina quesumus Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices depre-

camur, ut animam famuli tui Iaroslai archiepiscopi etc.; tercia pro predecessoribus et successoribus nostris: Concede quesumus omnipotens Deus animabus famulorum tuorum archiepiscoporum, episcoporum etc.; quarta pro parentibus et benefactoribus: Deus qui nos patrem et matrem etc.; quinta communis: Fidelium Deus etc.: per eum qui huiusmodi missam celebraverit imponantur, et habeatur specialis memoria in Canone misse eiusdem pro patronis ecclesie: prima pro duce Kazimiro rege predicto, ad quod sumus eidem specialiter obligati et nos ad hoc faciendum ipsos vicarios obligamus; deinde pro eiusdem domini regis progenitoribus et patronis ac benefactoribus ipsius ecclesie; demum pro nobis ac predecessoribus et successoribus nostris, archiepiscopis ecclesie memorate. Nos autem consideracione habita nobiscum, mente diligenti perstrinximus in animo nostro verbum iuris: Qui altari servit, vivere debeat de altari, et: Qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede: in recompensam laborum et serviciorum vicariorum ipsorum, octoginta marcas Thorunensis monete, que redacte in grossos faciunt quinquaginta marcas grossorum, in Groczna villa nostra et ecclesie nostre predicte in terra Pomeranie situata, Vladislaviensis diocesis, et alias quinquaginta marcas grossorum in zuppis domini regis Bochnia et Wieliczka Cracoviensis diocesis, ubi nos et nostri successores debemus recipere perpetuo annis singulis centum marcas grossorum pro rebus sive clenodiis nostre ecclesie, receptis per dominum Kazimirum regem Polonie in auro et argento ac lapidibus preciosis, in utilitatem regni conversis iuxta sue voluntatis libitum, adiungimus. Etiam offertorium, quod provenit in festo beati Adalberti martiris et pontificis gloriosi continuatis diebus, ante et post, tam de ipsius capite quam aliis reliquiis quomodolibet, offeratur ipsis vicariis Gneznensis ecclesie, iuncto eis magistro schole licet vicariam non habeat ista vice; et cum habebit vicariam, tunc duas recipiet porciones. Que, scilicet centum (sic) marcas cum offertorio ut premittitur, pro quotidianis distribucionibus largiendis, de eorundem fratrum consilio et consensu deputavimus et ascripsimus, et presentibus ascribimus ac in perpetuum deputamus, residuis quinquaginta marcis de predictis centum marcis mense nostre et successorum nostrorum usui reservatis. Qui vero ex predictis vicariis Vigiliis atque misse Defunctorum, vel eciam Matutinis aut misse seu Vesperis diei interesse neglexerit, eidem de predictis distribucionibus porcio denegetur, nisi infirmus fuerit vel etiam de mandato nostro speciali ad negocia ecclesie destinatus: quem quoad hoc censuimus excusari; sed sanctuarii circa percepcionem ecclesie offertorii antiqua consuetudine sint contenti. Ceterum, quia redditus ville in Groczna ad octingenta marcas Thorunenses, per nos vicariis deputatas ut premittitur, se extendere non valebunt, ad supplendum easdem hoc modo duximus providendum. Induximus enim discretum virum dominum Petrum olim plebanum in Groczna ibidem ad renunciandum sue ecclesie suprascripte; renunciacione itaque facta ad manus nostras, supplevimus de redditibus ecclesie octingenta marcas Thorunenses, quanto ibidem non sufficiebant redditus mense nostre, ipsosque redditus ecclesie in Groczna Vladislaviensis diocesis, de consensu diocesani episcopi ac de voluntate pariter et assensu predictorum fratrum nostrorum Gneznensis Capituli, incorporavimus perpetuo pro quotidianis distribucionibus, vicariis sepedicte Gneznensis ecclesie largiendis iuxta modum superius annotatum. Residuos autem redditus suprascripte ecclesie in Groczna, videlicet duos mansos versus viam in Kossowo cum decima, alios agros donatos per militem extra hereditatem Groczna iacentes, Wszanczen vulgariter nuncupatos, cum omnibus decimis liberis, scilicet in Kossowo, in Dorobna, in Rutki, in Parva Luskowo et in Grabowo, cum obvencionibus

universis et aliis utilitatibus vicario perpetuo ecclesie eiusdem, qui tempore fuerit, reservamus et in perpetuum deputamus. Quidquid autem de redditibus tam mense nostre quam ecclesie predicte in Groczna ultra octoginta marcas superfluum fuerit, nobis et nostris successoribus decernimus reservandum: volentes nichilominus et ordinantes, ut eadem perpetua vicaria cum vacuerit, alicui ex vicariis Gneznensibus qui ipsam acceptare voluerit, aut alie idonee persone conferatur; quem vicarium perpetuum ad colligendas et exigendas superius memoratas octoginta marcas cum consilio et auxilio procuratoris nostri qui ibi pro tempore fuerit obligamus, et cui hoc onus imponimus, nisi ipsis vicariis expedire videretur circa hoc aliter ordinandum. Alias ipse idem perpetuus vicarius, sic exactas et collectas octoginta marcas nec non in grossos Boemicales redactas tenebitur suis sumptibus vicariis Gneznensibus, vel eorum procuratori qui ad hoc specialiter fuerit constitutus, integre et fideliter presentari. Ne vero super numero prebendarum in posterum cuipiam dubium oriatur, declaramus et presentibus protestamur, quod viginti prebende pinguiores in prefata Gneznensi ecclesia cum suis decimis et proventibus integre permaneant secundum quod sunt ab initio ordinate; sex autem minores coniunximus in tres, et ita ad viginti tres tantummodo sunt restricte. Prebenda (itaque) de Gwazdow, quam tenet Ianusius filius castellani Gneznensis, cum prebenda de Kyki, quam tenet dominus Iohannes prepositus Calisiensis invicem sint coniuncte. Item prebenda de Nakiel, quam tenet Martinus decanus Pamhiciensis (sic), cum prebenda quam tenet Boguslaus scolasticus Vladislaviensis invicem sint coniuncte. Item prebenda de Kleczko, quam tenet Cartec prepositus Opoliensis, cum prebenda de Pekczyno, quam tenet Preslaus prepositus sancti Georgii invicem sint coniuncte. Et sicut prebenda de ipsis coniunctis prebendis cum vacuerit non debet alicui conferri, itaque superstes de redditibus prebende sibi unite absque alia promissione (sic) poterit se intromittere dum vacabit, donec eedem prebende ad debitum ordinem reducantur. Protestamur etiam specialiter, quod illis canonicis, qui ante presentem ordinacionem nostram canonicatus absque redditibus in eadem Gneznensi ecclesia habuerint, quominus vocem in Capitulo et stallum in choro habeant, nullum preiudicium generetur. Ut autem hec nostra ordinacio inviolabilis perseveret perpetuo, eam in scriptis redigi mandavimus et sigillorum, nostri et predicti Capituli nostri munimine roborari in memoriam sempiternam. Actum Gnezne in die beati Marci evangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, presentibus honorabilibus viris, fratribus nostris Ianusio preposito, Preslao archidiacono, Kilczone scolastico, Iacobo custode, Nicolao cancellario, Martino decano Lanchiciensi, Petro archidiacono Pomeranie, Martino archidiacono Cirnenensi, Iohanne preposito Calisiensi, Vincentio Rudensi et Preslao sancti Georgii eciam prepositis, Nicolao de Gorka et Martino de Gora, canonicis Gneznensibus ad celebrandum Capitulum congregatis.

Groczna, *Gruczno.* Bochnia, Wieliczka, Kosowo, *dziś tak samo.* Wszanczen, Dorobna, Rutki, *osady znikłe.* Parva Luskowo, *Łuszkówko.* Grabowo, *Grabowo pustkowie.* Gwazdow, *Gwiazdowo.* Kyki, *Kiki.* Nakiel, *Nakło.* Pamhiciensis, *mylnie zam. Lanchiciensis.* Kleczko, *Kłeck.* Opoliensis, *de Opole na Szląsku.* Pekczyno, *Pakczyn.* Cirnenensis, *de Czersk.* Rudensis, *de Ruda.*

Nr. 1323.

Iaxa iudex Syradiens. 1354 Mai. 28, in Potrcovia; ecclesiae Gneznensi possessionem hereditatis Kowalewo contra petitionem Wirzbantae de Przespolewo adiudicat.

Pergam. orygin. Paski pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 134.

Nos Iaxa iudex Syradiensis notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod cum Wirzbanta de Przezpolevo venerabilem in Christo patrem nostrum dominum Iaroslaum, Gneznensis ecclesie archiepiscopum ad nostram presenciam pro hereditate Kowalewo sita prope Kaczki evocasset, terminusque eisdem feria secunda infra octavas Ascensionis Domini in colloquio generali in Potrcovia fuisset asignatus, tandem ipsis partibus tunc coram nobis personaliter constitutis dictus Wirzbanta de prefato domino archiepiscopo egit iudicialiter, quod ipsa hereditas Kowalowo ipsum Wirzbantam ex successione paterna contingeret, et foret in quindecim marcis ecclesie Gneznensi obligata. Ipse autem dominus archiepiscopus eidem duxit taliter respondendum, quod predicta hereditas Kowalowo, pro dampno ecclesie Gneznensi per Thomislaum olim heredem de Przezpolewo usque ad quingentas marcas grossorum illato, esset eidem ecclesie in perpetuum assignata. Nos igitur auditis hic inde propositis, de unanimi consilio baronum infrascriptorum, videlicet Nicolai palatini, Chebde capitanei et castellani Siradiensium, Sethegii Rospiriensis, Petri Spicimiriensis, Thomislai Kazimiriensis castellanorum, Divissii pincerne, Stanislai subcamerarii et Stanislai subiudicis eciam Syradiensis, ceterorumque baronum eidem iudicio regio presidencium consilio prematuro, induximus probacionem eidem domino archiepiscopo, quod ipsa hereditas foret sue ecclesie pro dampno prelibato asignata. Qui cum testes fide dignos coram nobis nominasset, dictusque Wirzbanta eosdem sponte suscepisset ac terminus eisdem testibus ad iurandum per nos fuisset asignatus, tandem eodem termino pendente dictus Wirzbanta repertus est per nuncios ipsius domini archiepiscopi cum eisdem testibus nominatis in sequestro loco confabulari: et sic ipse dominus archiepiscopus impetrato a nobis Wanklczone ministeriali, ipsum pro testimonio ad eosdem confabulantes deduci mandavit; qui visis eisdem in huiusmodi confabulacione ad nosque rediens, hoc ipsum coram nobis et memoratis baronibus est publice protestatus, et hoc facto, dominus archiepiscopus allegavit coram nobis omnibus veram consuetudinem et antiquitus observatam: quod quicunque cum testibus partis adverse aliquam in sequestro loco collocucionem haberet, eo ipso esset in causa condempnandus. Cumque iam Wirzbanta ad iudicium de ipsa confabulacione pervenisset, fassus fuit expresse, se cum ipsis testibus locutum fuisse: et sic nichilominus, non expectata diffinitiva sentencia factaque cominacione ipsi domino archiepiscopo, a nobis de iudicio discessit, et licet postea fuisset trina vocacione ad iudicium vocatus, redire non curavit. Nos itaque Deum principaliter habentes pre oculis, iusticia nobis suadente dictisque baronibus nobis unanimiter consulentibus et mandantibus, tenore presencium diffinitive pronunciavimus et pronunciamus et sentenciando diffinivimus et diffinimus: sepedictam hereditatem Kowalowo ad eundem dominum archiepiscopum et suam ecclesiam debere, prout pertinuit hactenus, cum omnibus utilitatibus, fructibus et proventibus universis perpetuis temporibus pertinere; sepe-

fato Wirzbante et omnibus infrascriptis, sine quibus ipse dominus archiepiscopus noluit respondere, videlicet Swantoslao venatore Kalisiensi cum filio et filiabus suis, Predvogio venatore Landensi cum filiis et filiabus ac sororibus suis, Wirzbante heredi de Barthochowo cum Iacobo filio et filiabus suis, duobus filiis et duabus filiabus Kokossce heredis de Klonowa, quatuorque filiis Swanthoslai dicti Zemanczski ac tribus filiabus suis, Dirsikragioque et Predvogio heredibus de Strachonovo ac aliis omnibus quorum interest, super predicta hereditate perpetuum silencium inponentes. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus duximus apendendum. Datum et actum in Potrcovia predicto (sic), quarta feria infra octavas Ascensionis Domini, anno eiusdem millesimo CCC. quinquagesimo quarto.

Przezpolevo, *Przespolewo.* Kowalewo, *Kowale Xięże.* Kaczki, *Kaczki.* Potrcovia, *Piotrków.* Rospiriensis, *de Rozprza.* Spicimiriensis, *de Śpicimierz.* Kazimiriensis, *de Kaźmierz.* Landensis, *de Ląd.* Barthochowo, *Bartochowo.* Kokossca, *t. j. heres de Kokoszki.* Klonowa, *Klonowa.* Zemanczski, *t. j. de Ziemięcin.* Strachanów, *dziś tak samo.*

Nr. 1324.

Lodowig der Romer (Markgraf von Brandenburg) 1354 Aug. 26, Soldin; verleiht an Dirsko von Chyciny die Vogtei von Ośno und Sternberg, und verspricht die demselben schuldigen 2 Tausend Mark bis zum 11 Nov. zu bezahlen.
Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. XIX, p. 141. (*Kopja*).

Wir Lodowig der Romer *etc.* bekennen *etc.* das wir dem festen Manne Dersekino von Wissenze, unsen leven Getruven widder gewiset und wisen in dissen Breve und lossen em die Voytye zu Drossen und zu Sternenberg mit Steten und Landen die dar inne ligghen; ussgenomen gar und gentzlich des Bisschopps und Cappittels von Lebuss und Crutzherren sancti Iohannis Guth und by namen Lagow und Allens das darzu gehort, und de Stadt Czulentzich; darer sich nich in werren sal in aller Wise als unser Broder Marckgraff Ludowig de Olde und wir die vorgenante Voygtye ine vorbrievet haben und wollen en dar by beholden. Wir wollen und sollen den vorgenanten Dersekino und zinnen Erven, und zu erer Hanth Starazzen Hern Virsenbant, Passchen von Ptaskow und Genskin, des ergenanten Dersekins Broder, entrichten des Geldes des wir Dersekin schuldich zin, das II dusent Marck Brandenburgischen Sulbers und IIII^c. Marck Brandenburgischen Sulbers X Marck mynner, oder em Erbe und Guth dar vor geben tusschen hie und sunth Mertens Tage, als es Herman von Volkow, Herr Beth. von Hoyn und unser Rathmannen van Frankenfurt dunket das wir don sollen; und was sie uns und dem ergnanten Derszeken und zinen vorgescreven Frunden darumme heytzen tun, dar sollen wir an beyden Cziten stede holden. Und wen wir uns mit in enthricht haben umme die Schulde, so schal die Voygtie unss van en ledig und loss zin. Disse vorscreven Zake und Stukke gelobe wir Derseken und zinen Frunden vorbonomeden stete und vasth to haltende, und haben en geben dissen Breff bezegelt mit unzem Ingezegel. Presentibus: Hen. de Uchtenhagen, Hassone de Uchtenhagen, Ludovico de Wedel, Hermanno de Wolkowe, Io. de Banthsleben, Ost, Nicolao de Kokeritz, Grifkow, militibus, fratre Her-

manno de Werbergh cum ceteris. Datum Soldin anno M.CCC.LIIII, feria III post Bartholomei.

Wissenze, *Chyciny*. Drossen, *z niemiecka zam. Ośno*. Sternenberg, *Sternberg*. Lebuss, *Lubusz*. Lagow, *Łagów*. Czulentzich, *Zielentzig, z niem. zam. Sulęcin*. Ptaskow, *u R. mylnie* Taskow, *Ptaszkowo*. Soldin, *Soldin*.

Nr. 1325.

Fr. Bernardus advocatus territorii Dersoviens. 1354 Nov. 18, s. l.; protestatur, monasterium Ląd cum Nicolao de Turza ratione elevationis aquae in lacu villae praedictae compositionem fecisse; ipse vero Nicolaus eandem se servaturum promittit.

Włocławek. Lib. privilegior. monasterii Ląd, pag. 127.

Ego frater Bernardus advocatus territorii Dersoviensis universos presencium literarum noticiam habituros cupio non latere, quod religiosus vir frater Hermanus monachus et sacerdos de Lenda monasterio, rector et magister curie in Godessowo coram me constitutus, habens sui abbatis et conventus dicti monasterii auctoritatem plenariam in commissis, cum honesto viro Nicolao dicto et herede legittimo de Thura maiori ordinacionem iniit atque fecit pro dimissione aque laci (sic) sive stagni in Thura ipsius Nicolai, cuius aquarum abundantia ipsum fratrem Hermanum ac ceteros curie in Godeszewo presidentes, in feni secacione ac cumulatione prati quod ipsi stagno seu lacui adiacet plurimum hactenus impedivit. Unde dictus Nicolaus sufficienti prehabita deliberacione, specialiter tamen cum fratris sui domini Nicolai dicti de Iaen militis ceterorumque suorum consilio amicorum et pariter et consensu, promisit pro se suisque in posterum successoribus et heredibus plena fide, aquam eiusdem sui laci (sic) sive stagni tenere nunc et perpetuo ad mensuram pedis virilis et dimidii infra litus infimum, quod adiacet ipsi prato, adiiciens, quod quicquid ultra metas dicti prati per magistrum curie hactenus habitas et possessas per dimissionem aque exsiccaverit de fundo laci, sui ipsius suorumque cum omni fructu remaneret. Fossatum igitur ipse Nicolaus satis profundum pro aquarum decursu fodere firmis promissionibus se astrinxit. Pro quibus laboribus et expensis nec non amicabili favore demonstrato et amplius demonstrando, dictus frater Hermanus magister curie, nomine et vice sui abbatis et conventus de Lynda prescriptorum, ipsi Nicolao de Thura in evum duodecim marcas Thoronensium denariorum dedit, assignavit integre et persolvit. Deinde declaracio ambarum partium sequebatur: quod si dictum fossatum per temporis decursum aqua sine intermissione defluente arena terraque obrutum fuerit vel impletum, tunc possessores qui pro tempore fuerint tam in Thura quam in Godessowo, equali data porcione ipsum fossatum purgare aut fodere pariter tenerentur. Insuper dictus Nicolaus de Thura pro sua suorumque predecessorum et successorum salubriter vigilans animabus, cum prenominatis viris religiosis abbate et conventu de Linda nec non fratribus curie in Godeszewo presidentibus concordiam et pacem perpetuam pro se suisque stabilivit, ut eorumdem fratrum missarum, orationum, vigiliarum ceterorumque spiritualium bonorum omnium cum suis predecessoribus ac posteris perpetuo particeps fieret ac consors; renuncians pro se ac eisdem

suis heredibus absque dolo omni impugnationis allegacione, quam habere poterit vel poterunt pro variacione intitulationis proprii nominis sui patris: cum (in) litera sub sigillis fratrum quondam nostri Ordinis, Rutgeri commendatoris Gdanensis ac Conradi dicti de Schiningen advocati Dersoviensis, edita et confecta de graniciis atque metis hereditatis in Godziszewo, Goslaus pro Gotscalco (sit scriptum); cum hoc vicium literam digne reprobare non valeat sed scriptorem. In horum omnium testimonium prescriptorum, presentem literam cum appensione mei noti sigilli dedi firmiter communitam, cui et predicti fratres, dominus Nicolaus dictus de Iaen miles ac Nicolaus de Thura sigilla sua appenderunt ad evidenciam lucide veritatis.

Ego vero Nicolaus sepedictus de Thura universa et singula suprascripta esse vera testifico, approbo et contestor; renuncians ob expressionis sufficienciam largioris pro me meisque heredibus et successoribus perpetuo omni allegacioni, ut predictum est, pro variatione bone memorie proprii nominis mei patris, ac omnibus privilegiis et literis datis vel dandis, habitis vel habendis, per que vel quas ego vel mei successores et heredes, granicias et metas hereditatis de Godessovo, scriptas, habitas et contentas in litera quondam dominorum nostrorum, felicis recordationis domini Rutgeri commendatoris Gdanensis ac domini Conradi de Schyningen advocati Dersoviensis, infringere quod absit potero seu poterunt vel delere. In quorum testimonium et evidenciam veritatis, sigilla, meum ac mei fratris domini Nicolai de Iaen, ut in premissis taxatum est, presentibus sunt appensa sub anno Incarnacionis Domini M.CCC.LIV, octavo die beati Martini episcopi et confessoris, presentibus honestis viris: Arnoldo de Thura iudice Dersoviensi, Thomislao de Mulysow, domino Nicolao plebano in Godeschowo, ac ceteris pluribus fide dignis.

Dersoviensis, *de Tczew.* Lenda, *Ląd.* Godessowo, *Godziszewo, z niem. Gardschau.* Thura maior, *Wielka Turza.* Mulysow, *Maliszew, z niemiecka Malschau. Cnfr. Nr. 1156.*

Nr. 1326.

Henricus episcopus Lubucens. 1354 Dec. 5, Vrankenvord; literas, quas dederat monasterio Paradyż **Paulus episcopus Poznaniens. 1230 Ian. 29, s. l.,** transsumi iubet.

Pergam. orygin. Na końcu, obok oświadczenia Notarii publici, *znak tegoż narysowany. Dziurki od przywieszenia jednéj pieczęci, któréj ułamek osobno zachowany okazuje, że była podłużna i przedstawiała osobę duchowną w infule, pod cymborium stojącą.*

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 21.

In nomine Domini amen. Nos Henricus Dei gracia episcopus Lubucensis universis et singulis presens transsumptum seu exemplum inspecturis volumus esse notum, quod constitutus in nostra presencia religiosus vir frater Andreas de Crosna, monachus monasterii de Paradiso sancte Marie Poznaniensis diocesis, nobis quasdam litteras sigillatas duobus sigillis pendentibus in duabus zonis de rubeo serico, videlicet felicis recordacionis domini Pauli quondam episcopi Poznaniensis et sui Capituli prout inferius describentur, sanas et integras ac omni suspicione carentes exhibuit,

petens nomine dicti sui monasterii, ipsas litteras auctoritate nostra ordinaria exemplari sub manu publica fideliter et transsumi. Quarum litterarum tenor talis est: (*Sequitur diploma Nr. 129.*)

Quibus quidem litteris duo sigilla oblonge figure de cera glauca erant appensa. In medio vero primi sigilli ymago stans, diadema in capite et clavem in manu gestans videbatur, in circumferentia eiusdem legebatur: S. Capituli Poznaniensis ecclesie. In medio vero secundi sigilli, imago episcopi infulati, dextera manu ad modum benedicentis erecta sed in sinistra baculum episcopalem tenentis apparebat, in cuius sigilli circumferencia scriptum erat: Sigillum Pauli Poznaniensis episcopi. Et quia diligenti facta collacione litterarum originalium cum transsumpto presenti utrumque invenimus recte per omnia concordare, idcirco huic transsumpto auctoritatem nostram ordinariam interposuimus et decretum, volentes ac etiam decernentes, ut de cetero huiusmodi exemplo ubique locorum, in iudicio et extra, stetur firmiter et credatur, ac si ipse originales littere apparerent. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, idem transsumptum per manum Bernardi notarii nostri infrascripti scribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli, quo ad causas utimur, appensione muniri. Actum Vrankenvord in domo habitacionis nostre, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, Indictione octava secundum consuetudinem Gneznensis provincie, die quinta mensis Decembris, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Theodorico archidiacono Lubucensis ecclesie, fratri (sic) nobis in Christo dilecto, Michaele eiusdem ecclesie perpetuo vicario, Iohanne plebano in Sommervelt, Michaele de Czormendorp et Bernardo de Storkow, clericis Misnensis et Lubucensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Bernardus Braxator clericus Traiectensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, de mandato dicti domini mei episcopi, cuius sigillum presenti transsumpto est appensum, et ad requisicionem dicti fratris Andree predictas litteras originales transsumpsi fideliter et exemplavi, nil addens vel minuens quod mutet sensum seu viciet intellectum, me hoc transsumptum legente, et ipso domino episcopo litteras originales in manibus tenente et diligenter auscultante, nec non decreti interposicioni et auctoritatis presens interfui una cum prenominatis testibus, ac omnibus et singulis premissis me hic subscribens, signo meo consueto consignavi in testimonium veritatis.

Lubucensis, *de Lubusz.* Crosna, *Krośno.* Paradisus, *klasztor Paradyż.* Vranhenvord, *Frankfurt n. O.* Sommervelt, *Sommerfeld.* Czormendorp, *Zorndorf.* Storkow, *Storków.*

Nr. 1327.

Nicolaus heres de Blozevo n. n. iudex Poznaniens. 1355 Ian. 7, Poznanie; monasterio de Lubin molendinum et mediam piscinam in villa Radomicko contra petitionem Dobeslai de Zieleniec adiudicat.

Pergam. orygin., bardzo obcięty; śladu zawieszenia pieczęci nie pozostało. Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 23.

Nos Nicolaus heres de Blozevo nec non iudex Poznaniensis universis presentibus litteris profitemur ac publice protestamur, quod cum sedissemus pro tribunali

cum militibus terre Polonie infrascriptis, videlicet domino Alberto episcopo Poznaniensi, Wirzbentha Polonie capitaneo, comite Przeczslao Poznaniensi, Pascone Gneznensi, Andrea Kaliziensi, Wincencio Sremensi, Boczathe Przemanthensi castellanis et Dobeslao iudice Kaliziensi et aliis quam pluribus fidedignis in summis terminis in crastino Epiphanie in Poznania celebratis, reverendo viro domino Andree abati una cum fratribus suis de Lubyn, medium molendinum cum media piscina in Radomyczsco ex ista parte, quod cognominatur Targowiscze, adiudicavimus de consensu predictorum militum contra Dobeslaum de Zeloni damb nec non Thomam et omnibus fratribus et sororibus (sic) ipsorum iudicialiter aquisitum, perpetue possidendum. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Poznanie sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto.

Blozevo, *Błażejewo.* Sremensis, *de Śrem.* Przemanthensis, *de Przemęt.* Lubyn, *Lubin.* Radomyczsco, *Radomicko.* Targowiscze, *dziś wieś Targowisko.* Zeloni damb, *Zieleniec.*

Nr. 1328.

Lodovicus Hungarie etc. rex 1355 Ian. 24, Bude; regni Poloniae incolis quosdam articulos hac conditione concedit, si unquam in regimen eiusdem regni succedat; si vero sibi vel nepoti suo duci Iohanni sine prole masculina decedere contingat, tunc omnes pactationes eo ipso annullentur.

Pergam. orygin. Na grubym sznurze nici jedwabnych, zielon. wiszą ułamki wielkiéj pieczęci.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata.

Nos Lodovicus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Ranie, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Sallermitanus et honoris Montis sancti Angeli dominus significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod cum Iohannes castellanus Woyciniensis (sic), Florianus prepositus et cancellarius Clansiciensis (sic), Petrus tribunus et Pelka subagaso Cracoviensis ad nostram accedentes presenciam nobis ex parte universorum regnicolarum regni Polonie super concedendis eisdem clementer articulis infrascriptis humiliter supplicassent, nos eorum, ymo verius ipsorum regnicolarum peticionibus graciose inclinati, promittimus et assumpmimus (sic) bona fide, absque omni dolo et fraude, verbo nostre regie maiestatis: ut si disponente Domino in ius et regimen regni Polonie prenotati, iuxta formam composicionis seu ordinacionis inter serenissimos principes dominos Kazimirum illustrem regem Polonie, avunculum nostrum predilectum, ac felicis memorie Karolum quondam regem Hungarie, genitorem nostrum ipsiusque sororium, in nostri et fratrum nostrorum personis dudum inite et firmate ac nobiscum novissimis temporibus innovate, processu temporum succedere nos contingat, nullas collectas seu exactiones nos et nostri successores, nostri et eorundem regiminis in predicto regno tempore exigi faciemus a regnicolis prenotatis, quas recolende memorie dominus pater ipsius domini regis aut idem dominus rex, aliquibus ex causis ultra consuetam et solitam libertatem ab eisdem regnicolis, et presertim prelatis et personis ecclesiasticis eorumque villis, populis seu incolis, nobilibus ac eorum villis et populis, seu civitatensibus regni eiusdem cuiuscunque status et condicionis exigi seu extorqueri fecis-

sent; sed hiis contenti erimus, que ipsi solvere consueverunt ab antiquo, vel que ad cameram regiam seu ius regale constiterit pertinuisse seu constabit. Sed si civitatenses, exceptis tamen nobilibus dicti regni Polonie, vel aliqui dictorum civitatensium de eodem regno occurrente aliquo necessitatis seu oportunitatis tempore contribuere voluerint, ad id non acceptandum nos nullatenus obligamus, sed gratanter recipiemus quod liberaliter offeretur per eosdem: attamen ad id faciendum seu solvendum, eosdem nullo modo compellemus. Item, si per regnum illud quocunque tempore procedere nos contingat, descensus super prelatos, ecclesias, monasteria ipsorumque populos supradictos, seu regni antedicti nobiles ac eorum iobagiones, populos vel inquilinos non faciemus contra eorum voluntatem, nec aliquid occasione descensus exigi faciemus ab eisdem: quod si alias pro faciendo descensu dimittere non possemus, extunc pro nostris sumptibus et pecunia nos procurari in victualibus et aliis necessariis faciemus. Ceterum, si in nostri et successorum regiminis tempore, pro aliqua expedicione facienda ultra fines eiusdem regni procedere nos expediat vel eosdem, de dampnis, si que regnicole eiusdem regni in eadem expedicione nobiscum aut aliquo nostrorum successorum existentes in nostris aut ipsorum serviciis subierint, plenarie eisdem satisfactionem inpendemus, et ipsi ydem inpendere teneantur. Demum, si, quod absit, nos aut dominum Iohannem ducem, nepotem nostrum, absque herede masculini sexus decedere contingat, extunc omnia pacta, convenciones, disposiciones, ordinaciones, iuramenta fidelitatis et homagii ac obligamina quelibet, confecta super sacramento regni Polonie supradicti, que nos aut nostros et ipsius heredes contingebant, eo ipso annullentur, irritentur et viribus maneant caritura, nec alii successores nostri, preterquam heredes memorati, horum pactorum occasione aliquid iuris in eodem valeant ulterius vendicare; set regnicole ipsius regni Polonie super ipsis liberi sint penitus et exempti ac per omnia expediti: salvis solucionibus quinque milium sexagenarum grossorum Bohemicalium, inclite domine seniori filie eiusdem domini regis tempore maritacionis ipsius, prout per predictum dominum genitorem nostrum assumptum fuerat, per nos plene et integre eidem persolutis; de quibus in predictorum composicionis et ordinacionis, irritacionis et annullacionis eventum volumus, ut nostris successoribus seu heredibus satisfactio inpendatur per illum, qui prefato regno Polonie presidebit: sic tamen, si predictum regnum in nostras vel dicti domini Iohannis ducis, nostrorumque vel ipsius heredum manus devenire non contingat; quod si devenire contigerit, eo ipso prefati rex et regnum a debito dictorum quinque milium sexagenarum sint per omnia expediti. Pacta autem, convenciones et disposiciones ac ordinationes quascunque et instrumenta confecta super ipsis, temporibus quibus supra, cum omnibus ipsorum obligaminibus ac promissionibus et firmamentis quibuscunque, presentibus ratificamus, approbamus, et illibata iuxta convencionum contentarum in eisdem formam sub eiusdem sacramenti vinculo promittimus omnibus temporibus observare. Insuper omnes duces, prelatos, ecclesias ecclesiasticasve personas, barones, magnates, proceres, milites, nobiles, civitates, villas eorumque populos et inquilinos in eorum libertatibus promittimus conservare, nec eos contra illas intendimus agravare vel per alios paciemur agravari modo aliquali. In quorum omnium testimonium atque robur, presentes concessimus litteras, duplicis ac pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Bude XXIIII die mensis Ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto.

Woyciniensis, *zam. Wojniciensis, t. j. de Wojnicz.* Clansiciensis, *zam. Lanciciensis.*

Nr. 1329.

Iaroslaus s. Gnesznens. ecclesie archiepiscopus 1355 Febr. 3, in Lovicz; Stanislaum archidiaconum de Kurzelów, subcollectorem decimae quadriennalis in archidiaconatu praedicto instituit.

Pergam. orygin., przetlały, w którego dolnym, założonym brzegu szczątki paska pergamin.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 135.

Iaroslaus divina providencia sancte Gnesznensis ecclesie archiepiscopus, discreto viro Stanislao vicearchydyacono Curzeloviensi salutem in Domino. Tue discrecioni notificamus per presentes, quod dominus Innocentius Papa sextus, nobis et coepiscopis nostris cleroque tocius provincie nostre quadriennali decima imposita cum domino rege Polonie per medium dividenda, nobis ac colleiis (sic) nostris, videlicet domino Sbignewo decano et Arnaldo scolastico Cracoviensibus dedit in mandatis, quod predictam decimam per nos vel subcollectorem aut subcollectores nostros exigeremus, negligentes solvere certis in terminis, per censuram ecclesiasticam compescendo. Nos vero ecclesie nostre negociis prepediti eiusdem decime exaccioni personaliter intendere non valentes, auctoritate apostolica de assensu predictorum nostrorum collegarum districte tibi precipiendo mandamus, quatenus ipsam decimam sic impositam, a canonicis Curzeloviensis ecclesie et a clero eiusdem ecclesie archidyaconatus certis in terminis exigas, rebelles et non solventes, per sentenciam suspensionis ab officio aut excommunicacionis vel interdicti, premissa canonica amonicione compellere non obmittas. Datum in Lovicz in crastino Purificacionis beate Marie, anno Domini M.CCC. quinquagesimo quinto.

Curzeloviensis, *de Kurzelów.*

Nr. 1330.

Ludwig der Romer (Markgraf von Brandenburg) 1355 Apr. 24, Ffredeberg; verleiht dem Dirsko von Chyciny mehrere Dörfer im Lande Sternberg zu Lehen.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. XIX, p. 142. (Kopja).

Wir Ludwig der Romer bekennen, daz wir angeseen haben mannighen getruwen Denst, den uns getan hath und noch tun sol der veste Man Derseken Wizenssee, unser lieber, getruwer Voget zu Drossen, und yn und zinen rechten Erven gelegen und leygen zu einem rechten Lehen den Wagendenst unde das oberste und alle ander Rechticheyt de wir haben yn dem Dorffe Oestrow unde Wandryn, von uns fredelichen zu haben und zu bezitzen ane alle Hindernisse. Wir haben gelegen und lihen ouch dorch der vorgnanten Denste wyllen dem vorgnanten Derseken und zinen Erben alle Gerechticheit, Nutz und Frucht, Rente, Ere und Herschop, de wir haben in den nachgeschrieben Dorffern: Butzsow, Pynnow, Tornow, Belitz und Beygerstorff — der alden Peyze Bernstorp Frycze und Claws, ouch alle de dar inne sitzen und

bewanen — van uns — haben zu eynem rechten Lehen, und willen ernstlich, daz alle unsse Diener und Man de Guter haben in den vorgnanten Dorffern, daz von dem ergenanten Derseken sullen haben, und zich mit den Gutern an em halten ane aller Hindersprache. Mith Orkunde etc. Presentibus: Henrico de Wedel, Ost, Iohanne de Wedel, Brederlow, Ottone Morner et Theodorico Morner cancellario. Datum Ffredeberg anno LV, in crastino beati Georgii.

Wizenssee, *Chyciny*. Drossen, *Ośno*. Oestrow, *Ostrów*. Wandryn, *z niem. Wandern*. Butzsow, *Bottschow*. Pynnow, *Pinnów*. Tornow, *Tornów*. Belitz, *u Riedla mylnie* Relitz, *Beelitz*. Beygerstorff, *Beyersdorf*. Ffredeberg, *Friedeberg*.

Nr. 1331.

Nicolaus quondam Nicolai palatini Kalisiens. natus etc. 1255 (sic) Mai. 12, Wratislavie; una cum fratre suo Ianussio castellano de Biechowo protestatur, oppidum Zduny sibi a Preczlao episcopo de Wrocław, quamdiu ecclesiastica persona maneret, esse concessum.

Wrocław. Archiv. Capituli. Liber niger pag. 206.

Universis et singulis presentes literas inspecturis ego Nicolaus quondam Nicolai palatini Kalisiensis natus sancteque ecclesie Gneznensis canonicus, una cum fratre meo karissimo Ianusio domino ac castellano Bechoviensi recognosco et publice profiteor, quod oppidum Sdunky episcopale, cum omnibus bonis, villis circumiacentibus et pertinenciis universis ad ipsum spectantibus habeo et obtineo de mensa et gratuita benivolencia reverendissimi in Christo patris ac domini mei, domini Priczlai Dei gracia episcopi Wratislaviensis et ecclesie sue speciali, et habere ac tenere debeo ad tempora vite mee idem opidum cum omnibus et singulis bonis sibi adiacentibus et ad ipsum iure pertinentibus, videlicet fructibus, redditibus, proventibus, silvis, pratis, pascuis, piscinis, venacionibus et obvencionibus ac utilitatibus universis, quocumque nomine censeantur, in quantum et quamdiu clericus fuero et voluero clericari. Sed quamcito desinerem et cessarem quod absit clericari et existere ecclesiastica persona, extunc mox ad ipsum dominum episcopum et suam ecclesiam Wratislaviensem predictam prefatum opidum Sdunky cum omnibus iterum bonis, fructibus, redditibus ac universis utilitatibus et obvencionibus prenarratis ad ipsum opidum pertinentibus redire debet sine cuiuspiam fratrum meorum et aliorum amicorum quorumcumque contradictione, libere, integraliter et in totum. Eciam si qua in ibidem edificia necessaria in instaurando, restaurando aut reformando impenderem vel meo nomine quis impenderet, sicuti Domino favente intendo ubi opus fuerit restauranda restaurare et reformare reformanda, hiis omnibus cessantibus, predictum opidum Sdunky cum ipsius pertinenciis omnibus ut prefertur, dum vacaverit aut vacabit per mortem meam naturalem vel civilem qualemcumque, semper ad memoratum dominum episcopum et suam ecclesiam predictam sine resarcione laborum qualibet seu satisfactione de premissis inpensis libere ut prius revertetur. In cuius rei testimonium, sigilla meum et fratris mei castellani Bechoviensis supradicti presentibus sunt

appensa. Datum Wratislavie XII die mensis Maii, anno Domini M.CC.L quinto, (sic) presentibus *etc.* (sic).

Bechoviensis, *de Biechowo.* Sdunky, *Zduny.*

Nr. 1332.

Pribigneus canonicus Poznaniens. etc. 1355 Iun. 3, in Pobedisc; scultetiam in villa deserta ecclesiae de Pobiedziska dicta Wagowo, Melonigio et Stanislao fratribus iure de Środa vendunt.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta anni 1691.

In nomine Domini amen. Cunctarum rerum perit memoria, si litteris aut sufficienti testimonio non fuerit roborata. Igitur nos Pribigneus canonicus Poznaniensis et plebanus Pobediscensis notum esse volumus tam presentibus quam futuris presentem litteram inspecturis, quod volentes et intendentes meliorare proventus et utilitates in hereditate seu villa Vagowo vulgariter nuncupata ecclesie Pobediscensis, que multis retroactis annis deserta et inutilis permanebat et per quosdam rusticos, videlicet Kmiczam et fratres suos scultecia in eadem hereditate fuerat occupata: nos vero cum Dei adiutorio predictum Kmiczam cum fratribus suis iure regio et terrestri iustoque iudicio vincentes eisque perpetuum silencium imponentes, discretis et honestis viris Melonigio et Stanislao fratribus germanis, filiis quondam Sventhoslai de Rusca, sculteciam in dicta villa Wagovo vendidimus pro sex marcis grossorum iure Sredensi et Theutonicali, ipsis et legittimis successoribus in perpetuum hereditarie possidendam; dantes et assignantes predictis scultetis nostris et eorum successoribus, in eadem hereditate Wagovo tres mansos liberos coniunctos et unum hortum, thabernam, fabrum, calciparia, macellum carnium et panum, et tercium denarium de qualibet re iudicata. Pratum vero unum, quod Garby vocitatur. Habebunt eciam sculteti licenciam in lacubus piscandi cum slampnicza, et gulgustria ponere, et tercium piscem in tractu. Similiter et tercium denarium in confectionibus lignorum. Et feras seu aves libere capere poterunt cuiuslibet generis, sicut in graniciis seu in gadibus est distincta. Incole vero prefate ville qui ibidem locati fuerint, decem annorum gaudebunt omnimoda libertate. Evulsa libertate, singuli de quolibet manso in festo beati Martini pro censu nobis et nostris successoribus annuatim octo scotos grossorum solvere tenebuntur. In festo eciam Nativitatis Christi, quilibet currum lignorum, in Carnisprivio similiter currum. In festo eciam Pasche, de quolibet manso viginti ova et currum lignorum, et insuper in Assumpcione beate Marie, per duos pullos et currum lignorum. Prandia vero que ter in anno fieri consueverunt, in prima locatione kmethones quatuor grossos, in secunda similiter quatuor. Sculteti gaudebunt de libertate ex eo, quod nobis nostrisque successoribus in equo deservient, et nobiscum in suis equis equitabunt quocunque nobis placuerit. Kmethones eciam sepedicti ter in anno nobis arabunt et successoribus nostris. Reservantes pro nobis et nostris successoribus pratum quod Kelnek nuncupatur, vulgariter Popowa lanka. Promittimus eciam scultetos nostros, sicut iuris est, infra tres annos a data presencium exbrigare ab omni impedimento; si non possumus exbrigare, extunc ipsorum pecunias promittimus ad solvendum. Et quoniam iura civitatis Sredensis nobis sunt prorsus

incognita, omnia iura que honorem, commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et nostris successoribus reservamus integraliter et complete. In huius rei testimonium et evidenciam pleniorem, presentes eis dedimus litteras de nostra et domini Wirzbanthe capitanei Polonie mutua liberalitate, sigilloque predicti domini capitanei et nostro duximus communiri Datum in Pobedisc in vigilia sanctissimi Corporis Christi, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, presentibus hiis testibus: dominis Tomassio castellano Znenensi, Hancone advocato, Nicolao Goslinensi Nicolao, pannicida, Andrea fabro, Auditore et Petro fratribus, civibus Pobediscensibus, et aliis quam pluribus fidedignis.

Pobediscensis, *de Pobiedziska.* Vagowo, *Wagowo.* Rusca, *Ruszcza.* Sredensis, *de Środa na Szląku.* Znenensis, *de Żnin.* Goslinensis, *de Goślina.*

Nr. 1333.

Thomislaus heres de Probosczevicze 1355 Sept. 21, in Vartha;

partem nemorum in hereditate Proboszczewice sitorum Ianussio filio Domconis vendit, ut ibidem villam iure Średensi locet.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 95.

In nomine Domini amen. Labuntur facilime ab humana memoria, que nec scripto nec voce testium perhennantur. Proinde nos Thomislaus heres de Probosczevicze, una cum filiis nostris, videlicet Pelca, Petro clerico, Nemyerza et Grimislao notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris ad quos devenerit scriptum presens, quod cupientes bona nostra pro viribus reformare, quedam nemora in rubetis dictis Lzy vulgariter, sita in dicta hereditate Probosczevicze, vendidimus pro duabus marcis paratorum grossorum Ianussio filio olim Domconis ad locandum villam iure Theutunico scilicet Sredensi, in quibus mensuravimus octo mansos solubiles; eidem Ianussio racione locacionis et solthecie dantes duos mansos et duos ortos liberos, tabernam, macellum liberum panis, carnificis et sutoris. Damus eisdem incolis ibidem, a die qua quisque intraverit, a nostris solucionibus, serviciis omnibus et decima, infra duodecem annos, et domini regis serviciis et solucionibus universis, infra quatuordecem annos omnimodam libertatem; quibus elapsis, maldratas et pecuniam nobis solvent anno quolibet, ut in Vartha solvere consueverunt. Item dicti kmethones in festo Nativitatis Christi pro perna sex grossos, in festo Pasce Domini tres grossos et quilibet quindecim ova nobis solvere tenebuntur. Insuper prefati incole tenebuntur nobis arare diem ad yemalia et agros diei (sic) perficere et cum nostris seminare frumentis, et ad estivalia diem eciam arare et similiter seminare. Ad expedicionem vero generalem dicti kmethones mediam marcam et solthetus prefatus sex grossos nobis solvent, qualibet contradictione cessante. Preterea idem incole, de duobus iudiciis generalibus nobis dabunt duo prandia, aut pro quolibet quatuor grossos; solthetus autem pro tercio prandio nos honorabit et suscipiet metsecundum. Insuper damus soltheto eidem pratum dictum Gorky vulgariter, et partem pratorum ut kmethones ceteri habebit; prata vero sunt dictorum kmethonum usque ad insulam sive pratum Leszcze vulgariter nuncupatum. Conferimus dicto soltheto cum eisdem incolis in silva nostra, dicta Llang nostro ydiomate, ligna excidere opportuna. Cete-

rum conferimus sepedicto Ianussio et suis pueris et successoribus legittimis tercium denarium de re qualibet iudicata, et eandem soltheciam in perpetuum possidere et convertere et vendere pro ipsorum libito voluntatis. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est annexum. Actum in Vartha in die beati Mathei apostoli, presentibus henestis viris: Petro dicto Crayna, Nicolao pellificis, Laurencio dicto Copecz, Gregorio dicto Gorzicza, Oppaczone textore et Thilone pistore, civibus Varthensibus, et aliis pluribus fidedignis. Anno Domini M.CCC quinquagesimo quinto.

Probosczevicze, *Proboszczewice.* Sredensis, *de Środa na Szląsku, z niem. Neumarkt.* Vartha, *Warta.*

Nr. 1334.

Innocentius Pp. VI 1356 Ian. 11, Avinione; Iohannem ecclesiae Poznaniensi in episcopum praeficit et de more commendat.
Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 755.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Iohanni electo Poznaniensi salutem et apostolicam benedictionem. Universali Ecclesie quanquam insufficientibus meritis presidentes, de universis orbis ecclesiis pro earum statu salubriter dirigendo quantum nobis ex alto permittitur solicite cogitamus; sed earum propensior solicitudo nos urget, quas propriis carentes pastoribus, vacationis incommodis prospicimus subiacere, ut illis per operationis nostre studium viri preficiantur ydonei in pastores, qui sciant, velint et possint ecclesiis ipsis preesse utiliter pariter et prodesse. Nuper siquidem bone memorie Alberto episcopo Poznaniensi regimini Poznaniensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, per apostolice Sedis providentiam ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ea vice dispositioni et ordinationi nostre duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum eiusdem Alberti, qui extra Romanam curiam decessit, vacante, dilecti filii decanus et Capitulum ipsius ecclesie, reservationis et decreti predictorum ignari, te prepositum ecclesie Cracoviensis in presbyteratus ordine constitutum, in episcopum Poznaniensem, licet de facto, concorditer elegerunt; tuque reservationis et decreti predictorum similiter inscius, electioni huiusmodi consensisti, et demum reservatione et decreto huiusmodi ad tuam deductis notitiam, ad Sedem apostolicam personaliter accedens, huiusmodi electionis negocium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur electionem predictam, post et contra reservationem et decretum predicta de facto ut premittitur attemptatam, et alia inde secuta prout erant irrita et inania reputantes, et ad provisionem ipsius ecclesie Poznaniensis celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice disponere potuit neque potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne dicta Poznaniensis ecclesia longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie Poznaniensi personam utilem ac eciam fructuosam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis ac in suis manutenere iuribus et eciam adaugere, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te,

literarum sciencia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, aliisque multiplicium virtutum meritis, prout ex fide dignorum assertione percepimus insignitum, considerata eciam eorumdem decani et Capituli te eligencium unanimi voluntate, direximus oculos nostre mentis: quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua eidem ecclesie Poznaniensi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gracias et largitur premia confidentes, quod dextera Domini tibi assistente propicia, prefata ecclesia Poznaniensis sub tuo felici regimine prospere dirigetur et salubria suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris suscipiens reverenter et suavi eius oneri humiliter colla summittens, eiusdem ecclesie Poznaniensis solicitam curam geras gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando; ita, quod dicta Poznaniensis ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium, nostre benivolentie graciam uberius valeas promereri. Datum Avinione III Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno quarto.

In e. m. . . Archiepiscopo Gneznensi, Capitulo ecclesie Poznaniensis, Clero civitatis et diocesis Poznaniensis, *necnon* Kazimiro regi Polonie: ut eidem Iohanni obedientiam et reverentiam etc. exhibeant.

Nr. 1335.

Fr. Iohannes commendator Domus et rector ecclesie Costanens. etc. 1356 Ian. 17, Costan; Helyngo hereditatem Domus suae, dictam Widziszewo, iure Theutonico ad populandum confert.

Kopja oryginalnego transsumptu, potwierdzonego przez: Henricus de Nova domo, prior per Bohemiam, Poloniam etc. Ordinis Hospitalis sancti Iohannis Iherosolymitani 1404 in festo s. Mathei apost. et evangel., Zittavie in generali capitulo, *spisana ręką XVII w. na luźnym arkuszu papierowym.*

Praga. Archivum prioratus Ordinis equitum Melitensium. — Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Costens. a. 1566 II, f. 235.

In nomine Domini amen. Humanarum accionum gesta, oblivione frequenter consueverunt tractu temporis deperire, si scripture testimonio vel testium sufffragio non fuerint commendata. Inde est quod ego frater Iohannes, commendator Domus et rector ecclesie Costanensis Ordinis sancti Iohannis, una cum fratre conventuali nomine Adam, cupientes ut rei geste inter nos, parte ex una, et discretum virum Helyngum, parte ex altera, plenior apud posteros memoria habeatur, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod intendentes melioracionem bonorum Domus Poznaniensis, ut ex eis auctore Domino fructus uberior valeat provenire, de consensu et voluntate nostri superioris, fratris Galli de Lemborg, prioris Domorum Hospitalis Ordinis sancti Iohannis Iherosolymitani per Bohemiam, Poloniam, Moraviam, Austriam etc., hereditatem Wydzischevo vulgariter nuncupatam decrevimus

iure Theutonico, veluti villa Kelczevo, ad parvos mansos sub ea que sequitur ordinacione populandam. Primo siquidem Helyng predictus cum suis liberis legittimis, racione scultecie et locacionis, mansum, ortum, adiuncto prato quod situm est iuxta viam a dextris in Przeschekam, fruendum perpetuo iure hereditario libere ac pacifice possidebit. Incole vero dicte hereditatis, libertate expirata sex scotos usuales, quatuor mensuras siliginis, quatuor tritici et totidem avene racione census et decime singulis annis in festo sancti Martini solvere tenebuntur, quem censum ipse scultetus cum suis posteris colliget exigendo, nobis ac nostris successoribus integraliter in Costan presentandum. Iudicabit autem scultetus memoratus sua cum posteritate iure Maydeburgensi omnes causas faciles (sic) et criminales infra terminos dicte hereditatis contingentes, presente commendatore Costanensi vel eius nuncio speciali. De penis vero iudicialibus, nos et nostri successores duos denarios, scultetus vero et sua posteritas tercium recipiemus (sic). Damus eciam incolis omnimodam potestatem prata in paludine faciendi, prout eis modo meliori videbitur expedire. Araturam incole nobis et nostris successoribus bis in anno, unam diem pro vice qualibet computando, cum eorum aratris procurabuntur; ortulani vero frumenta nostra metere, salvo ipsorum sallario, iuxta iura et ipsius terre consuetudinem tenebuntur. Deinde scoltetus cum suis posteris ter quolibet in anno iudicium generale celebrabit, quibus in iudiciis, nobis et nostris successoribus communitas de duobus, scultetus tamen de uno prandio providebunt. Statuimus eciam, quod ortulani tempore vernali fena nostra tempore quo supra colligere habebunt. Et si aliquis in dicta villa agros comparaverit, medium grossum racione resignacionis ministrabit sculteto supradicto. Volumus eciam, quod scultetus quivis nobis nostrisque successoribus in equo, qualem habere poterit, solummodo infra gades terre famuletur nostris ac successorum nostrorum in sumptibus ac expensis. Si vero, quod absit, scultetus seu posteritas sua nobis vel nostris successoribus famulando, ipsius equus experte lapsus fuerit aliquid in dampnum quoquomodo sive detrimentum, extunc idem scultetus ab ipso servicio prenotato absolvetur tamdiu, donec sibi de equo equi ponderis fuerit provisum. Preterea ortulani de orto quolibet censum iuxta consuetudinem ville dicte Kelczewo solvere tenebuntur. Damus eciam sculteto et suis posteris licenciam oves in ipsa hereditate absque dampno et preiudicio aliorum pascendi. Quodque scultetus et eius posteri sculteciam vendere non valeant vel obligare, nisi quem nos vel nostri posteri decreverimus admittendum. Ut autem hec ordinacio robur obtineat firmitatis, sigillo nostri superioris supradicti et meo duximus presentem litteram roborari. Datum Costan et actum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, XVI Kalendas Februarii, presentibus hiis testibus: fratre Petro Poznaniensi, fratre Martino commendatore Costanensi, fratre Petro conventuali; Iohanne dicto Plichta, Sulcone, civibus in Costan, et aliis quam pluribus fide dignis.

Costanensis, *de Kościan.* Widziszewo, Kiełczewo, Przysieka, *dziś tak samo.*

Nr. 1336.

Innocentius Pp. VI 1356 Febr. 15, Avinione; Iohanni episcopo Poznaniensi mandat, ut Iohanni Hecardi canonicatum et praebendam in ecclesia Vratislaviensi conferendos curet.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 757.

Innocentius episcopus *etc.* venerabili fratri .. episcopo Poznaniensi salutem *etc.* Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes apostolica generosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Dudum siquidem felicis recordationis Clemens Papa VI predecessor noster omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, que promovendi per eum ad cathedralium ecclesiarum regimina tempore promocionum huiusmodi obtinerent, tunc imposterum vacatura, collationi et dispositioni sue reservavit, decernens extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: ac deinde bone memorie Iohanne episcopo Poznaniensi Poznaniensis regimini ecclesie presidente, idem predecessor cupiens eidem ecclesie, cum illam vacare contingeret, per eiusdem Sedis providenciam ydoneam preesse personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni sue ea vice cum similis interpositione decreti specialis etiam reservavit. Postmodum vero dicta ecclesia per ipsius Iohannis episcopi obitum, qui dicto predecessore in humanis agente, in partibus illis diem clauserat extremum, pastoris solatio destituta, dilecti filii Capitulum eiusdem ecclesie bone memorie Albertum episcopum Poznaniensem in Poznaniensem episcopum, licet de facto, concorditer elegerunt, dictusque Albertus electionem eandem, a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Gneznensi, loci metropolitano obtinuit auctoritate metropolitica confirmari sibique munus consecrationis impendi, seque administrationi spiritualium et temporalium ipsius ecclesie ingessit. Subsequenter quoque predecessor predictus de persona venerabilis fratris nostri Andree episcopi Zwerinensis, tunc electi Poznaniensis, eidem Poznaniensi ecclesie auctoritate apostolica providit; et tandem prefata Poznaniensi ecclesia ex eo apud dictam Sedem vacante, quod idem predecessor prefatum Andream apud eandem Sedem constitutum, a vinculo, quo eidem Poznaniensi ecclesie cui tunc preerat (tenebatur), auctoritate apostolica absolventes, ipsum ad Zwerinensem ecclesiam tunc vacantem eadem auctoritate duxit transferendum: idem predecessor de persona dicti Alberti episcopi apud dictam Sedem constituti prefate Poznaniensi ecclesie tunc de fratrum suorum sacre Romane ecclesie cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio auctoritate predicta duxit providendum, dictum munus consecrationis eidem Alberto ut prefertur impensum, necnon alia per eum alias rite gesta et administrata in ipsa Poznaniensi ecclesia auctoritate eadem ex certa scientia approbando, prout in ipsius predecessoris litteris inde confectis plenius continetur. Cum itaque propterea canonicatus et prebenda ecclesie Wratislaviensis, quos dictus Albertus episcopus, huiusmodi electionis, confirmationis et muneris impensionis ac provisionis eiusdem predecessoris de ipso Alberto episcopo facte eidem Poznaniensi ecclesie ac approbationis temporibus obtinebat, vacaverint, et sicut accepimus, vacent ad presens, licet per dilectum filium Nicolaum de Saldorf presbiterum Wratislaviensis diocesis detineantur indebite occupati: nos, qui in nostri apostolatus primordiis omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesia-

stica, que promoti per eundem predecessorem ad cathedralium ecclesiarum regimina huiusmodi promotionum temporibus obtinebant, tunc vacantia collationi et dispositioni nostre cum similis interpositione decreti duximus etiam reservanda, volentes dilectum filium Iohannem Hecardi custodem dicte ecclesie Poznaniensis, ut asseritur iurisperitum, de probitatis et virtutum meritis apud nos multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Kazimiri regis Polonie illustris, pro ipso Iohanne capellano suo nobis in hac parte humiliter supplicantis, favoribus prosequi generosis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinationem eundem Iohannem ad hoc ydoneum esse repereris, super quo tuam conscienciam oneramus, et vocatis dicto Nicolao et aliis qui fuerint evocandi, inveneris canonicatum et prebendam predictos ut prefertur vacare et tempore date presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum, eosdem canonicatum et prebendam, de quibus idem predecessor minime ordinavit, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Iohanni auctoritate nostra conferas et assignes; inducens per te vel alium seu alios prefatum Iohannem, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac iurium et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, amoto exinde dicto Nicolao et quolibet alio illicito detentore, ac faciens ipsum Iohannem, vel dictum procuratorem pro eo, ad eandem prebendam in dicta Wratislaviensi ecclesia auctoritate predicta in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in Capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, sibique de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra *etc.* Datum Avinione XV Kalendas Marcii, pontificatus nostri anno quarto.

Nr. 1337.

Innocentius Pp. VI 1356 Febr. 18, Avinione; Iohanni episcopo Poznaniensi concedit, ne ad observandum iuramentum, praestitum de apostolorum limina visitando, usque ad sex annos teneatur.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 758.

Innocentius episcopus *etc.* venerabili fratri Iohanni episcopo Poznaniensi salutem *etc.* Personam tuam nobis et apostolice Sedi devotam precipua benevolentia prosequentes, votis tuis quantum cum Deo possumus libenter annuimus, in hiis presertim, que tui status quietem et commodum respicere dignoscuntur: ut quanto magis Sedem ipsam, que se in tui honoris augmento propitiam exhibuit, favorabilem inveneris et benignam, tanto eam studeas devotius revereri. Sane pro parte tua nobis oblata petitio continebat, quod tu nuper, tempore quo te Poznaniensi ecclesie tunc vacanti in episcopum prefecimus et pastorem, iuramento ut moris est prestito promisisti, quod apostolorum limina per te vel alium certis tunc expressis successivis temporibus visitares, quamquam ecclesia ipsa privilegium exemptionis non habeat, sed venerabili fratri nostro . . archiepiscopo Gneznensi iure metropolitico sit subiecta: quare nobis humiliter supplicasti, ut tecum in hac parte agere generose de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, tue huiusmodi devotionis exigentibus meritis volentes te et eandem ecclesiam ab expensis, laboribus et honeribus, que oporte-

ret te et ecclesiam ipsam subire propterea, paternis studiis aliqualiter relevare, tuis supplicationibus inclinati tenore tibi presentium concedimus quoad observantiam dicti iuramenti, quod ad huiusmodi visitationem usque ad sex annos proxime sequentes non tenearis, dummodo ad visitationem eandem faciendam alias realiter minime sis astrictus. Nulli *etc.* Datum Avinione XII Kalendas Marcii, pontificatus nostri anno quarto.

Nr. 1338.

Innocentius Pp. VI 1356 Febr. 18, Avinione; universis fidelibus ecclesiam Poznaniensem visitantibus et ad reformationem ipsius manus adiutrices porrigentibus indulgentias concedit.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 763.

Innocentius episcopus *etc.* universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem *etc.* Ecclesiarum fabricis manus porrigere adiutrices pium apud Deum et meritorium reputantes, frequenter Christi fideles ad impendendum ecclesiis ipsis auxilium nostris litteris exhortamur, et ut ad id eo fortius animentur quo magis exinde animarum comodum se speraverint adipisci, nonnunquam pro hiis temporalibus suffragiis spiritualia eis munera, videlicet remissiones et indulgentias elargimur. Cum itaque, sicut accepimus, Poznaniensis ecclesia propter casum et ruinam reformatione et reparatione indigeat, et ad reformationem et reparationem huiusmodi proprie non suppetant facultates nisi a Christifidelibus suorum largitione bonorum succurratur eidem: universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis, ad reformationem et reparationem ipsius ecclesie pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram huiusmodi ecclesia reformari et reparari valeat, et vos per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui manus ad hoc porrexerint adiutrices, unum annum et xl dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus: presentibus post decennium minime valituris, quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Avinione XII Kalendas Martii, anno IV.

Nr. 1339.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1356 Apr. 11, Cracovie; ecclesiam parochialem in villa Janków fundat et dotat.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1514.

In nomine Domini amen. Noverint quibus nosse fuerit opportunum universi, quod nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, cultum divinum prout nos decet ex debito officii pastoralis augmentare cupientes, ecclesiam in villa Nankow, quam nuper ad honorem omnipotentis Dei et beate Marie

virginis gloriose et specialiter ad laudem et gloriam beatorum Simonis et Iude apostolorum de novo fundavimus, de infra scriptarum villarum mense nostre decimis, ad peticionem venerabilis in Christo fratris nostri domini Bodzante, Dei et apostolice Sedis providencia episcopi Cracoviensis, eiusdem ecclesie patroni, dotandam duximus: videlicet in Budzeslawye et in Koszuskovo in districtu Czbarensi consistentibus, ipsasque decimas sub ratihabicione fratrum nostrorum Capituli Gneznensis, eidem ecclesie in Nankowo et ad victum et usum rectoris eius qui pro tempore fuerit perpetuo atribuimus et asscribimus per presentes: ipsam Nankowo et Velma villas, una cum omnibus que infra limites ipsarum locari poterint, prefate ecclesie pro parrochia adiungentes, ut eo devocius et comodius, quo congruencius et utilius, rector qui fuerit pro tempore memorate ecclesie valeat famulari. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis, nostrum et nostri Capituli prelibati sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum Cracovie feria secunda post dominicam Quadragesime qua Iudica decantatur, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo sexto, presentibus honorabilibus viris, domino Ianussio preposito, Iohanne decano, Kelczone scolastico, Iacobo custode, Sbilutho preposito Plocensi, Martino archidiacono Cirnensi nec non canonicis Gneznensibus, et aliis multis fidedignis.

Nankow, *Janków.* Budzeslawye, *Budzisław górny.* Koszuskovo, *Kożuszkowo.* Districtus Czbarensis, *północno-wschodnia krawędź Wielkopolski, pomiędzy prawym brzegiem Warty, linią od m. Konin ku m. Trzemeszno, a granicą Kujawską; bliższe oznaczenie obacz przy Dodatkach do Tomu II, Nru. 812.* Velma, *Wełna.* Cirnensis, *de Czersk.*

Nr. 1340.

Kazimirus rex Polonie etc. 1356 Mai. 1, Prage; foedus cum Carolo Romanorum rege a. 1348 d. Nov. 22 Namslaviae initum innovat atque dilatat, vigore cuius regi praedicto, si iuvamine ipsius limites regni Poloniae contra Ordinem domus Theutonicorum et marchiones Brandenburgiae recuperare posset, auxilium contra quemlibet, rege Ungariae Ludovico excepto, praestare spoponderat. Cnfr. Nr. 1277.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. B 2, p. 397. (*Kopja*).

Kazimirus Dei gratia rex Polonie et Russie, nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie et Pomeranie terrarum et ducatuum dominus et heres, notum facimus universis: quod, quia serenissimo ac invictissimo principi et domino Carolo, Romanorum imperatori semper augusto et Boemie regi, fratri nostro carissimo, in tractatibus habitis inter suam maiestatem, ab una, et nos parte ab alia, in oppido suo Nampslavia sub anno Domini MCCCXLVIII, Indictione prima, decimo Calendas Decembris, regnorum ipsius anno tertio, sub titulo Romani regis quo illis temporibus utebatur, sub iuramento rite promisimus: sic et nunc, animo deliberato et maturo nostrorum procerum antecedente consilio, sub eodem iuramento promittimus perpetuam dilectionem et firmam amicitiam cunctis in antea futuris temporibus inviolabiliter observare, sicut ipse vice versa nobis sub iuramento ante prestito ad observationem eiusdem dilectionis et amicitie teneatur, prout in antiquis litteris nostre concordie inter nos et eum aliquotiens celebrate plenius continetur. Promisit etiam dictus dominus imperator sub iuramento ante prestito bona fide et sine dolo,

nobis adversus quemlibet hominem, et nominatim contra Cruciferos de domo Teutonica, seu etiam contra Bavaros vel quoscunque alios in marchionatu Brandenburgico manentes, vel in propria persona, si commode fieri poterit, vel in persona illustris principis domini Iohannis marchionis Moravie, fratris sui, cum sexingentis hominibus galeatis assistere et amicabiliter sufffragari; illo presertim tempore, cum plante et segetes sunt in campis. Et si quispiam inimicorum ante tempus messium quocunque tempore terras nostras invaserit, sub premisso iuramento absque dolo promisit contra insultum inimicorum eorundem nostrorum toto suo posse nos adiuvare. Et si prima vice cum hominibus eisdem nos adversus inimicos nostros limites regni nostri non recuperaremus, tunc secundario ad requisitionem nostram quadringentos galeatos nobis destinare promisit et tenebitur sub suis damnis, sumptibus et expensis; ita tamen, quod nos suo exercitui predicto, quamdiu in regno nostro moram traxerit, de esculentis et potulentis tenebimur et promittimus providere. Et si, quod non speramus, prima et secunda vice non recuperaremus limites eiusdem regni, tunc tertia et quarta vice et quotiens necessarium fuerit, nobis sub iuramento et fide iuxta suum posse sine dolo suffragari promisit et tenetur tamdiu, quousque ut predicitur recuperemus limites regni nostri. Quibus recuperatis, prefato domino imperatori et regni Boemie assistere et astare tenebimur adversus omnem hominem, excepto rege Hungarie, prout in antiquis nostris literis est expressum. Insuper, quamdiu effectum adversus inimicos nostros assecuti non fuerimus, sibi non tenebimur suffragari. Hoc tamen adiecto, quod, in hoc medio et interim, suis inimicis per nos vel nostros non cooperabimur ut assistamus iisdem ope, consilio vel favore, et supradictos galeatos, quos in adiutorium nobis destinare tenetur, suis sumtibus et expensis ac refusione damnorum debeat sine dolo respicere, donec dicti limites ad dominium nostrum fuerint reversi. Sique, limitibus regni Polonie suffragio suo obtentis aliqualiter, occupatores de bonis et dominiis ad regnum nostre Polonie non pertinentibus expugnati et expulsi fuerint, medietatem bonorum et dominiorum illorum predicto domino imperatori et regi Boemie, residua vero nostris usibus decernimus applicanda. Et omnia et singula que in hisce nostris literis contenta noscuntur, de verbo ad verbum, sicut ibidem exprimuntur ad singulas literas inviolabiliter observare promittimus et tenemur sub omnibus modis et conditionibus, prout in eisdem litteris, sub datis, loco et tempore prelibatis invenitur expressum. Eo duntaxat excepto, quod de pecuniis omnibus de quibus eedem litere mentionem constituunt, dictus dominus imperator, Boemie rex, ac fideiussores et compromissores sui liberi sint totaliter et penitus absoluti, sicut serenissimus princeps dominus Ludvicus rex Hungarie, frater noster carissimus, prefatum dominum imperatorem et regem Boemie, et nos fideiussores ac compromissores ipsius ad instar dicti regis Hungarie specialibus litteris nostris rite quitavimus et liberos dimisimus et penitus absolvimus. Si vero, quod absit, predictum suffragium per nos requisitus nobis facere vel mittere neglexerit, extunc pro eodem suffragio, quotiens neglexerit, ipsum vel filios, si quos habuerit Domino permittente, aut eo absque heredibus decedente, illustrem principem dominum Ioannem marchionem Moravie, fratrem suum predictum, in eum casum ubi sibi in regno Boemie successerit, debebimus et poterimus ammonere. Presentium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Actum et datum Prage anno Domini MCCCLVI, in die beatorum Philippi et Iacobi apostolorum.

Nampslavia, *Namslau*, *czyli Namysłów*.

Wiersz 1 i 2 zam. Sandomirie, *R. ma* Sandomeris; *zam.* Siradie, *R. ma* Sundie; *zam.* Lancicie, *R. ma* Lauticie. *Wiersz 3 od dołu, zam.* ammonere, *R. ma* amovere.

Nr. 1341.

Dobeslaus iudex Kalisiens. 1356 Mai. 29, in Pysdri; Przezdrew canonico Poznaniensi limitationem molendini inter Marczew et Polanowo siti, contra Nicolaum cancellarium Gneznensem adiudicat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 92.

Nos Dobeslaus iudex Kalisiensis notum facimus universis ad quos presens scriptum devenerit, quod cum in Pysdri in festo Rogacionum pro tribunali sedissemus ad facienda iudicia cum nobilibus terre Polonie, presente domino Virzbantha capitaneo Polonie nec non aliis quam pluribus qui tunc iudicio presidebant, sub anno Domini millesimo ccc.lvi, veniens discretus vir dominus Przezdrew canonicus Poznaniensis, iusto et vero iudicio exigente, coram nobis limitacionem cum molendino quod iacet inter Maczewo et inter Polanovo, super dominum Nicolaum cancellarium Gneznensem acquisivit. Contumaciam predicti domini cancellarii accusantes, dictam limitacionem de consensu militum adiudicavimus et per presentes adiudicamus perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum ut supra.

Pysdri, *Pyzdry.* Maczewo, *Marczew.* Polanovo, *Polanowo.*

Nr. 1342.

Dobeslaus iudex Kalisiens. 1356 Mai. 29, in Pysdri; Przezdrew canonico Poznaniensi limites inter villas Polanowo et Marczew cum molendino ibidem contra Nicolaum cancellarium Gneznensem adiudicat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 80.

Nos Dobeslaus iudex Kalisiensis notum facimus universis ad quos devenerit scriptum presens, quod cum in Pysdri in festo Rogacionum pro tribunali sedissemus ad facienda iudicia cum nobilibus terre Polonie, presente comite Wirzbantha capitaneo Polonie nec non aliis quam pluribus fidedignis qui tunc iudicio presidebant, sub anno Domini m.ccc.l.vi, discretus vir dominus Przesdrew canonicus Poznaniensis comparens fervencius pro parte domini episcopi Poznaniensis tanquam in tercio et peremptorio termino assignato coram nobis, gades inter Maczewo et Polanovicze nominatas, quondam per dominum Albertum bone memorie episcopum Poznaniensem, quum limitacio agebatur, una cum molendino sito super rivulum Studzenecz aquisitas, iusto et vero iudicio exigente super dominum Nicolaum cancellarium Gneznensem obtinuit ac eciam acquisivit, qui cancellarius pro parte sua nec non prepositi ac dominorum de Capitulo Gneznensi, ab eodem termino, tanquam procurator in hac causa specialiter constitutus, se contumaciter absentavit. Nos vero contumaciam dicti domini cancellarii condempnantes, dictas gades, quas prefatus dominus Albertus

pie memorie coram subiudice et ministeriali pro se affirmabat, una cum molendino predicto de consensu militum adiudicavimus et adiudicamus perpetuo memorato domino Presdrewoni per presentes, et super omnia eidem domino Presdrewoni Dominicum ministerialem Pysdrensem dedimus, ut sibi possessionem eiusdem molendini et gadium plenariam et omnimodam assignaret. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum loco et tempore quibus supra.

Maczewo, *Marczew.* Polanovicze, *Polanowo.* Studzenecz rivulus, *w Nrze. 1029 zwany* Powicznica, *odpływ jeziora Powidz do rz. Warta.*

Nr. 1343.

Fr. Albertus Schof comendator Sveczens. 1356 Sept. 10, in Swecz; protestatur, Iaroslaum archiepiscopum Gneznensem, ratione cuiusdam debiti, pro quo villa suae ecclesiae Kozielec obligata fuerat, cum Heynkone de Kowalewo per arbitros compositionem fecisse.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 61 v.

Nos frater Albertus Schof comendator Sveczensis notum facimus universis noticiam presencium habituris, quod cum coram nobis Heynko de Zchemse venerabili in Christo patri ac domino Iaroslao Gneznensi archiepiscopo super quodam debito, pro quo dicebat villam dictam Coselicz ad ecclesiam Gneznensem pertinentem Nicolao Lythwino socero suo olim obligatam fuisse, movisset materiam questionis, tandem eedem partes ipsam causam de iudicio extrahentes, eandem arbitrio proborum virorum nobis consencientibus commiserunt; qui habita deliberacione diligenti, concordiam inter ipsos fecerunt diffinitive pronunciantes, quod predictus dominus archiepiscopus debet memorato Heynkoni triginta marcas Thorunensis monete pro huiusmodi debito in duobus terminis, videlicet unam partem in die beati Martini reliquam vero in festo Purificacionis beate Marie proxime affuturis, persolvere integraliter et complete. Ipse autem Heynko promisit bona fide coram nobis pro omnibus et singulis suis amicis et sue conthoralis, sexus utriusque, quod prelibatum dominum archiepiscopum et suam ecclesiam Gneznensem nullo unquam tempore pro prefato debito impediret; pro quibus sponte fideiusserunt viri nobiles infrascripti, videlicet dominus Iohannes miles dictus de Yestebicz, et Otto dictus de Zertawicz, et Hertmannus civis in Culmen, pura fide promittentes, quod si supradictum dominum archiepiscopum aut suam ecclesiam Gueznensem pro iam dicto debito quispiam aliqui infestaverint, ipsos debeant sub propriis dampnis totaliter disbrigare. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est impensum. Actum et datum in Swecz sabbato infra octavas Nativitatis beate Marie, anno Domini m.ccc. quinquagesimo sexto, presentibus hys testibus: fratre Heynrico Meycze vicecommendatore nostro, et fratre Ottone de Ptenbuch (sic), magistro Celiano, et fratre Heynrico presbytero castri Sveczensis, et aliis quam pluribus fide dignis.

Sveczensis, *de Świecie.* Zchemse, *zamiast Schönsee, z niem. zam. Kowalewo.* Coselicz, *Kozielec.* Yestebicz, *Jeżewice.* Zertawicz, *Sartowice.* Culmen, *Chełmno.*

Nr. 1344.

Innocentius Pp. VI 1356 Sept. 17, Avinione; Alberto Iohannis canonicatum in ecclesia Gneznensi confert.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 772.

Innocentius episcopus *etc.* dilecto filio Alberto Iohannis, canonico Gneznensi salutem *etc.* Laudabilia tuarum probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Gneznensis, quos dilectus filius Arnaldus de Caucina canonicus eiusdem ecclesie in eadem ecclesia dudum obtinuit, ex eo vacarint et vacent ad presens, quod idem Arnaldus, collector fructuum beneficiorum vacantium in regnis Polonie et Ungarie camere apostolice debitorum, alios canonicatum et prebendam ipsius ecclesie tunc vacantes auctoritate nostra sibi collatos extitit pacifice assecutus, nullusque preter nos hac vice de ipsis canonicatu et prebenda, prioribus sic vacantibus, disponere potuerit neque possit, pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi, omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, quorumcunque per assecutionem personatuum, canonicatuum et prebendarum ac beneficiorum aliorum ecclesiasticorum per nos seu auctoritate nostra tunc collatorum et inantea conferendorum eisdem, tunc vacantia et imposterum vacatura collationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos volentes tibi, premissorum meritorum tuorum intuitu necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Kazimiri regis Polonie illustris, pro te dilecto cancellario suo nobis super hoc humiliter supplicantis, gratiam facere specialem, dictos priores canonicatum et prebendam sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus, decernentes, prout est, irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel contigerit imposterum attemptari. Non obstantibus quibuscunque *etc.* Datum Avinione XV Kalendas Octobris, anno IV.

Nr. 1345.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1356 Oct. 23, in Queczisow; Clementem archidiaconum de Uniejów, procuratorem instituit super commutatione facienda villarum suarum Gębarzewo et Brudzewo, cum villa Ordinis Teutonicorum dicta Dąbrowa.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona pieczęć Jarosława arcybiskupa, zatarta. Na końcu, obok oświadczenia notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Königsberg. Königl. Staats Arch. Schiebl. 75, Nr. 29. — Voigt. Cod. diplom. Prussicus.

Noverint quibus expedit universi, quod nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus facimus, constituimus et eciam ordinamus discre-

tum virum Clementem, nostrum procurathorem Pomeranie et archidiaconum Unevyensem, et nostrum verum et legittimum procuratorem super commutacione facienda de villis nostris, videlicet de Gambarzewo et de Brudzewo sitis in terra Pomoranie, pro villa Dambrowicza eciam sita in terra predicta, cum magnifico domino, domino Winriko de Kniprode magistro generali Ordinis fratrum beate Marie domus Thewtunice, et eius Ordine; isto modo, quod dictam villam Dambroviczam nomine commutacionis recipiat ab ipso domino magistro cum totali iure et dominio ac libertate, prout nos Gambarzewo et Brudzewo villas supradictas tenemus et eciam possidemus, prout in privilegiis inde confectis plenius continetur; promittentes eciam, quod censum trium annorum de dicta villa Dambrowicza volumus ipsi domino magistro aut eius nomine cuilibet alteri ex integro assignare, dummodo ipsa villa Dambrowicza per insultum hostium quorumlibet non impediatur seu eciam violetur: rata et grata habentes, que circa predictam commutacionem per ipsum Clementem fuerint facta seu eciam ordinata. In quorum testimonium et evidenciam pleniorem, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum et actum in Queczisow die dominica post diem Undecim millia virginum, anno Domini **m.ccc** quinquagesimo sexto, presentibus dominis: Martino archidiacono Czirnensi, Iohanne procuratore Zneynensi ipsius domini archiepiscopi, ac Navogio clerico curie nostre, et Lutkone et Alberto canonicis Lanciciensibus, et aliis pluribus fide dignis.

Et ego Iohannes quondam Petri de Novacivitate, clericus Cracoviensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, predictis omnibus et singulis presens interfui et de mandato et auctoritate ipsius domini archiepiscopi hic me cum meo nomine et sigillo consuetis subscripsi in testimonium omnium premissorum.

Unevyensis, *de Uniejów.* Gambarzewo, *z niem. Bischofswalde.* Brudzewo, *Brudzewo.* Dambrowicza, *Dąbrowa.* Queczisow, *Kwieciszewo.* Czirnensis, *de Czersk.* Zneynensis, *de Żnin.* Nova Civitas, *Korczyn.*

Nr. 1346.

Fr. Winricus de Knyprode magister general. Ordinis Hospital. b. M. V. domus Theuton. Iherosolimitane 1356 Dec. 4, Marienburg; ordinationem de perceptione decimarum in bonis ecclesiae Gneznensis, in Pomorania sitis confirmat, quam fecerat: **Fr. Ludolphus Kunig Ordinis fratrum etc. magister general. 1344 Nov. 13, in Marienburg,** villamque sui Ordinis dictam Dąbrowa, cum villis praedictae ecclesiae, nomine Brudzewo et Gębarzewo commutat.
Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 55 v.

In nomine Domini amen. Nos frater Winricus de Knyprode, magister generalis Ordinis Hospitalis beate Marie virginis domus Theutonice Iherosolimitane, notum facimus presencia inspecturis universis, quod litteram uniendi, quam vidi, fratris Ludolphi Kunig, bone memorie magistri predecessoris nostri, super quadam ordinacione amicabili facta inter reverendum patrem et dominum, dominum Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum ac suam ecclesiam, et eundem magistrum ac Ordinem predictum, eidem reverendo patri assignatam occasione infrascripte permuta-

cionis, de consensu et consilio conpreceptorum nostrorum innovamus; nolentes per innovacionem huiusmodi, eidem ordinacioni ac unioni tam amicabiliter celebrate, nisi qualiter de permutacione infrascripta expressum est, aliqualiter derogare. Predicte quidem littere tenor per omnia sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1235*).

Nos igitur frater Wynricus magister supradictus, commodum et utilitatem reverendi patris domini Iaroslai archiepiscopi predicti et sancte sue ecclesie Gneznensis sincero spiritu prosequi cupientes, de consilio et consensu conpreceptorum nostrorum, ad desiderium eius et beneplacitum, ad hoc tamen sui venerabilis Capituli consilio et consensu accedente, bona deliberacione premissa facientes commutacionem infrascriptarum villarum, hinc inde damus et assignamus eidem reverendo patri et sue ecclesie iusto permutacionis titulo villam nostram seu Ordinis nostri Dambrow dictam, in districtu Tucholensi positam, cum suis metis et gadibus, omni dominio, iure, iurisdicione, decimis ac modis et condicionibus omnibus, prout superius in tenore littere transsumpte de centum mansis ibi narratis est expressum, pro duabus villis, videlicet villa Bruthzevo in territorio Danczk, et villa que Byschoffwalt in Theutonico, in Polonico vero Gambarzow dicitur, in territorio Slochoviensi situatis: que quidem iam dicta villa infra suarum granicierum continenciam tenet et habet centum mansos supradictos, olim eidem reverendo patri loco hereditatis dicte parvum Choynycz similiter titulo permutacionis et ex aliis causis ut premittitur assignatos: quas quidem villas, omni et pleno dominio, iure et iurisdicione, presertim seculari, cum suis graniciis et finibus, decimis, proventibus ac utilitatibus universis possidere et habere perpetuo habemus et debemus, prout eas predicta ecclesia seu reverendus pater memoratus nomine ipsius ecclesie hactenus habuit et possedit, ita, quod de predictis duabus villis, quas ut predictum est in permutacione acceptavimus et recepimus, decime percepcio ad nos et nostrum Ordinem pertinere debeat; taliter eciam, quod idem reverendus pater nec sui successores, de ipsis aliquam decimam, nec eciam illam de qua prefertur, videlicet de manso duos scotos percipiant seu requirant. Et quia villam Brutzevo predictam, in diocesi Wladislaviensi positam, idem reverendus pater a solucione decime liberam esse asseruit ac eciam suos predecessores ab inicio possedisse, idem reverendus pater ac successores sui nos et Ordinem nostrum a solucione decime, tam istius ville quam alterius supradicte, exemptos et liberos reddere teneantur ac absolutos penitus et indempnes. Preterea excipimus expresse, quod ubi in litteris magistrorum predecessorum nostrorum, recitando villas ad venerabilem Gneznensem ecclesiam pertinentes aliqua duarum villarum ex predictis nominata fuerit et expressa, quod littere huiusmodi, quoad villas memoratas, que pro nunc ad nos virtute permutacionis ut predictum est pertinere dinoscuntur, nobis aut Ordini nostro non possint aut debeant discrimen aut preiudicium generare. In cuius testimonium, presentes duximus nostri sigilli appensione muniendas. Datum Marienburg die beate Barbare, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, presentibus honorabilibus viris, dilectis nobis in Domino fratribus: Henrico Boventyn magno commendatore, Swendero de Pellant thezaurario, Conrado de Brunigsheym, domino Nicolao capellano nostro, Rudgero de Elner et Lutholfo Rabe de Paxenheim, sociis nostris, ac ceteris fide dignis.

Dambrow, *Dąbrowa.* Tucholensis, *de Tuchola.* Bruthzevo, *Brudzewo.* Danczk, *Gdańsk.* Byschoffwalt, *z niem. zam. Gębarzewo.* Slochoviensis, *de Człuchów.* Parvum Choynycz, *Chojniczka.*

Nr. 1347.

Mathias scultetus in Oborniki 1356 s. d., in Oborniki; ecclesiam s. Spiritus ante Oborniki a se nuper fundatam dotat.

Poznań. Archiv. Capituli. Liber beneficior. dioeces. Posnaniens. fol. 167.

Noverint universi et singuli presentes literas inspecturi, quia ego Mathias scultetus in Oborniki, considerata multiplici dignitate a mundi primordiis ecclesiis et earum sacerdotibus a sanctis patribus impensa, ecclesiam meam quam nuper in honore sancti Spiritus ante Oborniki fundavi, etiam quibusdam de meis propriis bonis decrevi dotare muneribus, quatenus quisque sacerdos in eadem existens et in posterum existentes, valeant ibidem Deo liberius servire et pro salute anime mee nec non parentum meorum atque aliorum fidelium ipsum suppliciter exorare. Primo do et confero eidem ecclesie pro dote duos mansos meos proprios in villa Bugdanowo una cum pratis suis. Insuper do et confero ante dicte ecclesie mee decimas de omnibus mansis meis propriis et liberis scultetisie (sic) mee, in quibuscunque villis habentur. Primo de duobus mansis in Bugdanowo, de quolibet manso fertonem grossorum. Item in Nova villa ante Oborniki, de quatuor mansis meis manipulatim. Item de quatuor mansis meis in Usczikowo, de quolibet manso unum fertonem grossorum. Item in Slanowo de quatuor mansis meis, de quolibet manso quatuor grossos. Item in Antiquo Chowanowo de quatuor mansis, de quolibet quinque grossos. Item in Novo Chowanowo de quatuor mansis, de quolibet manso unum fertonem grossorum. Item volo, quod sacerdos sepedicte ecclesie mee recipiat de molendino meo pro sustentatione ebdomadatim unam mediam mensuram farine siliginis. Ceterum, ne suprascripte dotationis mee privilegium ab aliquo temere infringeretur, feci has presentes literas mei sub sigilli appensione muniri. Datum in Oborniki sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto.

Oborniki, *Oborniki.* Bugdanowo, *Bogdanowo.* Nova villa ante Oborniki, *Nowy folwark.* Usczikowo, *Uścikowo.* Slanowo, *Słonowo.* Antiquum Chowanowo, *Kowanowo.* Novum Chowanowo, *Kowanówek.*

Nr. 1348.

Hermannus abbas in Lukna 1356 s. d. et l.; scoltetiam in hereditate Turza Iohanni quondam scolteto in Mokronosy certis conditionibus vendit.

Wągrowiec. Archiv. monasterii. Protocollum 4tum fol. 13. (Kopja z oryginału, u którego były 2 pieczęcie zawieszone).

Quoniam cuncta que in tempore fiunt, a memoria hominum elabuntur, necesse est ut scripto adminiculo perennentur. Quapropter nos Hermannus abbas in Lukna Ordinis Cisterciensis notum facimus universis tam presentibus quam futuris noticiam habituris, quod maturo consilio prehabito, de consensu nostri conventus unanimi vendidimus sculteciam in hereditate nostra Thurza honesto viro et provido Iohanni quondam sculteto in Mocronosy, sibi et filiis suis ac successoribus eorum, cum duo-

bus mansis liberis in hereditate nostra Thurza vulgariter nuncupata, pro octo marcis Thorunensium denariorum, in perpetuum possidendam iure Maidburgensi condicione inferius subnotata. In primis, ne nos privaremur ex toto in ipsa hereditate, eligemus duos mansos pro nobis seu excipiemus, postea autem dictus scultetus eligat sibi duos mansos liberos; de quibus mansis in equo serviet nobis sub nostris expensis circa dominum abbatem in regno Polonie, ubicunque sibi imperatum fuerit a nobis. Sed postquam expiraverint octo anni, tunc dictus scultetus serviet domino abbati in regno Polonie et in expensis suis, et sex scotos denariorum Thorunensium solvere tenebitur pro decima omni anno. Et de thaberna eciam tres scotos Thorunensium denariorum solvere tenebitur. Nec non de omni iudicio ibidem iudicato tercium denarium sibi damus; et si iuramentum ibi erit prestitum, quod absit, octo denarii tantum sibi de eo cedent, qui predicto scolteto soli cedent. Sed memorie commendamus, quod prefatus scultetus semel in anno prandium nobis metquinto, aut loco nostri alio misso honeste tenebitur tractare, vel sex scotos Thorunensium denariorum; et cmethones duo prandia, aut dimidium sepius iam dictorum. Insuper in eadem hereditate, quotcunque sibi placuerit venari animalia potest. Insuper in eadem hereditate damus sibi piscinam construere ubicunque voluerit et in quo loco eidem placuerit, que piscina sua sit tota: de qua piscina dominum abbatem honorabit quandocunque ad domum suam venerit. Sepedictus eciam scultetus tercium hortulanum habebit sibi. Et nos unum pratum ibidem nobis eligemus, et predicto sculteto post nos dabimus aliud pratum eligere sibi. Notandum, quod cmethones habeant octo annis libertatem de omni censu nobis proventuro, et duobus annis de agris veteribus decimarum libertatem, nec non annis quinque de novalibus scilicet libertatem. Sed libertatibus expirantibus, quilibet cmetho solvet nobis sex scotos Thorunensium denariorum singulis annis in festo sancti Martini, et quindecem ova quilibet cmetho in festo Pasche solvere debet, et duos pullos in festo Assumpcionis Virginis gloriose. Adiiciendo, quod prefati cmethones colent nostros agros in Thurza ac in Mokronosy tribus vicibus omni anno, et ad seminandum proficient secundum veterem consuetudinem sicuti sibi ipsis. Insuper quilibet cmetho dabit decimas de omnibus agris suis seminatis aut seminandis, et de quolibet manso unam ligaturam lini, que vulgariter sintesz nuncupatur.

Insuper, si erit necesse construere molendinum, construemus cum domino abbate per medium cum pecunia sua et mea, quod molendinum cum domino abbate scultetus per medium habebit. Ut ergo hoc factum a posteris firmum et inconvulsum permaneat, appensione nostrorum sigillorum fecimus roborari. Testes hii sunt: primus Uscikovski Petrus, secundus Iohannes filius suus de Sotkowo, et ceteri quam plures fide digni. Datum a venerabili domino abbate Hermanno de Lukna et conventu Fratrum suorum, anno Domini M.CCC.LVI.

Lukna, *Łekno.* Thurza, *Turza.* Mocronosy, *Mokronosy.* Uscikovski, *de Uścikowo.* Sotkowo, *Sadki.*

Nr. 1349.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1357 Ian. 8, in Kalis; una cum suffraganeis suis statuta pro ecclesia Polona edit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 176. — R. Hube. Antiquissimae constitution. synodal. p. 205. — Helcel. Starodawne prawa Polsk. pomniki, I, p. 407.

Hee sunt constituciones reverendi in Christo patris domini Iaroslai sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi.

Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad perpetuam rei memoriam. Quamvis debeat sufficere humane nature ad bene vivendum, si suis terminis sit contenta, crescente tamen malicia hominum, effrenata cupiditas radix omnium malorum semper nititur ad vetita, tendit ad noxia et declinat ad prohibita, palmites sue propaginis viciose ad deteriora quelibet extendendo. Hec est illa que compellit canones condere, leges instituere, statuta edere, ut humani generis coherceatur audacia et appetitus noxii sub iuris regula limitentur. Quia vero nostris temporibus surrexerunt contra ecclesias et personas ecclesiasticas plurima incommoda pariencia periculum animarum, nos iugi meditacione revolvimus in armario cordis nostri, qualiter ex officii nostri debito, huiusmodi incommodis et animarum periculis Deo propicio occurrere valeamus. Nunc igitur opportunitate captata, de consilio et consensu venerabilium fratrum nostrorum Bodzathe Cracoviensis, Mathie Wladislaviensis, Clementis Plocensis et Iohannis Poznaniensis ac Capitulorum suorum, et nunciorum ac procuratorum domini Preczslay Wratislaviensis episcopi et Henrici Lubucensis ex legittimis causis se tunc absentancium, synodum in Kalis sub anno Domini m.ccc. quinquagesimo septimo, octava die mensis Ianuarii statuimus celebrandam. Habito itaque cum eisdem fratribus nostris conprovincialibus episcopis et cum clero tractatu sollempni et consilio prematuro, invocata Spiritus sancti gracia, ad honorem Dei et ecclesiarum commodum decrevimus aliqua nova statuta non cudere, sed vetera predecessorum nostrorum, pie memorie Fulconis, Ianussii, Iacobi Swancze, Ianislai, archiepiscoporum quondam ecclesie Gneznensis innovare, et huius approbacione consilii innovamus, additis nostris declaracionibus que sequuntur; decernentes, eadem statuta per nos et per eosdem dominos episcopos debere exequi quantum in nobis fuerit, cum rerum magistra, experiencia, nos docuerit: nil prodesse iura statuere, nisi sit qui ea tueatur: et per subditos nostre provincie sub penis appositis in eisdem statutis firmiter et inviolabiliter de cetero exequenda. Ne vero pretextu ignorancie ab eorum observacione quispiam excusari valeat, volumus et mandamus, quatenus fratres nostri episcopi supradicti et archidiaconi quoque ac rectores ecclesiarum, statutorum seu constitucionum ipsarum copiam habeant, et in suis dyocesibus, archidiaconi quoque in convocacionibus subditorum suorum relegant et faciant publicari; quas per notarium in hac synodo fecimus recitari.

1. *Sequitur constitucio, quod prelatus seu canonicus ecclesie kathedralis ad ecclesiam intret superpelliciatus.* Cum domum Domini deceat sanctitudo, iure quoque canonico statutum existat, quod ad ecclesias ingressus esse debeat humilis et devotus, statuimus: ut quivis prelatus, canonicus, altarista, vicarius kathedralis ecclesie, nisi superpelliciatus extiterit, in eandem ecclesiam ad audiendum divinum officium non audeat introire; contrarium faciens, incurret sentenciam ipso facto, a decano kathedralis ecclesie vel vices gerente, recepta penitencia absolvendus.

2. *Constitucio ad residenciam personalem prelatorum seu canonicorum ecclesie kathedralis.* Cum iuxta sacrorum canonum instituta clerici beneficiati teneantur apud suas ecclesias residere, presenti statuto decrevimus: ut prelati et canonici ecclesiarum kathedralium teneantur facere apud kathedrales ecclesias, in quibus beneficia obtinent, cum infrascripti temporis moderacione residenciam personalem: prelatus quilibet infra mensem ad minus cum quatuor canonicis, quorum duo duabus septimanis et alii duo aliis duabus septimanis immediate sequentibus, et sic de singulis, apud ipsam kathedralem ecclesiam personaliter resideant obsequium eiusdem ecclesie debitum in divinis officiis et aliis bonis operibus impendendo; nisi aliquem ab huiusmodi residencia causa legittima excusaret, quam coram ordinario quantocius exponere teneatur: quo casu, quod per se implere non poterit, saltem per alium facere sit astrictus. Residenciam vero huiusmodi continuandam fore censemus a festo Omnium Sanctorum usque ad diem beati Iohannis Baptiste, distinguendo menses et tempora ad residenciam faciendam iuxta modum superius annotatum. Contrarium faciens, si prelatus fuerit, duas marcas; si canonicus, marcam nomine pene pro huiusmodi negligencia solvere teneantur pro necessitatibus ecclesie convertendo. Quam penam pecuniariam ordinarius per censuram ecclesiasticam absque aliqua misericordia debeat extorquere.

3. *Ut altaria non conferantur, nisi vicariis eiusdem ecclesie.* Item statuimus: ut altaria kathedralium ecclesiarum de cetero nonnisi vicariis eiusdem ecclesie conferantur, qui possint et velint in eodem altari iuxta ordinacionem primariam divina officia celebrare.

4. *Constitucio, quod prelatus vel canonicus pro anima fratris sui missam cum vigiliis legat, quam primum obitum fratris scierit.* Quia ecclesiarum kathedralium prelati et canonici, confratres in Christo ex approbata consuetudine nuncupantur, et ideo, ut ex confraternitate huiusmodi aliquis fructus proveniat animabus, statuimus: ut postquam prelatus vel canonicus kathedralis ecclesie obierit, superstites prelati vel canonici, cum primo obitus defuncti ad ipsorum noticiam pervenerit, quivis prelatus pro anima prelati principalis, id est archiepiscopi vel episcopi, sex missas cum totidem Vigiliis; pro anima vero equalis prelati defuncti, tres missas cum totidem Vigiliis efficere per se vel per alium teneatur. Canonicus vero pro anima principalis, id est archiepiscopi vel episcopi, tres missas cum totidem Vigiliis; pro anima vero inferioris prelati vel canonici, unam missam cum Vigiliis similiter per se vel alium, quam cito commode poterit, virtute fraternitatis et statuti huiusmodi dicere sint astricti; in quo ipsorum consciencias oneramus.

5. *Constitucio super presbiteros, qui plures missas dicunt.* Prohibitum constitucionibus canonicis invenimus, ut nullus sacerdos plures missas debeat dicere una die, excepta sollempnitate Nativitatis Domini et in casibus specialiter reservatis. Quia tamen sacerdotum avaricia ausu temerario, ut plures oblaciones capiant, in diversis ecclesiis presumunt dicere plures missas, presenti statuto firmiter prohibemus: quod nullus sacerdos de cetero duas missas una die, nisi ut premittitur, audeat celebrare. Contrarium faciens, excommunicacionis incurrat sentenciam ipso facto. Addicientes, ut quam cantare ceperit, cantando perficiat, et quam legere ceperit, legendo perficere teneatur. Neque duas missas in una et eadem ecclesia simul et semel audeat quis cantare.

6. *Constitucio, quod in collegiatis ecclesiis omnes hore voce decantentur.* Ordinamus eciam et statuimus: ut deinceps in collegiatis ecclesiis omnes hore canonice

voce sive cantu per vicarios et servitores ecclesie decantentur, ut eo amplior ad ecclesias populi devocio excitetur. Quodque in altari maiore cuiuslibet ecclesie kathedralis, nonnisi canonicus eiusdem ecclesie extiterit, missam audeat celebrare.

7. *Ut archidiaconi et eorum vicesgerentes non audeant pecunias in subditis ipsorum extorquere.* Non solum iure canonico, sed eciam constitucionibus et statutis prohibitum fore noscitur sub penis gravibus archidiaconis et aliis iuridicionem habentibus de consuetudine vel de iure, ac eorundem vices gerentibus, ne a subditis seu ecclesiarum rectoribus, ipsis non visitatis, procurationes in pecunia pro expensis audeant extorquere; quia tamen hys non obstantibus sue cupiditatis laxantes habenas in hys culpabiles et remissi manifeste noscuntur, ordinamus et statuimus: ut de cetero ipsi archidiaconi et alii iuridicionem habentes, vel eorum vices gerentes, videlicet decani rurales, a locis non visitatis, et presertim pro concubinis tenendis publice in statu dampnabili in suarum animarum periculum, non audeant a rectoribus ecclesiarum pecuniam exigere. Alioquin contrafacientes, virtute statuti presentis excommunicacionis sentenciam incurrere volumus ipso facto.

8. *Constitucio, quod nullus presbiter concubinam palam vel indubitanter teneat.* Post hoc autem precipiendo mandamus: ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter vel subintroductam mulierem. Verum eciam ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicacione statuit dicens: Quicunque sacerdotum, subdyaconorum, diaconorum post constitutionem beate memorie predecessoris nostri sancti Leonis Pape, aut Nicolai episcopi: De castitate clericorum: concubinam palam duxerit vel ductam non relinqueret, ex parte omnipotentis Dei et auctoritate beatorum principum Petri et Pauli precipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantet, nec Evangelium legat nec Epistolam ad missam, neque eciam in presbyterio cum hys ad divina officia qui prefate constitucioni non obedientes fuerint maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat. Item, cum publici concubinarii excommunicati sint ipso facto per constituciones venerabilis patris domini Philippi Firmani episcopi, quondam in partibus Polonie apostolice Sedis legati, ac per consequens irregulares quia divinis officiis se inmiscent, nec non alii quam plures eis communicando, per eiusdem Philippi constituciones laqueum maioris excommunicacionis incurrant: cum eciam per constituciones venerabilis patris Guidonis, quondam legati Polonie, tales sint privati beneficiis ipso facto et sic sacrilegii crimen incurrant, et archidiaconi suspensi sint ab officiis ipso iure si hec negligant emendare, cum per hoc frequens et grave multarum immineat periculum animarum: nos hys irrevocandis positis taliter duximus providendum, ut cum archidiaconi super corrigendis talium excessibus negligentes visi fuerint, dyocesani unam vel duas personas iuratas, fidedignas, per singulas ecclesias suarum dyocesum secrete transmittant, et concubinas eiusmodi per dictos nuncios faciant captivari, eciam invocato si ad hoc opus esset brachio seculari patronorum ac eciam villanorum; capte autem cum sua prole taliter acquisita, pro arbitrio dyocesani redigantur in perpetuam servitutem, aut si dyocesano visum fuerit, recepta caucione pro qualitate delicti, fustigate dimittantur; et nichilominus contra personas per censuram ecclesiasticam procedatur, et bona pro talibus comparata, in usus eiusdem ecclesie convertantur.

9. *Constitucio super scoltetos.* Experiencia certa didicimus, quod ex pluralitate scoltetorum frequenter contingit bona ecclesie desertari; statuimus: ut in bonis ecclesie quibuscunque unus scoltetus, dumtaxat qui bona regnare valeat, habeatur. Si autem scoltetus plures filios habuerit, eo decedente potior filius ad regendam scolte-

ciam eligatur, qui fratribus iuxta taxacionem scoltecie de certa pecunie quantitate, secundum quod quemque pars pecunie continget, pecuniam in certo termino per dominum ville statuto solvere sit astrictus. Alias si in solvendo non fuerit, alteri extraneo, de consensu tamen domini, omnes fratres extunc eandem scolteciam infra spacium unius anni vendere inexcusabiliter teneantur.

10. *Constitucio, ut secreta tractancium debeant inviolabiliter observari sequitur.* Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, una cum reverendis fratribus coepiscopis nostris in hac sacra synodo constituti, volentes ut negocia ecclesiarum nostrarum commodius valeant pertractari, sub excommunicacionis pena, quam in contrafacientes proferimus in hys scriptis, precipimus universis et singulis cuiuscunque status, condicionis aut preeminencie existant, qui ad tractanda huiusmodi ecclesiarum negocia nobiscum ordinati dinoscuntur, quatenus secreta tractatuum nostrorum inviolabiliter debeant observare, nulli unquam ea nutu, verbo aut facto aliqualiter propalando. Hanc autem decreti et ordinacionis nostre sententiam ita in ordinandis sacre synodi negociis volumus observari, ut eciam ad particularium Capitulorum tractatus extendatur.

11. *Constitucio super raptores bonorum ecclesie.* Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, una cum venerabilibus in Christo fratribus nostris Bodzatha Cracoviensis, Mathia Wladislaviensis, Clemente Plocensis et Iohanne Poznaniensis conprovincialibus ecclesiarum episcopis, ac cum procuratoribus fratrum nostrorum Preczslai Wratislaviensis et Henrici Lubucensis ecclesiarum episcoporum, absenciam suam legittime excusancium, nec non cum procuratoribus Capitulorum ecclesiarum kathedralium provincie nostre in hac sacra synodo constituti, ad perpetuam rei memoriam. Cupientes secularium potestatum audaciam, que suis terminis non contenta, contra Dei Ecclesiam et personas ecclesiasticas aut pauperes degentes in bonis ecclesiarum suarum, varia gravamina et onera inportabilia de die in diem excogitat, dirigit et protendit, quantum Deo propicio possimus refrenare, statuimus, ordinamus et laudamus ipsa sacra synodo approbante: quod si quis princeps seu capitaneus terre, baro aut miles cuiusque potestatis vel dignitatis extiterit, aut officiales eorum nobis vel alicui coepiscoporum nostrorum provincialium, seu ecclesiasticis personis aut pauperibus degentibus in bonis ecclesiarum dampnum vel manifestam offensam intulerit, monitus quoque non emendaverit infra mensem: quod extunc virtute constitucionis presentis et laudi communis licitum sit cuilibet nostrum, in cuius dyocesi iniuria vel manifesta offensa fuerit irrogata, eciam irrequisito suo Capitulo, cum ad hoc faciendum dicti procuratores ad id specialiter constituti nomine Capitulorum consensum prebuerint in synodo supradicta, pro huiusmodi iniuria et manifesta offensa propriam ecclesiam, si in terra ipsius seu districtu principis iniuriantes extiterint, sin autem, tunc solum terram seu districtum aut locum sue dyocesis in quo ipsi iniuriantes manserint ecclesiastico supponere interdicto; et hoc facto, si dominium temporale iniuriantis in aliam vicinam dyocesim protendatur, valeat eciam episcopus passus iniuriam proferre huiusmodi interdictum ecclesiasticum in aliena ecclesia kathedrali, civitate et dyocesi vicina, proposita prius et probata summarie coram loci ordinario manifesta offensa, propter quam fuerit ipsum interdictum ecclesiasticum proferendum, dummodo eedem dyoceses extiterint unius domini temporalis. Si vero talis iniurians ad vicinam dyocesim accesserit licet inibi nulla divina obtineat, et ibi moram traxerit aliqualem, extunc liceat episcopo passo iniuriam, de scitu dyocesani ut premittitur in ipso loco ubi manserit divina officia

prohibere, quamdiu prefatus iniurians inibi fuerit permoratus. Itaque episcopus vicine civitatis et dyocesis cum suis subditis debebit tale interdictum sicut proprium sub penis canonicis firmiter et inviolabiliter observare; nec ipsum interdictum absque satisfaccione prestita competenti quispiam nostrum relaxare poterit, nisi requisito Capitulo sue ecclesie cathedralis, ne perpetrantes tales iniurias de sua malicia reportare commodum videantur, et Ecclesia consueta sibi gaudeat libertate.

12. *Constitucio super inobedientes suorum prelatorum.* Item statuimus: quod, si quando nos vel coepiscopus noster aliquis aliquem suum canonicum, in quacunque dignitate, personatu vel officio constitutum ecclesiastico vel seculari, pro suis vel eciam ecclesie sue expediendis tractandis vel consulendis negociis per suas duxerit litteras aut nuncium advocandum, et ipse ausu temerario huiusmodi mandato aut litteris sui superioris contraveniens, absque causa racionabili vel legittimo impedimento, quam per suas tenetur litteras eidem episcopo suo sic citanti exprimere cum iuramento, ipsi episcopo adesse noluerit consiliis et auxiliis opportunis, statim pro huiusmodi contumacia excommunicacionis maioris sententia presentis auctoritate decreti sit ligatus; a qua non prius, nisi marcam argenti pro ecclesie quam offendit fabrica exsolvat, ab episcopo suo valeat absolucionis beneficium obtinere.

13. *Constitucio, quod nullus presbiter aut religiosus vel clericus cum malefactoribus debet conversari.* Item, cum sacerdotis sit nulli nocere, omnibus autem velle prodesse, et non solum a malo, sed eciam ab omni specie mali apostolus precipiat abstinere, statuimus et inviolabiliter precipimus observari: ut nullus presbyther aut clericus religiosus vel secularis, cum maledictis vel perfidis, incendiariis, homicidis aut latronibus aliquid disponere audeat vel tractare, nullas eis litteras presumat scribere, vel aliquas ipsorum legaciones, concordias vel tractatus perferat nec eisdem intersit, cum ex hoc ipsorum status et honestas, ac tocius cleri religio non inmodicum infametur. Si quis autem nostre huic constitucioni temerarius extiterit violator, penam depositionis et privacionis beneficii ipso facto incurrat. Quam sententiam precipimus a nostris coepiscopis custodiri, ut pena unius aliis prodeat in exemplum.

14. *Constitucio, quod rectores ecclesiarum fratrum Predicatorum et Minorum de cetero ministrent Eukaristiam confessionis et penitencie.* Ex querela fratrum Predicatorum et Minorum ad nostram pervenit audienciam, quod rectores ecclesiarum eorum privilegio ab apostolica Sede concesso minus debite detrahentes, penitentibus et confessis ipsis fratribus et per ordinarios comprobatis denegant sacramentum Eukaristie ministrare; propter quod ordinamus et statuimus: ut de cetero rectores ecclesiarum vel eorum vices gerentes ministrent absque contradiccione qualibet dominici Corporis et Sanguinis sacramenta, fide sibi facta per confessorem. Qui vero contrarium fecerit, eo ipso ab ingressu ecclesie sit suspensus. Porro, si predictorum Ordinum fratres, prout frequenter audivimus, contra constitucionem Clementinam que incipit: Dudum: vel eius membrum aliquod excesserint, presentis approbacione concilii excommunicacionis pena eiusdem decreti per se exprimetur et incurrant sententiam ipso facto, a qua nonnisi per ordinarium, recepta penitentia salutari decrevimus absolvendos.

15. *De villis et proventibus Capituli ecclesie Gneznensis, vacantibus primo anno, dividendis.* De villis seu possessionibus Capituli Gneznensis ecclesie ita de consensu Capituli duximus ordinandum: ut postquam de cetero aliqua villa seu possessio dicti Capituli vacaverit, is cui collata fuerit de fructibus et proventibus universis me-

dietatem percipiet primo anno, et aliam medietatem pro fabrica eiusdem ecclesie assignabit tamdiu, donec chorus ecclesie in muris plenarie sit perfectus.

16. *De beneficiis curatis, post mortem primo anno dividendis.* Similiter de beneficiis morientium, que vacabunt sive in Gneznensi ecclesia sive extra ipsam ecclesiam, id est in diocesi, medietatem redituum iuxta taxam communem, et omnium rerum post mortem remanentium, pro reparacione eiusdem ecclesie primi anni reservamus, et aliam medietatem successoribus reservamus.

17. *De decimis solvendis.* Preterea: quod ultimo ponitur, magis memorie commendatur: statuimus et volumus inviolabiliter observari: quatenus solucio decimarum campestrium, in aliam solucionem minorem ad suggestionem secularium potestatum nullatenus immutetur; et quod nobis licere non cernimus, nostris successoribus indicamus.

Str. 59, wiersz wstępu 15; ex legittimis causis se tunc absentancium, *braknie u Hubego. Str. 59, wiersz wstępu 19; zam.* non cudere, sed, *Lib. privil. ma* necessaria et. *Str. 59, wiersz wstępu 24;* experiencia, *braknie w L. pr. Str. 59, wiersz wstępu 28; pomiędzy* quoque *i* ac rectores, *L. pr. ma wtrącone* in convocationibus subditorum suorum. *Art. 2, wiersz 4; po* ecclesiarum, *braknie u H.* kathedralium teneantur facere apud. *Art. 2, wiersz 5; po* moderacione, *braknie u H.* residenciam personalem. *Art. 2, wiersz 11; po* per se, *braknie w L. pr.* implere non poterit, saltem per alium facere. *Art. 3, jest podany w L. pr. bez osobnego tytułu, jako dalszy ciąg poprzedzającego. Art. 4, wiersz 4; zam.* ideo, *L. pr. ma* imo. *Art. 4, wiersz 7; po* anima, *w L. pr. braknie* prelati. *Art. 4, wiersz 8; po* Vigiliis, *braknie u H.* pro anima vero equalis prelati defuncti, tres missas cum totidem Vigiliis. *Art. 4, wiersz 12; po* cito, *w L. pr. braknie* commode. *Art. 5, wiersz 3; zam.* tamen, *L. pr. ma* cum. *Art. 6, tytuł w L. pr. opuszczony. Art. 7, wiersz 6; po* obstantibus, *w L. pr. braknie* sue cupiditatis. *Artykułu 8 braknie u H., z odwołaniem na artykuły 13 i 14 Statutu Jakóba Świńki. (Cnfr. Nr. 551, Str. 511 i 512). Art. 9, wiersz 4; zam.* potior, *L. pr. ma* prior. *Art. 9, wiersz 6; po* continget, *w L. pr. braknie* pecuniam. *Art. 10, wiersz 2; po* Iaroslaus, *H. ma* de Bogoria. *Art. 10, wiersz 7; zam.* tractatuum, *L. pr. ma* tractancium. *Art. 11, wiersz 1; po* Iaroslaus, *H. ma* de Bogoria. *Art. 11, wiersz 11; po* quantum, *w L. pr. braknie* Deo. *Art. 11, wiersz 19; po* procuratores, *w L. pr. braknie* ad id. *Art. 11, wiersz 22; po* districtu, *w L. pr. braknie* principis iniuriantes extiterint, sin autem, tunc solum terram seu districtum. *Art. 11, wiersz 24; zam.* iniuriantis in aliam vicinam dyocesim protendatur, *L. pr. ma* iniuriatur in aliam viciniam dyocesis partem datur. *Art. 11, wiersz 30; zam.* divina, *H. ma* dominia. *Art. 11, wiersz 33; zam.* tale, *H. ma* tenere. *Art. 11, wiersz 34; zam.* absque satisfaccione, *L. pr. ma* et satisfaccionem. *Art. 11, wiersz 37; zam.* et, *H. ma* ut. *Art. 12, wiersz 4; zam.* eciam, *L. pr. ma* ecclesiarum. *Art. 13, wiersz 5; zam.* vel, *L. pr. ma* et. *Art. 14, wiersz 3; zam.* pervenit, *L. pr. ma* proveniente. *Art. 14, wiersz 10; zam.* Clementinam, *H. ma* ecclesiasticam. *Artykułów 15 i 16 braknie w L. pr. Art. 17, wiersz 3; po* aliam, *braknie w L. pr.* solucionem. *Art. 17, wiersz 4; zam.* immutetur, *L. pr. ma* inminuatur.

Nr. 1350.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1357 Ian. 10, in Kalis; statuta synodalia, quae ediderant: **Fulco Gneznens. archiepiscopus 1233 Iul. 3, in Syradia; Iacobus archidiaconus Leodiens. etc. 1248 Oct. 10, in concilio Wratislaviensi; Fulco archiepiscopus Gneznens. 1257 Oct. 14, in Synodo Lanciciensi; Ianussius Gneznens. archiepiscopus 1262 Sept. 17, in Syradz; Fr. Guido etc. presb. cardinalis 1267 Febr. 2, in concilio Wratislaviensi; Ianussius archiepiscopus Gneznens. circa a. 1271 in colloquio in Camen; Iacobus Gneznens. archiepiscopus 1285 Ian. 6, in Lanciciensi Synodo; Idem 1290 Oct. 14, in Synodo Gneznensi,** et **Ianislaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1326 Febr. 19, Uneovie;** ad petitionem Wratislaviensis episcopi procuratoris transsumi iubet.

Helcel. Starodawne Prawa Polskiego pomniki, 1, p. 343. (*Z pergaminu orygin., który był opatrzony pieczęcią Jarosława arcybiskupa, znajdującego się w Archiwie Kapituły Wrocławskiéj*).

In nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo CCC quinquagesimo VII, Indiccione decima, die decima mensis Ianuarii, hora quasi sexta, in Kalis in ecclesia sancti Nicolai, in presencia mei infrascripti notarii et testium subscriptorum celebrata Synodo et eciam terminata, honorabiles viri domini Iacobus Augustini archidiaconus Legnicensis et Beldo canonicus Wratislaviensis, nuncii et procuratores per venerabilem in Christo patrem dominum Preczslaum episcopum Wratislaviensem et suum Capitulum specialiter deputati ad tractandum que agenda erant in eadem Synodo et ad recipiendum mandata et statuta synodalia, ut hec in eorum procuratorio plenius continentur, petierunt venerabilem in Christo patrem dominum Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum propensius et attente, constitucionum latarum et approbatarum in eadem Synodo copiam sibi dari: et prefatus dominus archiepiscopus iniunxit michi notario infrascripto, petitam huiusmodi copiam in forma publica et sub suo sigillo ipsis dari plenarie, sicut sunt in Synodo recitate. Actum anno, Indiccione, die, hora et loco quibus supra, presentibus venerabilibus in Christo patribus: Bodzatha Cracoviensis, Mathia Wladislaviensis, Clemente Plocensis, Iohanne Poznaniensis et fratre Nicolao Premisliensis ecclesiarum episcopis, et aliis pluribus in Synodo congregatis.

Et ego Iohannes, quondam Petri de Nova Civitate, clericus Cracoviensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, cum suprascripti domini nuncii et procuratores petierunt copiam constitucionum et statutorum synodalium, et cum per predictum dominum archiepiscopum decreta est ipsis dari copia constitucionum et statutorum, presens interfui, et easdem constituciones et statuta in hanc formam publicam redegi appenso in filo serici sigillo maiori prefati domini archiepiscopi, me subscribendo in principio et in fine huiusmodi constitucionum et statutorum meis consuetis signo et nomine consignando in testimonium premissorum.

Tenor vero constitucionum synodalium noscitur esse talis:

(*Sequuntur diplomata Nr. 130. 274. 361. 402. 423. 445. 551. 654 et 1061*).

Nr. 1351.

Innocentius Pp. VI 1357 Ian. 31, Avinione; Nicolao Strosberg apostolicae Sedis nuntio mandat, ut quasdam pecunias in Polonia superflue collectas iis, qui eas solverant, restitui faciat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 777.

Innocentius episcopus *etc.* dilecto filio Nicolao Strosberg preposito ecclesie Gneznensis, apostolice Sedis nuncio, salutem *etc.* Dudum pro nonnullis urgentibus necessitatibus Romane ecclesie, procurationes visitationum omnium et singularum ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum civitatis et diocesis et provincie Gneznensis, camere nostre solvendas duximus imponendas, et venerabiles fratres nostros . . archiepiscopum Gneznensem eiusque suffraganeos, singulos videlicet eorum in suis civitatibus et diocesibus deputavimus collectores, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Et deinde pro eisdem necessitatibus decimam fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum unius anni in dictis civitate et diocesi et provincia imposuimus, et eosdem archiepiscopum et suffraganeos, etiam eiusdem decime constituimus collectores; sed volentes cum eisdem ecclesiis, monasteriis et beneficiis eorumque rectoribus et personis mitius agere, eis dictas procurationes remisimus de gratia speciali, ac commisimus dilecto filio Helye de Vodromo, cantori ecclesie Xantonensis, clerico camere nostre, tunc in partibus Alemannie et Polonie apostolice Sedis nuntio et generali receptori dicte decime, quod mandaret prefatis archiepiscopo et suffraganeis, ut pecunias solutas seu debitas pro dictis procurationibus, computarent et computari facerent in decima prelibata, et quicquid ultra eandem decimam per quascunque personas ecclesiasticas solutum esset, eisdem illud solventibus restituerent; idemque Helyas ad presentiam nostram rediens nobis retulit, quod memoratis archiepiscopo et suffraganeis mandatum fecerat prelibatum. Nuper autem fidedigna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod iidem archiepiscopus et suffraganei nostrum mandatum huiusmodi non servantes, pecunias per eos receptas, pro dictis procurationibus nec computare vel restituere, nec camere nostre seu tibi pro ea assignare curarunt, sed eas presumpserunt et presumunt retinere et suis usibus applicare: super quibus pro parte eorundem prelatorum et personarum qui dictam procurationem solverunt, fuit a nobis remedium iustitie postulatum. Quocirca discretioni tue, de qua in hiis et aliis gerimus in Domino fiduciam specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi, simpliciter, de plano ac sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, de premissis plenarie te informes, et illos, quos ex eisdem archiepiscopo et suffraganeis huiusmodi nostrum mandatum non servasse tibi constiterit, ad restituendum in presentia tui aut illius quem ad hoc duxeris statuendum, infra terminum competentem per te prefigendum eisdem, huiusmodi indebite retenta per eos illis a quibus receperint, auctoritate nostra, remota appellatione compellas, nulla super hiis eisdem archiepiscopo et suffraganeis remissione seu donatione aliquatenus valitura. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur: Ne aliqui auctoritate litterarum apostolicarum ultra certa loca et numerum ad iudicium evocentur: quam aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscunque; seu si alicui vel aliquibus predictorum, vel aliis communiter vel divisim a Sede

apostolica sit indultum: quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; et quibuslibet privilegiis ac litteris apostolicis, quibuscunque locis, personis vel Ordinibus sub quacunque forma et expressione verborum ab eadem Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus etiam de verbo ad verbum in nostris litteris mentio sit habenda, et per que presentis mandati nostri effectus valeat quomodolibet impediri. Datum Avinione II Kalendas Februarii, pontificatus nostri anno quinto.

Nr. 1352.

Innocentius Pp. VI 1357 Febr. 5, Avinione; Iaroslao archiepiscopo Gneznensi mandat, ut Nicolao Strosberg in assequenda praepositura et in negotiis camerae apostolicae se favorabilem exhibeat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 778.

Innocentius episcopus *etc.* venerabili fratri Iaroslao archiepiscopo Gneznensi salutem *etc.* Cum dilectus filius Nicolaus Strosberg prepositus ecclesie Gneznensis, apostolice Sedis nuntius, lator presentium, cui de canonicatu et prebenda ac prepositura dicte ecclesie Gneznensis, vacantibus per obitum quondam Nicolai Koschuch, per nos ex certis rationabilibus causis dispositioni nostre specialiter reservatis duximus providendum, habeat in partibus illis pro nobis et camera nostra nonnulla negotia facere in quibus favor tuus erit sibi multipliciter opportunus, fraternitatem tuam, de qua gerimus et gerere debemus fiduciam pleniorem, rogamus attente mandantes, quatinus dicto Nicolao in huiusmodi nostris et dicte camere agendis, necnon in assecutione pacifice possessionis dictorum canonicatus et prebende ac prepositure, ob nostram et dicte Sedis reverentiam studeas te favorabiliter exhibere, ipsique nuntio omnia et singula, per te, sive tuo sive predecessorum tuorum archiepiscoporum Gneznensium nominibus eidem camere propter commune servitium debita, sine difficultate persolvas; sic acturus in premissis, quod exinde tua devotio possit merito commendari. Datum Avinione Nonis Februarii, pontificatus nostri anno quinto.

Nr. 1353.

Fr. Iohannes prepositus et conventus Trzemeschnens. 1357 Febr. 27, in Trzemeschna; hereditatem Łysinin Woislao iure Szredensi ad locandum conferunt.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 5.

In nomine Domini amen. Ab humana facilius elabuntur memoria, nisi scripti assercione vel proborum virorum testimonio fuerint comprobata. Nos igitur frater Iohannes divina paciencia prepositus monasterii Trzemeschnensis, una cum conventu nostro omnibus hoc presens scriptum intuentibus cupimus esse notum, quod de unanimi assensu fratrum nostrorum bona nostre domus in melius proficere cupientes, hereditatem nostram Llysszynino nuncupatam, iure Theutunico, quod Srzedense dicitur,

contulimus locandam, in qua scolteciam discreto viro Woyslao et suis successoribus perpetuo possidendam pro decem et octo marcis grossorum Pragensis monete vendidimus. Pro locacione vero eiusdem hereditatis, iam dicto Woyslao scolteto nostro et suis liberis damus tres mansos liberos et duos ortos; de thabernis eciam et de omnibus iudiciis in Theutunicali seu in Polonicali iure iudicatis damus tercium denarium, et duos pro nobis reservamus: hoc excepto, quod si idem scoltetus vel aliquis de sua familia aliquod homicidium, furtum, incendium vel aliud quodcunque vicium perpetraverit, licet ipse vel alter suo nomine iudicet, tercium denarium non recipiet, sed pro nobis integraliter reservamus. Damus eciam sibi piscaturam in lacu nostro Gasszawa cum hiis rethibus, videlicet cum parvo hamo, kydadlo, wanczerzs et slampnycza vulgariter sic vocatis, et hoc, ut ipse in propria persona vel aliquis de sua familia piscaturam eandem exerceat bis in septimana, feria quarta et feria sexta, ita, quod pro hoc non habeat suum specialem piscatorem. Predictus vero scoltetus et sui legittimi successores nobis servicium exhibebunt, prout alii scolteti villarum nostrarum exhibent et exhibere tenentur. Pro decima eciam, per tres scotos grossorum de quolibet manso suo; et sex scotos pro prandio magni iudicii quolibet anno in festo beati Martini nobis solvere tenebitur, vel ad prandium prepositum aut procuratorem metsextum recipere. Kmethones vero prefate hereditatis, per sex scotos grossorum quolibet anno in festo beati Martini, quilibet de suo manso, in perpetuum nobis solvere tenebitur. Decimam manipulatim nobis dabunt et ducent ad horreum nostrum. Quater in anno in nostris agris arabunt, et a Llysszynino medium miliare, vel citra. In festo Pasche viginti ova, et in Assumpcione beate Marie virginis duos pullos quilibet in domo nostra tenebitur presentare. Et pro prandio magni iudicii sex scotos grossorum bis in anno nobis dabunt. In aliis consuetudinibus iuris Theutunici, memoratus scoltetus et incole pretacte hereditatis teneant se ad ius Novi fori, quod Srzedske vulgariter nominatur. Ut autem hec donacio et vendicionis ordinacio inconvulsa permaneat, nostro et nostri capituli sigillis presens scriptum fecimus muniminе roborari. Datum et actum in Trzemeschna penultima die mensis Ffebruarii, anno Incarnacionis Domini **m.ccc.** quinquagesimo septimo, presentibus hys testibus: domino Nicolao plebano in Gasszawa, Nicolao herede de Marcinkowo, Iohanne de Oczweca, Gregorio de Llubyen, Stephano de Llubochna scoltetis, Mathia et Iohanne kmethonibus de Schelewo, et aliis quam pluribus fide dignis.

Llysszynino, *Łysinin.* Gasszawa, *Gąsawa.* Novum forum sive Środa, *z niem. Neumarkt.* Marcinkowo, *Marcinkowo.* Oczweca, *Oćwieka.* Llubyen, *Lubin.* Llubochna, *Lubochnia.* Schelewo, *Szelejewo.*

Nr. 1354.

Kazimirus rex Polonie etc. 1357 Mart. 1, Cracovie; omnia iura, privilegia, libertates et donationes ecclesiae Gneznensi per quemcunque concessas, confirmat.

Pergam. orygin. Na sznurze jedwabn., czerwon. przywieszona wielka pieczęć Kazimierza króla.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 137.

In nomine Domini amen. Dignum et racioni consonum fore noscitur, ut alma mater sancta Gneznensis ecclesia, sicut in regno Polonie iure metropolitico cunctas

precellit ecclesias, ita honoris prerogativa gratie singularis ampliori privilegio decoretur. Proinde nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie Pomoranieque terrarum dominus et heres, ad universorum tam presentium quam futurorum notitiam volumus devenire, quod venerabilis in Christo pater noster dominus Iaroslaus, eadem gracia sancte Gneznensis ecclesi archiepiscopus, cum suo Capitulo ad nostram presenciam venientes, exposuerunt nobis humiliter et devote, ut, quia privilegia eiusdem ecclesie, concessa sibi per illustres dominos reges et principes Polonie, in quibus iura et libertates continebantur plenarie, quedam ex sui vetustate consumpta, nonnulla vero ex guerrarum disturbiis et cremationibus deperdita existerent, dignaremur eis et ecclesie supradicte magestate regia de oportuno remedio providere; ut videlicet consumpta privilegia innovari, deperdita restaurari, et alia reformari misericorditer mandaremus. Nos vero ipsorum iustis et rationabilibus supplicationibus more pii patroni favorabiliter annuentes, cum regum et principum explorati iuris existat, ecclesiis et personis ecclesiasticis, presertim in quibus ius patronatus obtinent, paterne consulere, protegere et dotare, habita nobiscum deliberatione et cum baronibus nostris, sufficienti premisso tractatu, ad honorem omnipotentis Dei et beate Marie virginis ac ad gloriam sancti Adalberti martyris et pontificis gloriosi ipsius ecclesie Gneznensis patroni, atque intuitu retribucionis eterne, consideratis eciam meritis probitatis et serviciis plurimis per prefatum dominum archiepiscopum nobis constanter exhibitis et inpensis: omnia et singula privilegia, libertates, concessiones et donationes, cuiuscunque tenoris et forme existant, per quemcunque vel per quoscunque data, concessa et donata fuerint Gneznensi ecclesie memorate, in nomine Domini ex certa scientia confirmamus, et presenti privilegio roboramus perpetuo valitura. Ceterum, volentes progenitorum nostrorum, qui eandem Gneznensem ecclesiam plurimis graciis dotaverunt, vestigiis inherere et facere eidem ecclesie graciam ampliorem, ut sub culmine nostri regiminis in iuribus amplietur, quodque ipse dominus archiepiscopus cum suo clero, pro salute nostra et pro animabus progenitorum nostrorum orationes fundere forcius sint astricti: omnia bona ipsius Gneznensis et aliarum collegiatarum, videlicet Lanciciensis, Rudensis, Kurzeloviensis et Uneoviensis, ac parrochialium ecclesiarum Gneznensis dyocesis, sive sint opida sive hereditates, sive ville aut castra, que nunc ad maiorem certitudinem in presenti privilegio duximus propriis nominibus describenda: Primo videlicet omnes areas circa ecclesiam Gneznensem, quas nunc prelati, canonici et vicarii possident, cum ortis et duobus mansis circa beatum Petrum. Item Kandzerzyno, Virzbiczani, Szczitniky cum sortibus eidem adiacentibus, Manczerzino, Slavno cum sortibus sibi adiacentibus, Ostrovsko, Czatome, Lubcza, Queczyssow civitatem cum foro, Goressovo, Sedlimovice. In districtu autem Znenensi ipsam civitatem Znenensem cum foro, Sarbinovo, Byscupino cum sortibus adiacentibus, Czaple, Ianczevo, Gorice, Golcevo, Dochunevo, Sulimovo, Rybithvi, Prescoristew, Dobrilevo, Chomantovo, Sandovo, Vilczcovo, Vrzuty, Murzino, Gora, Balovezino, Pnevo, Luthcovo ante Pacoscz, Pothgorzino, Rylevo et Scarbinice. In territorioque Naklensi: Wavriscovo, Plocyce, Czirekvicza et villam ecclesie de Nakel dictam Konotoppa. Item in terra Kalissiensi: Opatow, Zduni, Troyanovo, binum Godzessovo, Glovczino, Woycovo, Solecz, Transovo, Warsovo, Lisconice, Zytovice, Kokanino et Ilme. Item ex alia parte fluvii Przosna: Noscovo, Byskupice circa Olobok, Byskupice dictum Smolky, Bukovnicza, Svanthcoviczy, Gyzice et Byskupice quod Kothlovo dicitur, et Sovina. Item in terra Velunensi: Sencza, Raduienice, Lyssovicy, duas sortes in villa

nostra Bobrovniky, Kamona, Kadlub, Gana, Broza, Zalancz et Vydrzyno. In castellania Landensi: Czarncovo, Grzegorovo civitatem cum foro, Kelczovo, Scovelice, Bogussina Woda, Rzuchovo; Czissove, Grambcovo ex alia parte fluvii Warte. Item in terra Cuiavie: binum Uyma, Byskupice circa Radzeow, Smogorzow, et duos lacus dictos Chotle et Bezdzedze inter villam Chotle et Comorovo consistentes. Kulino in terra Dobrinensi. Item has villas in terra Lanciciensi: villam circa ecclesiam cum allodio, dicto Chothnicza, Thomino cum loco molendini, Podgorzyce, Mchovice, Moracovo, Pantek civitatem cum foro, Lubnicza, Mancolici, Zduny; Bancovo, Gyzice, Slonevo, que tres ville in unam villam que Bancovo dicitur sunt coniuncte; Viskithnicza, Lanzsniky, Symunovice, Marzicze, Struginice, Verzenovice, Gavroni cum villa adiacenti dicta Sulcovo, Sanczcovo, Lanka, Czecerzino, Peczevo, Chelm, Sobothka cum pontali quod vulgariter dicitur mostove, Crzikossy, Slupcza, Koczave, Rudultovo, Solcza minor, Gutovo, in Topola militali duas sortes, Crzepoczino, Parundzice, et in Zduni quatuor sortes, Prussinovice, Svarava. In magna Leznicia tres sortes. In Wozniky quatuor sortes et tabernam. In Gambice due sortes, Mrozovice, Solecz cum adiacenti villa dicta Pracze. Inter Blone et Dambe unam sortem que dicitur Dulovo. In Wyssoke tres sortes, inter Milovice et Lyczky unam sortem. Item Iancovo, Miroslavice, Sdzechovo, in Czirzchow medietatem, Sosnka, Chranstow, Dobrogostovice, Grambinice et Grabissevo. Item has villas in terra Syradie: civitatem Uneyow cum foro et villa eidem coniuncta dicta Koscelnaves, Ostrovsko, Wola Czichmana, Sbilucycze, Orzeskovo, Velenino, Kobilniky, Ubislave, Nemislow cum villa Lubiscovo, Popovo, Karchovo, Zarovo, Borissovice. In Marzanino partem cancellarie Gneznensis, Sandzeyovice, Luceyow, Parzno, Strezovo, Creslovo, Drozdzino, Potrukozy, Kluky, Ressotarzevo, Rzansna, Macoviscza, Okradzissevo, Rzuievicy cum Wola dicta Crzomech, Golcovice, Grocholice. Item ex alia parte fluvii Warte: Spycimirz, Velscycze, Smolsco, Przykuna, Koritcovo, Rogow, Kovale, Turcovicy, Turek civitas cum foro et duabus villis sibi iunctis, Sencze cum quibusdam campis de Muchnino, Dobrovo, Goszczonovicze, partem Tandovo, Dusniky, Kokosky, Oraczovo, Iarocyce et Oveczky. Item has villas in terra Cracovie: Byskupicy circa Mechoviam cum villa que dicitur Lgota sibi adiacente, Prussy ante Cracoviam, Chrosczina prope Koscelecz. Item has villas in terra Sandomiriensi: Kurzelow civitas cum foro et decima septimana theloney et cum allodio quod dicitur Modrzew, Gosczancin cum medio theloneo pontis et cum fabrica ferri Szup dicta, Wzlecza, Dankow, Koneczno, Cyrno, Crolevice ante Visliciam. Item has villas Capituli Gneznensis: Decanovice, binum Pisczino, Szczavino, Braczessevo, agros decanatus foris Gneznam, Mnichovo, Pavlovo, Kampel, Zydovo, Valissevo, Parczevo, Popcovo, Byskupice, Iezercza, Marzanino, Gozdovo, Ksanzno, Baranovo, Opatovo, Cyrnelino binum, maius et minus, Sulovo, Wlostovo, Smecyscza, in Manczniky tres sortes, Lubrza, Gosczissino, Budzislave, Slavomirz, Voyucino, Scepancovo, binum Parlino, Berlino, Polanovo, Ostrovite, Zlothcovo, Scarbimirzice, Kayovo, Marquarce, Tropessino, Woycyce, Ostrow, Slup, Skvolno, Pampovo, Pampycy seu Kopydlovo, Czosram. Item Villa sanctuariorum, Komorovo Iezerzani, Crzinka, Kocycze, Mokrzsco, Dusno et Galanzovo. Item Malonovo prope Turek. In Rozdzice terre Lancicie quatuor sortes et thabernam, in Domanovo unam sortem. Nempe ipsa bona premissa eximimus et penitus liberamus ac graciose absolvimus a nostra et castri citacione, ac a iudicio nostro et omnium palatinorum, capitaneorum, castellanorum, iudicum, subiudicum et quorumlibet officialium, quibuscunque nominibus appellentur: presertim a singulis impeticionibus seu inquietacioni-

bus iusticiariorum, qui opravce dicuntur vulgariter, ipsa bona et ea inhabitantes specialiter fore volumus liberos et exemptos; sed dominus archiepiscopus et suum Capitulum Gneznense qui pro tempore fuerint ponent suum in bonis ecclesie iusticiarium, qui eadem bona ecclesie diligenter visitet, et ea inhabitantes ab excessibus retrahat, ac ipsos corrigat iusticia mediante. Si vero ultra cognicionem eiusdem, iusticiarius noster aliquem furem in predictis bonis ecclesie percipiet, ipsum prefato iusticiario ecclesie debebit deferre, qui de eodem reddat iusticie complementum. Qui quidem iusticiarius ecclesie habeat potestatem recipiendi penas in hominibus ecclesie, furti, sanguinis et homicidii, in hys dumtaxat, qui iudicialiter fuerint condempnati; ad quod noster iusticiarius nullum penitus habeat respectum, ut prefertur. Preterea damus et confirmamus predicto domino archiepiscopo et suis successoribus omnimodam facultatem, memorata bona et possessiones ecclesie locandi iure Theutunico prout eis utilius videbitur expedire. Que quidem bona et possessiones, prout in suis circumferenciis continentur, cum omnibus utilitatibus, fructibus et proventibus universis tam presentibus quam futuris, cum agris, pratis, silvis, mericis, rubetis, borris, mellificiis, nemoribus, et cum venacionibus ferarum quarumlibet et avium, molendinis, piscinis, lacubus et aquarum decursibus, et generaliter cum omnibus usibus, qui in eisdem bonis nunc habentur vel haberi poterunt in futurum, cum hominibus habitantibus in eisdem tam liberis quam obnoxiis, eximimus, liberamus et absolvimus graciose ab omnibus solucionibus, exaccionibus, collectis, taliis, contribucionibus et tributis, nec non a podvorove, a poradlne, a sep, a bove, a vacca, a porco, ab ove, a perna, a stan, a narzaz, a przevod, a povod, et ab omnibus angariis et preangariis ac a vexacionibus quibuscunque, ab omni quoque servicio et servitute, et specialiter a fossione fossatorum, et ab edificacione castrorum de novo factorum vel faciendorum, preter castra antiqua, videlicet in Gnezna, in Lancicia, in Syradz et in Nakel, que dum corruere contigerit, homines ecclesie quodlibet ipsorum castrorum de duabus stubellis asstricti sint reformare; nec non ab expedicionibus extra terminos regni Polonie emergentibus penitus sint exempti. Volumus tamen, quod si inimici nostri aliquando insultu impetuoso terrarum (sic) nostrarum Gneznensis diocesis hostiliter invaserint, homines ecclesie viciniores eidem parti terre que invadi debuerit, una cum terrigenis nostris et eorum villanis, expediti prout ipsi villani militum, eisdem inimicis occurere teneantur. Insuper adicimus decernendo, quod milites non impediant nec prohibeant locationem in grangiis villanorum suorum et venditionem liberam decimarum, ne propter hoc Deus provocetur: cum iuxta ius naturale, liberum esse debeat de re propria disponere prout placet. Decernimus tamen, quod cum decime per dominos earum extraneis vendi debuerint, liceat heredibus ipsas decimas in villis propriis, pro eadem quantitate pecunie pro qua aliis exposite fuerint, suis usibus reservare; ita tamen, quod si emptor extraneus paratam pecuniam domino decime in principio emptionis sue dare voluerit, ipse etiam heres ville pecuniam paratam eidem absque dilatione solvere teneatur. Si vero talis emptor extraneus cautionem fideiussoriam pro huiusmodi pecunia posuerit, eciam idem heres ville pro ipsa certam ponat huiuscemodi cautionem. Etiam declarando adicimus, quod sicut Gneznensem archiepiscopum et suam ecclesiam invenimus in possessione et perceptione theloney decime septimane in infrascriptis oppidis et civitatibus nostris, videlicet in Kalis et Lancicia, in Potrcovia, in Syradz, in Malogoscz, in Chanczin, in Spyczimirz, in Skrzyn et in Chocessow, ita eos volumus remanere perpetuo in perceptione huiusmodi decime septimane theloney supradicti pacifice et quiete. Interea decernimus

specialiter, quod si quispiam in predicte Gneznensis et eius collegiatarum ecclesiarum predictarum bonis aliquam in rebus seu personis violenciam notoriam fecerit, idem per memoratum dominum archiepiscopum et suos successores ad satisfaccionem condignam censura ecclesiastica compellatur. Insuper, si homo de bonis ecclesie, liber aut obnoxius, per alium hominem nostrum aut militalem occisus fuerit, teneatur consuetudo circa solutionem mulcte capitis terrarum, in quibus ipsa homicidia committentur. Volumus tamen, quod homines ecclesie a solucione pene, que zaglovna sive krvava, sescz grziven dicitur vulgariter, penitus sint exempti et soluti. Item decernimus, quod excommunicati, per iudicem a iudicio repellantur, et ad testificandum, dummodo id in fraudem non fiat, nullatenus admittantur. Ordinamus insuper et volumus observari, ut circa limitationes possessionum seu hereditatum ecclesiarum superius positarum, consuetudo servetur ecclesie et cuiuslibet terre, que hactenus extitit observata. Item concedimus eidem domino archiepiscopo et suis successoribus, quod possint, eciam absentes a iudicio, constituere procuratorem, seu procuratores aut prolocutores, in causis hereditariis, ad agendum et defendendum, ad inquirendum seu perdendum, et hoc per litteras ipsorum sigillis roboratas: cum ipse noscatur habere possessiones hereditarias in diversis territoriis regni nostri. Porro: quod ultimo ponitur, magis memorie commendatur: decernimus et ordinamus ac de cetero per nos et quoslibet volumus perpetuo observari: ut dominus archiepiscopus et sua Gneznensis ac alie superius nominate ecclesie cum clero et populo in bonis ecclesie habitante, in iuribus et consuetudinibus commodum et honorem ecclesiarum tangentibus, et specialiter in iuribus, ipsis per nos concessis et datis, plenarie conserventur. Protestamur insuper, nos vidisse et expositis (sic) nobis plenarie intellexisse litteras patrum beatissimorum ecclesie Romane pontificum, videlicet Innocentii secundi, Innocentii tercii et Honorii tercii, in quibus possessiones, iura et libertates predicte Gneznensis et eius collegiatarum ecclesiarum, concesse et donate eisdem per principes Polonie, nostros progenitores, plenissime confirmantur; specialiter autem in literis patentibus dicti Pape Honorii continere vidimus satis clare, quod ipse ad petitionem ducum infrascriptorum, Lestconis Cracovie, Conradi Masovie, Vladislay de Kalis et Casimiri de Opol, iura, libertates et possessiones Lovicensis districtus, terre Masovie, confirmavit, ipsumque districtum cum omnibus villis et possessionibus, ab omni iuridicione et dominio quorumlibet principum penitus liberavit. Declaramus etenim pro dubiis amputandis articulum seu clausulam de excommunicatis supradictos (sic): quod si aliquis excommunicatus in testem producitur, repellatur, ut premissum est, a testificacione; sed tamen loco ipsius alter testis valeat substitui, ne per hoc testes producenti aliquod preiudicium generetur. Ut autem predicta nostra innovacio, confirmacio, roboracio, protestacio et omnium premissorum perpetuacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras scribi fecimus nostrorumque sigillorum munimine roborari. Actum Cracovie in octava Cinerum, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, presentibus hys testibus, dominis Iohanne Iura castellano Cracoviensi, Mathia Poznaniensi, Imbramo Cracoviensi et Iohanne Lanciciensi palatinis, Preczslao Poznaniensi, Dobeslao Wisliciensi, Zawissa Sandecensi et Iohanne Woyniciensi ac Chebda Syradiensi castellanis, Petro tribuno et Andrea subcamerario Cracoviensibus, ac Dobeslao iudice Kalissiensi; nec non Iohanne Cracoviensi, Ottone Polonie, Floriano Lancicie et Hermano Cuiavie cancellariis terrarum regni nostri, ac aliis pluribus fide dignis. Datum per manus eiusdem Iohannis cancellarii Cracoviensis, scriptum per manus Gregorii notarii curie nostre.

Rudensis, *de Ruda*. Kurzeloviensis, *de Kurzelów*. Uneoviensis, *de Uniejów*. Kandzerzyno, *Kędzierzyn*. Wierzbiczany, Szczytniki, *dziś tak samo*. Manczerzino, *Miecierzyn*. Slavno, *Sławno*. Ostrovsko, *Ostrowo*. Czatome, *Cotuń*. Lubcz, Kwieciszewo, Goryszewo, *dziś tak samo*. Sedlimovice, *Siedlimowo*. Znenensis, *de Żnin*. Sarbinowo, Biskupin, *dziś tak samo*. Czaple, *osada znikła w okolicy m. Żnin*. Junczewo, Gorzyce, Gólczewo, Dochanowo, Sulinowo, Rybitwy, Brzyskorzystew, Dobrylewo, Chomentowo, Zendowo, Wilczkowo, *dziś tak samo*. Vrzuty, *dziś pewnie Wrzosy*. Murczyn, Góra, Białożewin, Pniewy, Lutkowo, Pakość, Podgorzyn, Rydlewo, Skarbiniec, *dziś tak samo*. Territorium Naklense, *de Nakło*. Wavriscovo, *wieś wkrótce potem osadzona jako miasto Kamień*. Płoczyce, *dziś z niemiecka Ploetzig*. Cerekwica, *dziś z niem. Zirkwitz*. Konotoppa, *osada znikła*. Terra Kalissiensis: Opatow, *Opatówek*. Zduny, Trojanów, Godzisze wielkie i małe, Główczyn, Wojkowo, *dziś tak samo*. Solecz, *Szulec*. Transovo, *Trzęśniewo*. Warsovo, *Warszówka*. Lisconice, *Lisków*. Zytovice, *Żydowo*. Kokanino, *Kokanin*. Ilme, *Ilno*. Fluv. Przosna, *rz. Prosna*. Noscovo, *Nosków*. Byskupice, *Biskupice szalone*. Olobok, *Ołobok*. Byskupice Smolky, *Biskupice Smolne*. Bukovnicza, *Bukownica*. Svanthcoviczy, *Świątkowice*. Gyzice, *Giżyce*. Byskupice Kothlovo, *Biskupice zaboryczne*. Kotłowo, Sowina, *dziś tak samo*. Velunensis terra, *de Wieluń*. Sencza, *Sieniec*. Raduienice, *Raduczyce*. Lyssovicy, *Liskornice*. Bobrovniky, *Bobrowniki*. Kamona, *Kamionka*. Kadlub, *Kardlub*. Gana, Brzoza, *dziś tak samo*. Zalancz, *Załącze*. Vydrzyno, *Wydrzyn*. Castellania Landensis, *de Ląd*. Czarncovo, *Czarków*. Grzegorzewo, Kiełczewo, *dziś tak samo*. Scovelice, *Skobielice*. Bogussina Woda, *Boguszyniec*. Rzuchovo, *Rzuchów*. Czissove, *Cichowo*. Grambcovo, *Grąbków*. Uyma binum, *Ujma wielka i mała*. Biskupice, Radziejów, Smogorzów, Chotel, Komorowo, Kulino, *dziś tak samo*. Terra Dobrinensis, *de Dobrzyn*. Terra Lanciciensis, *de Łęczyca*. Chothnicza, *osada znikła*. Thomino, *Tum*. Podgorzyce, Mchowice, Morakowo, Piątek, Lubnica, *dziś tak samo*. Mancolici, *Mąkolice*. Zduny, *Zduny*. Bancovo, *Bąków górny i dolny*. Gyzice, Slonevo, *osady znikłe*. Viskithnicza, *Wyskieniec*. Lanzsniky, *Łążniki*. Symanovice, *Szymanowice*. Marzyce, Struginice, Wierzonowice, Gawrony, *dziś tak samo*. Sulcovo, *dziś może Gawronki*. Sanczcovo, *nie odgadnione*. Lanka, *Łęki*. Czecerzino, *nie odgadnione*. Peczevo, *Pieczewo*. Chelm, *Chełmno*. Sobótka, Krzykosy, *dziś tak samo*. Slupcza, *Słupeczka*. Koczave, *Koczewie*. Rudultovo, *Rdutów*. Solcza minor, *Solcza mała*. Gutovo, *nie odgadnione*. Topola militalis, *Topola kontowa*. Krzepocin, Parędzice, Zduny, Prusinowice, *dziś tak samo*. Svarava, *Sworawa*. Leźnica wielka, Woźniki, *dziś tak samo*. Gambice, *Gębice*. Mrozovice, *Mrozowice*. Solecz, *Solcza wielka*. Pracze, *pewnie mylnie zamiast Tkaczew*. Błonie, Dąbie, Wysokie, Miłonice, *dziś tak samo*. Lyczky, *osada znikła*. Jankowo, Mirosławice, *dziś tak samo*. Sdzechovo, *Zdziechów*. Czirzchow, *Ciężków*. Sosnka, *nie odgadnione*. Chranstow, *Chrząstów*. Dobrogostovice, *Dobrogosty*. Grambinice, *Grabieniec*. Grabissevo, *Grabiszewo*. Terra Syradie, *de Sieradz*. Uneyow, *Uniejów*. Koscelnaves, *Kościelsko*. Ostrovsko, *Ostrowsko*. Wola Czichmana, *Cichmiana*. Sbilucycze, *Zbylczyce*. Orzeszków, Wielenin, Kobylniki, Ubisław, Niemysłów, *dziś tak samo*. Lubiscovo, *Lubiszewice*. Popovo, *Popowo*. Karchovo, *Charchów księży*. Zarovo, *Zdary*. Borszewice, Marzenin, Sędziejewice, Luciejów, Parzno, *dziś tak samo*. Strezovo, *Strzyżewice*. Creslovo, *Krzesłowo*. Drozdzino, *nie odgadnione*. Potrukozy, *Petrykozy*. Kluky, *Kluki*. Ressotarzevo, *Restarzew*. Rząsnia, Makowiska, *dziś tak samo*. Okradzissevo, *Okrajczów*. Rzuievicy, *Rogowice*. Wola dicta Crzomech, Golcovice, *nie odgadnione*. Grocholice,

Śpicimierz, *dziś tak samo.* Velscycze, *Wieszczyce.* Smolsk, Przykuna, Korytkowo, Rogów, Kowale księże, Turkowice, Turek, *dziś tak samo.* Sencze, *Sendów.* Muchnino, *Muchlin.* Dobrowo, Goszczanów, Tądów, Duszniki, Kokoszki, Oraczewo, Jarocice, Owieczki, *dziś tak samo.* Terra Cracovie: Biskupicy, *Biskupice Pruskie.* Mechovia, *Miechów.* Lgota, *Lgota górskie.* Prussy ante Cracoviam, *osada znikła.* Chróścina, Kościelec, *dziś tak samo.* Terra Sandomiriensis: Kurzelow, *Kurzelów.* Modrzew, *osada znikła.* Gosczancin, *Gościącin.* Wzlecza, *Ślęcin.* Danków, Konieczno, *dziś tak samo.* Cyrno, w Nrze. 7 Tyrno, *Cierno.* Królewice, Wiślica, *dziś tak samo.* Dziekanowice, Pyszczyno binum, *t. j. Pyszczyn i Pyszczynek, dziś tak samo.* Szczavino, *nie odgadnione.* Braciszewo, Mnichowo, Pawłowo, Kąpiel, Żydowo, Waliszewo, Parczewo, *dziś tak samo.* Popcovo, *Popowo podleśne.* Biskupice, Jezierce, Marzenin, Gozdowo, *dziś tak samo.* Ksanzno, *Książno.* Baranovo, *Baranowo.* Opatovo, *Opatówko.* Cyrnelino binum, *Czerlejno.* Sulovo, *Sulęcin.* Wlostovo, *Włostowo.* Smecyscza, *Śnieciska.* Mączniki, Lubrza, *dziś tak samo.* Gosczissino, *Gościeszyn.* Budzislave, *Budzisław.* Slavomirz, *Sławomierz.* Voyucino, *Wojcin.* Scepancovo, *Szczepanowo.* Parlino binum, *Parlin i Parlinek.* Beslino, *Bieślin.* Polanowo, Ostrowite, Złotkowo, *dziś tak samo.* Scarbimirzice, *Skalmierzyce.* Kayovo, *Kajew.* Marquarce, *Marchwacz.* Tropessino, *Stropiszyn.* Woycyce, *nie odgadnione.* Ostrow, *Ostrów.* Slup, *Słupia.* Skvolno, *Stwolno.* Pampovo, *zam. Pempowo.* Pampycy seu Kopydlovo, *z Lib. beneficiorum J. de Lasko wykazuje się jako osada znikła p. m. Kiszkowo.* Czosram, *Czestram.* Villa sanctuariorum, *Świątniki.* Komorowo, Jezierzany, *dziś tak samo.* Crzinka, *Skrzynka.* Kocycze, *Chocicza.* Mokrzsco, *Mokre.* Duszno, Gałęzewo, Malanów, Turek, *dziś tak samo.* Rozdzice, *Rużyce.* Domanovo, *Domaniew.* Nakel, *Nakło.* Potrcovia, *Piotrków.* Malogoscz, *Małogoszcz.* Chanczin, *Chęciny.* Skrzyn, *Skrzynno.* Chocessow, *nie odgadnione.* Opol, *dziś z niem. Oppeln.* Wisliciensis, *de Wiślica.* Sandecensis, *de Sandecz, czyli Sącz.* Woyniciensis, *de Wojnicz.*

Nr. 1355.

Virzbantha Polonie capitaneus general. 1357 Apr. 7, Poznanie; protestatur, Iacussium heredem de Rogalin hereditatem suam Wiry Iohanni episcopo Poznaniensi obligatorie assignavisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 159.

Nos Virzbantha Polonie capitaneus generalis, notum facimus universis tam presentibus quam futuris ad quorum audienciam presens scriptum fuerit devolutum, quod honestus vir Iacussius heres de Rogalino veniens ad nostram plurimorumque militum presenciam, bona voluntate ac deliberacione, non compulsus nec coactus, hereditatem Wyr Theutonicum nuncupatam cum omnibus utilitatibus et proventibus, que nunc sunt et in futuro oriri possunt, cum omni iure et dominio prout tenuit, reverendo in Christo patri domino Iohanni episcopo Poznaniensi in viginti marcis grossorum paratorum usualis monete obligatorie assignavit. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie magna sexta feria sub anno Domini m.ccc.lvii, presentibus hys testibus: dominis Andrea

archidiacono Poznaniensi, Iohanne advocato, Iohanne dicto Brigar, civibus Poznaniensibus, et aliis pluribus fidedignis.

Rogalino, *Rogalin*. Wyr Theutonicum, *Wiry*.

Nr. 1356.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1357 Apr. 22, Gnezne; confirmat litteram, quam dederat sibi: **Fr. Ludolfus Kunik Ordinis fratrum etc. domus Theutonice magister general. 1344 Nov. 13, in Margeburg.**

Pergam. orygin., u którego na sznurze jedwabn., czerw. przywieszone dwie pieczęcie. Pierwsza podługowata Jarosława arcybiskupa; druga kapituły Gnieźnieńskiéj; (pieczęć XXIV).

Königsberg. Königl. Staats Arch. Schiebl. 75, Nr. 28. — Voigt. Cod. diplom. Prussicus.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus presencium inspectoribus universis, quod litteram venerandi quondam viri fratris Ludolfi Kenyk, bone memorie magistri generalis Ordinis Hospitalis beate Marie domus Thewthonice Ierosolimitani, super quadam ordinacione amicabili, facta inter nos et Capitulum nostrum eiusdem ecclesie Gneznensis, ex una, et magistrum ac Ordinem predictos, parte ex altera, nobis assignatam occasione infrascripte permutacionis, de consilio eiusdem Capituli nostri confirmamus, ratificamus et eciam innovamus; nolentes per confirmacionem, ratificacionem ac eciam innovacionem huiusmodi, eidem ordinacioni et unioni tam amicabiliter celebrate, nisi quatenus de permutacione infrascripta expressum est, aliqualiter derogare. Predicte littere tenor per omnia sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1235*).

Nos igitur Iaroslaus archiepiscopus supradictus commodum et utilitatem nostram et ecclesie nostre antedicte sincero spiritu prosequi cupientes, de consilio eiusdem Capituli nostri bona deliberacione premissa facientes commutacionem infrascriptarum villarum, hincinde damus et assignamus eidem magistro et suo Ordini iusto permutacionis titulo villas nostras, videlicet Brudzevo in territorio Gdanensi, et villam que Byssowvald in Thewtonico, in Polonico Gambarsow dicitur in territorio Slochoviensi situatas; que quidem dicta villa Byssowvald infra suarum graniciarum continenciam tenet et habet centum mansos, olym nobis et ecclesie nostre loco hereditatis dicte parvum Choynicz causa permutacionis et ex aliis causis ut premittitur assignatos. Quas siquidem villas omni et pleno dominio, iure ac iuridicione, cum suis graniciis et finibus, decimis, proventibus ac utilitatibus universis supradictis, magister ac eius successores debent possidere perpetuo et habere, prout eas nos et nostra ecclesia sepedicta hactenus habuimus et possedimus pacifice et quiete; ita, quod de predictis duabus villis decime et ipsarum percepcio, ad ipsum magistrum et suum Ordinem perpetuo debeant pertinere taliter, quod nos et ecclesia nostra ac nostri successores, de ipsis aliquam decimam, nec eciam illam de qua prefertur, videlicet de manso duos scotos, percipiemus sive eciam requiremus. Et quia

villam Brudzewo predictam positam in dyocesi Wladislaviensi nos et nostri predecessores a solucione decime liberam habuimus, possedimus pacifice nullo contradicente, unde predictum magistrum et suos successores ac incolas eandem villam ac aliam, videlicet Gambarsow inhabitantes, a solucione decime eximimus, liberamus et penitus absolvimus, relinquentes eidem magistro et suo Ordini de predictis decimis liberam disponendi facultatem. Pro quibus siquidem duabus villis, idem magister cum Ordine suo villam ipsorum iusto permutacionis titulo, Dambrova vulgariter dictam, in districtu Thucholensi positam, cum suis metis et gadibus, omni dominio, iure, iuridicione, decimis ac modis et condicionibus omnibus, liberam prout superius in tenore littere transsumpte de centum mansis ibi narratis est expressum, nobis et ecclesie nostre commutacionis causa dederunt, tradiderunt et assignarunt graciose. Et si quis pro predicta villa Dambrova vel eius graniciis et decima nos et ecclesiam nostram impecierit, ipse magister cum Ordine suo a quolibet homine nos et ecclesiam nostram indempnes reddendo, sicut nos ipsum magistrum et Ordinem suum, pro predictis villis tenebuntur disbrigare. Preterea, quod si in aliquo privilegio, per duces terre Pomeranie aut predictum magistrum vel ipsius predecessores nobis et ecclesie nostre dato, ville pretaxate, Byssowzvald videlicet et Brudzevo fuerint nominate vel nominata, volumus, quod per expressionem seu denominacionem ipsarum villarum, que nunc ad ipsum magistrum et eius Ordinem virtute permutacionis ut predictum est pertinere dinoscuntur, eidem magistro et suo Ordini nullum possit aut debeat discrimen seu preiudicium generari. In quorum omnium testimonium et evidenciam ad premissa pleniorem, nostrum ac Capituli nostri predicti sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in vigilia beati Adalberti martyris gloriosi, anno Domini M.CCC. quinquagesimo septimo, presentibus honorabilibus viris, dominis Ottonė preposito, Iohanne decano, Preczslao archidyacono, Kelczone scolastico, Petro custode, Nicolao cancellario, per cuius manus transivit presens privilegium, Gneznensi, nec non Martino archidyacono Czirnensi, Iohanne preposito Kalisiensi, Iastkone scolastico Lanciciensi et Martino rectore ecclesie de Gora, canonicis eiusdem Gneznensis ecclesie, ac multis aliis fide dignis.

Brudzevo, *Brudzewo*, *z niem. Brusdau.* Byssowvald, *Bischoffswalde.* Gambarsow, *Gębarzew.* Slochoviensis, *de Człuchów.* Parvum Choynicz, *Chojniczka.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Dambrova, *Dąbrowa.* Thucholensis, *de Tuchola.* Czirnensis, *de Czersk.* Gora, *Góra.*

Nr. 1357.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1357 Apr. 24, Gnezne; ecclesiae parochiali in Chomiąża, a Nicolao herede eiusdem villae erectae et dotatae, decimas de quibusdam villis mensae suae largitur.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. proventuum fol. 481 v. (Foljant pisany ręką XVII wieku). — Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1464.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam divinum magis noscitur quam humanum, proinde nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad universorum presencium et posterorum noticiam volu-

mus devenire, quod fundata ad honorem omnipotentis Dei et beate Marie virginis gloriose, et specialiter ad honorem beati Iohannis Baptiste et sancti Iohannis ewangeliste in Chomansa nobilis viri domini Nicolai, heredis ville eiusdem, parrochiali ecclesia, pro sustentacione rectoris ipsius et eciam ad alia onera supplenda, eidem ecclesie decimas mense nostre, videlicet Mosciszewo, in Osza gora et in Swepranice cum earum novalibus protendentibus se ab antiquis agris duntaxat, in districtu Gneznensi sitis, attribuimus et de consensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli ascribimus perpetuo per presentes; declarantes specialiter, quod predictus Nicolaus fundacioni supradicte addidit duos mansos liberos et exemptos ab omni onere solucionis: unum ibidem in Chomansa ubi ecclesia est fundata, et alium in Nowa wes: nec non de aratura sua et suorum successorum decimam in Chomansa, in Dambrova, in Mosciczewo, in Osza gora, in Obodno, et alias ubicunque ipse Nicolaus et sui successores araverint. Insuper addidit memoratus Nicolaus ecclesie prefate pro dote partem insule in qua ipsa ecclesia est fundata, a cimiterio versus meridiem usque ad finem se protendentem; dans rectori ipsius ecclesie qui pro tempore fuerit domum pro se et aliam pro clerico, et eciam quatuor hortulanos locandi ibidem liberam facultatem. Addidit eciam sepedictus Nicolaus dicte ecclesie et rectori ipsius lacum dictum Szowinecz, situm infra limites pretacte hereditatis Chomansa, absque contradiccione et impedimento, omnia superius expressa per ecclesiam sepius dictam et rectorem ipsius qui pro tempore fuerit libere perpetuo tenenda et pacifice possidenda; renuncians omni iuri et dominio, quod sibi et successoribus suis in duobus mansis, parte insule, lacu et aliis omnibus premissis competebat vel competere posset quomodolibet in futurum. Ne vero super parrochia inter vicinas ecclesias controversia excitetur sed dormiat, sepefate ecclesie villas infrascriptas, scilicet ipsam Chomansa, Grzmancza, Nowa wess et Obodno, nomine parrochie cum earum novalibus, si infra limites dictarum villarum surrexerint Domino concedente, in futuro duximus presentibus perpetuo adiungendas. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in crastino beati Adalberti martiris gloriosi, anno Domini millesimo CCC. quinquagesimo septimo, presentibus honorabilibus viris, dominis Ottone preposito, Iohanne decano, Predslao archidiacono, Kyelcone scolastico, Petro custode et Nicolao cancellario Gneznensibus, nec non Martino archidiacono Cirnensi, Iohanne preposito Kalisiensi, Iascone scolastico Lanciciensi et Martino de Gora, dicte Gneznensis ecclesie canonicis, et aliis multis fidedignis.

Chomansa, *Chomiąża.* Mosciszewo, *Mościszewo.* Osza gora, *Osinin.* Swepranice, *w Nrze. 7* Zvepavici, *osada znikła.* Dambrova, *Dąbrowo.* Obodno, *Obódno.* Lacus Szowinecz, *jezioro, nad którem leży Chomiąża.* Grzmancza, *Grzmiąca.* Cirnensis, *de Czersk.* Gora, *Góra.*

Nr. 1358.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1357 Apr. 26, Gnezne; ratam habet venditionem scultetiae utriusque villae Śladków, a Pieczkone sculteto in rem Petri heredis de Maszkowice factam.

Warszawa. Archiw. Główne. Libri terrestr. Lanciciens. 186, fol. 259.

In nomine Domini amen. Quoniam oblivio memoriam gestorum excludit, dignum est, ut facta mortalium presentia, futurorum notitie scripti testimonio commendentur. Hinc est quod nos Iaroslaus, divina providentia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus universis presentibus et futuris, quod veniens ad presentiam nostram Pieczko familiaris noster, scultetus villarum ecclesie nostre, videlicet utriusque Zlakow, non compulsus nec coactus nec etiam per aliquem errorem seductus, sed sanus mente et corpore recognovit expresse, se vendidisse eandem scultetiam heredi de Maskovicze etiam nostro familiari, pro certa quantitate pecunie cum iuribus et pertinentiis infrascriptis, scilicet cum quinque mansis liberis, medietate tabernarum, tertio denario iuramentorum et cuiuslibet iudicati tam de parvis quam de magnis causis, nec non cum tertio denario maccellorum et bancorum pistorum, sutorum et fabrorum, cum tertio quoque horto et aliis omnibus utilitatibus, que infra mensuram quinque mansorum predictorum poterint quomodolibet derivari, ipsamque scultetiam sibi in presentia nostra, omni iure renuntians quod sibi in dicta scultetia competebat vel in futurum posset competere, rationabiliter resignavit, per ipsum Petrum et suos liberos ac successores legitimos perpetuis temporibus tenendam, et etiam possidendam, vendendam, commutandam, obligandam aut etiam exponendam, nostro tamen et successorum nostrorum consensu ad id specialiter accedente. Verum quia certo certius didicimus, principale privilegium super predicta scultetia fore deperditum, nos volentes iurium scultetie predicte dubia amputare, predictam venditionem et emptionem ratas et gratas habentes, ipsas cum iuribus prenarratis, que ad dictam scultetiam pertinere profitemur, tenore presentium de consensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli confirmamus benigniter perpetuo valituram. In quorum testimonium, nostrum et predicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in crastino beati Marci evangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, presentibus honorabilibus viris et dominis: Otthone preposito, Iohanne decano, Przeczlao archidiacono, Kielczone scolastico, Petro custode et Nicolao cancellario Gneznensibus, nec non Martino archidiacono Czirnensi, Iohanne preposito Kalisiensi et Iascone scolastico Lanciciensi, dicte Gneznensis ecclesie canonicis, et aliis fidedignis.

Utrumque Zlakow, *Śladków rozlazły i Śladków górny.* Maskovicze, *Maszkowice.* Czirnensis, *de Czersk.*

Nr. 1359.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1357 Apr. 26, Gnezne; hereditatem ecclesiae suae, dictam Chryszczyna, Ianussio decano Cracoviensi exponit.

Pergam. orygin., u którego na pergaminowych paskach dwie pieczęcie przywieszono. Pierwsza znikła; z drugiéj pozostał ułamek pieczęci Kapituły Gnieźnieńskiéj; (pieczęć XXIV).

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 139.

Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, universis presencium noticiam habituris tenore presencium publice recognoscimus et fatemur, quod compellente nos magna et ardua necessitate ecclesie nostre predicte, hereditatem nostram et eiusdem nostre ecclesie Chrosczina dictam vulgariter, sitam in terra Cracoviensi, honorabili viro domino Ianussio decano Cracoviensis et canonico nostre Gneznensis ecclesiarum pro centum marcis grossorum Pragensium de consensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli exposuimus cum decima et omnibus utilitatibus et fructibus qui de eadem hereditate poterint quomodolibet derivari, per ipsum dominum Ianussium vite sue temporibus pacifice possidendam. Si autem ipsum ad aliquam dignitatem pontificalem provenire contigerit Domino suffragante, extunc dictam hereditatem tenebitur nobis et nostris successoribus absque ulla solucione pecunie, difficultate postposita resignare. In cuius rei testimonium, sigilla nostrum et predicti Capituli nostri presentibus duximus appendenda. Datum Gnezne in crastino beati Marci ewangeliste, anno Domini M.CCC. quinquagesimo septimo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Otthone preposito, Iohanne decano, Preczslao archidyacono, Kelczone scolastico, Petro custode, Nicolao cancellario Gneznensibus, et aliis multis fide dignis.

Chrosczina, *Chryszczyna.*

Nr. 1360.

Iohannes Poznaniens. ecclesie episcopus (1357) Iun. 30, Poznanie; censum mensae suae de molendino dicto Vitreum, pro sustentatione rectoris scholarum apud ecclesiam maiorem assignat.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1621—23.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia Poznaniensis ecclesie episcopus, notum facimus universis et singulis, presentibus et futuris quibus nosse fuerit oportunum, quod cupientes ut ministri dicte nostre ecclesie eo fervencius Deo largitori bonorum omnium deserviant in divinis, quo amplius bonis temporalibus, redditibus et proventibus adiuti fuerint seu eciam supportati, ad peticionis instancias honorabilis viri domini Kelczonis scolastici Gneznensis et Poznaniensis canonici, ob nostre et ipsius remedium animarum, censum quinque marcarum mense mee in molendino quod Vitreum nuncupatur, sito super fluvium dictum Cibina apud Poznan, recepta ab eodem domino scolastico certa pecunie quantitate,

tandem dante Domino in usus dicte nostre Poznaniensis ecclesie intendentes, pro sustentacione certorum ministrorum ipsius ecclesie infrascriptorum, de consensu fratrum nostrorum Poznaniensis Capituli perpetuis temporibus duximus deputandum. Habebit siquidem Iohannes,* qui est rector scolarum apud memoratam ecclesiam per dictum dominum scolasticum presentatus, nomine altaris sancte Crucis de censu dicti molendini annis singulis tres marcas grossorum, videlicet in Quatuor temporibus que erunt infra octavas Pentecostes, marcam cum dimidia, et in Quatuor temporibus currentibus ante festum Michaelis, similiter marcam cum dimidia a Iancone molendinario moderno et a suis liberis et successoribus legittimis, qualibet difficultate cessante, de quibus ipsum altare dictus dominus scolasticus liberaliter et benigne dotavit. Itaque dictus magister Iohannes tenebitur promoveri ad sacros ordines infra biennium a tempore date presencium computando, et missas tres septimanatim, videlicet secundis feriis pro Defunctis, quartis vero et sextis feriis, quas iuxta devocionem suam elegerit celebrare. Quod si dictus magister Iohannes infra dictum tempus in presbiterum promotus non fuerit, extunc eo ipso altari huiusmodi sit privatus. Provisio vero sive collacio ipsius altaris, ad dictum dominum scolasticum eo vivente, et demum ad nos perpetuo pertinebit de ipsoque provisio presbitero. Magister vero scolarum predictus qui pro tempore fuerit, ut eo melius preesse valeat eorum regimini et pueros informare, unam marcam in convocacionibus que currunt post festum Michaelis, et vicarii ipsius ecclesie aliam marcam pro anniversario domini scolastici predicti, in crastino octave beatorum Petri et Pauli apostolorum annis singulis faciendo, dicendo, videlicet vigilias et missas pro Defunctis officiose peragendo, in revolucione anni cuiuslibet in eisdem Quatuor temporibus post festum Michaelis percipient, que per molendinarium qui pro tempore fuerit perpetuis temporibus persolventur. Dominium autem et gubernacio ac tuicio ipsius molendini, ad nos et successores nostros nichilominus pertinebit. Preterea sextam marcam de censu molendini predicti, vicarii sepedicte nostre ecclesie parata pecunia comparaverunt a nobis de consensu dicti nostri Capituli; ad cuius marce solucionem, molendinarius ut premittitur anno quolibet ipsis tenebitur in Quatuor temporibus currentibus post diem Cinerum, ocasione vel excusacione qualibet proculmota. Ipsi vero vicarii astricti sint et eciam obligati annis omnibus ad faciendum exequias et anniversarium in crastino beati Gregorii, annis singulis vigilias et misse pro Defunctis officium peragendo pro salute anime domini Stephani, bone memorie decani Boratensis (sic) et Poznaniensis canonici, qui huiusmodi pecuniam eis legavit, inter presentes cum in missa Agnus Dei dicitur solummodo dividendo. Ut eciam hec ordinacio et condigna disposicio perpetuum robur obtineat, presentes litteras nostri et dicti Capituli sigillorum munimine duximus consignandam. Actum et datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo (*vacuum*) presentibus honorabilibus et discretis viris et fratribus nostris de Capitulo Poznaniensi, scilicet Troyano preposito, Czyborio decano, Andrea archidiacono, Nicolao scolastico, Iohanne custode, Damiano cancellario Poznaniensi, Iohanne decano, Preczslao archidiacono Gneznensi, Sbilutho preposito Vladislaviensi, Martino archidiacono Cirnensi, Iohanne preposito Kalisiensi, Stanislao thezaurario, Dythcone, magistro Ambrosio, Nicolao Cebulca et Pribigneo, canonicis eiusdem ecclesie Poznaniensis eo tempore ad Capitulum congregatis.

Fluvius Cibina, *Cybina rz.* Vladislayiensis, *de Włocławek.* Cirnensis, *de Czersk.*

Nr. 1361.

Iohannes episcopus Poznaniens. ecclesie 1357 Iun. 30, Poznanie; Bogdano filio Pauli de Ruchocin sculthetiam in Trzciniec iure de Środa ad locandum vendit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 81.

In nomine Domini amen. Illud humani sensus fragilitas exigit et requirit, ut gestarum rerum eventus, memorie hominum inscripcione testium commendetur. Proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis ecclesie, cupientes bona nostre ecclesie in melius Deo propicio reformare, hereditatem nostram Trzczienycza vulgariter nuncupatam, de voluntate et consensu fratrum nostrorum de Capitulo Poznaniensi Bogdano filio Pauli de Ruchoczino sculteciam vendidimus pro quinque marcis grossorum iure Sredensi in dicta hereditate, racione cuius scultecie debet habere duos mansos liberos, tabernam liberam, macellum carnium, sutorum, pistorum, fabrorum, cum duobus ortis; et tercium denarium de re qualibet iudicata idem scultetus cum suis liberis et successoribus legittimis iure hereditario perpetuo possidebit ac libere obtinebit cum uno prato circa quercum crematam et viam que ducit de villa ad magnam silvam versus Obram ad manum sinistram, quod sibi eciam addicimus. Ceterum volumus, quod idem scultetus vel sui successores legittimi nulli alteri ipsorum sculteciam in villa predicta vendere debebunt, nisi quem nos duxerimus acceptandum, et quod eciam unus debet eorum presidere iudicio et villanis, et non plures. Incolis vero hereditatis predicte septem annorum ab omni censu et decima plenariam concedimus libertatem, qua evulsa, ydem incole annis singulis in festo beati Martini de manso quolibet duas mensuras tritici, quatuor siliginis et sex avene cum sex scotis, duos grossos pro scoto computando, census nomine solvere tenebuntur, et eciam omnia alia iura exhibere et soluciones sive servicia facere, prout cetere ville nostre Theutonicales huic similes nobis solvere et exibere tenentur. Et quoniam iura Sredensis civitatis nobis sunt prorsus incognita, omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra in omnibus reservamus. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti nostri Capituli sigilla presentibus duximus appendenda. Datum et actum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, presentibus honorabilibus viris: Troyano preposito, Stiborio decano, Andrea archidiacono, Nicolao scolastico, Iohanne custode, Damiano cancellario, Iohanne, Nicolao preposito sancti Spiritus, Nicolao Czebulca, Pribignevo, canonicis Poznaniensibus, ac aliis.

Trzczienycza, *Trzciniec.* Ruchoczino, *Ruchocin.* Sredensis, *de Środa na Szlązku, z niem. Neumarkt.* Obra, *Obra.*

Nr. 1362.

Andreas archidiaconus Poznaniens. 1357 Iun. 30, Poznanie; villam Capituli Poznaniensis dictam Skrzynki, Iacobo filio Ian dicti Zira iure Magdeburgensi ad locandum tradit.

Pergam. orygin. Na sznurkach jedwabnych, zielon. przywieszono dwie podługowate pieczęcie. U pierwszéj powierzchnia wraz z wyciskiem odpadły; druga okazuje w górnéj połowie popiersie osoby duchownéj, w dolnéj na tarczy trójkątnéj godło rodu Pałuków; (pieczęć XLVII); *napis:* S'Troyani ... ositi. Poznaniensis.

Poznań. Archiv. Capituli. III, 25.

In nomine Domini amen. Humani generis actiones memoria perpetua indigentes plerumque ab hominum noticia dilabuntur, nisi litterarum serie cum annotacione testium fuerint perhennate. Proinde nos Andreas archidiaconus Poznaniensis, cupientes et pro viribus affectantes hereditatem Poznaniensis Capituli dictam vulgariter Krzinka in melius reformare, ipsam Iacobo filio Ian, Zira dicti, de consensu honorabilis viri domini Troyani prepositi tociusque Capituli Poznaniensis ecclesie iure Theutunico, Maydburgensi videlicet exposuimus et dedimus ad locandum, dantes et assignantes sibi nomine scultecie et racione locacionis tres mansos liberos, tres ortos, thabernam, et in ea maccellum carnium, sutorum, pistorum atque fabrum, tercium quoque denarium de re qualibet per eum iudicata. Habebit eciam nostra in navi piscari in lacubus cum parvo reti quod vata vulgariter nuncupatur, et cum hamo dicto vanda. Venaciones eciam in feris exiguis et aviculis libere exercebit. Que omnia idem scultetus ac sui liberi et successores legittimi nomine scultecie predicte, iure hereditario libere, pacifice ac perpetuo possidebunt; ita tamen, quod si tempore succedente heredes multiplicati fuerint, extunc unus ab aliis redimat et remaneat solus heres. Incole autem hereditatis eiusdem, infra quatuor annorum spacium a solucione decime gaudebunt omnimoda libertate; sex vero annis inmediate sequentibus, ipsi incole per quatuor grossos de manso quolibet annis singulis racione decime nobis dabunt. Quibus decem annis elapsis, incole iam dicti quinque mensuras siliginis et quinque avene ac decem grossos de manso quolibet, festo beati Martini racione census et decime annis singulis solvere et in Poznaniam deducere tenebuntur. Pro honoribus vero, in Pascha per quindecim ova de manso, tota autem villa latus carnium pro octo grossis; item in festo beati Petri arietem pro sex grossis et per unum pullum de manso, in Natali vero Domini porcum pro octo grossis omnes incole domino ville dabunt. Duo eciam prandia dicti incole, et tercium scultetus annuatim, aut pro quolibet eorum quinque scotos grossorum solvent omni contradiccione semota, que circa iudicia bannita fieri consueverunt. Incole eciam predicti, ter in anno domino ville arare tenebuntur. Et quoniam iura civitatis Maydburgensis prorsus sunt nobis incognita, omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum et que consueverunt in villis episcopatus Poznaniensis circumiacentibus observari, salva nobis et integra ac nostris successoribus reservamus. Et in huius rey testimonium, memorati domini Troyani prepositi Poznaniensis ac Capituli eiusdem ecclesie sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini M.CCC. quinquagesimo septimo, presentibus et consencientibus dominis: Scziborio decano, Nicolao scolastico, Iohanne cantore, Iohanne

custode, Iacobo archidiacono et officiali, Damiano cancellario Poznaniensibus, Iohanne decano, Przeczslao archidiacono, Kelczone scolastico Gneznensibus, Sbiluto preposito Wladislaviensi, Martino archidiacono Cirnensi, Iohanne preposito Kalisiensi, Ditkone, Nicolao preposito sancti Spiritus ante Poznaniam, magistro Ambrosio, Nicolao Cibulka, Pribigneo, Alberto, Iohanne notario domini capitanei, Naram, Andrea Covalski, canonicis Poznaniensibus eo tempore ad Capitulum congregatis.

Krzinka, *Skrzynki.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Cirnensis, *de Czersk.* Covalski, *de Kowalskie.*

Nr. 1363.

Wyrzbenta general. Polonie capitaneus 1357 Aug. 14, Konin; protestatur, monasterium Ląd hereditatem Szczonowo, cum tertia parte villae Wrąbczyn, hereditatis Zemczae conthoralis Alberti commutavisse.

Pergam. orygin. Na skrawku pergam. przywieszona pieczęć okazuje na tarczy trójkątnéj godło rodu Niesobiów; napis zatarty.

Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

Nos Wyrzbenta generalis Polonie capitaneus notum facimus omnibus et singulis, tam modernis quam futuris presencium noticiam habituris, quod venientes ad nostram presenciam dominus Iohannes divina miseracione abbas monasterii de Land Ordinis Cysterciensis cum sui conventus plenitudine voluntatis, parte ex una, et reverenda domina nomine Zemka conthoralis Alberti, parte ex altera, non compulsi, non coacti nec aliqua specie fraudis seu dolositatis seducti, sed de eorum bona ac spontanea voluntate comutacionem bonorum seu hereditatum inter se mutuo fecerunt et ordinaverunt; taliter, quod prefatus dominus abbas cum suo conventu de Land hereditatem sui monasterii, Usczonowo vulgariter dictam, cum omnibus utilitatibus memorate domine Zemcze pro tercia parte de magno Wroenschino comutavit et resignavit, et e converso iam dicta domina Zemka terciam partem hereditatis Wronschino pro integra hereditate Usczonowo supradicto domino abbati et suo monasterio comutavit, contulit et resignavit, taliter: quod moriente matre prehabite domine Zemcze, ipsa domina Zemca pro aliqua porcione matris in tercia parte prelibate hereditatis Wroenschino, materiam aliquam movere non poterit nec tenetur. Et ne prefata comutacio seu comutacionis et resignacionis protestacio fragilitate alicuius calumnie in irritum possit deduci, presentes scribi fecimus, signaculo nostri sigilli roborantes presentibus hiis testibus: Predslao Poznaniensi, Andrea Calisiensi castellanis, Franczkone herede de Vilcowo, Barnaba de Beganowo, Martino burgrabio in Konin, Wyslao plebano ibidem. Actum et datum Konin in vigilia Assumcionis Virginis gloriose, anno Domini M.CCC.L septimo.

Land, *Ląd.* Usczonowo, *Szczonowo.* Magnum Wroenschino, *Wrąbczyn.* Vilcowo, *Wilków.* Beganowo, *Bieganowo.*

Nr. 1364.

Bodzatha episcopus Cracoviensis 1357 Aug. 25, Cracovie; filium fratris sui b. m. Thomae de re familiari informat.

Pergam. orygin. bez śladu przywieszenia pieczęci. Format wązki.
Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 140.

Bodzatha episcopus Cracoviensis.

Mittimus tibi informacionem talem: quod post mortem Henrici antiqui ducis Glogovie multa mala fuerunt exorta in regno Polonie, et tunc hereditates duas, dictas vulgariter Birzglyn et Balcow perdidimus tali modo: quod Birzglyn data fuit pro sexaginta marcis pro captivitate Andree patrui nostri Bervoldo castellano Sremensi, Balkow vero obligata fuit pro quadraginta marcis grossorum comiti Iohanni de Plomicow; et sic non remansimus, tantum circa villam matris nostre Iezora vulgariter dictam. Post hec succedente tempore, nobis existentibus archidyacono Crucviciensi, emimus pro pecunia nostra a patruis nostris et confratribus villam Nancow vulgariter dictam pro sexaginta marcis grossorum. Post hec emimus Nydome pro octuaginta marcis grossorum a Stephano fratre nostro; deinde Birzglino a predicto Bervoldo redemimus pro sexaginta marcis grossorum. Tandem, nobis existentibus in Awynione, pater tuus, frater noster Thoma bone memorie, carere noluit porcione apud patrem suum, patre nostro bone memorie sibi respondente, quod sibi notum esset: quod filius noster et frater tuus decanus Cracoviensis istas tres hereditates prius notatas, per ipsum emptas cum fuisset archidyaconus Crusviciensis, non possemus facere in absencia sua divisionem (sic). Eo vero fratre nostro inportune petente et carere nolente, dedit sibi eleccionem inter istas tres hereditates usque ad adventum nostrum de curia Romana; qui sibi Birzglino elegit, nobis vero Nydome et patri nostro Nancovo; quam hereditatem frater noster et pater tuus tenuit, possedit quiete usque ad mortem suam. Et postquam fuimus reversi de curia Romana, recepimus in obligacione medietatem ville Iacubovo dicte in duodecim marcis, sortem Sandevogy heredis de Czapple in duodecim marcis, partem eiusdem hereditatis dictam Czlochowo emimus a veris heredibus pro XXX marcis, partem Bodzathe emimus pro XX marcis nostris et decem matris tue, glotis nostre. Tandem in episcopatu existentes, redemeramus Balkovo pro quadraginta marcis in quibus fuit obligata grossorum; et quadraginta marcas dedimus venerabili fratri nostro domino Mathie episcopo Wladislaviensi pro absolucione Andree patrui nostri predicti et aliorum patruorum nostrorum. Videntes vero nuper imminere nobis malum, fratribus nostris consanguineys et aliis amicis nostris, quod Petrus Lythwanus gener cum uxore sua, sorore nostra, medietatem civitatis dicte Wrzesna et medietatem ville dicte Guthovo indubitanter regi in centum marcis voluerit obligare, novissime autem pro Labissino dedimus centum quinquaginta marcas. Verum super hiis omnibus habeas consilium venerabilis fratris nostri domini Iohannis episcopi Poznaniensis, et Pasce patrui sui castellani Gneznensis, sinceri amici nostri; nec cum matre aliquam divisionem facias, quod tibi prohibemus. Nam quidquid tenes, a nobis tenes totum. De iumentis te informamus: quod recedendo in Awinione curiam Romanam, dimisimus apud te iumenta nostra tam magna quam parva cum poledris quadraginta; et glotis nostre, matris tue tunc erant tria iumenta, et non plura. Aratra omnia in omnibus villis,

boves et iumenta, per nos fuerunt statuta et informata pecunia nostra. Super hys omnibus, quod tibi fuerit consultum et factum circa hoc, et consilium domini episcopi et patrui sui predictorum, nos quam cito potes informare. Data Cracovie in crastino beati Bartholomey apostoli gloriosi, anno Domini M.CCC.LVII.

Birzglyn, *Bierzglin.* Balcow, *Białków.* Plomicow, *Płonków.* Iezora, *Jeziora.* Crucviciensis, *de Kruszwica.* Nancow, *Janków.* Nydome, *Nidom.* Iacubovo, *Jakubowo.* Czapple, *w Nrze 7* Scaple, *osada znikła w okolicy m. Żnin.* Czlochowo, *część pierwszéj równie znikła.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Wrzesna, *Września.* Guthovo, *Gutowo.* Labissino, *Łabiszyn.*

Nr. 1365.

Hermannus abbas in Lukna 1357 Nov. 11, in Lukna; Clementi cuidam scoltetiam villae sui monasterii dictae Bracholin certis conditionibus vendit.
Wągrowiec. Archiv. monasterii. Protocollum quartum fol. 18 v.

In nomine Domini amen. Ut non possint in posterum attemptari calumpnia que geruntur nostris temporibus, eternari solent litterarum memoria. Nos igitur Hermannus abbas in Lukna Ordinis Cisterciensis, notificamus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod de communi consensu fratrum nostrorum Clementi et suis posteris ac successoribus pro novem marcis grossorum Pragensium vendidimus sculteciam in villa nostra iure Maideburgensi locata, que Bracholino vulgariter nuncupatur, in qua sibi suisque posteris contulimus liberos duos mansos in perpetuum libere possidendos. Idem scultetus Clemens dedit filio suo uterino dimidium mansum de propriis agris suis in perpetuum obtinendum, qui vocatur Petrus. Et post hoc damus dicto sculteto aream liberam et hortum liberum, exceptis suis mansis exemptis in dicta villa nostra locatis; pro sua utilitate etiam in lacubus nostris pertinentibus ad nominatam villam in Bracholino et Szidovo piscari cum parvis retibus, que vulgariter nominantur slampnicza, latnicza, gulgustris et cum aliis quibusdam hamis. Si vero scultetus ignoraverit piscari, tunc piscatorem per predicta instrumenta pro se obtinebit. Preterea damus dicto sculteto de omni iudicio iudicato in eadem villa tercium denarium; et totum iuramentum, si quod absit fuerit, pro se habebit, sicut est iuris Maydburgensis. Item, si dictus scultetus iam dictam sculteciam vendere vellet, ipsam militi non concedimus sed kmethoni, si ipsam emere noluerimus. Item scultetus tenetur nobiscum equitare et servire in negociis nostris in tota regione Polonie et Pomeranie, in equo proprio valente tres marcas Thorunenses, in nostris expensis. Et predictus scultetus tenetur nobis dare, loco decime de predictis suis liberis et exemptis duobus mansis et alio manso, tres scotos predicte monete. Kmethones vero solvent nobis de quolibet manso unum fertonem eiusdem monete, et decimam dabunt in campo frumenti et decimam lini, sicut in iure continetur Maydburgensi. Item kmethones dabunt nobis unusquisque viginti ova in festo Pasche, et duos pullos in Assumpcione beate virginis Marie. Et prefati kmethones tenentur nobis arare tribus vicibus in anno, perficere et seminare sicut sibi ipsis, et causa peticionis nostre debent tres dies laborare in anno. Preter hoc,

cum magna iudicia fiunt ter in anno, kmethones debent nos metquartum recipere bis in anno in expensis suis et honorifice procurare; scultetus vero semel in anno, sed laute procurare tenetur. Dictorum vero kmethonum prandia non curabimus, qui debebunt nobis dare decem ova in festo Pasche et pro censu duos scotos unusquisque. Eciam damus dicto sculteto pratum in longitudine et latitudine octo plaustrorum consuetorum, more memorato obtinendum per totumque possidendum. In cuius rei testimonium, presentes nostro sigillo ac nostri conventus duximus roborari. Datum in Lukna in die sancti Martini confessoris presentibus hiis testibus: Thomislao iudice Kalisiensi. Bodzatha de Lagniszewo et Andrea plebano de Lukna, sub anno Domini M.CCC.LVII.

Lukna, *Łekno.* Bracholino, *Bracholin.* Szidovo, *osada znikła.* Lagniszewo, *Lęgniszewo.*

Nr. 1366.

Stanislaus de Insula iudex terre Cuyavie 1357 Nov. 29, in Crusvicia; ordinat limitationem inter villam monasterii de Mogilno nomine Ciechrz, et villas monasterii de Strzelno, dictas Sławsk, Rzadkwin et Strzelno.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergaminowych przywieszono dwie pieczęcie. Pierwsza rodu Leszczyców, napis: S. Stanislai iud. Cuyav.; *druga wyobraża Kotwicę morską, bez tarczy, napis:* S. Dobegnei de Colud.

Strzelno. Privilegia monasterii. Diplomata.

Nos Stanislaus de Insula, iudex terre Cuyavie incliti principis ac domini, domini Kazimiri Dei gracia regis Polonie, tenore presencium recognoscimus universis, quod coram nobis iudicio domini regis in Crusvicia presidente, venerabiles et religiosi viri, dominus Borislaus abbas monasterii Mogilnensis Ordinis sancti Benedicti, nec non dominus Marcus prepositus monasterii sancte Trinitatis in Strelno Ordinis Premonstratensis contenderunt pro metis, gadibus seu limitacionibus inter hereditatem Cechirz dictam monasterii Mogilnensis, nec non Strelno, Slawsko, Rzotquino, hereditates monasterii Strelnensis: quibus strenuum militem dominum Dobegnevum de Coluda subcamerarium Wladislaviensem, cuius officii interfuit limitacionibus interesse, et Vitum ministerialem ad limitaciones deputatum, ad convocandum confinium dictarum hereditatum dedimus de iudicio, et mandavimus confinium ac kmethones ad hanc limitacionem spectantes convocare. Qui cum convenissent, ad sepedictorum dominorum abbatis ac prepositi peticionem, ad limitacionem inter eos faciendam venimus una cum videlicet domino subcamerario Wladislaviensi Dobegnewo, Antonio de Zyrniki, Nicolao et Wenczeslao de Sulkow, Zbroslao de Krassicz, Wrotslao de Luziczko nobilibus, ac aliis multis ad hanc rogatis et vocatis; factaque est vera limitacio inter predictas hereditates a fine usque ad finem, et cumuli atque mete vere et veraciter signate ibidem coram nobis. In cuius rei testimonium, ad peticionem domini Marci prepositi Strzelnensis hanc literam sibi dedimus, nostro ac domini subcamerarii Wladislaviensis sigillis signatam. Anno Domini millesimo CCC.LVII, in vigilia sancti Andree apostoli gloriosi.

Insula, *Ostrów.* Mogilnensis, *de Mogilno.* Strelno, *Strzelno.* Cechirz, *Ciechrz.* Sławsk, Rzadkwin, Kołuda, *dziś tak samo.* Wladislaviensis, *de Inowrocław.* Zyrniki, *Żerniki.* Sulkow, *Sukowy.* Krassicz, *Kraszyce.* Luziczko, *Ludzisko.*

Nr. 1367.

Nicolaus scolasticus et ceteri canonici ecclesie Lubuczens. 1357 Dec. 31, in summo Wratislavie; Iohannem Conoplach, concanonicum suum, procuratorem, etiam in causa appellationis a Iaroslao Gneznensi archiepiscopo ad curiam Romanam instituunt.

Pergam. orygin., na którym przy końcu, obok oświadczeń notariorum publicorum signa tychże narysowane.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 136.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem M.CCC.L septimo, Indiccione X, Kalendas mensis Ianuarii, hora tercia, in summo Wratislavie, in stuba curie habitacionis honorabilis viri domini Petri de Bythom, cantoris sancte Crucis sancti Iohannis Wratislaviensis et Lubuczensis ecclesiarum canonici, in presencia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum, viri honorabiles et discreti domini Nicolaus scolasticus, Conradus de Kewsungin, Petrus de Opal, Petrus de Opal prefatus et Iohannes dictus de Prus dicte ecclesie Lubuczensis propter submissa capitulariter congregati, unanimiter et concorditer fecerunt, constituerunt et prout melius potuerunt ordinaverunt ex se ipsis honorabilem virum dominum Iohannem Conoplach, ipsorum concanonicum et confratrem presentem et mandatum procuracionis subscriptum in se sponte suscipientem, suum et eorum cuiuslibet verum et legittimum procuratorem negociorum gestorem et nuncium specialem, dantes et concedentes sibi plenum mandatum et liberam potestatem ad representandum se et comparendum pro eis et ipsorum nomine coram reverendo in Christo patre et domino, domino Iaroslao divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, et ab ipso et eius mandatis ac constitucionibus synodalibus et provincialibus, ac aliis gravaminibus quibuscumque illatis vel inferendis per dictum dominum .. archiepiscopum dominis et Capitulo memoratis, ad Romanam curiam, si et quociens opus fuerit, ex causis racionabilibus appellandum seu appellacionem vel appellaciones interponendum apostolicas, petendum et recipiendum alium vel alios procuratorem vel procuratores, loco sui substituendum et revocandum quando et quociens sibi videbitur expedire; et alia omnia et singula faciendum, exercendum et procurandum, que circa premissa et premissorum quodlibet necessaria fuerint ac eciam opportuna, eciam si mandatum speciale exigant et requirant qualiter superius est expressum: promittentes se ratum, gratum et firmum perpetuo habituros, quidquid per dictum ipsorum procuratorem aut substitutum vel substitutos ab eo, factum, procuratum et gestum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Acta sunt hec anno, Indiccione, mense, die, hora et loco, quibus supra, presentibus discretis viris, domino Petro dicto Plessil vicario ecclesie sancte Crucis predicte, Iohanne Modlici infrascripto et Iohanne de Cunczindorf, notariis publicis, Iohanne de Bythom, et Cunczone de Plato dicti domini Petri de Opol familiari, testibus ad premissa.

Bythom, *z niem. Beuthen na górn. Szląsku.* Lubuczensis, *de Lubusz, z niem. Lebus.*

Nr. 1368.

Kazimirus rex Polonie etc. s. a. d. et l.; privilegia Iudaeis a Boleslao duce Maioris Poloniae concessa, in eorundem favorem extendit. (Cnfr. diploma Nr. 605, (412a.).

Poznań. Königl. Staats Arch. Liber actorum castri Poznaniens. a. 1554, f. 420. (Oblatowany przez Żydów Poznańskich przywilej, który dał tymże Żydom: Sigismundus Augustus rex Poloniae etc. 1548 Dec. 11, Piotrkoviae in conventione generali, *zawierający przywilej, który dał tymże Żydom:* Casimirus rex Polonie etc. 1453 Aug. 13, (sic; zam. 1447 Aug. 14,) Cracovie, *a który transsumuje poniższe statuta.) — Lib. act. castri Poznan. a. 1604, f. 25; et a. 1620, f. 747. (Oblatowany przywilej nadany Żydom Poznańskim przez:* Sigismundus III rex Poloniae etc. 1592 Oct. 12, Warszawiae, *zawierający przywilej tymże Żydom nadany przez:* Stephanus rex Poloniae etc. 1580 Ian. 2, Warszawiae, *a który wszystkie poprzednie transsumuje*). — *Bandtkie. Ius Polonicum, p. 1. (Codex B. III).*

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Syradie, Sandomirie, Lancicie Cuyavieque dominus et heres Poznaniensis (sic), volumus devenire ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum, quod ad nostre maiestatis nostrorumque nobilium terrigenarum presenciam venientes quidam nostri Iudei de regno nostro mansionem in Maiori Polonia habentes, offerentes privilegium a serenissimo duce Bolėslao bone memorie datum, qui prius fuit dux et dominus terrarum Polonie, ipsis Iudeis ipsorumque iura et statuta in se continens: quod quidem privilegium cum statutis nostra regalis maiestas nostrorumque dominorum ac nobilium terrigenarum providencia matura deliberacione ponderantes, dicti privilegii seriem de verbo ad verbum legimus, in eoque nichil reperientes quod nostre displiceret maiestati aut iuris modo in aliquo articulo derogare videretur: hoc attendentes, dictum privilegium, maiestatis nostre ac nostrorum dominorum nobiliumque terrigenarum maturo cum consensu iussimus et adhesimus renovare et confirmare, acceptum, gratum atque firmum statuentes.

Primo quidem statuimus, ut pro pecunia, re mobili aut pro qualibet re immobili, seu pro causa criminali que tangeret personam aut res Iudeorum, nullus Christianus contra Iudeos pro qualibet re mobili et immobili que tangeret, ut prefertur, ipsorum Iudeorum vitam vel bona, talis Christianus contra prefatos Iudeos, si aliquem inculpaverit pro quacunque re, eciam criminali, non admittatur ad testimonium, nisi cum duobus bonis Christianis et eciam cum duobus bonis Iudeis, qui omnes supradicti in sua humanitate non essent infames; sed cum sint accepti, taliter si prefatus Christianus convicerit aliquem ex Iudeis, tunc primo ille Iudeus puniri debet pro quo a prefato Christiano infamatus seu inculpatus fuerit. Qui duo Christiani iurare debent super sacram Crucem, videlicet sic: Ita nos Deus adiuvet et sancta Crux etc. secundum morem ipsorum Christianorum; Iudei vero iurabunt super rodale Decem preceptorum secundum consuetudinem ipsorum Iudeorum, super summam que se extendetur quinquaginta marcarum (sic) fusi argenti puri; et quitquid inferius esset quam se predicta summa fusi argenti quinquaginta marcarum extendere videretur, tunc ipsi Iudei super feruncam, alias kolcze, circa scolam in ostio pendentem debebunt iurare secundum morem ipsorum, hoc est tali modo seu rota: Ita nos Deus

adiuvet qui illuminat et obscurat et libri Moisi; ita debet fieri iuramentum Iudeorum, et aliter non, pro quacunque re, sit magna sive parva, tenendo se feruncam, et hoc debet mandare ministerialis, alias wozni vel skolni, cui demandaretur.

Item si aliquis Christianorum Iudeum impedierit, asserens, quod sibi pignora sua invadiavit, et Iudeus hoc negaverit: tunc ipse Christianus si simplici verbo Iudei fidem noluerit adhibere, Iudeus iurando sine Christiano debet esse ab eo liber.

Ceterum si Christianus pignus seu vadium impignoraverit in minori summa peccunie, et Iudeus dicens asserit fore maiorem summam, extunc Iudeus (sic), prestito sibi iuramento secundum morem ipsorum, talis Christianus sibi Iudeo solvere debebit et tenebitur principalem summam peccunie, pariter cum usura absque omni dilacione dare.

Insuper Iudeus poterit recipere omnia pignora que ei oblata fuerint, quocumque nomine vocitentur, exceptis sanguine madefactis seu madidis, et sacris vestibus que pro cultu divino sunt dedicate, que nullatenus acceptabit; dempto, quod eadem alicui presbitero ad servandum daret, quia solus servare non potest.

Item si aliquis Christianus impediret Iudeum propter pignus quod Iudeus habet, quod eidem per violenciam furtive sit ablatum, Iudeus iureiurando super pignus eo tempore dicet: quando michi tale vadium seu pignus est invadiatum, nescivi quod furtive sit ablatum vel per violenciam raptum fuisset, sed credidi fore vadium esse (sic) iustum et liberum. Iudeus iurabit iuramento suo, in quantis sit ei huiusmodi pignus invadiatum; et sic Iudeo, expurgacione facta, Christianus ipse principalem peccuniam, in qua tale vadium sit obligatum, et usuram a tempore obligacionis excrescentem eidem realiter et cum effectu persolvere debebit.

Item, quod absit, si casu in fortuito incendium ignis evenerit, aut furtive res et bona Iudei una cum aliquibus pignoribus deperderentur, tunc prefatus Iudeus testimonio aliquorum Iudeorum sibi vicinorum protestare debet, quod res seu bona una cum pignoribus sibi invadiatis sibi furtive sunt ablata et recepta; et nichilominus Christianus volens habere talia pignora invadiata, Iudeus vero, prestito iuramento secundum morem ipsorum Iudeorum, erit liber et solutus ab ipso Christiano. Et si Iudeus talis iurare non presumpserit, extunc ipso Christiano tantum, quantum prius super vadium perditum dedit, addere tenebitur, et erit liber ab ipso Christiano.

Item si Iudei inter se de facto discordiam contencionis commiserint aut aliquam guerram, vel Iudeus cum Christiano, et se mutuo sic contendentes percusserint aut vulneraverint, tunc neque iudex civitatis neque consules neque eciam aliquis hominum, tantummodo palatinus ipsorum Iudeorum aut ille qui loco eius presidet eosdem iudicet, et illi iudicabunt taliter in iudicio locando scabellum cum Iudeis.

Si vero prefatus Iudeus, sic contendens cum quocumque hominum prefatorum, postulaverit reponi talem causam ad nostram maiestatem, tunc palatinus vel eciam iudex ab eo substitutus, quicumque pro tempore fuerit, huiusmodi causam ipsius Iudei ad nos debebit deferre. Et eciam quecumque causa verteretur coram palatino inter Iudeos et palatinum aut substitutum eius, dummodo postulaverint, debet deferri ad nostre maiestatis adventum.

Item nullus palatinus aut capitaneus debent aliquos proventus, alias poplathky, et contribuciones, dany, apud Iudeos excipere, nisi quo eas ipsi Iudei de sua voluntate donaverint; et hoc ideo, quia nos eos reservamus pro nostro thesauro.

Et eciam statuimus, quod quecumque causa propter discordiam aut contenciones inter Iudeos oreretur, hoc nullus nisi ipsorum antiquiores iudicare debent, dem-

pto, quod si ipsi veritatem inter eos comperire nequiverint, extunc ad dominum palatinum id deferre debent.

Item si aliquis Iudeorum suis superioribus non esset obediens, extunc talis domino palatino luet penam trium marcarum, et superioribus suis similiter penam trium marcarum.

Insuper si Christianus cum Iudeo contenderit insimul quovis modo, et si idem Christianus Iudeum vulneraverit vulnere cruento vel livido, aut ipsum in faciem maxillaverit vel ipsius crines de capite erruerit, tunc nos damus ipsi Iudeo talem nostram iurisdicionem: quod prefatus Iudeus taliter vulneratus, prestito iuramento secundum consuetudinem super cathenam, alias kolcze, schole ipsorum Iudeorum in ostio, tunc talis Christianus, si per Iudeum superiuratus fuerit, debebit et tenebitur dare eidem Iudeo pro maxilla a quolibet digitto quinque marcas, a vulnere livido decem marcas, a vulnere vero cruento medietatem suorum bonorum tam mobilium quam immobilium predicto Iudeo; residuam vero medietatem bonorum huiusmodi, pro nobis et nostris successoribus et pro palatino huius districtus reservamus, et alias iuxta nostram voluntatem prescripta iudicabimus. Sed pro crinibus extractis de capite Iudei, prefatus Christianus sibi solvere tenebitur secundum decretum dominorum in iudicio presidencium, iuxta posicionem iuris.

Ceterum, quod absit, si aliquis Christianus aliquem ex Iudeis occiderit, extunc proximior Iudeus occisi Iudei si periuraverit ipsum Christianum super rodale Decem preceptorum secundum morem Iudeorum, tunc volumus et statuimus, quod talis Christianus sic per Iudeum superiuratus debet mortificari morte, taxando caput pro capite; et aliter in ea re non sit faciendum.

Si vero talis Christianus, si occiderit Iudeum, aliquo modo evaserit, sic quod non possit capi nec haberi in manibus, extunc ipsius Christiani bona mobilia et immobilia quecumque habuerit, prima medietas dictorum bonorum et hereditatum debet devolvi super propinquiores consanguineos Iudei interrempti, reliqua vero medietas pro camera nostra regia pertinere debet.

Item si talis profugus Iudei interrempti salvum conductum habere voluerit, dari sibi non debet, nisi cum consensu dictorum consanguineorum ipsius Iudei interrempti.

Item volumus et statuimus: si aliquis ex Iudeis intraverit in domum alicuius Christiani, nullus hominum Christianorum sibi aliquod impedimentum, gravamen vel molestiam debet inferre.

Item quilibet Iudeus potest libere et secure ire, transire aut equitare sine omni impedimento vel arresto a civitate ad civitatem, ab una provincia ad aliam in regno nostro secundum morem secure libertatis, sine impedimento et arresto in omnibus civitatibus nostris et ipsorum subditorum vel provinciis. Et quilibet Iudeus in regno nostro potest libere et secure sine omni impedimento secum ducere bona sua et res seu mercantias quascunque voluerit seu habere poterit, ipsasque vendere et alias emere, commutare et ad usus beneplacitos convertere ipsius, in locoque civitatis vel oppidi morari, stare libere et secure sine omni impedimento et arresto quamdiu sibi opportunum fuerit. In omnibus civitatibus, oppidis, villis et aliis locis regni nostri, nostra regia quilibet eorum pociatur securitate et salvo conductu, thelonea solita prout alii Christiani solvunt, et non aliter, persolventes.

Si vero contingat ipsis Iudeis secundum consuetudinem ipsorum ducere mortuum Iudeum vel Iudeam de una civitate ad aliam civitatem vel provinciam, tunc

theloneator loci huiusmodi nulla thelonea a tali mortuo Iudeo exigere audeat. Et si aliquis ex theloneatoribus in contrarium nostrorum presencium statutorum et mandatorum theloneum a tali mortuo Iudeo receperit, extunc statuimus et volumus, quod talis theloneator iudicari debet sicut fur, predo et raptor, eiusque bona, quecumque sint, ad nos devolvi debent.

Item volumus et statuimus, quod quilibet Iudeorum potest libere et secure ad balneum civitatis generale cum Christianis intrare, et nichil superflue solvere debet, nisi prout alii incole civitatis.

Eciam ubicumque Iudei mansionem habuerint in aliqua civitate vel oppido regni nostri, possunt eis mactare peccora et peccudes pro carnibus ad suam utilitatem; et si alique carnes eis secundum morem ad voluntatem et placitum non fuerint, tunc eas vendere possunt quomodo melius poterint vel eis videbitur.

Item si aliquis ex Christianis ipsorum Iudeorum cimeterium, ubi sit sepultura ipsorum, lapides ibidem violenter eiecerit seu amoverit, aut alia loca in dicto ipsorum cimeterio quovismodo destruxerit, ille, quicumque talia fecerit, res et bona ipsius super cameram nostram regiam devolvi debebunt; quod volumus fieri et teneri firmiter secundum iurisdicionem ipsis Iudeis per nos datam.

Item si quis Christianorum temerarie et presumptuose super scholas ipsorum iactaverit, palatino nostro, ipsorum tutori, talis Christianus duo talenta piperis pro tali pena solvere tenebitur et debebit.

Item si aliquis Iudeus cittatus fuerit per iudicem ipsorum primo et secundo, et si non paruerit, pro quacumque cittatus fuerit causa, pro qualibet vice solvere debebit et tenebitur suo iudici per unum talentum piperis. Si vero cittatus tercio non paruerit, pro quacumque re cittaretur, illam eo facto perdet et amittet.

Item iudex ipsorum Iudeorum non debet aliquam sentenciam promulgare nec proferre aut sentenciare, nisi prius habito super hoc speciali ipsorum Iudeorum consensu.

Item iudex Iudeorum non habet aliquem Iudeum iudicare in iure suo, nisi talis Iudeus cittatus fuerit cum cittacione per skolny, ministerialem; tunc primo iudex dictum Iudeum debet iudicare secundum hoc, pro quo cittatur.

Et si aliquem Christianum contigerint vulnera, quecunque sint, super Iudeum, tunc debet ea monstrare skolnemu ipsorum Iudeorum et eciam ministeriali: et ipse iudex non debet iudicare nec iudicium locare in causa tali alibi, nisi circa scholam ipsorum Iudeorum aut eciam ubi dicti Iudei, cum iudice ipsorum ex utraque parte consencientes, ipsis locum aptum ad hoc elegerint seu deputaverint; et ibidem si adducet Christianus duobus Iudeis et duobus Christianis: quod sibi idem Iudeus vulnera dedit et intulit: tunc sibi ea Iudeus solvere debebit iuxta composicionem terrestrem.

Ceterum si alicui Christiano quodcumque vadium fuerit furtive ablatum et invadiatum inter ipsos Iudeos, debet interrogare seniorem schole ipsorum, et ille senior schole ipsorum sub anathemate ipsorum requiret inter Iudeos de tali vadio, et idem servitor schole debet hoc facere cum scitu senioris Iudei; et si aliquis ex Iudeis tale vadium furtive ablatum negaverit ante servitorem schole et Iudeorum seniorem, et posthea si arrestatum fuerit apud quempiam ex ipsis, talis Iudeus perdet suas totas pecunias super vadium datas, et domino palatino debetur tres marcas pro pena.

Item statuimus et volumus hoc habere, quod nullus ex ipsis Christianis debet querere aliqua vadia violenter, quecumque sint, in habitaculis seu in domibus ipso-

rum Iudeorum, nisi prius posita una marca auri puri in limite hostii ipsius Iudei, quam levare debet ipse Iudeus; tunc primo inquirat de dicto vadio ipse Christianus. Et si aliquis ex Christianis non attendens et non curans statuta nostra, violenter in domum Iudei intraverit querendo res suas quascumque non ponens aurum pretactum, talis Christianus iudicari debet ut predo et raptor.

Eciam nullus Christianus cittare debet aliquem Iudeum in iudicium spirituale quocumque modo fuerit et pro quacumque re; et quacumque cittatione cittatus, nec Iudeus debet respondere coram iudice in iudicio spirituali, sed cittetur talis Iudeus coram ipsius palatino qui tunc pro tempore fuerit, et ulterius prefatus palatinus cum capitaneo nostro pro tempore existenti tenebitur defendere, tueri et intercedere ipsum Iudeum a tali cittacione iuris spiritualis.

Insuper statuimus, quod quilibet Iudeus qui haberet aliquod vadium, quodcumque sit et cuiuscumque valoris esset, et steterit ultra debitum terminum invadiacionis, alias by ssia thaka zasthawa wysthala, ita quod eam Iudeus servare nollet quia non staret, prefatus Iudeus debet tale vadium ostendere et ponere coram ipsorum palatino aut ipsius vice gerente, et posthea dictus Iudeus debet avisare Christianum per ministerialem pretacti vadii pro exempcione; et si ipse Christianus neglexerit exemere post eam avisacionem ministerialis, ipse Iudeus potest convertere prefatum vadium ad suos usus beneplacitos ubicumque voluerit. Eciam si prefatus Iudeus pretactum vadium non monstraverit taliter et vendiderit sicut premissum est, tunc tenebitur ipse Iudeus domino palatino pro pena tres marcas.

Item de speciali consensu maiestatis nostre statuimus et volumus habere, quod quilibet Iudeorum nostrorum potest accomodare et inscribere peccunias seu bona sua nobilibus nostris terrigenis, cuiuscumque status aut condicionis fuerint, et illas ipsorum peccunias firmare libris terrestribus, castrensibus, civilibus, pretorialibus et scabinorum. Et super vadia possunt accomodare suas peccunias, cuiuscumque valoris fuerint talia; et ipse Iudeus non plus debebit recipere de usura a talibus vadiis, nisi per unum grossum septimanatim a qualibet marca, quamdiu talia vadia apud ipsos Iudeos steterint.

Et si contigerit, quod aliquis ex Iudeis nostris monuerit aliquem ex suis quibuscumque debitoribus quomodocumque, cui ipsi debitores essent obligati sive obligacionibus litterarum cum sigillis suis sive inscripcionibus librorum pretactorum: indulsimus etenim ipsis Iudeis, quod possunt accomodare peccunias suas terrigenis super bona obligatoria, sigillis ipsorum terrigenarum nostrorum ad litteras appensis: et ubi prefati debitores ita prout se inscripserunt temerarie non curaverint Iudeis eciam et pro vadiis sicut sunt obligati plenariam facere solucionem, extunc vobis palatinis, capitaneis, burgraviis, vestrisque vicesgerentibus et quibusvis aliis officialibus pro tempore existentibus precipimus habere volentes, quatenus ipsis nostris Iudeis finale complementum iusticie cum prefatis terrigenis nostris, debitoribus eorum, ministretis et vestris subditis ministrare faciatis, ita pro peccunia recepta sicut et pro usura, et aliter non facturi.

Et ad introligacionem bonorum hereditariorum in terris nostris si procederint, et ministeriales affectaverint super pignora, alias na cziz, nostro regio mandato, vos supradicti et vestrum quilibet debetis et tenemini ipsis nostris Iudeis prebere auxilia et subsidia secundum iuris formam, eosdem Iudeos ab omnibus iniuriis ipsorum tuentes et deffendentes, eosque Iudeos ad talia bona nostrorum terrigenarum introligantes.

Si vero aliqui ex Iudeis fuerint introligati per vos et subditos vestros in aliqua bona hereditaria nostrorum terrigenarum, nos statuimus et decernimus, quod in cuius terrigene bona aliqui ex Iudeis introligarentur, talis terrigena noster sibi Iudeo debet ponere fideiussores bone possessionis, quos eciam ipse Iudeus acceptaverit, illius districtus in quo bona ipsius sint sitta: quod talis noster Iudeus eadem bona hereditaria possit pacifice et quiete tenere et possidere absque impedimento cuiuslibet hominis, tali sub condicione, prout eciam bona hereditaria iurisdicionem habebant, nichil iuris aut dominii ibidem diminuentes.

Et si contigerit, quod aliquis ex nostris terrigenis, cuius bona hereditaria aliquis ex Iudeis tenuerit per introligacionem realiter factam, et idem terrigena non curaverit eadem bona exemere ad decursum annorum secundum consuetudinem terrestrem antiquitatis, nos statuimus, quod post decursum trium annorum, ipse Iudeus potest libere vendere prefata bona hereditaria, et ad suos proprios usus convertere prout sibi melius et utilius videbitur expedire.

Et eciam statuimus, quod quicumque Iudeus bona hereditaria per introligacionem tenuerit, ad expedicionem non tenebitur equitare nec aliquid pro expedicione dare; et hoc ideo, quia ipsi Iudei nostri sunt thezauri.

Insuper statuimus, quod si aliquis ex nostratibus, sit nobilis noster terrigena vel civis, qui prefatis Iudeis aliquam summam peccunie super obligacionem aut librorum inscripcionem sive quovismodo teneretur, et si contigerit ipsum mori, et pueri ipsius supervixerint qui nondum annos haberent, ipsi pueri predictos Iudeos annis puerilibus evadere non debebunt, sed debent eisdem Iudeis subvenire secundum ipsorum obligaciones; et hoc ideo, quia ipsi Iudei debent fieri cum suis peccuniis parati pro necessitatibus nostris sicut subditi nostri.

Item si contigerit aliquem ex Christianis adducere ad quempiam ex Iudeis infantulum vel iuvenem quasi more furti sine ipsorum Iudeorum scitu, talis Christianus, quicumque sit, non alio modo sit plectendus nisi sicut alius fur.

Item statuimus, ne de cetero aliquis Iudeus inculpandus sit ab aliquo Christiano pro tali re, sic dicente: quod ipsi Iudei de necessitate uterentur sanguine Christianorum annuatim, vel Sacramentis ecclesie Christianorum: ex quo statuta Pape Innocentii et constituciones nos edocent, quod in talibus rebus non sunt culpabiles, quia hoc est contra legem ipsorum. Et si ultra aliquis Christianus sua temeritate, alias upornosczia, aliquem Iudeum pro talibus rebus inculpaverit, alias obvynyelby, tunc eis ius tale damus et concedimus: quod talis Christianus si voluerit adducere et probare et hanc suam rem finire, tunc debet probare tribus Iudeis bonis et possessionatis in regno nostro, qui in sua humanitate non essent infames et in fide essent immobiles, et quatuor Christianis, qui eciam essent bene possessionati in regno nostro in suaque humanitate non infames et in fide immobiles, alias nyeporusscheny; et si huiusmodi testimonio Christianus probaverit contra Iudeum, tunc Iudeus ipse reus erit mortis et ea plectendus. Et dum huiusmodi testimonium Christianus non adduxerit nec contra Iudeum probare potuerit, tunc solus morte eadem erit condemnandus, qua Iudeus damnari debuit. Et si pro talibus rebus nobiles nostri terrigene vel cives regni nostri ipsis Iudeis nostris violenciam fecerint iure eos non victo, tunc bona ipsorum pro camera nostra regia devolvi debent, et cola pro gracia nostra speciali.

Et si quis ex terrigenis nostris regni nostri quempiam Iudeum cittaverit, hoc eciam statuimus, quod prefatus Iudeus non tenetur coram aliquo iudice respondere, nisi coram palatino qui pro tempore fuerit, et non alibi.

Eciam si contigerit, quod aliqui ex Christianis nostris vellent exemere vadia ipsorum alicui ex Iudeis invadiata, in ipsorum Iudeorum die festo sabbathi aut in aliquo ipsorum festo, in quibus festis ipsi Iudei non essent ausi tangere peccunias pro vadiis exemendis et peccuniam eandem tollere, et Christianus, non curans tale festum eorum quodcumque sit, volens rehabere suum vadium temerarie et per violenciam ruptis ipsorum Iudeorum habitaculis et abstulerit predictum vadium: talis Christianus non alio modo iudicari debet, nisi ut predo et fur, prout iurisdicio exigit super furem et predonem.

Item possunt accomodare suas peccunias super equos vel alia peccora, sed tantum in die circa evidens testimonium; sed noctis tempore non accomodent.

Insuper statuimus et decernimus: si aliquis ex Iudeis per aliquem ex Christianis vel quempiam pro qualibet falsa moneta vel furto, vel pro quocumque maleficio parvo vel magno inculpatus fuerit quod tangeret guttura et bona eorum, talis Iudeus non debet captivari per aliquem dignitarium nostrum in regno neque iudicari, nisi per palatinum ipsorum Iudeorum vel ab eo vicesgerentem, per eundemque palatinum debet captivari et super caucionem fideiussoriam dari. Et pro omnibus articulis pro quibus inculpatus fuerit, propinquior erit Iudeus ad expurgandum se de tali infamia, assumptis secum aliquibus aliis Iudeis pro testimonio, contra illum, qui prefatum Iudeum inculpaverit. Et pro omnibus itaque penis quas ipsi Christiani luerent, Iudeus et palatino solvere debebit sicut terrigene secundum consuetudinem terrestrem, quia remansimus dictos Iudeos nostros circa iura nobilia nostrorum terrigenarum.

Insuper si contigerit, quod aliquis ex Iudeis clamaret publice super violenciam sibi a quocumque hominum illatam noctis tempore, et clamaret super vicinos suos Christianos secum in una civitate commorantes, et tales Christiani vicini, audientes ipsum Iudeum clamare, a tali violencia deffendere eum et adiuvare noluerint, nos statuimus et decernimus, quod omnia bona illorum Christianorum vicinorum, quecumque sint, devolvi debent super cameram nostram regiam, cola vero ipsorum reservantes gracie nostre.

Insuper statuimus, quod omnes Iudei morantes in regno nostro possunt libere, secure et sine quovis impedimento et arresto omnes mercancias et alias res venales, quocumque nomine vocitentur, emere, comparare et mercari cum eisdem more Christianorum in regno nostro existencium. Et si aliquis Christianorum talia premissa ipsis Iudeis facere denegaverit aut ipsos in talibus negociis quomodo perturbaverit, hoc faceret contra omnia statuta nostra regalia, et magnam nostram exinde indignacionem incurreret.

Item statuimus, quod omnis mercator, sive quicumque sit, res suas in annali foro sive septimanario foro vendens, sicut Christiano sic et Iudeo vendere debet. Quod si aliter fecerit et ipsi Iudei conquesti fuerint, extunc ipsorum bona venalia pro nobis et palatino recipi debent.

Et ut omnia premissa robur perpetue firmitatis obtineant, ad presens privilegium sigillum nostrum est appensum.

Nr. 1369.

Kazimirus rex Polonie etc. 1358 Ian. 18, in Raczanz; tanquam electus amicabilis arbiter, controversias inter Semovitum ducem Mazoviae et Iohannem episcopum Poznaniensem exortas componit, confirmatque privilegia, quae dederant ecclesiae Poznaniensi: **Boleslaus dux Masovie et Cyrnens. 1297 Iun. 17, in Zochazof,** duo; **Kazimirus dux Mazovie etc. 1350 Iun. 4, Varssovie,** et **Semovitus dux Mazovie etc. 1350 Iun. 11, in Lovicz.**

Dwa pergamina równobrzmiące. U każdego przywieszona na sznurze jedwabnym wypłowiałym pieczęć wielka Kazimierza króla.

Poznań. Archiv. Capituli. IV 3, IV 4. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. 98.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Mazovie, Dobrinie, Pomoranie ducatuum et terrarum dominus verus et heres, arbitrator ac amicabilis compositor per preclarum Semovithum ducem Mazovie et Warssovie principem nostrum dilectum, ab una, et venerabilem in Christo patrem dominum Iohannem episcopum et suum Capitulum Poznaniense, parte ab altera, super controversiis, iniuriis omnibus et displicentiis inter ipsos habitis hactenus et exortis electus libere petitus et assumptus, perpetue memorie commendantes notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit presencium tenore universis, quod volentes concordiam amicabilemque inter partes easdem facere compositionem, laudamus, pronunciamus, arbitramur, diffinimus ac amicabiliter summamus ac mandamus, quod eedem partes scilicet . . dux, . . episcopus et . . Capitulum sint amici boni exnunc et karitativi. Item laudamus, arbitramur et mandamus ut supra, quod idem . . dux debet permittere decimas ecclesie Poznaniensi in villis terre sue locare aput bonos kmethones sive rusticos, ubi decime stabunt illese. Item laudamus, arbitramur et mandamus, quod dictus . . dux ostendat, prebeat et doceat per litteras . . episcopi et Capituli Poznaniensis, quod de novalibus et villis de novo locatis et agris extirpatis, non manipulatim decima dari debeat, sed solvi cum certa pecunie quantitate; sin autem probare non posset idipsum, extunc amicabilem querat modum circa dictos . . episcopum et Capitulum Poznaniense pro huiusmodi decimarum solucione: alias eedem decime manipulatim solventur secundum consuetudinem terre antiquam. Item laudamus, pronunciamus et mandamus ut supra, quod kmethones vel rustici liberi, non servi, tam ducales quam episcopales et ecclesie Poznaniensis, de villis ducalibus ad villas episcopi et ecclesie Poznaniensis, et econverso, in festo quolibet Nativitatis Domini nostri, pro mansione et residencia facienda secundum consuetudinem regni Polonie libere transibunt ullo sine inpedimento. Item laudamus et mandamus ut supra, quod dictus dux debet solvere, ut tenetur, octoaginta octo marcas usualis monete episcopo Poznaniensi predicto, in festo Penthecostes post datam presencium proxime affuturo; et centum marcas eiusdem usualis monete eidem episcopo et Capitulo Poznaniensi pro decimarum rapinis ac dampnis aliis, in festo Purificationis sancte Marie virginis sequenti dictum festum Penthecostes, continue ac inmediate, sine diminucione aliqua et contradiccione. Insuper laudamus, declaramus, pronunciamus, diffinimus, summamus et mandamus,

quod prefatus dux servet ac teneat suorum predecessorum, sua propria et fratris sui Kazimiri clare memorie privilegia ecclesie Poznaniensi data, cum omnibus suis clausulis et articulis inviolabiliter et inconcusse. Quorum quidem privilegiorum, et primo primi tenor habetur et est talis: (*Sequitur diploma Nr. 766*).

Item secundi est tenor talis: (*Sequitur diploma Nr. 765*).

Item tercii est tenor talis: (*Sequitur diploma Nr. 1300*).

Item quarti et ultimi privilegii est tenor talis: (*Sequitur diploma Nr. 1301*).

Que quidem omnia privilegia cum suis clausulis omnibus, graciis, libertatibus, indulgenciis et articulis universis in ipsis contentis, utpote dominus dictorum ducis et episcopi feodali racione ad nostram magestatem spectantium, de speciali devocione quam habemus ad predictam ecclesiam beati Petri et Pauli Poznaniensem, cuius sumus patroni, grata et accepta habentes, de nostra certa scientia confirmamus, ratificamus et approbamus. Insuper laudamus, pronunciamus et mandamus ut supra, quod sepius dicti dux et episcopus cum Capitulo laudum et pronunciacionem nostram huiusmodi firmiter debent et inviolabiliter observare, et in nullo per se vel per qualemcunque personam, publice vel oculte, nec ipse dux excipiendo vel appellando, neque episcopus cum Capitulo per excommunicacionum aliquas sentencias audeat contravenire. Et si pars aliqua in aliquo nollet servare, per partem servantem hoc nobis significetur, et nos amodo servantem et parentem, tamquam iustam in suo iure confovere, manutenere promittimus debemusque defensare; nichilominus tamen pars non servans, trecentas marcas grossorum Pragensis numeri in nostro regno currentis nobis, et totidem parti servanti solvere tenebitur et sit astricta: quam penam tociens tenebitur solvere, quociens violare presumpserit et contravenire: harum, quibus nostrum sigillum est appensum regni, testimonio litterarum. Actum et latum in Raczanz castro et habitacione domini episcopi Wladislaviensis, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, XV Kalendas Februarii, hora tercia, in presencia parcium ambarum et consenciencium, presentibus hys fidelibus nostris et dilectis: venerabili in Christo patre domino Mathia episcopo Wladislaviensi, preclaro duce Wladislao Cuyavie et Gnewcovie principe nostro, Iascone Iura Cracoviensi, Przeczslao Poznaniensi castellanis, Daczbogone Mazovie, Iohanne Lancicie, Alberto Cuyavie palatinis, Sbiluto preposito, Borzislao cantore, Sandzivogio custode Wladislaviensi, Floriano cancellario Lanciciensi, Msczugio venatore Cracoviensi, Pelca Kosczelecz curie nostre marsszalcone, et aliis quam plurimis nobilibus fide dignis. Scriptum et datum per manus Iohannis de Busszka, notarii aule nostre.

Dobrinia, *Dobrzyn*. Raczanz, *Raciążek*. Wladislaviensis, *de Włocławek*. Gnewcovia, *Gniewkowo*. Kosczelecz, *Kościelec*. Busszka, *Busk*.

Nr. 1370.

Kazimirus rex Polonie etc. 1358 Ian. 20, in Cruszvicia; Iohanni episcopo Poznaniensi concedit, ut villam suae ecclesiae, dictam Ślesin, iure Theutonico in oppidum locare, ibique forum septimanale instituere valeat.

Pergam. orygin. Na sznurze z nici jedwabnych, czerwon. i zielon. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 2. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. 95.

In nomine Domini amen. Dignum est pium et honestum, ut bene meriti in se et in suis, principum beneficiis consolentur. Eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque heres et dominus, universis tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devenerit scriptum presens declaramus, quod comodum et profectum ecclesie kathedralis in Poznania beatorum Petri et Pauli apostolorum diligencius amplectantes, acclinati itaque ad multimodas peticiones venerabilis in Christo patris domini Iohannis episcopi ecclesie antedicte, nostri dilecti capellani, ut saltem a nobis pro benivolencia exhibicionis huiusmodi, beneficio retribucionis gaudeat aliqualiter consolatus, exnunc dedimus et damus de hereditate ipsius et sue ecclesie Slessyno dicta, sita in terra Polonie in districtu Konynensi, opidum seu civitatem de novo locandam iure Theuthunico Novi fori, quod Srzedske vulgariter nominatur, nomen civitati Slessyno simili modo inponendo; removentes ibidem omnia et singula iura Polonicalia, que ipsum ius Theuthunicum consueverunt impedire seu quovis modo molestare. Preterea absolvimus et in perpetuum liberamus cives omnes et singulos inhabitatores predicte civitatis Slessyno, ab omnibus iudiciis et iuridicionibus omnium palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum, ministerialium et quorumvis officialium nostri regni: ita quod coram ipsis vel eorum aliquo, pro omnibus causis magnis et parvis, puta furti, sive homicidii, incendii, sanguinis, membrorum mutilationibus et aliis universis, nulli penitus respondebunt, nisi cives et inhabitatores sepedicte civitatis Slessyno coram suo advocato per ipsum dominum .. episcopum vel suos successores deputato, advocatus vero non alias, nisi coram suo domino .. episcopo aut coram nobis; dum tamen per litteram nostro sigillo signatam evocatus fuerit, tunc de se querulantibus suo iure Theuthunico tenebitur respondere: volentes et presentibus decernentes, ut eadem civitas inhabitatoresque ipsius, iure pleno Theuthunico Novi fori ut prefertur perpetuis temporibus gaudeat et fruatur, prout idem Theuthunicum ius in suis distinctum est clausulis et articulis opportunis. De gracia itaque nostre regie maiestatis speciali, forum singulis septimanis feria tercia admisimus in opido seu civitate Slessyno sepedicta continue et communiter libereque exercendum, contradiccione cuiuslibet quiescente. In cuius rei testimonium et ad evidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum in Cruszvicia Sebastiani et Fabiani martyrum beatorum, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, presentibus hys testibus, nobilibus viris Pazskone Gneznensi, Laurencio Landensi, Sandyvogio Nakeliensi, Ianussio Bechoviensi castellanis, Stanislao Kyvala iudice Cuyaviensi, Preczslao subagazone Kalisiensi, et aliis multis fide dignis. Datum per manus Floriani cancellarii Lanciciensis.

Slessyno, *Ślesin.* Konynensis, *de Konin.* Novum forum, *Środa na Szląsku, czyli Neumarkt.* Landensis, *de Ląd.* Nakeliensis, *de Nakło.* Bechoviensis, *de Biechowo.*

Nr. 1371.

Kazimirus rex Polonie etc. 1358 Ian. 27, in Zneno; ratam habet commutationem villae Alberti palatini Cuiaviensis dictae Dobrzelewice, cum villa Iaroslai archiepiscopi Gneznensis nomine Lutkowo.

Pergam. orygin. w dwóch miejscach przeżarty, u którego na grubym sznurze nici jedwabnych, czerwon. wisi ułamek wielkiéj pieczęci bez wycisku.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 141.

In nomine Domini amen. Cum alienaciones, commutaciones ac quivis alii contractus coram regum magnifi... *(5 lit. des.)* celebrati robur perpetuitatis quoquomodo nequeant optinere, nisi literarum presidio et testium aminiculo confirmentur, eapropter nos Kazimirus *(6 lit. des.)* rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomerie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranieque dominus et heres, ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam presenti serie volumus devenire, quod ad nostram nostrorumque baronum presenciam accedens nobilis vir fidelis noster dominus Albertus palatinus Cuyaviensis, non coactus nec compulsus aut per aliquem errorem seductus, sed matura ipsius deliberacione prehabita, sanus mente et corpore villam suam dictam Dobryiowicze, sitam prope Kowale in terra Cuyaviensi, cum omni iure et dominio ac omnibus et singulis obvencionibus, redditibus et proventibus ac aliis pertinenciis ad eandem villam spectantibus, prout in suis gadibus et limitibus ab antiquo circumferencialiter est distincta, nichil iuris et dominii pro se et suis successoribus in posterum reservando, cum venerabili in Christo patre domino Iaroslao divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, pro ipsius villa dicta Luthcowo, sita prope Pacoscz, et pro triginta et septem marcis cum dimidia grossorum Pragensium paratorum et iam persolutorum, quadraginta et octo grossos in marcam quamlibet computando, commutavit, dedit et iuste permutacionis titulo permutavit; et nichilominus, obtento pro se et suis legitimis heredibus iure patronatus ecclesie in Pacoscz fundate ad honorem beati Iacobi apostoli, que eidem ville Luthcowo est coniuncta, a dicto domino archiepiscopo racione eiusdem commutacionis consummande, dans et resignans idem dominus Albertus prefato domino.. archiepiscopo et suis successoribus predicte ville Dobrzeiowycze corporalem possessionem perpetue habendam, tenendam et irrevocabiliter possidendam, commutandam, vendendam et ad usus suos convertendam, prout sibi et suis successoribus utilius videbitur expedire. Super quo nobis pro parte utraque extitit humiliter supplicatum, ut eandem permutacionem et resignacionem, cum apposicione pecunie (*4 lit. des.*) et adieccione iuris patronatus ecclesie, de nostre regie potestatis plenitudine confirmare dignaremur. Nos vero ipsorum peticionibus favorabiliter inclinati, eandem commutacionem et resignacionem, cum apposicione pecunie et adieccione iuris patronatus ecclesie in Pacoscz, in omnibus suis clausulis superius expressis de certa nostra sciencia ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus: volentes et decernentes, ut memorata villa Dobrzeiowycze taliter commutata, e... *(8 lit. des.)* ...ertate, quibus cetere ville ecclesie memorate gaudent alias in nostro privilegio nominaliter expressate, frui perpetue debeat et gaudere. In cuius rei evidenciam pleniorem, presentem litteram nostri sigilli munimine duximus roborandam. Actum in Zneno proximo sabbato post Conversionem *(5 lit. des.)* anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, presentibus nobilibus viris, dominis Mathia Poznaniensi, Iohanne Lanciciensi palati-

nis, (*6 lit. des.*) . . . ico Cracoviensi et cancellario Lanciciensi, Preczlao castellano Poznaniensi, Dobeslao iudice, Andrea pincerna Calizensibus, et Ian . . . (*8 lit. des.*) . . . odsky. Datum per manus Henrici de Ruskowo, notarii curie nostre regie maiestatis.

Dobryiowicze, *Dobrzelewice.* Kowale, *Kowal.* Luthcowo, *Lutkowo.* Pacoscz, *Pakość.* Zneno, *Żnin.* Ruskowo, *nie odgadnione.*

Nr. 1372.

Kazimirus rex Polonie etc. 1358 Ian. 28, in Sneyno; confirmat commutationem hereditatum Hectoris de Łącko, dictarum Łącko et Wilcze, cum hereditatibus monasterii de Byszewo, videlicet Szpital górny, Zaduszniki, Glewo et Złotopole.

Trzy pergamina orygin. równobrzmiące; przy każdym na sznurze z nici jedwabn., wypłowiałych, przywieszona pieczęć majestatyczna Kazimierza króla.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 84, 85, 86.

In nomine Domini amen. Cum omnes permutaciones et resignaciones eo firmiores existant et validiores, quo inite ac consumate, ad presenciam principum deducte, ipsorum principum testimonio litterarum insignite fuerint et perhennate, proinde nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie et Russye, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Mazovie, Dobrynie, Cuiavie Pomoranieque dominus verus et heres, tam presentibus quam futuris harum seriem litterarum quibus expedit inspecturis notum fore volumus universis, quod ad nostre magestatis nostrorumque baronum presenciam accedentes, reverendus et religiosus vir, frater Iohannes Ordinis Cysterciensis abbas de Byssovia, una cum suo conventu, ab una, et dominus Hector de Lanczsco heres, parte ab alia, fideles nostri et dilecti, propter commodum et utilitatem vicinitatem contiguamque hereditatum suarum cuilibet ipsorum preoptime proporcionabilem et congruentem, huiusmodi suarum hereditatum se fecisse recognoverunt permutacionem et in hunc modum et formam: scilicet quod idem abbas cum suo conventu, racione permutacionis pure, a dicto domino Hectore hereditates et villas Lanczsko Magnum cum iure patronatus et Lanczsko Novum, vulgariter Wilcze nuncupatum, cum sortibus pertinentibus ad dictas hereditates, Ossec et Rusca et Czeligoscz, in terra Naklensi sitas, pro se suoque monasterio ac conventu cum omnibus utilitatibus, fructibus ac obvencionibus singulis, secundum quod heedem ville superius nominate in suis gadibus et graniciis sunt distincte et terminate recipientes et acceptantes, villas suas et sui monasterii Hospitale sancti Gothardi cum Novo Hospitali et cum iure patronatus, Zadusniki cum toto lacu Cuczino et riwulis influentibus vel effluentibus, Glevo, Slotopole in terra Dobrinensi sitas, cum omnibus utilitatibus, fructibus, obvencionibus, censibus et pertinenciis universis in terra, aquis et arboribus, nunc habitis et habendis in futuro, prout heedem ville suis in gadibus secundum distinccionem graniciarum sunt limitate, dicto domino Hectori suisque posteris legittimisque successoribus hereditario iure perpetuis temporibus tenendas, possidendas, habendas, vendendas, comutandas, donandas et prout dicto domino Hectori et sue posteritati placuerit convertendas resingnaverunt, nichil iuris et dominii pro se in dictis villis permutatis heedem partes, scilicet dominus abbas et conventus, ac do-

minus Hector predicti quoquomodo reservando: magestati nostre humiliter supplicaverunt, ut eandem permutacionem admittentes, dignaremur confirmare. Nos vero ipsorum supplicacioni annuentes utilitatemque et comodum eorum ex ipsa permutacione sane advertentes, eandem permutacionem utpote racionabiliter factam, gratam et acceptam habentes approbamus, ratificamus et confirmamus harum quibus nostrum sigillum est appensum testimonio litterarum. Actum in Sneyno die dominica Circumdederunt qua cantatur, sub anno Domini millesimo CCC.LVIII, presentibus hys testibus: venerabili in Christo patre domino Iaroslao archiepiscopo Gnezdnensi, Maczcone Poznaniensi, Iohanne Lanciciensi, Alberto Brestensi palatinis, Ianussio doctore decretorum Cracoviensi, Floriano Lanciciensi cancellariis, Predborio capitaneo Cuiavie, Ade subcamerario Kalisiensi, et aliis multis fidedignis. Datum per Iohannem de Busco, nostre magestatis notarium.

Dobrynia, *Dobrzyn n. Wisłą.* Byssovia, *Byszewo.* Lanczsko Magnum, *Wielkie Łącko.* Lanczsko Novum, *Małe Łącko.* Wilcze, *Wilcze.* Ossec, *Osiek.* Rusca, Czeligoscz, *osady znikłe.* Naklensis, *de Nakło.* Hospitale sancti Gothardi, *Szpital górny.* Novum Hospitale, *Szpital dolny.* Zadusniki, *Zaduszniki.* Lacus Cuczino, *pewnie jezioro p. wsią Unichowo.* Glewo, Złotopole, *dziś t. s.* Sneyno, *Żnin.* Busco, *Busk.*

Nr. 1373.

Kazimirus rex Polonie etc. 1358 Ian. 29, in Gnezda; advocatiam civitatis Poznań Iohanni monetario vendit iuraque eius statuit.

Pergam. orygin. Na sznurze nici jedwabnych, zielon. i czerwon. przywieszona dwustronna pieczęć majestatyczna Kazimierza króla; na stronie odwrotnéj w równych rozmiarach Orzeł w koronie, napis: S. Kazimiri. Di. Gra. Reg. Polonie Ccovie. Sadom. Sirad. Lanc. Cuyav. Pomoraie.

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 15.

In nomine Domini amen. Licet enim civitas ab unitate civium sumpsit nomen, tamen propter varietatem hominum, temporum et factorum, inter ipsos cives discordie, dissensiones, rixe, maleficia et displicencie plereque oriuntur: propter quod sagax principum adinvenit ratio, ipsis in civitatibus advocatos vice sua et nomine statuere in tribunali, ut secundum iusticie tramitem, rixas, vicia et malicias de civitatibus exulari et extaminari (sic), virtutesque, concordiam et pacem fieri et haberi ordinent et procurent. Eapropter nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie et Russye, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranieque dominus et heres, perpetue memorie commendantes tam presentibus quam futuris harum serie literarum notum facimus quibus expedit universis, quod volentes nostram civitatem Poznaniam iuribus iusticie regi et subesse, advocaciam nostram ibidem in Poznania et tercium denarium de iudiciis obvenientem, nostre duobus magestati reservatis, de mera nostre magestatis legalitate, accedente ad hoc baronum nostrorum fidelium consilio, pro centum viginti marcis grossorum Pragensium, XLVIII grossos marca pro qualibet computando, quas recognoscimus nos habuisse ex toto et pagatos fuisse, provido viro et honesto Iohanni monetario, civi Poznaniensi fideli nostro, suisque poste-

ris heredibus legitimis vendidimus, resingnavimus, ymmo tytulo et racione gratuite, pure ac mere vendicionis resingnamus, condescendimus, incorporamus et assingnamus, iure hereditario temporibus perpetuis tenendum, possidendum, habendum, vendendum, commutandum, donandum, et prout sibi Iohanni advocato Poznaniensi et sue posteritatis placuerit arbitrio, nostri nichilominus ad hoc ratihabicione petita et obtenta, convertendum. Ita videlicet addicientes hoc et declarantes, quod dictus Iohannes advocatus et sua posteritas, in dicta nostra civitate Poznania iudicio preesse nomine, vice habebunt et auctoritate nostre magestatis debebunt, iudicantes, sentenciantes, determinantes omnes causas civiles et criminales, secundum continenciam et formam iurium Maydburgensium et statutorum: harum quibus nostre magestatis sigilla sunt appensa testimonio literarum. Actum in Gnezda feria secunda post dominicam Circumdederunt me qua cantatur, sub anno Domini millesimo CCC.LVIII, presentibus hys testibus: Maczcone Borcovicz Poznaniensi, Iohanne Lanciciensi, Alberto Brestensi palatinis, Preczslao castellano, Nicolao iudice Poznaniensibus, Wirbentha capitaneo Polonie, et aliis multis fidedignis. Datum per manus domini Ottonis cancellarii Polonie.

Nr. 1374.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1358 Ian. 30, Gnezne; Iohanni et filio eius Martino duo molendina in civitate Żnin certis conditionibus vendit.

Pergam. orygin., u którego w dolnym szeroko założonym brzegu dwa sznurki z nici jedwabnych, zielon., każdy przez dwa wcięcia przewleczony; pieczęci nie masz.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 142.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad universorum qui presentes inspexerint noticiam volumus devenire, quod bona ecclesie nostre cupientes in melius reformare, molendina nostra, unum aquaticum in foribus civitatis Znenensis, et aliud in nostra curia informatum quod per equos trahitur, Iohanni et filio suo Martino nec non eorum legittimis successoribus natis ac nascendis perpetue vendidimus de consensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli sub annuo censu a data nobis presencium persolvendo, videlicet pro quadringentis mensuris brasei, tali modo, quod tota civitas debeat in eisdem molendinis molere braseum. Quam solucionem huiusmodi brasei taliter duximus distinguendum, videlicet quod ipse molendinarius et sui liberi successores quolibet anno quadringentas predictas mensuras brasei persolvant, et tali condicione interiecta: quod absit, si occurrerit aliquo anno, quod mensura tritici solvat plus octo grossorum, tunc nos prefato molendinario in qualibet ebdomada per unam mensuram, quousque primo dicta solucio, scilicet plus octo grossorum viget, debemus alleviare. Sed cum solvat octo grossos mensura tritici, tunc dictus molendinarius solvat ex toto censum, et hoc debet nostre curie Znenensi seu procuratori qui pro tempore fuerit assignare nobis et nostris successoribus in perpetuum; sed octo denarios vel coretum avene, prout aliis molendinis equiductoriis exsolventur qui pro molimento brasei cum metretis solvi consueverunt, eidem molendinario et suis successoribus deputamus; hoc adicientes specialiter et expresse, quod dictus molendinarius et sui successores centum mensuras frumenti infra annum pro nostra Znenensi curia, absque metretis et da-

cione pecuniali molere tenebuntur. Preterea, si dictus molendinarius succedente tempore per ipsum molendinum poterit ampleari tali modo, quod in prefatis molendinis poterit construere aliquam rotam seu lapidem molarem, idem molendinator, expedito nostro censu ut premittitur, et alias utilitates que de predictis molendinis derivari poterint pro se et suis successoribus retinebit. Et si aliqua molendina, ventilia vel cuiuscunque modi fuerint, circa Znenam pro nostra utilitate edificare voluerimus, non per alios artifices, nisi per prefatum molendinarium construere tenebimur. Hoc autem specialiter declaramus: quod dictus molendinarius et sui posteri omnia et singula instrumenta ad molendinum pertinencia, equos, ferreamenta, et cetera lignea instrumenta debebit propriis sumptibus informare; sed lapides molares procurator tunc temporis quisquam fuerit, debet eos adducere Znenam, ubicunque predictus molendinarius potest pro suis propriis pecuniis comparare. Et ut idem molendinarius supradicta molendina commodius instruere valeat, vendidimus pratum iacens circa civitatem, in parte sinistra eundo de civitate Znena versus Goram circa fluvium dictum vulgariter Gansawa, usque ad massam sive araturam; in quo prato sibi fena preparare ad XX currus possit sufficienter, dumtaxat prout sibi melius videbitur expedire. Quod si in tantum non poterit in predicto prato de feno habere, procurator noster Znenensis qui temporis tunc fuerit, tenebitur sibi providere. Eciam ortum ibidem circa molendinum, in dextra parte semite qua itur ad lacum penes fossatum usque ad littora lacus, cum paludibus ibidem sibi in propriis pascuis reservandis. Eciam in dextra parte fosse gramina et ubicunque circa prata nostra inveniet, falcare seu metere pro equorum nutrimento potest temporibus opportunis. Et piscacionem sibi in fossis contulimus; et absque ipsius volumptate in fossato molendinario nullus piscari presumat. Ceterum, procurator tunc temporis quisquam fuerit, debet quolibet anno XXti robora ad molendinum aquaticum sive ad aggerem procurare et adducere Znenam: cum istis omnibus supradictis vendidimus et contulimus. Ceterum, si molendina prenominata per eventum malorum hominum vel paganorum, per quamlibet expedicionem nostre civitatis destructa vel combusta fuerint, tunc nos ipsi molendinario silvam ubi excidet ligna pro molendinorum reformacione tenebimur deliberare; et eadem ligna, ubi ipse voluerit, procurator noster Znenensis sibi tenebitur locare. Et eciam pro invencione ipsorum lignorum nec non pro omni reformacione dictorum molendinorum, nos debemus sibi in adiutorium dare quatuor marcas et duas maldratas siliginis aut farine ad quodlibet molendinum combustum vel destructum vel putrefactum; et illa omnia per ignem seu per putrefaccionem ligna pro se retinebit. Et eciam lapides molares aut ferreamenta ad molendina pertinencia, post combustionem vel putrefaccionem eidem molendinario tenebimur procurare. Et quamdiu eciam fuerint destructa molendina sepedicta, tunc due metrete pro nobis, tercia pro molendinario debet recipi, et census non tolli supradictus debetur de frumentis et braseo, que molentur in molendinis sepefatis. Ceterum molendinarius debet tollere de braseo unam integram metretam a duabus mensuris brasei, continebuntque due metrete integrum coretum. Insuper molendinarius si qua peccora habuerit, in nostris pascuis libere pascentur, eademque molendinator sine mora ad usus beneplacitos convertenda, donanda sive commutanda, iuxta quod sibi suisque successoribus melius et utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti nostri Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Gnezne feria tercia post dominicam Circumdederunt me, anno Domini M.CCC.Lmo VIII, presentibus honorabilibus viris et dominis: Ottone preposito, Iohanne decano, Preslao archidiacono, Kelczone scola-

stico, Petro custode, Iacobo cancellario, Iohanne decano Cracoviensi, Iohanne preposito Calysiensi, Iascone scolastico Lanciciensi, nostris canonicis Gneznensibus.

Znenensis, *de Żnin.* Gora, *Góra.* Gansawa fluv., *rz. Gąsawka.*

Nr. 1375.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1358 Febr. 1, Gnezne; hereditatem ecclesiae suae dictam Lutkowo et ius patronatus ecclesiae in Pakość, cum hereditate Dobrzelewice Alberti palatini Kuiaviensis propria commutat.

Pergam. orygin., w którego dolnym, szeroko założonym brzegu sznur nici jedwabn., czerwon. przez dwa wcięcia trójkątne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 143.

In nomine Domini amen. Ut facta mortalium digna memoria robur obtineant firmitatis perpetue, debent litterarum apicibus cum annotacione testium commendari noticie posterorum. Proinde nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod bonorum ecclesie nostre utilitatem et commodum attendentes, commutacionem cum nobili viro domino Alberto herede de Pacocz et palatino Cuyavie fecimus infrascriptam bona fide et libera voluntate: dantes sibi de consensu fratrum nostrorum, Gneznensis videlicet Capituli, per modum commutacionis hereditatem nostram et ecclesie nostre Luthkovo vulgariter nuncupatam, iacentem prope Pacocz, cum omnibus iuribus et utilitatibus presentibus et futuris prout in suis limitibus est distincta, decima tamen ibidem pro mensa nostra reservata, cum iure patronatus ecclesie in Pacocz que eidem ville Luthkovo est coniuncta, per eum et suos posteros perpetuo possidendam, ac recipientes ab eodem domino Alberto palatino hereditatem suam que Dobrzeovicze sic proprio nomine appellatur, in terra Cuyavie prope Cowale iacentem, similiter cum omnibus utilitatibus et fructibus presentibus et futuris sicut in suis gadibus est distincta, per nos et successores nostros ac ecclesiam nostram Gneznensem in perpetuum obtinendam. Verum, quia predicta hereditas Luthkovo quam eidem domino Alberto palatino tradidimus, predicte hereditati quam recepimus ab eodem in valore equari non poterat, iuxta opinionem communem ita duximus providendum, quod eidem domino palatino triginta septem cum dimidia marcis grossorum Pragensium, quatuor solidis pro marca qualibet computatis, addidimus et persolvimus integraliter et complete. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti nostri Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Datum Gnezne in vigilia beate Marie virginis Purificacionis, anno Domini M.CCC.L^mo VIII, presentibus honorabilibus viris, dominis Ottone preposito, Iohanne decano, Preczslao archidiacono, Kelczone scolastico, Petro custode et Nicolao cancellario nostris Gneznensibus.

Pacocz, *Pakość.* Luthkovo, *Lutkowo.* Dobrzeovicze, *Dobrzelewice.* Cowale, *Kowal.*

Nr. 1376.

Hector verus heres de Lanczko 1358 Febr. 5, in Bidgoscia; hereditates suas Łącko et Wilcze, cum hereditatibus monasterii de Byszewo, dictis Szpital górny, Zaduszniki, Glewo et Złotopole commutat.

Pergam. orygin. Na skrawku pergam. przywieszona okrągła pieczątka okazuje na trójkątnéj tarczy godło jakby rodu Porajów. Róża ma jednak tylko 4 listki. Cnfr. Dodatki.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 87.

Cum genus humanum cum tempore defluit cottidie et variatur, nichil firmum aut stabile tenetur, nisi scripture testimonio roboretur. Hinc est quod nos Hector verus heres de Lanczko presencium declaracione constare cupimus universis Christi fidelibus presentibus et futuris in verbo veritatis publice protestantes, quod Deo nobis inspirante, non compulsi, non coacti nec aliqua fraude aut spe dolositatis seducti, sed de bona et spontanea voluntate nostra, sufficienti deliberacione prehabita nec non de benigno favore et consensu incliti domini nostri domini Kazimiri regis Polonie, cum venerabilibus et religiosis viris, domino Iohanne abbate et suo conventu, fratribus monasterii de Byssovia Ordinis Cysterciensis Wladislaviensis dyocesis, amicabilem facientes ordinacionem perpetuamque hereditatum commutacionem, cedimus eis de hereditatibus nostris in territorio Naklensi situatis, videlicet Lanczko Magno cum iure patronatus ibidem, et Lanczko Novo, Vylczhe vulgariter nuncupato, Ossek, Ruska et Zchelegoscz: damus, donamus, asscribimus et resignamus eas ipsis ac monasterio ipsorum predicto cum omni iure et iurisdicione et dominio, quemadmodum nos eas tenuimus tamdiu habuimus et possedimus, cum omnibus fructibus, reditibus, utilitatibus et quibuslibet proventibus, videlicet lacubus, rivulis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus et obvencionibus universis ad iam dictas hereditates pertinentibus, nullum ius in eisdem pro nobis et nostris successoribus penitus reservantes, prout plenius in confirmacione dicti domini regis super commutacione prefata est expressum. Pro quibus supradictis hereditatibus, acceptavimus et recepimus viceversa ab eodem dicto domino abbate et ipsius conventu hereditates ac possessiones eorum in terra Dobrinensi sitas, videlicet Hospitale sancti Gothardi et ius patronatus ibidem, Novum Hospitale, Zaduczhnik cum iure patronatus et cum toto lacu Cucyno et rivulis influentibus et effluentibus, Glevo cum medietate Wissle, in suis metis et gadibus continentem Slothopole cum rivulo Slothopolnicza in metis dicte hereditatis, et cum omnibus utilitatibus et pertinenciis earum in perpetuum possidendas. Recognoscimus insuper in hys scriptis, quod ad peticionem nostram, de bona et spontanea voluntate predictorum dominorum Iohannis abbatis et sui conventus, pro utilitate et comodo partis utriusque recepimus ab ipsis privilegia et munimenta antiquorum ducum, tam super hereditates in commutacione nobis traditas, quam eciam super hereditates a monasterio ipsorum ab antiquo iniuste ablatas et alienatas; tali tamen interposita condicione, quod si Dei adiutorio et amicorum seu fautorum nostrorum consilio, auxilio et promocione mediante, de iam dictis hereditatibus ab antiquo alienatis et ablatis aliquid possumus repetere, acquirere vel optinere, promittimus bona fide medietatem cum omnibus fructibus et utilitatibus sepedictis domino abbati et suo conventui ac monasterio ipsorum assignare. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Bidgoscia

anno Domini m.ccc.lviii in die beate Agathe virginis et martiris, presentibus hys testibus, nobilibus viris Krszyvosanth herede de Neczeschow viceburgravio, Nimiro herede de Gogolino, Sczhepano herede de Pesczyn, Martino et Paskone heredibus de Nakle, nec non Nicolao plebano de Lanczko et aliis quam plurimis fide dignis.

Lanczko, *Łącko*. Byssovia, *Byszewo*. Wladislaviensis, *de Włocławek*. Lanczko Magnum, *Wielkie Łącko*. Vylczhe, *Wilcza*. Ossek, *Osiek*. Ruska, Zchelegoscz, *osady znikłe*. Dobrinensis, *de Dobrzyn n. W.* Hospitale s. Gothardi, *Szpital górny*. Novum Hospitale, *Szpital dolny*. Zaduczhnik, *Zaduszniki*. Lacus Cucyno, *jezioro p. wsią Unichowo*. Glevo, *Glewo*. Slothopole, *osada znikła*. Rivul. Slothopolnicza, *strum. Muchownica*. Neczeschow, *Nieciszewo*. Gogolino, *Gogolina*. Pesczyn, *Pyszczyn*. Nakle, *Nekla*.

Nr. 1377.

Maczco Borcovicz palatinus Poznaniens. 1358 Febr. 16, Syradie; promittit, se, sicut alias iuravisset, et nunc Kazimiro regi Poloniae servitia quaelibet exhibiturum.

Pergam. orygin. Na skrawku pergaminowym przywieszony ułamek pieczęci bez wycisku.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 263. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. Nr. 97.

Nos Maczco Borcovicz palatinus Poznaniensis universis et singulis harum serie notum fore volumus: quod licet legę ac natura humana exigentibus et persuadentibus, quilibet homo domino suo, presertim principi fidelis, obediens et obsequiosus esse debeat et teneatur, tunc tamen ad ea multo magis est astrictus et obligatus, quando ipsa facere promittens, iuramento et literis patentibus roborat et confirmat. Idcirco inherentes vestigiis nostrorum parentum et predecessorum, quorum fidelitas clarissimis principibus Polonie pie recordacionis utpote propriis dominis grata fuit et accepta, magnifico principi domino nostro Kazimiro, Dei gracia regi Polonie, sicut alias iuravimus et promissimus omnem fidelitatem et totalem, ita et per presentes absque specie omnis fraudis et doli volumus et promittimus, et prout de iure teneamur, debemus prestito corporali sacramento servitia fidelia quelibet et obsequia pro suo regio honore, commodo et utilitate sui regni et reipublice facere, exhibere totoque desiderio pure ac sincere adimplere harum testimonio litterarum, quibus nostrum sigillum est appensum. Actum et datum Syradie feria sexta post diem Cinerum, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo.

Nr. 1378.

Borislaus abbas monasterii Mogilnens. 1358 Febr. 18, in monasterio Mogilnensi; limitationem inter bona sui conventus et bona monasterii de Strzelno iudicialiter factam approbat.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergaminowych przywieszono dwie podłużne pieczęcie; pierwsza klasztoru Mogilno (pieczęć XL); *druga wyobraża osobę duchowną w infule, któréj prawica błogosławi, a lewa trzyma pastorał; napis:* ... Abbatis de Mogilno.

Strzelno. Archiv. monasterii s. Mariae. Diplomata.

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli presencium noticiam habituri, quod nos Borislaus divina miseracione abbas monasterii Mogilnensis Ordinis sancti Benedicti, una cum conventu nostro cum honorabili viro et domino, domino Marco preposito monasterii Strelnensis Ordinis Premonstratensis, et ipsius conventu in iudicio incliti principis et domini, domini Kazimiri Dei gracia regis Polonie contendimus pro metis inter Woycino hereditatem monasterii nostri Mogilnensis, et Strelno, Mlin, Belsko, hereditates monasterii Strelnensis. Tandem de consensu strenuorum militum, domini Predborii capitanei nec non domini Stanislai iudicis Cuyaviensis ac aliorum nobilium iudicio domini regis Polonie presidencium, ex utraque parte in strenuum militem dominum Nicolaum heredem de Wilczino, lictorem domini regis, consensimus, predictas metas, gades seu limitaciones equitandas et discuciendas. Qui quidem dominus Nicolaus, a vado Przebrod vulgariter nuncupato usque ad finem lacus Blozino equitavit, totum lacum Belsko et Blozino, ad quamcunque sive remote sive prope se extenderint seu inundaverint partem, monasterio Strzelnensi atribuendo; ita quod tota aqua dictorum lacuum, sive parva fuerit sive magna, cum omni utilitate ad monasterium Strzelnense, sicut ab antiquo pertinuit, debeat pertinere et dicti monasterii Strelnensis perpetuis temporibus permanere; nec nos abbas qui supra nec aliquis kmethonum nostrorum de Woycino, piscabimur aut nocebimus monasterio Strelnensi lacubus in predictis. Et totum gayum, silvam seu mericam, a Przebrod usque ad finem Blozino et ad metas ibidem signatas a dextris, cum pratis, lignis et omnibus utilitatibus ubicunque aridum fuerit, monasterio Mogilnensi ascribendo contulit; ita quod nec dictus prepositus nec ipsius kmethones de Belsko, monasterium Mogilnense impediant in predictis. Item a metis in fine Blozino super viam que vadit a Przebrod versus Strelnam, eandem viam equitando usque ex opposito lacus Czyste, a dextris vie borram monasterio Mogilnensi, a sinistris vero vie borram monasterio Strzelnensi assignando. Item a lacu Czyste, per mericam usque ad locum ubi olim tremulus stabat, de tremulo, ad laculum Glasino per medium laculum dividendo, de Glasino ad Prossiska equitavit, monasterio Mogilnensi a dextris, monasterio vero Strelnensi a sinistris mericam et borram tribuendo. Nos quoque dictam limitacionem gratam et ratam habentes, ipsam sigillorum nostrorum appensione approbamus. Datum in monasterio nostro Mogilnensi dominica qua Invocavit me decantatur, anno Domini M.CCC.LVIII, presentibus: strenuo milite domino Nicolao de Wilczino lictore domini regis Polonie qui predicta habuit in commisso, Antonio de Zirsniki, Nicolao et Venceslao de Sulcow nobilibus; Iacobo clavigero, Preczlao procuratore, fratribus nostris, Raczlao ministeriali Brestensi, ac aliis pluribus fidedignis.

Mogilnensis, *de Mogilno*. Strelnensis, *de Strzelno*. Woycino, *Wojcin*. Mlin, *Młyny*. Belsko, *Bielsko*. Wilczino, *Wilczyn*. Blozino lacus, *jezioro Dłużyn*. Belsko lacus, *jezioro Bielskie*. Lacus Czyste, Glasino, *nazwy znikłe*. Prossiska, *Proczyska*. Zirsniki, *Żerniki*. Sulcow, *Sukowy*. Brestensis, *de Brześć Kujawski*.

Nr. 1379.

Wyrzbenta general. Polonie capitaneus 1358 Mai. 8, Pysdri; roborat obligationem mediae hereditatis Zieleniec, a Dobka et filiis eius in rem Iohannis heredis de Bierzglin certa conditione factam.

Pergam. orygin., u którego na skrawku pergamin. wisi ułamek pieczęci bez wycisku. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 144.

Nos Wyrzbenta generalis Polonie capitaneus notum esse volumus omnibus et singulis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod veniens ad nostram presenciam nobilis domina nomine Dobka heres de Zeloni døb, una cum filiis suis Iaroslao, Ianussio, Iohanne et Dobrogostio, sani corpore, maturo itaque consilio super eo habito, mediam hereditatem Zeloni døb vulgariter dictam, cum omnibus utilitatibus nobili viro Iohanni heredi de Birzglino in triginta marcis grossorum minus una obligaverunt, tali condicione interiecta: quod circa festum beati Martini confessoris atque pontificis, eandem mediam hereditatem Zeloni døb, si voluerint, redimere possunt, videlicet anni presentis; et si circa festum beati Martini ut predicitur redimere neglexerint, tunc in festo Nativitatis Christi redimere possunt mediam hereditatem antedictam. Attamen, si in festo Nativitatis Domini videlicet anni presentis non rediment, tunc non aliter, nisi ad annum futurum Nativitatis Christi: et sic de singulis, non aliis temporibus nisi in festo Nativitatis Domini, sepedicta media hereditas Zeloni døb per eosdem redimatur. Et ne prefata obligacio aliqualiter possit aboliri, presentes confici iussimus nostri sigilli munimine roborantes presentibus hiis testibus honorabilibus atque dignis: Dyrzkone herede de Czeverzewo, Andrea herede de Dreczkovo, Franczkone herede de Parussow et Thoma nostre curie prothonotario. Actum et datum Pysdri feria tercia Rogacionum, anno Domini M.CCC.L octavo.

Zeloni døb, *Zieleniec*. Birzglino, *Bierzglin*. Czeverzewo, *Dziewierzewo*. Dreczkovo, *Drzeczkowo*. Parussow, *Parusewo*. Pysdri, *Pyzdry*.

Nr. 1380.

Kazimirus rex Polonie etc. 1358 Iun. 7, in Lublin; ecclesiae Gneznensi villas Bąków, Złaków, Wyskieniec et Łaźniki restituit.

Pergam. orygin., u którego na sznurze nici jedwabn., czerwon. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla. Dolny brzeg w miejscu złożenia przedarty. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 145.

In nomine Domini amen. Quia regum est proprium unicuique quod suum est reddere, presertim Ecclesie matri benedicte, proinde nos Kazimirus Dei gracia rex

Polonie, nec non terrarum et ducatuum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus verus et heres, tam presentibus quam futuris harum serie litterarum notum facimus universis: quia ex mala et sinistra suggestione informati, quod ville infrascripte, scilicet Bancovo, Prziczina, prius nominata Gyzicze, pars ville Slonovo ecclesie Gneznensis, Wizkidnicza, et medium Laznyki secundum quod dividit semita que vulgariter dicitur Karlova droga, ad nos pertinerent, intromiseramus nos de ipsis; rescientes tamen certo cercius quod sunt et fuerunt ab antiquo, cuius contrarii memoria non habetur, archiepiscopales et ecclesie Gneznensis, easdem villas et earum quamlibet cum omnibus suis fructibus, reditibus, censibus, usibus, pertinenciis, universis piscinis, lacubus, molendinis, nemoribus, mericis, borris, mellificiis, pratis, venacionibus quibuscunque et quarumlibet avium ac ferarum, et aliis quibuscunque utilitatibus de terris, aquis et arboribus provenientibus et proveniendis, sicuti heedem ville Bancovo, Gizicze, pars ville Slonovo, Wizkidnicza et medium Laznyki, in terra nostra Lanciciensi situate, suis gadibus et graniciis circumquaque lymitate sunt et distincte, reverendo in Christo patri domino Iaroslao sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, suis successoribus et sue dicte Gneznensi ecclesie ob reverenciam Dei omnipotentis et beati Adalberti martiris et pontificis, eiusdem Gneznensis ecclesie patroni, graciose, voluntarie, deliberate ac devote, accedente ad hoc nostrorum baronum salubri et maturo consilio reddimus, restituimus, approbamus et incorporamus, perpetuis temporibus tenendas, habendas, possidendas, et ad suum placitum et utilitatem ecclesie Gneznensis convertendas, eisdem graciis et libertatibus, quibus alia bona dicte Gneznensis ecclesie sunt per nostros predecessores et nos privilegiata, omnimode gaudere volentes et decernentes, harum quibus nostrum regium sigillum est appensum testimonio litterarum. Actum in Lublin octavo die Corporis Christi, anno Nativitatis eiusdem millezimo trecentesimo quinquagesimo octavo, presentibus hiis testibus: dominis Daczbogone Ploczensi, Iohanne Lanciciensi, Alberto Brestensi palatinis, Wilczcone Sandomiriensi, Eustachio Lublinensi, Zavissa Sandeczensi, Vito Polaneczensi, Grothone Zavichostensi castellanis, Ottone Polonie, Hermanno Cuyavie cancellariis, Petro Neorza tribuno Cracoviensi, Raphaele subcamerario Sandomiriensi, et aliis multis testibus fidedignis. Datum per manus domini Floriani cancellarii Lanciciensis, scriptum per Iohannem de Busco capellanum et notarium nostre magestatis.

Bancovo, *Bąków*. Prziczina, prius nominata Gyzicze, *pewnie Bąków dolny*. Slonovo, *Złaków*. Wizkidnicza, *Wyskieniec*. Laznyki, *Łaźniki*. Sandeczensis, *de Sącz*. Polaneczensis, *de Połaniec*. Zavichostensis, *de Zawichost*. Busco, *Busk*.

Nr. 1381.

Fr. Iohannes abbas monasterii Lubinens. 1358 Iun. 8, in Lubin; Slawoborio de Strobiszewice scultetiam in Wyrzeka hereditate sua vendit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Costens. a. 1605, fol. 225.

In nomine Domini amen. Modernorum facta haberi solent in dubio, nisi sollemni testimonio et literarum apicibus firmiter roborentur. Sciant igitur universi presentes et posteri tenorem presencium audituri, quod nos frater Iohannes divina miseracione

abbas monasterii Lubinensis cum toto capitulo cenobii nostri Lubinensis, voluntarie et ex certa sciencia maturaque deliberacione cum fratribus nostris prehabita et amicis, hereditatem nostram dictam Wissrzeka reformari peramplius cupientes, Slawoborio de Strobiszewice ibidem in Wyssrzeka vendidimus sculteciam pro duodecem marcis Polonici pagamenti; cum tribus mansis, tribus ortis, dantes prefato Slawoborio suisque liberis natis ac nascendis legitimisque successoribus pratum quod dicitur Magnum, prout est situm, pistrinam, maccellum, sutoriam, tabernam. Piscinam ante curiam suam faciat vicinis aquam non denegando; nisum, leporarium odorisequum, perdices, quisculas, lepores ad prendendum; tercium denarium a qualibet re iudicata, oppilionem proprium ovibus cum trecentis, solucione vicina (sic) exclusa. Hec omnia prefato Slawoborio suisque successoribus vendidimus liberaliter, dedimus perpetualiter et donamus irrevocabiliter tenendum, habendum, si opus fuerit vendendum, commutandum et ad usus placitos convertendum. Adiungentes, quod si prefatam hereditatem nostram iure Novi fori locabit, incolis dicte hereditatis in terra culta et non culta omnimodam a solucionibus et exaccionibus, qualitercunque vocitentur, ad quatuor annos libertatem dabimus. Devoluta libertate, de quolibet manso dicti incole annis singulis nobis et nostris successoribus solvent unam marcam grossorum cum novem scotis census, in Nativitate Domini pernam unam pro fertone grossorum, in festo Pasche medium capete ovorum de quolibet manso, in Nativitate beate Virginis de quolibet manso duos pullos. Duo prandia iudicialia nobis dent cmetones, tercium vero scultetus; vel pro quolibet prandio fertonem grossorum persolvent. Predicti vero incole arabunt nobis ter in anno et ad finem aptabunt. Eciam ipse scultetus in equo duas marcas valente serviet, sed solum in graniciebus nostris in legacionibus servire debet. Ipse nominatus scultetus in serviciis nostris ubicunque damnum perciperet, ab omni servicio sit solutus donec sibi dampnum persolvemus. In huius rei testimonium et evidenciam pleniorem, nostrum sigillum cum sigillo seniorum et fratrum cenobii nostri presentibus est appensum. Datum et actum in Lubin sexto Idus Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, per informacionem Sventomiri publici notarii, presentibus hiis testibus: Czewlegio de Belewo, Iacussio de Bloczeszewo, Bartholomeo de Zablocze, Petro de Malpino, et aliis plurimis fidedignis.

Lubinensis, *de Lubin.* Wissrzeka, *Wyrzeka.* Strobiszewice, *nie odgadnione, może zam. Trachenberg.* Novum forum, *z niem. Neumarkt, czyli Środa na Szlązku.* Bielewo, Błociszewo, *dziś tak samo.* Zablocze, *osada znikła w okolicy miasta Dolsk.* Malpino, *Małpin.*

Nr. 1382.

Kazimirus rex Polonie 1358 Iun. 25, in Cracovia; Iaroslaum archiepiscopum Gneznens. ab impetitione absolvit, quam Semovitus dux Mazoviae super quibusdam immunitatibus hominum ecclesiae Gneznens., in districtu de Łowicz commorantium movebat.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 13 v.

Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, universorum noticie harum serie litterarum volumus devenire: quod cum per serenissimum principem dominum Semovi-

tum ducem Mazovie illustrem, actorem, super quibusdam iuribus infrascriptis venerabili in Christo patri domino Iaroslao, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, tanquam reo, mota fuisset materia questionis coram nobis, quia dicebatur pro parte ducis dicti, quod kmethones, incole et homines districtus Lovicensis, eiusdem singula servicia et labores rusticanos facere et impendere ipsi duci tenentur: demum expetebat, visitacionem sibi dandam et procuratori in expensis, et quod omnes ville districtus Lovicensis tenentur ad exactiones sibi dandas, ita quod ad conductum ferinarum et aliarum rerum asserebat ipsos teneri. Et licet dominus Iaroslaus archiepiscopus predictus extiterat arduis negociis, suis et ecclesie sue impeditus, ita quod in terminis sic brevi difficulter potuit comparere, pro cuius dilacione petens ut dominus Semovitus dux iam dictus dictum terminum ad diem beati Martini prorogaret: nostros nuncios certos, scilicet Boguslaum de Lucawa, deinde Stanislaum castellanum Malogostensem duximus destinandos, cui dilacioni noluit consentire dux prenominatus: quodque hoc non obstante, pro experiencia iurium predictorum datus et assignatus fuit terminus peremptorius, uno edicto pro tribus, per nostrum fidelem, dominum Iohannem Iuram castellanum Cracoviensem, in crastino sancti Iohannis Babtiste partibus prelibatis. Quo termino adveniente, reverendo in Christo patre domino Iaroslao archiepiscopo predicto, nomine suo et sue ecclesie Gneznensis legittime comparente et contumaciam ducis antedicti accusante, idem dux nec per se nec per responsalem legittimum parere curavit in termino sibi prefixo. Nobis vero tunc iudicio presidentibus cum nostris fidelibus, per nostros barones, videlicet Andream Cracoviensem subcamerarium et alios quam plures, prefatus dominus archiepiscopus et sua ecclesia, quantum ad iura predicta pro quibus impetebatur, extitit iustificatus et ab impeticione ipsius ducis absolutus perpetuo iusticia exigente. Quam sententiam nostrorum fidelium tunc rite prolatam ratificantes et approbantes, presentibus confirmamus; in cuius rei testimonium, presentes scribi fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum in Cracovia feria secunda in crastino sancti Iohannis Baptiste, sub anno Domini m.ccc.l. octavo, presentibus hys testibus: Immramo palatino, Andrea predicto subcamerario Cracoviensi, Iohanne decretorum doctore decano, Cracoviensi, Floriano Lanciciensi cancellariis, Andrea subiudice Cracoviensi, Marco custode de Sandomiria, et aliis multis.

Lucawa, *Łukawa.* Mologostensis, *de Małogoszcz.*

Nr. 1383.

Rudolphus abbas de Wedel 1358 Iun. 30, Poznanie; una cum suo conventu recognoscit, decimas in villis Poledowo, Starkowo, Górskie, Konradswalde, Czarna, Merzdorf, Mochy, Osłonino, Obrzysko, Lupice et Gselchiche (?) ad ecclesiam Poznaniensem ab antiquo tempore spectare.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 191.

Nos Rudolphus abbas de Wedel una cum conventu nostro Ordinis Cysterciensis recognoscimus per presentes publice protestantes, quod decime in villis infrascriptis, videlicet in Poledovo, Starcowo, Gorsco, Conradswalde, et in Novo Cyrske, in Mertinsdorph, in Mochi, in Slonimo, in Obrziczsko, in Lupicz et in Gselchiche ad ec-

clesiam Poznaniensem (spectant), quemadmodum pertinebant ab antiquo ad eandem. Et in huius rei testimonium et evidenciam clariorem, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini m.ccc.lviii.

Abbas de Wedel, *sc. monasterii in Wieleń.* Poledowo, Starkowo, Gorskie, Konradswaldau, *dziś tak samo.* Novum Cyrske, *Czarna.* Mertinsdorph, *Märzdorf.* Mochi, *Mochy.* Slonimo, *Osłonino.* Obrziczsko, *osada znikła, przyległa wsi Ciosaniec, r. 1510 deserta.* Lupicz, *Lupice.* Gselchiche, *nie odgadnione.*

Nr. 1384.

Cztiborius decanus Poznaniens. 1358 Iun. 30, Poznanie; scultetiam in villa ecclesiae Poznaniensis dicta Trojanowo, Cechosio Goslai vendit.

Pergam. orygin. Na sznurkach jedwabnych, zielon. przywieszono trzy podługowate pieczęcie. Pierwsza Kapituły Poznańskiéj; (pieczęć LV). *Druga okazuje w górnéj połowie popiersie Osoby duchownéj, w aureoli, prawicą błogosławiącéj, lewą trzymającéj Księgę; w dolnéj, na tarczy trójkątnéj godło rodu Pałuków odmienione. (Topor bez krzyża; stojący, ostrzem zwrócony i pochylony w prawo); napis:* S' Troyani Preposit. . . . . sis. *Trzecia przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Ostojów; napis:* S' Cztiborii Decani Pozn.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 1.

In nomine Domini amen. Quoniam ea que aguntur sub tempore, evanescunt simul cum tempore nisi litterarum serie cum annotacione testium fuerint perhennata, proinde nos Cztiborius decanus Poznaniensis cupientes pro viribus villam Troyanowo Poznaniensis Capituli, quam tenemus, in melius reformare, redempta scoltecia in eadem villa pro certa pecunie quantitate a filiis bone memorie Petri qui gerebat se pro scoltheto ibidem, videlicet a Stasszone, Petro, Martino et Ian fratribus, cui quidem vendicioni et redempcioni adheserunt voluntarie non compulsi omnes liberi quibuscunque nominibus nuncupentur quondam Swanthkonis, quinti fratris senioris fratrum quatuor iam dictorum: ad quam scoltheciam quatuor mansi dicebantur et narrabantur spectare, super ipsa attamen scolthecia antiquitus nullum privilegium penitus habebatur: quarto manso eorumdem mansorum pro nostro dominio reservato, Cechosio Goslai qui morabantur (sic) in Glowna villa domini episcopi Poznaniensis prope Poznaniam, ibidem in dicta villa Troyanowo, que iure Theutonicali scilicet Maydeburgensi quod servatur in civitate Poznaniensi locata existit, pro viginti marcis grossorum, quadraginta octo grossos computando pro marca, dictam vendidimus scolthecìam. Dantes et assignantes sibi de voluntate et consensu venerabilium fratrum nostrorum, dominorum de Capitulo Poznaniensi, nomine scolthecie eiusdem et racione amplioris locacionis tres mansos liberos cum tribus areis ad eosdem mansos spectantibus, ortum in fine ville in quo tantummodo unum quartale siliginis poterit seminari, pratum quod Kanthi vulgariter nuncupatur. Insuper thabernam habebit in area mansorum sue scolthecie, et in eadem thaberna habebit unum macellum carnium et panis macellum secundum. In eisdem eciam areis mansorum suorum, si voluerit, sutorem et fabrum pro sua utilitate locabit. Habebit ad hec idem scolthetus in hereditate eadem, dumtaxat sine dampno nostro et kmetonum, videlicet non

depascendo segetes sive prata, gregem ovium pascere specialem; venaciones quoque cum niso, subcincto et retibus, in feris exiguis et aviculis exercebit. Tercium quoque denarium iuramentorum recipiet et rei per eum cuiuslibet iudicate. Que omnia et singula superius expressata dictus scolthetus et sui liberi ac successores legittimi nomine scolthecie eiusdem iure hereditario libere et perpetuo pacifice possidebunt, cum plenaria et omnimoda potestate commutandi, donandi, vendendi, dumtaxat illi persone, in quam dominus ville ac domini de Capitulo eodem Poznaniensi decreverint consentire. Et cum succedente tempore heredes eiusdem scolthecie multiplicati fuerint, unus ab aliis redimat et remaneat solus heres. Incole vero, expirata libertate, racione census solvent de manso quolibet festo beati Martini annis singulis quinque scotos, dominoque ville mediante, scoltheto in Poznania presentabunt. Item pro honoribus annuatim consuetis suis dominis exhiberi: primo, festo eodem beati Martini, porcum pro duodecim grossis; festo Pasche, unam pernam tota villa pro octo grossis et per viginti ova de manso; festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, arietem optimum tota villa et per duos pingues pullos de manso. Nec non de duobus bannitis iudiciis, pro quolibet eorum kmetones solvent anno quolibet octo grossos, pro tercio insuper prandio scolthetus solvet similiter octo grossos. Ipsi eciam kmetones arabunt nobis semel ad hestivalia et ter ad hyemalia, ac uno die falcabunt annis singulis, omni contradiccione cessante. Et quoniam ius Maydeburgense prorsus est nobis incognitum, omnia iura que utilitatem et commodum respiciunt dominorum, salva nobis et integra reservamus. Actum et datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, presentibus reverendis viris, dominis de Capitulo Poznaniensi: Troyano preposito, Nicolao scolastico, Andrea, Henrico, Iacobo archidiaconis, Iohanne custode, Martino archidiacono Czirnensi, Predslao archidiacono Gneznensi, Iohanne preposito Kalisiensi, magistro Ambrosio, Nicolao preposito sancti Spiritus ante Poznaniam, Pribignewo, Wyrbantha, canonicis Poznaniensibus eo tempore ad Capitulum congregatis, de quorum dominorum voluntate unanimi et decreto, ut omnia et singula suprascripta inviolabiliter perseverent et sint perpetuis temporibus roborata, eiusdem Poznaniensis Capituli, memorati domini Troyani prepositi, et nostrum sigilla presentibus sunt appensa.

Trojanowo, Główna, *dziś tak samo.* Czirnensis, *de Czersk.*

Nr. 1385.

Nicolaus com. heres de Mossina 1358 Iul. 13, Poznanie; Andreae Wasilowicz scultetiam in hereditatibus suis Pożegowo et Nowawieś iure Theutonico possidendam certis conditionibus vendit.

Pergam. orygin., w trzech miejscach przecięty. Na grubym sznurze nici jedwabnych, zielon. i czerwon. przywieszona pieczęć przedstawia na trójkątnéj tarczy godło rodu Łodziów, napis zatarty.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 1055.

In nomine Domini amen. Ad habendam inconveniencium rerum gestarum, in futuro propter oblivionem faciliter que ducit in errorem, necessarium est ut ipse res scriptis et testibus perhynnentur. Noverint igitur universi tam presentes quam po-

steri quibus nosse fuerit oportunum, quod nos Nicolaus comes heres de Mossina una cum filio nostro karissimo Iascone, de nostra bona deliberacione maturoque consilio super hoc prehabito sulteciam (sic) in hereditatibus nostris, videlicet Pozegowo et Nowavess vulgariter nuncupatis, quas cupientes ad meliorem utilitatem provenire in unam coniunximus, in quibus ius patronatus habere dinoscimur, vendidimus discreto viro Andree dicto Wassilowicz pro tribus marcis grossorum Pragensium Polonici pagamenti, duos grossos pro scoto computando, et pro novem scotis, iure Theutunico nomine Maytborgensi hereditarie in perpetuum possidendam, dandam, vendendam, commutandam et pro libitu sue voluntatis convertendam; dantes eidem sculteto predicto et suis legitimis succesoribus in iam dicta hereditate nostra Pozegovo tres mansos liberos: duos post mensurationem hereditatis prephate eligere, residuum vero, ubi per sortem divisionis sortietur effectum. Habebit eciam sultetus noster pretactus et sui legitimi pratum dictum Lubiny, et tercium denarium de qualibet re iudicata. Damus insuper sculteto nostro prenominato et suis sequacibus lacus (sic) qui dicitur Crzinka. Venationem leporum, caprearum, sive avium, perdicum, piscularum (sic) et fazonum de nostra nostrorumque voluntate progenitorum exercere poterit; quartam vero partem earundem nobis vero (sic) nostre curie pro honore tenebitur presentare. Incole vero qui inibi locati fuerint, a censu et scoltetus a servicio et ab omni· solucione nostra VII annis gaudebunt plena et omnimoda libertate. Habebunt eciam kmethones nostri pretacti pratum dictum Sossne, et in paludibus qui in silva magna continentur, gramina in quantum magis uti poterint. Damus eciam incolis nostris superius expresatis, in silvis nostris, borris et mericis ad Mossinam adiacentibus, ligna seu robora pro structura domorum et pro quibuscumque necessitatibus eorum secare de nostra nostrorumque sequacium voluntate. Evulsa vero libertate, kmethones omnes et singuli, de quolibet manso, singulis annis in festo beati Martini quatuor mensuras siliginis, IIII avene, duas tritici et quinque scotos grossorum nobis et nostris legittimis successoribus pro censo (sic) dare tenebuntur. Volumus insuper, ut kmethones nostri in festo Nativitatis Christi, porcum pro VIII scotis et duos pullos de quolibet manso, et in festo Pasche, pernam pro VIII grossis et quindecem ova et de quolibet manso nobis perpetuo dabunt (sic) pro honore. Insuper incole sepe notati, in agris nostris unam mensuram ad estivalia et aliam ad yemalia exarare et seminare, videlicet de nostris frumentis non obmitant. Scoltetus vero noster et sui posteri, in equo valente unam sexagenam ad regalem expedicionem nobis et nostris posteris servire perpetuo tenebitur, tali condicione, quod si in servicio tali dictum equum aliquomodo amiserit, a servitio liber erit tamdiu, donec per nos sibi equus persolvetur. In huius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Sub anno Incarnationis Domini MCCCLVIII actum et datum Poznanie in die beate Margarethe gloriose virginis, presentibus hiis testibus: nobili viro ac discreto Ywone de Prosnowo, Potrcone herede de Gora, Petro scolteto de Trzebawe, Wǿchnone et Peczcone dicto Godis civibus de Poznan, et aliis fide dignis.

Mossina, *Mosina.* Pozegowo, *Pożegowo.* Nowavess, *nie odgadnione.* Maytborgensis, *de Magdeburg.* Lacus Crzinka, *jezioro p. m. Mosina.* Prosnowo, *Rosnowo.* Gora, *Góra.* Trzebawe, *Trzebawie.*

Nr. 1386.

Predborius capitaneus Cuyavie 1358 Iul. 19, Brest; profitetur, se nomine regis ab Iaroslao archiepiscopo Gneznensi ratione mutui 500 marcas recepisse, pro eaque summa et alia maiori castrum Nakło eidem archiepiscopo cum districtu ipsius obligatum esse.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. II, fol. 97. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. 96.

Nos Predborius capitaneus Cuyavie recognoscimus et publice profitemur, nos recepisse a venerabili in Christo patre domino Iaroslao, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, racione veri mutui, nomine domini regis quingentas marcas grossorum Pragensium, pro qua quidem pecunia et alia maiori castrum Nakel cum suo districtu domino archiepiscopo memorato extitit obligatum; promittentes eidem domino archiepiscopo bona fide, quod quam primum ad dominum regem veniemus, litteras quitacionis a dicto domino rege, racione mutui antedicti, procurare et eciam presentare. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Brest feria quinta post diem beati Alexii, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo.

Nakel, *Nakło.* Brest, *Brześć Kujawski.*

Nr. 1387.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1358 Iul. 30, Gnezne; in capella, quam Iohannes decanus Gneznensis in ecclesia cathedrali construxerat, altare novum erigit et pro sustentatione eiusdem, census de molendinis oppidi Kwieciszewo Iohanni praedicto vendit.

Transsumpt potwierdzony przez: Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1384 Apr. 24, Znene.

Poznań. Königl. Staats Arch. Relation. Gneznens. a. 1608, f. 411.

In nomine Domini amen. Noverint universi presencium noticiam habituri, quia nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, cupientes cultum divini nominis nostris augere temporibus et eciam ampliare, nec non pie devocionis affectum honorabilis domini Iohannis decani Gneznensis in scrinio pectoris nostri revolventes, de consensu fratrum nostrorum, Gneznensis videlicet Capituli, super iis consilio et tractatu prehabito diligenti cum eisdem, in capella dicti domini Iohannis Gneznensis decani, per ipsum in choro ecclesie nostre Gneznensis specialiter ad honorem beate Marie virginis gloriose sanctique Iohannis evangeliste constructa, novum altare duximus erigendum: vendentes nichilominus eidem domino Iohanni pro dotacione altaris pretacti et sustentacione ministri eidem altari preficiendi, quatuor marcas grossorum Pragensium redditus, annui census perpetuo duraturi in molendinis nostris, que in Queciszewo oppido nostre ecclesie Gneznensis obtinemus, quamlibet marcam pro duodecem numerandum grossorum; quam quidem pecuniam

pro fabrica convertimus ecclesie nostre memorate de predictorum fratrum nostrorum consilio pariter et assensu. Et, quod absit, si molendina predicta ex aliquo casu annulari vel viciari contingat, extunc de censu nobis in oppido prefato proveniente pretacte quatuor marce exolvantur perpetuo singulis ut predicitur annis; quas quidem quatuor marcas, procurator noster et successorum nostrorum, qui pro tempore in Quieciszow oppido prescripto procuracionis officium exercebit, quinto decimo die post diem beati Martini in Gnezna altariste pretacto singulis annis tenebitur presentare. Altarista vero altaris prenominati, dummodo sit ecclesie Gneznensis vicarius, per dictum dominum Iohannem decanum vite sue temporibus, et per nos ac successores nostros pro tempore institutus, singulis feriis secundis Defunctorum, feriis quartis de sancto Iohanne evangelista, diebus vero sabbatorum de Domina missas teneatur perhenniter per se vel per alium celebrare, et pro obmissione cuiuslibet misse, subcustodibus ecclesie nostre Gneznensis predicte medium grossum solvere sit adstrictus; et in qualibet missa, pro peccatis prelibati domini Iohannis, ipso vivente, eo autem viam universe carnis ingresso, pro anima eius Defunctorum Collectas imponere teneatur; super quo ipsius conscienciam irrefragabiliter oneramus. In cuius rei testimonium, nostrum et nostri Capituli predicti sigilla presentibus sunt appensa. Datum Gnezne in die beatorum Abdon et Sennen martyrum, anno Domini M.CCC. quinquagesimo octavo, presentibus: venerabili in Christo patre domino Iohanne Poznaniensis ecclesie episcopo, ac honorandis et discretis viris, dominis Petro custode Gneznensi, Dyonisio Lanciciensi, Iohanne Calisiensi prepositis, Sventomiro custode Lanciciensi et Martino de Gora plebano, canonicis Gneznensibus, ac aliis pluribus fidedignis. Transivit autem per manus Hanconis notarii curie nostre.

Queciszewo, *Kwieciszewo.* Gora, *Góra p. m. Żnin.*

Nr. 1388.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1358 Iul. 30, Gnezne; in capella Kelczonis scolastici Gneznensis in ecclesia cathedrali existenti, altare in honorem s. Martini erigit, et censu de molendinis oppidi Kwieciszewo dotat.

Transsumpt potwierdzony przez: Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1384 Apr. 24, Znene.

Poznań. Königl. Staats Arch. Relation. Gnesnens. a. 1608, fol. 410 v.

In nomine Domini amen. Noverint universi presentem literam inspecturi, quia nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, cupientes ecclesiam nostram predictam prout tenemur divino officio providere et ut in ea cultus divini nominis augmentetur, ad peticionis humilis instanciam honorabilis viri domini Kelczonis scolastici nostre Gneznensis ecclesie prefate, consideratis meritis ipsius probitatis, altare in ecclesia nostra iam dicta Gneznensi, videlicet in capella sua ad honorem sancti Martini pontificis et confessoris ac beate Catharine virginis martyris pro remedio anime ipsius duximus erigendum, iungentes eidem altari et perpetuo adscribentes de consensu fratrum nostrorum, Gneznensis videlicet Capituli, quatuor marcarum grossorum Pragensium redditus in molendinis, quas in Quecissevo oppido ecclesie nostre obtinemus, pro sustentacione presbiteri ipsum altare tenentis. Et, quod

absit, si molendina predicta ex aliquo casu viciari contingat, extunc dicte quatuor marce de censu nobis in Queciszow oppido nostro prefato provenientes, per procuratorem nostrum ac successorum nostrorum, qui pro tempore officium procuracionis ibidem in Queciszow exercebit, altariste qui pro tempore fuerit, quintodecimo die post diem sancti Martini annis singulis persolventur. In quo quidem altari, vicarius dicte nostre ecclesie Gneznensis, quoad vixerit presentatus per dictum dominum Kelczonem ad idem altare, et demum successores eiusdem infrapositas missas dicent et dicere perpetuis temporibus ac legere tenebuntur: unam feria secunda pro salute cunctorum fidelium animarum, aliam quarta feria sancti Martini confessoris ad honorem, terciam et ultimam sabbato de Domina vel de sancta Catharina; et in qualibet missa, pro peccatis prelibati domini Kelczonis scolastici, ipso vivente; ipso vero viam universe carnis ingresso, pro anima eius Defunctorum imponere teneatur Collectas altarista qui pro tempore fuerit locare tenebitur et implere. Cuius eciam altaris collacio et presentacio, ad prenominatum dominum Kelczonem scolasticum, ad sue vite tempora, decedente vero ipso domino scolastico, ad nos ac successores nostros dicti altaris collacio pertinebit. Si vero altarista qui pro tempore fuerit, in explendis dictis missis ex contemptu inventus fuerit negligens, pro qualibet missa neglecta, subcustodibus ecclesie dicte Gneznensis medium grossum solvere sit adstrictus. In cuius rei testimonium, nostrum et Capituli nostri predicti sigilla presentibus sunt appensa. Datum Gnezne in die beatorum Abdon et Sennen martyrum, anno Domini M.CCC. quinquagesimo octavo, presentibus: venerabili in Christo patre domino Iohanne Poznaniensis ecclesie episcopo, et venerabilibus viris, dominis Petro custode Gneznensi, et Dionisio Lanciciensi, Iohanne Calisiensi prepositis, Sventomiro custode Lanciciensi et Martino plebano de Gora, canonicis Gneznensibus, ac aliis pluribus fidedignis. Transivit autem per manus Hanconis notarii curie nostre.

Quecissevo, *Kwieciszewo.* Gora, *Góra p. m. Żnin.*

Nr. 1389.

Innocentius Pp. VI 1358 Sept. 5, Avinioni; Arnaldo de Caucina, apostolicae Sedis nuntio mandat, ut ratione exequendi redditus ecclesiae Romanae debitos, universas literas iura ecclesiae praedictae in provincia Gneznensi concernentes ipsi exhiberi et transsumi curet.

Warszawa. Biblioteka Uniwersytecka. Foljant Nr. 632, fol. 28. (*Transsumpt potwierdzony przez:* Arnaldus de Caucina scolasticus Cracoviens. etc. 1360 Mart. 10, Cracovie).

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Arnaldo de la Caucina canonico Cracoviensi, apostolice Sedis nuntio, salutem et apostolicam benedictionem. Nuper ad nostri audientiam est deductum, quod in partibus seu locis in quibus es nuntius apostolicus deputatus, sunt nonnulli ecclesiarum et monasteriorum et aliorum locorum ecclesiasticorum prelati, Capitula, conventus, collegia, et alie ecclesiastice persone seculares et regulares, exempte et non exempte, nec non duces, comites, principes, barones et quidam alii seculares, universitates quoque ac communitates castrorum, civitatum, terrarum, villarum et aliorum locorum, nobis et ecclesie Ro-

mane tam nomine procurationum, censuum, redituum et proventuum, quam alias in diversis pecuniarum et rerum aliarum summis et quantitatibus obligati, qui nobis et eidem ecclesie solvere non curarunt per aliquandiu neque curant, privilegia, indulgentias et litteras apostolicas et alia munimenta, in quibus iura et deveria nobis et eidem ecclesie debita ut in presentibus continentur, minus debite supprimentes, licet de huiusmodi munimentis aut aliquibus clausulis eorundem, nec non de regestris ac scripturis, decimarum, beneficiorum taxatorum pretium (continentibus) predictarum, gentes nostre camere indigere noscantur. Quocirca discretioni tue sub excommunicationis pena, quam in te ferimus si in his negligens fueris vel remissus, per apostolica scripta precipimus et mandamus, quatenus per te vel alium seu alios, earundem ecclesiarum, monasteriorum et aliorum locorum ecclesiasticorum prelatos et Capitula, conventus, collegia, et alias ecclesiasticas personas seculares et regulares, exemptas et non exemptas, nec non duces, marchiones, comites, barones et quoscunque alios seculares et regulares, universitates quoque ac communitates civitatum, castrorum, terrarum, villarum et aliorum locorum, qui nobis et eidem ecclesie Romane nomine procurationum, censuum, redituum et proventuum vel alias quoquomodo, in diversis pecuniarum et rerum quarumlibet aliarum summis et quantitatibus et alias quomodolibet tenentur, de quibus tam per exhibitiones privilegiorum, indulgentiarum et literarum apostolicarum et aliorum munimentorum, in quibus iura vel deveria aliqua ut in presentibus continentur, que tibi vel commissariis tuis per quoscunque tenentes, custodientes vel alias ipsa exhibendi facultatem habentes precepimus exhiberi, quod per literas gentium curie memorate que tibi super hoc destinantur, vel alias prout utilius videretur expedire, summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, vocatis si quos vocandos noveris, te informans, ad solvendum et exhibendum tibi, nostro et dicte ecclesie nomine recipienti, huiusmodi quantitates, res, bona, deveria, privilegia, indulgentias, regestra et alia munimenta per censuram ecclesiasticam auctoritate nostra districte compellas, faciens redigi et transscribi in formam authenticam vel publicam omnes et singulas clausulas privilegiorum, indulgentiarum, literarum apostolicarum, munimentorum, census, procurationes, iura et deveria continentes predicta, nec non libros, codices et membranas, decimarum omnium beneficiorum infra partes predictas, taxatorum quoque beneficiorum antiquorum et novorum valorem annuum integraliter continentes; contradictores, cuiuscunque status, gradus, Ordinis vel conditionis existant, etiamsi pontificali vel qualibet alia prefulgeant dignitate, appellatione postposita, per censuram et auctoritatem predictas compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a dicta Sede sit indultum, quod interdici, suspendi et excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum Ordinibus propriis mentionem. Nos enim tibi cum talibus amicabiliter componendi pro tempore si opportuerit iam elapso, et illos qui iura et deveria huiusmodi tibi solvent plenarie quitandi, de his solum que ab eis recipere te contingeret, plenam hac vice concedimus tenore presentium facultatem. De his autem que in premissis et quolibet premissorum facere te contingeret, et dictarum decimarum et valorum regestris, que nondum misisti, per tuas patentes literas in forma publica redactas, designationem presentium continentes, tuo sigillo sigillatas, cameram memoratam particulariter et distincte, quam primum ad id obtulerit se facultas, studeas reddere certiorem. Per solutiones vero et receptiones premissorum,

hac vice extra Romanam curiam faciendas, nobis et ecclesie Romane predicte nolumus preiudicium generari, quin solutiones et receptiones sequentes fiant ulterius in eadem curia, prout alias fuerant faciende. Datum Avinioni Nonis Septembris, pontificatus nostri anno VI.

Nr. 1390.

Fr. Borislaus abbas et conventus Mogilnens. 1358 Sept. 5, in Tremesna; decimas in villa Lubin, cum decimis monasterii de Trzemeszno in villis Palędzie, Padniewo et Osikowo commutat.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia dwóch pieczęci. Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran.

In nomine Domini amen. Ab humana facilius memoria elabuntur, que nec litterarum serie nec proborum virorum testimonio fuerint perhennata. Nos igitur frater Borislaus, divina miseracione abbas Mogilnensis, una cum conventu fratrum nostrorum, videlicet fratre Stanislao custode, fratre Iacobo procuratore, fratre Gregorio, fratre Andrea, fratre Vithcone, fratre Boguslao de Sechechow Ordinis sancti Benedicti eiusdem domus prefate, tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod de nostro nostrorumque fratrum predictorum maturo consilio unanimi et consensu, commutacionem fecimus nostre decime subscripte, videlicet in Lubene vulgariter sic nuncupate, quam decimam domus nostra ab antiquo possidebat, a tempore cuius memoria hominum non existit, cum venerabili in Christo patre domino Nicolao, divina et apostolice Sedis providencia Premisliensis ecclesie episcopo ac gubernatore tam in spiritualibus quam in temporalibus domus Tremesnensis, una cum conventu fratrum suorum, canonicis regularibus eiusdem domus predicte, ordinatim fecimus commutacionem perpetuis temporibus duraturam. Recipientes pro predicta decima Lubene ab eodem venerabili in Christo patre et suo conventu has decimas, videlicet in Palandze per totum, in Padnewo comitis Borislay de Belava per totum, in Osseykowo similiter per totum, ita tamen prout in suis certis limitibus sunt distincte, amodo nullo se eis opponente sive contradicente; que videlicet decime ad domum predictam Tremesna ex antiquo semper pertinebant. Ut autem hec comutacio sepe dictarum decimarum ex utraque parte predicta robur firmitatis perpetue optineat, nostre dignitatis sigillo, quo utimur, et sigillo nostri conventus domus Mogilnensis presentem litteram mandavimus communiri in testimonium omnium premissorum. Datum et actum in Tremesna quinta die mensis Septembris, anno Domini m.ccc.lviii, presentibus hys testibus: comite Nicolao de Wilcina gladiatore Kalisiensi, comite Tolomeo herede de Strzezewo, comite Grzimislao herede de Risewa, domino Iohanne rectore ecclesie de Queczisewo, domino Nicolao rectore ecclesie de Gansawa, et domino Nicolao rectore ecclesie de Welatowo, et aliis quam pluribus fidedignis.

Mogilnensis, *de Mogilno.* Sechechow, *Sieciechów.* Lubene, *Lubin.* Premisliensis, *de Przemyśl.* Palandze, *Palędzie.* Padnewo, *Padniewo.* Belava, *Bielawy.* Osseykowo, *Osikowo.* Wilcina, *Wilczyn.* Strzezewo, *Strzyżewo Paskowe.* Risewa, *Ryszewo.* Queczisewo, *Kwieciszewo.* Gansawa, *Gąsawa.* Welatowo, *Wilatowo.*

Nr. 1391.

Wirzbantha tocius Polonie capitaneus general. 1358 Sept. 17, in Opathow; confirmat commutationem villarum ecclesiae Gneznens. nomine Giżyce et Tądów, cum hereditate Wlostonis Starczinovicz, dicta Krtusów.

Transsumpt orygin. potwierdzony przez: Kazimirus rex Polonie etc. 1359 Febr. 13, in Lovicz.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 146.

Nos Wirzbantha tocius Polonie capitaneus generalis, universis et singulis ad quorum audienciam presentes devenerint volumus esse notum, quod ad nostram multorumque nobilium nobilis vir Wlosto Starczinovicz heres de Trcussovo, sanus mente et corpore, non compulsus nec coactus, sed de bona sua voluntate de consilioque suorum amicorum veniens presenciam, rite et racionabiliter per commutacionem hereditatum celebratam et factam, a venerabili in Christo patre domino Iaroslao, sancte Gnezdnensis ecclesie archiepiscopo, Gizicze et Tandovo villas mense sue archiepiscopalis Gnezdnensis pro se et suis heredibus recipiens, contulit hereditatem suam quam possedit ab antiquo iam dictam Trcussovo, sitam in districtu Kalisiensi, cum omnibus utilitatibus et proventibus ad dictam hereditatem spectantibus que ibidem sunt vel possunt oriri, nichil penitus iuris et dominii sibi et suis ibidem reservando, eidem domino archiepiscopo eiusque successoribus ecclesieque iam dicte resignans in perpetuum, libere et pacifice possidendam integraliter, veluti in suis graniciis circumferencialiter est distincta vel lymitata; promittens prefatum dominum archiepiscopum et eius ecclesiam, si per quempiam in huiusmodi villa quocunque modo impediretur infra triennium, exbrigare de quolibet impedimento, secundum consuetudinem terre primitus observatam; dans iam dicto domino archiepiscopo eiusque successoribus in huiusmodi hereditate, plenam et omnimodam potestatem tenendi, habendi, donandi, vendendi, commutandi, pro suaque et suorum successorum voluntate convertendi. In quorum omnium evidenciam et ampliorem tutelam, presentes litteras scribi et dare iussimus cum appensione nostri sigilli. Actum et datum in Opathow die dominice proximo post octavas Nativitatis sancte Marie, anno Domini millesimo trecentesimo l.viii, presentibus hys testibus, dominis Pascone Gnezdnensi, Ianussio Bechoviensi castellanis, Adam subcamerario Kalisiensi, Swanthoslao venatore Kalisiensi, Predvogio Dambski venatore Landensi, Nicolao Bandzesski, et aliis pluribus fide dignis.

Trcussovo, *Krtusów.* Giżyce, Tądow, *dziś tak samo.* Opathow, *Opatówek.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Dambski, *de Dębe szlacheckie.* Landensis, *de Ląd.* Bandzesski, *de Będziechów.*

Nr. 1392.

Thomislaus filius Woyslay heredis de Beganovo 1358 Nov. 2, in Curzelow; hereditatem suam Komparzów, Petro filio Nicolai quondam palatini Cracoviens. vendit.

Transsumpt potwierdzony przez: Kazimirus rex Polonie etc. 1360 Ian. 3, Cracovie.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 102.

Nos Thomislaus filius Woyslay heredis de Beganovo et heres, universis et singulis tam presentibus quam futuris recognoscimus per presentes et publice profitemur, nos vendidisse hereditatem nostram Camparzewo sitam prope Curzelow, nobili viro domino Petro filio domini Nicolai quondam palatini Cracoviensis de Boguria, cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus, que in ea habentur seu haberi poterunt in futurum, et prout in suis limitibus et pertinenciis universis circumferencialiter est distincta et prout nos soli tenuimus, pro octuaginta marcis grossorum Bochemicalium, quadraginta octo pro qualibet marca computando. Et ad horum evidenciam pleniorem, discreto viro domino Pircony plebano de Curzelow, nomine dicti Petri de Boguria, dicte hereditatis Camparzewo in die Omnium Sanctorum assignavimus, dedimus et tradidimus totale dominium ac plenariam possessionem; promittentes bona fide ac sub nostri honoris conservacione et sub obligacione omnium nostrarum possessionum, qualibet eciam specie fraudis procul mota, ipsum dominum Petrum, vel illum qui sibi in eadem hereditate eo consenciente successerit, vel cui possessionem tradiderit ville memorate, a qualibet persona seu personis, que in dicta hereditate Camparzewo iudicialiter vel extra iudicium, et specialiter ab omnibus nostris amiciariis qui dicuntur Pilczy, et eorum filiis et filiabus, nec non a quocunque alio, magno vel parvo, qui ipsum impeteret seu impeterent vel quoquomodo invaderent, libenter et totaliter disbrigare: hoc eciam specialiter declarantes, quod si quid in nobis humanitus eveniret, quod nostri pueri et successores legittimi ad premissa omnia teneantur, quos presentibus obligamus, volentes et promittentes, quod omnia dampna, que dictus dominus Petrus vel sibi succedentes perciperet seu percipere possent in sepefata hereditate Camparzewo occasione pretacte vendicionis, sibi per pueros nostros ac legittimos successores resarciantur ad unguem et complete persolvantur. In cuius rei testimonium, sigilla, nostrum videlicet et strenui militis domini Imrami palatini Cracoviensis tunc presentis, presentibus sunt appensa. Datum et actum in Curzelow in crastino die Omnium Sanctorum prenarrato, anno Domini **m.ccc.lviii**, presentibus nobilibus viris, dominis Llaurencio thezaurario Syradiensi, Sbigneo de Crassow, Iohanne filio Andree succamerario Cracoviensi, ac honorabilibus viris: Nicolao archidiacono Cracoviensi, Kelczone scolastico Gneznensi, Divissio Lanciciensi, Iohanne Kalisiensi prepositis, et aliis pluribus fide dignis.

Beganovo, *Bieganowo.* Camparzewo, *Komparzów.* Curzelow, *Kurzelów.* Boguria, *Bogorja.* Crassow, *Krasów.*

Nr. 1393.

Hector (de Lanczko) 1358 Dec. 23, in Lanczko; villam Wyskidno sculteto Boguthae ad mansos Flamingicos locandam exponit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo, Lib. privil. fol. 205.

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, si scripture testimonio vel testium adminiculo non fuerint memorie commendata. Inde est quod nos Hector, cupientes ut rei geste inter nos, ex una parte, et discretum virum Bogutham scultetum nostrum de Wiskitno villa nostra, ex altera, apud posteros memoria plenior habeatur, notum facimus presentes literas inspecturis: quod intendentes melioracionem bonorum nostrorum, ut ex eis auctore Domino fructus uberior valeat provenire, de voluntate et consilio amicorum nostrorum prefatam villam nostram Wiskitno ad mansos Flammingicos exposuimus ad locandum iure Culmensi, sub ea forma que sequitur et ordinacione. Primo, sculteto ipsi cum suis posteris racione locacionis damus decimum mansum a censu liberum, iure hereditario pacifice possidendum. Incole vero ville ipsius, elapsis duodecim annis libertatis a data presencium computando, nobis et nostris successoribus singulis annis in festo Purificacionis sancte Marie virginis gloriose racione census octo scotos monete usualis, et decimam manipulatim, sicut ordinabimus cum dominis quibus predicte pertinent decime; (si) alio modo vero componemus, tunc predicti incole de quolibet manso mediam marcam racione census, et medium fertonem racione decime solvere tenebuntur. Iudicabit autem scultetus noster predictus et posteri ipsius omnes causas parvas et magnas, civiles et criminales iure predicto Culmensi, inter terminos predicte hereditatis nostre contingentes. De penis vero seu iudicatis et de taberna, nos et nostri successores duos denarios, et scultetus ipse cum suis posteris tercium recipiemus. Statuimus eciam, quod predictus scultetus noster et sui posteri, in serviciis et aliis quibuscunque necessariis nobis et nostris successoribus exhibendis, sicut scultetus de Lanczko serviat sub eadem forma et ordinacione. Concedimus insuper predicto sculteto et suis posteris liberam voluntatem in lacubus nostris piscandi cum parvis et magnis retibus, preter solam sagenam, quam non admittimus statuendam. Volumus eciam, quod predictus scultetus et sui posteri predictam sculteciam in toto vel in parte cui vult vendat, obliget, resignet, commutet prout sibi placuerit, quia eandem sculteciam a nobis propria pecunia comparavit et emit. In cuius rei testimonium, presentes literas sibi dari fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum in Lanczko decimo Kalendas Ianuarii, anno Domini **m.ccc.lviii**, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Nicolao plebano de Antiqua Bissovia, Nemera de Gogolina herede, Lasczone herede de Wamwelno, Peczone de Waldow, Nicolao plebano de Lanczko, Swantoslao plebano de Nakiel, Laurencio plebano de Waldow, Bartosio de Trascow, Boguchwalo Gerwardorum, Thoma de Piscino, Clemente sculteto de Lanczko, Luca de Wilcze, et aliis quam plurimis.

Wiskitno, *Wyskidno.* Culmensis, *de Chełmno.* Lanczko, *Łącko.* Antiqua Bissovia, *Byszewo.* Gogolina, Wąwelno, Waldowo, *dziś t. s.* Nakiel, *Nekla.* Trascow, *zapewne mylnie zamiast Tuszków.* Gerwardorum, *zapewne mylnie, nie odgadnione.* Piscino, *Piszczyn.* Wilcze, *Wilcze.*

Nr. 1394.

Kazimirus rex Polonie etc. 1359 Ian. 20, in Glovna; confirmat privilegia, quae dederant monasterio de Łekno: **Wladislaus dux Polonie 1211 Apr. 16, in Gnezna;** et **Boleslaus dux Polonie 1259 Apr. 16, in Rogosna.**

Pergam. orygin. Na sznurze z nici jedwabn., pomarańczow. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla.

Kurnik. Biblioteka. Diplomata.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie Pomoranieque terrarum dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod religiosus vir frater Hermannus abbas monasterii de Lukna cum suo conventu Ordinis Cysterciensis ad nostram presenciam venientes, supplicaverunt nobis humiliter et devote, ut privilegia super quibusdam bonis ipsius monasterii, per illustres principes, videlicet Wladislaum et Boleslaum duces Polonie data, concessa et donata, de nostra regia magestate dignaremur confirmare; quorum quidem privilegiorum de verbo ad verbum tenor dinoscitur esse talis: (*Sequitur diploma Nr. 69*).

Item tenor secundi privilegii dinoscitur esse talis: (*Sequitur diploma Nr. 373*).

Nos vero iustis supplicacionibus ipsius abbatis favorabiliter annuentes, supradicta privilegia cum ipsorum clausulis et articulis in ipsis contentis tenore presencium graciose confirmamus, dantes sepedicto abbati et suo conventui hanc nostram litteram, nostro sigillo munitam in robur et testimonium perpetue firmitatis. Actum in Glovna in die beatorum Sebastiani et Fabiani martyrum, anno Domini M.CCC.LIX, presentibus: Preczslao Poznaniensi, Andrea Kalissiensi, Vincencio Sremensi castellanis, Adam subcamerario Kalissiensi, Virzbanta capitaneo nostro Polonie et domino Floriano cancellario nostro Lanciciensi, et aliis pluribus fidedignis.

Lukna, *Łekno.*

Nr. 1395.

Kazimirus rex Polonie etc. 1359 Ian. 28, in Czanszim; Iohanni episcopo Poznaniensi concedit, ut civitatem in fundo villae Dolsk iure Novi fori locare, et forum septimanale in eadem instituere valeat.

Pergam. orygin. Sznurek jedwabny, czerwony i zielony, z którego pieczęć znikła.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 5.

In nomine Domini amen. Cum petitur quod iustum esse non dubitatur, ad id exaudiendum animus principum non inmerito debet inclinari. Igitur noverit tam presens etas quam futura, quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lanciciе, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres, consideratis iustis peticionibus venerabilis in Christo patris domini Iohannis, divina et apostolice Sedis providencia episcopi Poznaniensis ecclesie, capellani nostri

dilecti, saneque advertentes, quod ius Theutonicum et civile nobis ac nostris regnicolis multas affert utilitates et commoda multiplicat subditorum, eidem domino Iohanni episcopo damus locare civitatem iure Theutonico Novi fori, quod Szredske vulgariter nominatur, in fundo sue ville Dolsco, ipsam civitatem eodem nomine Dolsco exnunc nuncupando, omnibus iuribus, articulis, punctis et clausulis universis eiusdem iuris Theuthonici, in eadem civitate perpetuo obtentis et inviolabiliter observatis. Removemus eciam et penitus excludimus ibidem omnia iura Polonicalia, servicia, modos et consuetudines, angarias et preangarias universas, que ipsum ius Theuthonicum impedire consueverunt. Statuimus insuper forum quarumlibet rerum venalium in eadem civitate, feria quarta singulis septimanis perpetuis temporibus celebrandum. Preterea statuimus et penitus liberamus advocatum ac cives memorate civitatis Dolsco ab omnibus iudiciis et iuridicionibus omnium palatinorum, castellanorum et quorumlibet iudicum et officialium nostri regni; ita, quod coram ipsis vel eorum aliquo, pro causis magnis et parvis, capitalibus et criminalibus, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii et aliis universis, nulli penitus de se querulanti debeant respondere, nisi cives coram suo advocato iure Theuthonico supradicto. Advocatus vero non alias, nisi tantum coram suo domino episcopo supradicto vel eius successoribus, citatus tamen per litteram ipsius domini episcopi, de se querulantibus non aliter nisi suo iure Theutonico respondebit. In quorum omnium testimonium, presentes litteras dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum in Czanszim in octava sancte Agnetis virginis, anno Domini m.ccc.l nono, presentibus hiis testibus: Ottone cancellario Polonie et preposito Gneznensi, Paszcone Gneznensi, Vincentio Sremensi castellanis, Nicolao venatore Gneznensi, Gamleto subagazone, Andrea Dobeslavicz, et aliis multis fidedignis. Datum per manus cancellarii prenotati.

Novum forum, *Neumarkt, czyli Środa na Szlązku.* Dolsco, *Dolsk.* Sremensis, *de Śrem.*

Nr. 1396.

Kazimirus rex Polonie 1359 Febr. 6, Crusvicie; Borzislao abbati de Mogilno concedit, ut silvam monasterii ipsius dictam Neboz in villam locare possit, eiusque kmetonibus libertatem ab omnibus solutionibus et collectis regalibus infra 20 annos continuos largitur.

Pergam. orygin. Dolny brzeg szeroko założony, w nim 2 wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.

Mogilno. Privilegia monasterii. E, 30.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, ex officio nobis divinitus concesso utilitates nostri regni de nemoribus et silvis, de quibus nulla utilitas nobis hactenus proveniebat, peramplius ampliare et indesinenter augeri cupientes, et ut id quod densitas silvarum gwerrarum ope detexit, gracia et virtute libertatis reformetur, consideratisque iustis peticionibus religiosi viri fratris Borzislai abbatis de Mogylno, ut possit silvam dictam Neboz wlgariter et mericam seu gagium circa villam ipsorum Woyuczino, sitam in territorio Czbariensi, locare et ad usus convertere meliores, omnibus et singulis kmetho-

nibus in silva et merica predictis locandis et locatis, a data presenti infra viginti annos continuos ab omnibus solucionibus et collectis nostris regalibus, videlicet a porco, a vacca, a bove, a poradlne, a sep, ab expedicione, ac generaliter ab omnibus angariis, quocunque nomine dicantur, plenam et omnimodam damus et elargimur libertatem harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Data Crusvicie die beate Dorothee virginis, anno Domini M.CCC.L nono.

Mogylno, *Mogilno*. Silva Neboz, *pewnie las pomiędzy m. Strzelno a w. Wojcin.* Woyuczino, *Wojcin.* Territorium Czbariense, *północno-wschodnia część Wielkopolski. Ściślejszy opis obacz w Dodatku do Nru. 812.*

Nr. 1397.

Kazimyrus rex Polonie etc. 1359 Febr. 9, in Brest; Alberto palatino et Hectori subpincernae Brestensibus, fratribus, concedit, ut villam ipsorum Pakość in civitatem iure Theutonico locare valeant.

Warszawa. Archiw. Główne. Ks. M. 57, p. 170. (*Transsumpt potwierdzony przez:* Sigismundus rex Poloniae etc. 1540). — *Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplom. Poloniae; II, Nr. 512.*

In nomine Domini amen. Dignum est, ut bene meriti premiis pocioribus extollantur. Igitur noverit tam presens etas quam futura, quod nos Kazimyrus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres, consideratis fidelibus et fidedignis serviciis ac iustis peticionibus fidelium nostrorum Alberti palatini et Hectoris subpincerne Brestensium, fratrum, saneque advertentes quod ius Theutonicum et civile nobis et nostris regnicolis multum affert utilitatis, eisdem fratribus Alberto et Hectori damus locare civitatem iure Theutonico, eo quo gaudet civitas nostra Wladislavia Iuvenis, in fundo sue ville Pakoscz in terra Cuyaviensi sittuate, ipsam civitatem eodem nomine Pakoscz exnunc nominando, omnibus iuribus, articulis et clausulis universis eiusdem iuris Theutonici in eadem civitate perpetuo obtentis et observatis. Removemus eciam et penitus excludimus ibidem omnia iura Polonicalia, servicia, modos et consuetudines, angarias et perangarias universas, que ipsum (ius) Theutonicum impedire seu perturbare consueverunt. Statuimus insuper forum quarumlibet rerum venalium, in eadem civitate feria secunda singulis septimanis perpetuis temporibus celebrandum. Preterea absolvimus et penitus liberamus Albertum et Hectorem fratres supradictos, advocatum et cives sive incolas memorate civitatis ab omnibus iudiciis, iuridicionibus et potestatibus omnium palatinorum, castellanorum et quorumlibet iudicum ac officialium nostri regni; ita, quod coram ipsis vel eorum aliquo, pro causis magnis et parvis, capitalibus et criminalibus, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii et aliis universis, nulli penitus debeant respondere, nisi cives coram advocato suo iure Theutonico, advocatus vero coram dominis suis supradictis et eorum successoribus, ipsi vero domini et eorum successores coram nobis aut nostro iudice generali, dum tamen per literam nostro sigillo munitam ac ipse advocatus necessitate occurrente citati fuerint, tunc iure ipsis competente de se querulantibus respondere sint astricti. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est

appensum. Actum in Brest in octava Purificacionis sancte Marie virginis gloriose, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, presentibus hiis testibus: Chebda palatino Syradiensi, Dobeslao Crusficiensi, Pascone Brestensi, Woyslao Bidgostiensi castellanis, Stanislao iudice Cuyaviensi ac Floriano cancellario Lanciciensi, ac aliis pluribus fidedignis. Scriptum per Nicolaum Boemum notarium curie nostre, canonicum ecclesie Visliciensis, de mandato domini Floriani cancellarii Lanciciensis supradicti.

Brestensis, *de Brześć Kujawski.* Wladislavia Iuvenis, *Inowrocław.* Pakoscz, *Pakość, należała od najdawniejszych czasów do Wielkopolski, gdyż granicę tworzyła tu pomiędzy nią a Kujawami rz. Noteć. Cnfr. Nra. 11, 239, 315, 503.*

Nr. 1398.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1359 Febr. 11, Brzesth; villam ecclesiae suae dictam Wawrzyszkowo, ad locandum in civitatem iure Culmensi Thomasio heredi de Radźmin exponit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 57.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam divinum magis esse noscitur quam humanum, hinc est quod nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum esse volumus universis presencium noticiam habituris, quod cupientes bona ecclesie quantum cum Deo possumus ampliare, hereditatem nostram et ecclesie predicte Wavriszkovo vulgariter nuncupatam, sitam in territorio Naklensi, prout in suis limitibus circumferencialiter est distincta, ad locandum eandem in civitatem iure Culmensi duximus exponendam; vendentes sub ratihabicione fratrum nostrorum Capituli Gneznensis nobili viro Thomasio heredi de Radzim et progenitoribus ipsius advocaciam cum infrascriptis iuribus pro certa quantitate pecunie in eadem civitate: videlicet decimum mansum liberum quotquot ibidem poterint mensurari, totum iuramentum, medietatem tocius annui census maioris in ipsa civitate et minoris cum civibus per medium dividendum, terciam partem iudicii et cuiuslibet iudicati, ovile trecentarum ovium habendi et pascendi, feria quarta sextaque et sabbato per unum piscatorem piscandi in nostra piscina damus facultatem. Concedimus insuper eisdem civibus locum ecclesiam fundandi, attribuentes dicte ecclesie quatuor mansos liberos pro sustentacione rectoris eiusdem perpetuo duraturos, cui eciam advocatus et incole, de mansis ipsorum solubilibus et liberis, pro laboribus, iuxta ius Culmense annunciatum respondebunt. Preterea pro melioracione ipsius civitatis damus civibus decem mansos liberos, salvo iure et manso advocati decimo, infra quorum spacium civitas locabitur; aream in civitate pro curia et fortalicio construendo, et pro orto ante civitatem decem iugera nobis et successoribus nostris reservantes. Ut autem ipsa civitas eo celerius valeat collocari, omnibus et singulis incolis in civitate predicta et ante civitatem locandis, a Purificacione beate Marie virginis proxime affutura, decem annis continue subsequentibus a solucione census et decime plenam et omnimodam concedimus libertatem. Qua libertate elapsa, incole eiusdem de quolibet manso solubili decem et octo scotos Thorunenses seu estimacionem illorum, duos pullos et sex denarios usuales de qualibet area in civitate

in festo Purificacionis beate Marie predicto singulis annis nobis et successoribus nostris solvere tenebuntur. Negligentes autem solvere censum predictum, quatuor solidorum pena, tociens quociens post decursum duarum septimanarum moniti fuerint, punientur cum effectu. Recognoscimus insuper, quod infra quatuor annos, quolibet anno pro fossione et plancacione civitatis predicte nos quadraginta, advocatus vero viginti marcas Thorunenses tenebimur assignare. Advocatus autem qui pro tempore fuerit, tenebitur nobis et successoribus nostris more iuris Culmensis servicia exhibere. Quoniam autem iura Culmensia nobis sunt prorsus incognita, omnia iura que commodum et utilitatem dominorum respiciunt, salva nobis et nostris successoribus per omnia reservamus. In quorum omnium testimonium et evidenciam rei pleniorem, nostrum et Capituli nostri predicti sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Brzesth in crastino sancte Scolastice virginis, anno Domini m.ccc quinquagesimo nono, presentibus honorabilibus viris, domino Iohanne decano Gneznensi, magistro Alberto Wrathislaviensi decano, Nicolao archidiacono Cracoviensi, Przeczslao preposito sancti Georgii aput Gneznam, ecclesie canonicis predicte Gneznensis, Bartholomeo thezaurario et Mathia vicethezaurario, canonicis Unyeoviensibus, et aliis multis fidedignis, scriptum autem per manus Nicolai plebani de Sduny, notarii curie nostre.

Wawrzyszkowo, *wieś wzniesiona na miasto i kasztelanią Kamień.* Naklensis, *de Nakło.* Radzim, *pewnie mylnie zam. Radźmin.* Culmensis, *de Chełmno.* Unyeoviensis, *de Uniejów.* Sduny, *Zduny.*

Nr. 1399.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1359 Febr. 11, Brest; monasterio de Strzelno duas marcas grossorum, a kmetonibus villae Wojcin singulis annis recipiendas assignat.

Strzelno. Archiv. monasterii s. Mariae. Lib. privil. fol. 17.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum facimus universis presentibus et futuris ad quorum noticiam presentes contingerit devenire, quod cum religiosus vir Marcus prepositus et sanctimoniales monasterii Strelnensis Ordinis Premonstratensis, terre Cuyavie, coram serenissimo principe domino nostro Kazimiro, Dei gracia Polonie rege illustri, super quodam molendino sito ante Queciszowo terre Cuyavie predicte movissent contra nos questionem, nos licet tunc ostendissemus iusticiam nostram, ducti tamen devocione et ipsius domini regis precibus inclinati, eidem monasterio prescripto et sanctimonialibus predictis duas marcas grossorum Polonici numeri, recipiendas a kmethonibus in festo beati Martini confessoris singulis annis in Woyuczino monasterii Mogilnensis terre Polonie de mensa nostra, sub ratihabicione fratrum nostrorum, videlicet Capituli Gneznensis damus, assignamus et tenore presencium conferimus graciose, per predictos monasterium, prepositum et sanctimoniales libere perpetuo tenendas, possidendas et pro sua voluntate convertendas. In quorum omnium testimonium, nostrum et nostri Capituli predicti sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Brest in crastino sancte Scolastice virginis, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Iohanne decano

Gneznensi, Nicolao archidiacono Cracoviensi, Przeczslao preposito sancti Georgii apud Gneznam, Bartholomeo thesaurario, Mathia vicethesaurario, nostris canonicis Uneyoviensibus, et aliis pluribus fidedignis. Transivit autem per manus Hanconis notarii curie nostre.

Strelnensis, *de Strzelno.* Queciszowo, *Kwieciszewo.* Woyuczino, *Wojcin.* Mogilnensis, *de Mogilno.* Brest, *Brześć Kujawski.* Uneyoviensis, *de Uniejów.*

Nr. 1400.

Kazimirus rex Polonie etc. 1359 Febr. 12, in Brest; hereditates Cień et Michałowice, cum hereditatibus ecclesiae Gneznensis, dictis Chrościce, Królowice et Czarków commutat, archiepiscopo quoque concedit, ut in regno Poloniae possessiones pro 400 marcis emere valeat.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 34.

In nomine Domini amen. Ne gesta vel facta mortalium, que fiunt et ordinantur in tempore, per decursum temporis transeant et vaccilent, necessarium est, ut litterarum presidiis et testium annotacione ad memoriam perpetuam reducantur. Proinde noverit tam presens etas quam futura, quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres, de matura deliberacione et consilio communi baronum nostrorum ad hoc accedente, permutacionem bonorum nostrorum regalium cum reverendo in Christo patre domino Iaroslao, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo fecimus in hunc modum: quod hereditatibus predictis Gneznensibus infrascriptis, videlicet Chroslina et Crolevicze in terris Cracovie et Sandomirie prope Wisliciam sitis, cum decimis earundem, nec non Czarnkow ante Conyn in terra Polonie, sine decima, cum redditibus et proventibus ad easdem hereditates spectantibus prout in suis terminis circumferencialiter sunt distincte, pro nobis et regno nostro modo et nomine commutacionis receptis, appropriatis et perpetuo incorporatis, domino Iaroslao archiepiscopo et ecclesie sue Gneznensi hereditates nostras Czena et Michalow in terra Polonie prope Kalis sitas, cum omnibus utilitatibus, redditibus, borris et universis proventibus ad easdem hereditates spectantibus secundum quod in graniciis suis sunt limitate, et cum toto iure et dominio prout soli tenuimus, nichil pro nobis penitus in eisdem reservantes dedimus, attribuimus, ascribimus, incorporamus et donamus per presentes iure hereditario in perpetuum tenendas, habendas, donandas, vendendas, possidendas atque pro ipsius domini Iaroslai archiepiscopi et eius successorum ecclesie Gneznensis voluntate convertendas. Preterea memorato domino archiepiscopo ac omnibus suis posteris ecclesie Gneznensis, molendinum in Queczyssow olim monialium de Strzelno, quod ab eisdem monialibus per modum vendicionis rite recessit, perpetuo et hereditarie possidendum confirmamus, predictis monialibus pro eodem molendino silencium perpetuum imponentes. Insuper de gracia nostra speciali predicto domino Iaroslao archiepiscopo admisimus et admittimus per presentes, emere et comparare bona et possessiones pro quadringentis marcis grossorum in regno nostro, ubicunque placuerit sue voluntati. Que quidem bona et possessiones predicte Czena et Michalow, et alie omnes pro predicta pecu-

nia quadringentarum marcarum per ipsum dominum archiepiscopum comparande, debent esse libere et penitus absolute ab omnibus nostris solucionibus regalibus, videlicet a porco, a vacca, bove. poralne, a stan, a stroza, a przewod, a laboribus et quibusvis aliis collectis, angariis et preangariis tam generalibus quam particularibus, quocumque vocabulo Polonicali nominentur. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem, presentes litteras dari fecimus nostri maioris sigilli munimine insignitas. Datum et actum in Brest feria tercia proxima post octavam Purificacionis sancte Marie virginis gloriose, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, presentibus hiis testibus: Daczbogone Plocensi, Alberto Cuyaviensi, Iohanne Lanciciensi palatinis, Pascone Gneznensi, Chebda Syradiensi castellanis, Wyrzbantha capitaneo Polonie, et aliis multis fidedignis. Datum per manus domini Floriani cancellarii Lanciciensis, scriptum per manus Pribislai canonici Gneznensis et prepositi Sandomiriensis ecclesiarum.

Chroslina, *Chrościce*. Crolevicze, *Królowice*. Czarnkow, *Czarków*. Conyn, *Konin*. Czena, *Cień*. Michalow, *Michałów*. Kalis, *Kalisz*. Queczyssow, *Kwieciszewo*. Strzelno, *Strzelno*. Brest, *Brześć Kujawski*.

Nr. 1401.

Kazimirus rex Polonie etc. 1359 Febr. 13, in Lovicz; confirmat literas, quas dederat Iaroslao archiepiscopo Gneznensi: **Wirzbantha tocius Polonie capitaneus 1358 Sept. 16, in Opathow.**

Pergam. orygin. Na sznurze z nici jedwabn., czerwon. i zielon. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 146.

In nomine Domini amen. Quia ea que coram capitaneis et officialibus regum fiunt et contrahuntur, a regibus et principibus approbantur merito et auctorisantur, ideoque nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non ducatuum et terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus verus et heres, perpetue memorie commendantes harum tenore litterarum notum facimus quibus expedit universis, quod ad nostram nostrorumque baronum accedens presenciam reverendus in Christo pater dominus Iaroslaus sancte Gnezdnensis ecclesie archiepiscopus, princeps noster dilectus, quoddam instrumentum cum sigillo pendenti domini Wirzbanthe nostri capitanei Polonie, non abolitum, non rasum nec in aliqua sui parte suspectum coram nobis ostendit et exhibuit ad legendum; cuius de verbo ad verbum tenor est talis: *(Sequitur diploma Nr. 1391)*.

Quo quidem instrumento lecto, dictus dominus archiepiscopus nobis supplicavit humiliter, quod idem instrumentum approbaremus. Nos vero eius iustis precibus generosius annuentes, prefatum instrumentum cum suis omnibus articulis et clausulis confirmantes, auctorisantes et ratificantes, pretactam villam Trcussovo de nostra certa sciencia memorato domino archiepiscopo, suis successoribus sancteque ecclesie Gnezdnensi prefate, tytulo predicte permutacionis apropriamus, ascribimus et incorporamus; decernentes ipsam eisdem iuribus, graciis, exempcionibus et libertatibus, quibus relique ville Gnezdnensis ecclesie per nos vel nostros predecessores sunt privile-

giate, frui totaliter et gaudere: harum quibus nostre magestatis sigillum est appensum testimonio litterarum. Actum in Lovicz feria quarta post diem beate Scolastice proxima, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, presentibus: Chebda palatino Syradiensi, Floriano cancellario Lanciciensi, Nynota Radomiensi, Zemaco Wissegrodensi castellanis, Pelca marschalco, Thomcone canonico Cracoviensi familiari curie nostre, cum aliis multis testibus fide dignis. Datum et scriptum per Iohannem de Busco, capellanum et notarium nostre magestatis.

Trcussovo, *Krtusów.* Radomiensis, *de Radom.* Wissegrodensis, *de Wyszogród.* Busco, *Busk.*

Nr. 1402.

Semovitus Troydeni dux Mazovie etc. 1359 Mai. 17, in Squyrnewicz; cum Iaroslao archiepiscopo Gneznensi de quibusdam articulis controversis, inter se, terrigenas suos et memoratum archiepiscopum emersis convenit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 1 v.

In nomine Domini amen. Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Semovitus Troydeni, Dei gracia dux Mazovie ac Cyrnensis, Warschoviensis, Ravensis, Sochaczoviensis, Czechonoviensis et Gostinensis terrarum dominus et heres, una cum baronibus et milicia nostra in Squyrnowicz, villa reverendi in Christo patris et domini, domini Iaroslai sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, cum eodem reverendo patre nostro et compatre nostro predicto sub anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, decima septima mensis Maii in unum convenientes, super quibusdam articulis, pro quibus inter nos et terrigenas nostros, ex una, et eundem venerabilem patrem et dominum, parte ex altera sepius altricacio et discrepacio vertebatur, unanimiter et concorditer duximus in hunc modum concordandum et statuendum et perpetuo observandum. Primo et principaliter, pro capite. Si homo dicti archiepiscopi domini fuerit occisus per hominem nostrum, nos caput recipiemus; et e contra, si homo noster occidatur per hominem ipsius domini archiepiscopi, ipse dominus archiepiscopus caput habebit in suo homine. Item, si in bonis ducalibus nostris, in via vel in foro, noster homo per hominem domini archiepiscopi occidetur, nos penam habemus, et ipse dominus archiepiscopus, in occisore, suo homine, caput habebit; et e contra, si in bonis archiepiscopalibus, in via vel in foro, ipsius domini archiepiscopi homo per hominem nostrum fuerit occisus, ipse dominus archiepiscopus penam habebit, nos vero in occisore, nostro homine, caput habebimus. Volumus tamen ex utraque parte, quod ipse huiusmodi occisor pueris occisi, si sunt, alioquin proximioribus agnatis iuxta consuetudinem nostre terre satisfacere teneatur, et ibidem ius inter nostros milites et dominum archiepiscopum observetur. Item, si aliquis noster miles vel alius quicunque, prefati domini archiepiscopi bona intraverit vel violenciam fecerit in eisdem, ipse dominus archiepiscopus eundem propter talem violenciam excommunicare poterit, vel coram nobis aut in nostro iudicio petere iusticie complementum. Si vero in via vel civitate aut in foro aliquis homo domini archiepiscopi quomodolibet turbatus fuerit vel offensus, memoratus dominus archiepiscopus propterea aliquem excommunicare non debebit, sed coram nobis aut in nostro

iudicio suam iusticiam prosequi tenebitur et debebit. Item, si fuerit in aliqua villa pluralitas patronorum seu heredum, ob culpam unius, quantumcunque magnam, dominus archiepiscopus ecclesiasticum interdictum ponere non debebit; sed ubi fuerit unus heres vel patronus, tunc propter culpam illius ecclesiasticum ferre poterit interdictum, vel si duxerit, eundem potest excommunicare; unus autem de pluribus patronis, in casu precedenti, qui fuerit culpabilis, excommunicari debet per ipsum. Item nos promittimus, quod si noster liber homo ad aliquam villam ipsius domini archiepiscopi transire voluerit, eidem, et eisdem si plures fuerint, transeundi liberam concedimus facultatem; et e contra, de villis suis libero homini ad nostram villam transeunti, dominus archiepiscopus eandem concedere iuxta suum promissum tenebitur libertatem. Preterea, si noster obnoxius a nobis ad villam domini archiepiscopi recesserit, licebit nobis coram ipso prelibato domino archiepiscopo vel in eius iudicio (probare) quovismodo, ipsum profugum esse et fuisse obnoxium nostrum, et ipsum in statum pristine servitutis revocare; et e contra, illud idem contra obnoxios, domino archiepiscopo omnino licere revocare a nobis, sicut de nostris prescripsimus, suos obnoxios, publice recognoscimus presencium per tenorem. Item, si cives terre Mazovie et domini Semoviti ducis permiserint nostros homines omnia venalia apud eos emere et vendere, nos illud idem eisdem omnibus concedimus graciose. Preterea statuimus, quod si homo domini archiepiscopi in civitate vel villa nostra aliquem vulneraverit vel aliter molestaverit, ipsum fideiussoria caucione astrictum, ad iudicium domini archiepiscopi remittere teneamur. Item, si in civitate vel villa nostra homo domini archiepiscopi homicidium, incendium, furtum evidens commiserit, falsam monetam cuderit vel cum ea inventus fuerit, vel virginem oppresserit, vel sacrilegium fecerit: ubicunque illud scelus perpetraverit, ibidem iudicetur; et e converso intelligi volumus de nostris hominibus, si in aliquo dictorum criminalium in archiepiscopali civitate aut villa reperiantur. In quorum omnium testimonium et perpetuam memoriam, nostrum maius sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Squyrnewicz, anno, mense, die et loco quibus supra, presentibus strenuis et nobilibus viris, dominis, fidelibus militibus et baronibus: Daczbogone Plocensi, Iohanne Lanciciensi palatinis, Nicolao Cyrnensi, Mroczkone de Ranczasz, Nemerza Sochaczoviensi, Semata Wisegradiensi castellanis, Nicolao subcamerario Gostinensi, et aliis pluribus fide dignis. Scriptum per manus Anthonii notarii curie nostre.

Cyrnensis, *de Czersk*. Ravensis, *de Rawa*. Sochaczoviensis, *de Sochaczew*. Czechonoviensis, *de Ciechanów*. Gostinensis, *de Gostyń*. Squyrnowicz, *Skierniewice*. Ranczasz, *Raciąż*. Wisegradiensis, *de Wyszogród*.

Nr. 1403.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1359 Mai. 17, in Squirznyewicze; cum Zemowito Trojdeni, duce Mazowiae, de quibusdam controversiis inter bona ecclesiae suae et terras ducis praedicti vertentibus convenit.

Kurnik. Biblioteka. Foljant II, 68. (Manuskrypt pisany w połowie XV w.)

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, cum serenissimo principe domino

Semovitho Troydeni, duce Mazovie et Czirnensis, Rawensis, Sochaczoviensis et Gostinensis terrarum herede et domino, una cum baronibus et milicia ipsius in Squirznyewicze villa nostra sub anno Domini millesimo CCC quinquagesimo nono, decima septima die mensis May, in unum convenientes super quibusdam articulis, pro quibus inter nos, ex una, et eundem dominum ducem et terras ipsius, parte ex altera sepius altricacio et disceptacio vertebatur, unanimiter et concorditer duximus in hunc modum concordandum, statuendum et perpetuo observandum. Primo et principaliter pro capitibus. Si homo ducis per hominem nostrum fuerit occisus, nos caput accipiemus, et pueri, si sunt, alias proximiores occisi cognati, satisfactionem in terra usitatam habere debebunt. Et e converso, si homo noster occidatur per hominem ducis vel militalem, dux vel milites caput in suo homine habebunt. Item, si in bonis ducalibus, in via vel foro, fieri contingat homicidium, ipse dux penam habebit, et nos caput. Et e converso, si in bonis nostris archiepiscopalibus homo percussus fuerit, molestatus vel occisus, nos penam habebimus, et dux in suo homine caput habebit. Et idem ius in militalibus est observandum. Item, si miles vel quilibet alius bona nostra intraverit et aliquam violenciam fecerit in eisdem, nos pro huiusmodi violencia poterimus vel excommunicare vel coram duce petere iusticie complementum. Si autem in via vel in civitate aut in foro aliquis homo nostre ecclesie quomodolibet fuerit turbatus et offensus, tunc non debebimus excommunicare, sed iure coram duce vel eius iudicio tenebimur prosequi iusticiam nostram. Item si fuerit in aliqua villa pluralitas patronorum seu heredum, ob culpam unius quantumcunque magnam ecclesiasticum interdictum ponere non debemus; sed ubi fuerit unus heres et patronus, tunc pro culpa illius poterit poni ecclesiasticum interdictum, unus autem de pluribus patronis in casu precedenti qui fuerit culpabilis, erit excommunicandus. Item nos promittimus, quod si noster liber homo ad villas ducales vel militales transire voluerit, concedimus eidem transeundi liberam facultatem; et e converso, de villis ducalibus vel militalibus ad nostras villas transire volentibus, dux et milites idem nobis observare promiserunt. Ceterum, si noster vel nostre ecclesie obnoxius ad villam domini ducis vel alicuius militis a nobis recesserit, licebit nobis, probato in iudicio coram duce ipsum esse vel fuisse nostrum obnoxium, eundem ad statum servitutis pristine revocare. Item, si cives terrarum Mazovie domini ducis Semovithi permiserint nostros homines omnia venalia apud eos emere et vendere, nos illud idem eisdem omnibus concedimus graciose. Preterea statuimus, quod si homo domini ducis in civitate vel villa nostra aliquem vulneraverit vel aliter molestaverit, ipsum caucione fideiussoria astrictum ad iudicium domini ducis remittere teneamur. Item, si in civitate vel villa nostra homo domini ducis homicidium, incendium, furtum evidens commiserit, falsam monetam cuderit vel cum ea inventus fuerit, aut virginem oppresserit, vel sacrilegium fecerit, ubicunque illud scelus perpetraverit, ibidem iudicetur. Et e converso volumus intelligi de nostris hominibus, si in aliquo dictorum criminum in ducali civitate aut villa reperientur. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem, nostrum maius sigillum presentibus est appensum. Actum et datum anno, mense, die et loco quibus supra, presentibus strenuis militibus, dominis Daczbogone Plocensi, Iohanne Lanciciensi palatinis, Nicolao Czirnensi, Mroczkone Rawensi, Nyemyerza Sochaczoviensi, Zemako Wischegradiensi castellanis, et Nicolao succamerario Gostinensi, et aliis pluribus fide dignis. Transivit autem per manus Martini vicecancellarii curie nostre.

Czirnensis, *de Czersk.* Rawensis, *de Rawa.* Sochaczoviensis, *de Sochaczew.* Gostinensis, *de Gostyń.* Squirznyewicze, *Skierniewice.* Wischegradiensis, *de Wyszogród.*

Nr. 1404.

Semovitus Troydeni dux Mazovie etc. 1359 Mai. 17, in Squyrnyevicze; possessionem omnium bonorum in districtu de Łowicz et terra Mazoviae locatorum et locandorum ecclesiae Gneznensi confirmat, incolasque eorum amplis privilegiis munit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 13 v.

In nomine Domini amen. Dignum fore dinoscitur, ut ea que per principes terrarum pro salutis augmento ordinantur, firma et inviolabilia perpetuis temporibus debeant permanere. Hinc est quod nos Semovitus Troydeni, Dei gracia dux Mazovie et dominus Czyrnensis, Warschoviensis, Ravensis, Sochaczoviensis, Czechonoviensis ac Gostinensis terrarum dux et heres, ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus devenire, quod quamvis inter nos, ex una, et venerabilem in Christo patrem nostrum dominum Iaroslaum de Boguria, sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum, parte ex altera, quedam altricacio super iuribus, ut nobis videbatur et dicebatur ad nos pertinentibus, in districtu Lovicensi et extra in terra Mazovie fuisset suscitata, nos tamen ad honorem Dei omnipotentis et beate virginis Marie ac sancti Adalberti martiris et pontificis gloriosi, nec non ad instantem peticionem eiusdem venerabilis patris archiepiscopi Gneznensis compatris nostri predilecti, omnia et singula locata: primo videlicet castrum et civitatem Lovicz cum theloneo, de quo datur grossus de equo et dimidius a peccore, et moneta; item Maliszicze, Duplice, duplex Kaslow et Slakow binum, Czyrnewo, Rosdzicze, Koczerzewo, Lypnycza, Ieserko, Blandowo, Sirzniky, Lagussowo, Boczkowicze, Popowo, Szabostowo binum, Campina, Patoky, Kanszicze, Sirchowo, Sampky, Cossowo, Scymicze, Pamantchna, Damba, Squyrnyevicze, Mocra, Siracovicze, Stachlevo, Bobrownyky, Lupa, Mislawkowo, Ianovicze, Bednari, Zelkovicze, Rethszicze, Iaczachowo, Sloncowo, Lagowo, Czatolino, Lyskovicze, Kalinicze, Pczonow, Stronovicze, Domanyevicze, Skarschathkovicze, Lyschonicze, Chroslino, Mistkovicze, Bochnya, Ostrow Gregorii, Otholicze, Pelascowo, Domkovicze, Brathkovicze, Macow, Criscze, Dambrovicze, Blone, Goczonow, Pliczwa, Kaveczino, Drzewcze, Chlebowo, Bobrowa, Lypcze, Luben, Slupp, Modla, Przibiscze, Gsow, Ianislavicze, Rethsul, Borislaw, Iarosowa, Lnysno, Mnychovicze, Iasona, Stoczyglodi, Wyschokynicze, Langonicze, Slotha, Gluchowo, Milochnyevicze, Balinino, Polky super Wislam, et in Redzine duo mansi, et Ostrow super Pylczam, Pothczorzicze, Wola, Przeloth: et in posterum locanda in toto districtu Lovicensi et extra, prout in suis limitibus circumferencialiter sunt distincta et limitata, cum omnibus et singulis iuribus, utilitatibus ac proventibus, queque inibi pronunc sunt et in posterum potuerint locari et haberi: videlicet silvis, venacionibus, pratis, fluviis, molendinis, piscinis, lacubus, mellificiis et borris, ac donacionibus, graciis, privilegiis, exempcionibus et quibuslibet concessionibus, prout ab olim et a tempore, cuius contrarii memoria non existit, per archiepiscopos et ecclesiam Gneznensem fuerunt et sunt tenta et possessa, nostrorum progenitorum vestigiis inherentes, ex certa nostra sciencia, de consilio et assensu nostrorum baronum eidem sancte ecclesie Gneznensi tenore presencium, tanquam tenta et possessa per archiepiscopos,

approbamus et innovamus, damus, concedimus et donamus perpetuis temporibus valitura; facientes et volentes quoslibet inhabitatores seu incolas eiusdem Lovicensis districtus et extra in terra Mazovie, liberos et ipsius ecclesie obnoxios, perpetuo fore absolutos et exemptos a nostra et castri citacione, ac a nostro et palatini, si fuerit, iudicio, et aliorum omnium castellanorum, iudicum, subiudicum et quorumcunque officialium, quocunque nomine appellentur; ab omnibus quoque solucionibus, exaccionibus, collectis universis, generalibus et specialibus, ac tributis, videlicet a podvorove, poradlne, sepp, a bove, vacca, porco, ove, perna, a stan, a nastana, a poyazd, a narzas, a prevod, a podvod, a godne, a przewor, obrazne, a venacionibus, a caniductoribus, a custodia, a falcone, a conductu falconariorum et procuracione equorum quorumlibet et canum venaticorum; et generaliter ab omnibus angariis et perangariis et vexacionibus quibuscunque, ac ab universis laboribus, et specialiter ab edificacione et reedificacione et custodia castrorum, et ab expedicionibus quibuscunque intra et extra terram, a fossione fossatorum, penitus eximimus, absolvimus et liberamus. Venaciones eciam prefatus dominus archiepiscopus et sui successores, videlicet cervorum, capriollorum, scropharum, porcorum et porcarum silvestrium, hinnularum, nisorum, castorum, leporum, vulpium et omnium aliarum ferarum et animalium quarumlibet, accipitrorum, nisorum et falconum, et omnium avium aliarum; piscaturas in quibuslibet fluviis quorumlibet piscium habebunt et exercebunt absque aliqua contradiccione, prout ab olim habuerunt et exercuerunt: in quibus omnibus et singulis premissis, profitemur et recognoscimus nos penitus nichil iuris habere, excepta dumptaxat bubali, vulgariter tur venacione; recipientes ipsum dominum archiepiscopum et omnia predicta bona et iura ipsius ecclesie predicte in nostram et nostrorum legittimorum posterorum tutelam et proteccionem, promittentes ipsius homines quoslibet et omnia predicta iura, a qualibet violencia et iniuria pro posse nostro tueri et defensare. Et quia prefatus districtus Lovicensis noscitur esse situs in nostro dominio et ducatu Mazoviensi, in signum et recognicionem nostri dominii, pro nobis et nostris posteris seu successoribus, filiis ac nepotibus nobis in ducatu Sochaczoviensi legittime succedentibus, in districtu prelibato Lovicensi ipse dominus archiepiscopus cum suo Capitulo villam Medvnenicze vulgariter dictam, prout in suis limitibus circumferencialiter est distincta, cum omnibus utilitatibus, fructibus ac proventibus qui nunc ibidem sunt et in posterum poterunt haberi, cessit et donavit perpetuo, per nos et nostros posteros ut premittitur legittimos habendam et possidendam; ac insuper unam marcam auri vel tredecem marcas grossorum, pro marca qualibet xlviii grossos computando, in festo Circumcisionis Domini singulis annis nobis et nostris posteris, filiis vel nepotibus, similiter perpetuis temporibus in signum dominii dare tenebuntur et presentare. In cuius rei testimonium, presens privilegium scribi et sibi memorato domino archiepiscopo dari iussimus, nostrique sigilli maioris appensione et impressione ad faciem, minoris seu secreti vero ad tergum eiusdem impressione muniri. Actum et datum in Squyrnyevicze xvi Kalendas Iunii seu xvii die mensis Maii, anno Domini m.ccc.lix, presentibus strenuis et nobilibus viris, dominis, nostris militibus fidelibus et baronibus: Daczbogone Plocensi, Iohanne Lanciciensi palatinis, Nicolao Cirnensi, Mroczcone de Ranczas, Nemersa Schochaczoviensi castellano, Nicolao iudice Ravensi et Sochaczoviensi, Nicolao vexillifero Lanciciensi, Nicolao subcamerario Gostinensi, Iohanne subvenatore Ravensi, et aliis quam pluribus fide dignis. Scriptum per manus Anthonii notarii curie nostre.

Czyrnensis, *de Czersk.* Ravensis, *de Rawa.* Czechonoviensis, *de Ciechanów.* Gostinensis, *de Gostyń.* Boguria, *Bogorja.* Maliszicze, *Małszyn.* Duplice, *Duplice.* Duplex Kaslow, *Kozłów biskupi i K. szlachecki.* Slakow binum, *Złaków borowy i Z. kościelny.* Czyrnewo, *Czerniew.* Rosdzicze, *Rużyce.* Koczerzewo, *Kocierzew.* Lypnycza, *Lipnice.* Ieserko, *Jeziórko.* Blandowo, *Błędów.* Sierzniki, Łaguszew, Boczkowice, Popow, *dziś tak samo.* Szabostowo binum, *Zabostów wielki i Z. mały.* Kapina, Patoki, Kęszyce, Sierzchów, Ząbki, *dziś tak samo.* Cossowo, *nie odgadnione.* Scymicze, *Samice.* Pamantchna, *Pamiętna.* Damba, *Dąbia.* Squyrnyevicze, *Skierniewice.* Mokra, Sierakowice, Stachlew, Bobrowniki, *dziś tak samo.* Lupa, *dziś pewnie Lipszczyna.* Mislawkowo, *Myślaków.* Janowice, Bednary, Zielkowice, Rzeczyce, Jacochowo, Słonków, Lagowo, Czatolin, Łyszkowice, Kalenice, Pszczonów, Stroniewice, Domaniewice, *dziś tak samo.* Skarschathkovicze, *Skaratki.* Lyschonicze, *Lisienice.* Chruślin, Mystkowice, Bochnia, *dziś tak samo.* Ostrow Gregorii, *Ostrów.* Otolice, Pilaszków, Dąbkowice, Bratkowice, Maków, *dziś tak samo.* Criscze, *Kręsce.* Dambrovicze, *Dąbrowice.* Blone, *Błonie.* Goczonow, *Godzianów.* Plycwia, Kawęczyn, Drzewce, Chlebów, Bobrowa, Lipce, *dziś tak samo.* Luben, *pewnie Łubno.* Slupp, *Słupia.* Modla, *dziś tak samo.* Przibiscze, *Przybyszyce.* Gzów, Janisławice, Rzeczul, Borysław, *dziś tak samo.* Iarosowa, *nie odgadnione; może też Borysław zwał się dawniéj Bor. Jaroszów.* Lniśno, Mnichowice, Jasienie, Stoczykłody, Wysokienice, Langonice, Złota, Głuchów, Miłochniewice, Białynin, *dziś tak samo.* Polky super Wislam, *Pólko.* Redzine, *Redzin.* Ostrow super Pylczam, *Ostrówek.* Pylcza, *rz. Pilica.* Pothczorzicze, *Podgorzyce.* Wola, *Wola Magierowa.* Przeloth, *Przylot.* Medvnenicze, *Miedniewica.* Ranczas, *Raciąż.*

Nr. 1405.

Kazimirus rex Polonie 1359 Iun. 11, Cracovie; Iaroslao archiepiscopo Gneznensi pro 100 marcis grossorum, nomine decimae quadriennalis ab eodem cleroque eius dioecesis receptis apocham largitur.

Pergam. orygin., w którego dolnym, założonym brzegu pasek pergamin. przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 147.

Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie recognoscimus harum serie litterarum quibus expedit universis, a venerabili in Christo patre domino Iaroslao divina providencia sancte Gnesdnensis ecclesie archiepiscopo et Capitulo suo eiusdem ecclesie, nec non a clero sue dyocesis centum marcas grossorum recepisse pro ultimo termino anni quarti decime quadriennalis, de qua summa pecunie ipsum dominum archiepiscopum, Capitulum suum predictum et clerum sue dyocesis absolvimus presentibus et quitamus. Preterea, de gracia nostra speciali de predictis centum marcis grossorum, quinquaginta marcas grossorum Rutheno War nomine dedimus, et residuas quinquaginta marcas grossorum pro capella nostra regia in ecclesia Gnesdnensi dedimus et asignare non obmisimus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum et datum Cracovie feria tercia post festum Penthecosten, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono.

Nr. 1406.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1359 Aug. 28, Gnezne; monasterio de Byszewo in recompensam 60 marcarum grossorum pro fabrica ecclesiae Gneznensis ab eo receptarum, decimas campestrales de 200 mansis in castellania Naklensi sitis largitur.

Pergam. orygin. Na sznurach z nici jedwabnych, wyblakł. przywieszono dwie pieczęcie. Pierwsza podługowata wyobraża Biskupa na tronie, pod którego stopami na trójkątnéj tarczy godło rodu Bogorjów; napis: S. Iaroslay. Dei ... Gneznen. Achiepi. *Druga pieczęć Kapituły Gnieźnieńsk.;* (pieczęć XXIV).

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 89.

In nomine Domini tociusque celestis curie amen. Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus universis ad quos presentes pervenerint volumus fore notum, quod cum ecclesia nostra Gneznensis vetustate consumpta ruginam minaretur, religiosus vir frater Iohannes abbas Bysszoviensis Cysterciensis Ordinis una cum suo conventu, pietatis recensentes opera, sexaginta marcas grossorum paratorum manu adiutrici pro fabrica ecclesie eiusdem porrexerunt; preterea decimam in villa Sadky vulgariter dicta, que ab olym ad abbatem et conventum monasterii predicti pertinebat, ipse abbas una cum conventu suo predicto, non compulsi, non coacti nec aliquo dolo vel fraude circumventi, sed mera liberalitate nobis et mense nostre archiepiscopali in perpetuum dederunt et assignarunt. In quorum recompensam, abbati et conventui predictis decimas campestrales, que in bonis ipsorum infra notatis ad mensam nostram pertinerent de ducentis mansis iure Culmensi mensurandis in mericis seu nemoribus sitis in castellania Naklensi, perpetuis temporibus damus, atribuimus, resignamus et assignamus in bonis que secuntur, videlicet in Luczime, Mancovarsco et in Ossek, in quibus siquidem bonis decimam campestralem ut est premissum percipient pacifice et quiete. Quodsi in prefatis mericis seu bonis ipsorum ducenti mansi non poterint exmensurari, tunc in aliis eorundem nemoribus incultis, ubi nostre mense debebuntur decime, pretaxatum numerum promittimus inplere. Ceterum, alias decimas per felicis recordacionis dominum Iacobum predecessorem nostrum archiepiscopum Gneznensem ex causa permutacionis eisdem fratribus donatas, scilicet in utroque Wirzchuczino, Lanczsco, Wiskydno, Wanwelno, Tuscovo, Sanseczno, Senno, Dambowo, Dzedno, in territorio Naklensi, et in Bradleviricza in districtu de Raczecz, ut in privilegiis super hoc confectis plenius continetur, auctoritate qua fungimur ex certa sciencia in nomine Domini confirmamus. Actum et datum Gnezne quinto Kalendas Septembris, anno Domini **m.ccc** quinquagesimo nono; in cuius rei testimonium, nostrum et nostri Capituli Gneznensis sygilla sunt appensa presentibus. Testes vero premissorum hii sunt viri honorabiles, domini Iohannes decanus, Przeczslaus archidiaconus, Kelczo scolasticus, Petrus custos Gneznensis, Albertus decanus Wrathislaviensis, Iohannes prepositus Kalyssiensis, Swanthomirus custos Lanchiciensis, atque alii plures fidedigni.

Bysszoviensis, *de Byszewo.* Sadky, *Sadki.* Culmensis, *de Chełmno.* Luczime, *Luczmin.* Mankowarsk, Osiek, *dziś tak samo.* Utrumque Wirzchuczino, *Wierzchucin szlachecki i W. królewski.* Lanczsco, *Łącko.* Wyskidno, Wąwelno, Tuszkowo, Sam-

sieczno, *dziś tak samo.* Senno, *Sienno.* Dambowo, *Dębowo.* Dzedno, *Dzidno.* Bradleviricza, *może Zbrachlin; cnfr. Nr. 830.* Raczecz, *Raciążek.*

Nr. 1407.

Iohannes abbas totusq. conventus monasterii Byssoviens. 1359 Aug. 28, Gnezne; ecclesiae Gneznensi, pro decimis de ducentis mansis nemorum in castellania de Nakło sitorum, ab archiepiscopo Iaroslao obtentis, decimam in villa Sadki donant.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 56 v.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes Dei paciencia abbas totusque conventus monasterii Byssoviensis Wladislaviensis diocesis, Cisterciensis Ordinis, universis presencium noticiam habituris volumus esse notum: quod cum reverendus in Christo pater et dominus, dominus Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, liberali clemencia nobis nostroque dicto monasterio decimas mense sue nostris in nemoribus in castellania Naklensi extirpandis de ducentis mansis donaverit, huiusmodi donacionis in recompensam, sibi memorato domino Iaroslao et mense ipsius, suisque quibuslibet successoribus archiepiscopis Gneznensibus qui fuerint pro tempore et mense ipsorum decimam nostram seu monasterii nostri predicti Byssoviensis in tota villa domini regis Polonie que vocatur Sadky, sita in prefata castellania Naklensi, dedimus et assignamus, damus, attribuimus, resignamus in perpetuum et donamus, per ipsum dictum dominum et suos successores archiepiscopos Gneznenses tenendam, habendam perpetuo ac possidendam; renunciantes expresse, nominibus propriis et successorum nostrorum, omni excepcioni, per quam hec nostra donacio quomodolibet posset impediri, transferentes in ipsum et suos successores totum ius, quod nobis et dicto nostro monasterio in prefata decima competebat. Actum et datum Gnezne quinto Kalendas Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, presentibus religiosis viris Iohanne priore, Tilone subpriore, Iohanne custode, Gothfredo claviero, Iohanne cantore, Folkmaro camerario, Iacobo magistro hospitum, et aliis fratribus quam pluribus monasterii predicti Byssoviensis. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti nostri conventus sigilla presentibus sunt appensa.

Byssoviensis, *de Byszewo.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Naklensis, *de Nakło.* Sadky, *Sadki.*

Nr. 1408.

Fr. Iohannes abbas etc. totusque conventus monasterii Bissowiens. 1359 Sept. 2, in monasterio Bissowiensi; archiepiscopis Gneznensibus decimam de villa Sadki, et pro fabrica ecclesiae kathedralis 60 marcas grossorum largiuntur.

Pergam. orygin., u którego na sznurku jedwabnym, czerwon. przywieszona podłużowata pieczęć, bardzo wypełzła, daje rozpoznać pod cymborium stojącą osobę duchowną, wspartą prawicą na pastorale.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 148.

Nos frater Iohannes abbas et Iohannes prior totusque conventus monasterii Bissowiensis, Cisterciensis Ordinis, universorum noticie declaramus, quod in recompensam multorum beneficiorum, quibus nostram devocionem multipliciter consolatus est reverendus pater, reverendus dominus Iaroslaus Dei gracia Gneznensis archiepiscopus: et inter alia dedit nobis decimas de ducentis mansis in mericis nostris exmensurandis, prout hoc in privilegio suo plenius continetur: eidem suisque successoribus archiepiscopis Gneznensibus, qui per tempora fuerint in perpetuum, decimam nostram in Sadki villa domini regis Polonie in districtu Naklensi damus, attribuimus et assignamus, quocirca sexaginta marcas grossorum paratorum, ad honorem Dei et sancti Adalberti atque ob graciam memorati domini Iaroslai archiepiscopi, ad fabricam sue Gneznensis ecclesie dare et exsolvere promittimus bona fide. Actum et datum in monasterio Bissowiensi IIII Nonas Septembris, presentibus religiosis viris, fratribus eiusdem nostri monasterii: Tilone subpriore, Iohanne custode, Gotfredo clavigero, Wolkmaro camerario, Iohanne cantore, et aliis pluribus fratribus, monachis cenobii nostri Bissowiensis predicti. In cuius rei testimonium, nostrum nostrique conventus seu capituli claustri prenotati sigilla presentibus sunt appensa, anno Domini M.CCC.L. nono.

Bissowiensis, *de Byszewo.* Sadki, *Sadki.*

Nr. 1409.

Kazimirus rex Polonie etc. 1359 Oct. 3, Cracovie; confirmat venditionem hereditatis Jerzowice, ab heredibus de Bieganów in rem ecclesiae Gneznensis factam.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 102 v.

In nomine Domini amen. Cum omnes vendiciones, resignaciones et renunciaciones sub principum rathihabicione procedentes, eo pociori gaudeant firmitate quo fuerint scriptis eorundem autenticis roborate, ideo nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque terrarum dominus verus ac heres, notum facimus tam presentibus quam futuris harum serie litterarum quibus expedit universis, quod ad nostram nostrorumque baronum

accedentes presenciam fideles nostri Thomislaus filius Woyslay, Nicolaus filius Gethcze, ac domina Sventoslava relicta Imislai, heredes de Beganow, sani et racionabiles existentes, non coacti, non compulsi, non dolo aut fraude circumventi, sed cum bona et matura suorum antiquorum (sic) voluntate publice recognoverunt et sunt fassi et confessi, partem et partes hereditatis Iezovicze nominate, situate prope Curzelow, ipsos et ipsorum quemlibet contingentem et contingentes, prout eedem partes ipsorum totam eandem hereditatem Iezovicze continent, sicuti est in suis gadibus et graniciis ab antiquo circumferencialiter distincta et terminata, cum omnibus utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, appendiis et obvencionibus singulis ac universis, qui nunc sunt et poterunt esse in futuro, pro decem et centum marcis grossorum Pragensium numeri in nostro regno currentis, videlicet quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, reverendo in Christo patri domino Iaroslao sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopo ac eidem ecclesie Gneznensi se vendidisse; resignantes quilibet eorum suam partem hereditatis prefate libere domino archiepiscopo et sue ecclesie Gneznensi predictis, perpetuis temporibus tenendas, habendas, possidendas et iuxta suum placitum convertendas et disponendas, nichil iuris aut dominii sibi vel suis pueris aut quibuscunque successoribus inibi reservando; promittentes expresse pro omni eviccione, intercessione ac exbrigacione, in iudicio vel extra iudicium, si per aliquem vel aliquos predictis domino archiepiscopo et ecclesie Gneznensi questio sive aliquod oriretur et fieret impedimentum. Nos igitur predictas vendiciones et resignaciones, utpote rite et racionabiliter et propter pios usus initas et celebratas, ob reverenciam beati Adalberti martiris et pontificis gloriosi, dicte Gneznensis ecclesie et nostri patroni, graciose, ymmo devotissime admittentes gratasque, firmas et perpetuas habere volentes, ipso domino archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Gneznensi appropriamus, atribuimus, ascribimus et incorporamus, declarantes et decernentes: exnunc eandem hereditatem Iezovicze cum suis omnibus incolis, per omnia et ex toto, eisdem graciis, beneficiis et libertatibus frui et gaudere, quibus omnes alie hereditates ecclesie Gneznensis prelibate, ex concessione nostra nostrorumque progenitorum et predecessorum privilegiate sunt et munite: harum quibus nostre maiestatis est appensum sigillum testimonio litterarum. Actum Cracovie feria quinta proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, presentibus Imramo palatino Cracoviensi, Dobeslao castellano Visliciensi, Nicolao dicto Puscz subdapifero, Wylczkone subiudice Sandomiriensibus, Iacobo herede de Cluczsko, et Dominico camerario dicti palatini. Datum per manus domini Ianussii cancellarii nostri Cracoviensis.

Beganow, *Bieganów*. Iezovicze, *Jerzowice*. Curzelow, *Kurzelów*. Visliciensis, *de Wiślica*. Cluczsko, *Kluczewsko*.

Nr. 1410.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1359 Nov. 19, Grzegorzow; monasterio de Mogilno sex mansos et molendinum in villa Olsze restituit, quos a Michaele herede de Koszanowo modo permutationis bonorum receperat, et insuper decimas in villa Wojcin largitur.

Pergam. orygin., w kilku miejscach przetarty. Dwa sznury z nici jedwabnych; pierwszy wyblakły, drugi czerwony, żółty i biały; z obu znikły pieczęcie.

Mogilno. Privilegia monasterii. V, 1.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus universis tam presentibus quam futuris quorum interest, quod licet dominus Ianislaus, bone memorie predecessor noster inmediatus, cum nobili viro domino Michaele olim herede de Koszonow commutacionis contractum de villis fecisset infrascriptis, dando sibi nomine Gneznensis ecclesie villam Wlokna dictam vulgariter ecclesie memorate, prope Oborniki sitam in terra Polonie, pro villa Falencino dicta, Queczisewo archiepiscopali nostro oppido contigua, nec non pro sex mansis Francicis, molendino et rubetis, quos et que idem Michael in villa Olse dicta abbatis et conventus de Mogilno Ordinis sancti Benedicti per multos annos pacifice possidebat, quemadmodum in litera abbatis et conventus predictorum, eidem Michaeli super huiuscemodi possessionibus et bonis data plenius continetur: quia tamen religiosus vir frater Borislaus abbas monasterii predicti cum suo conventu, per pretactorum bonorum et possessionum alienacionem monasterium ipsorum aliqualiter fore lesum asserentes, nobis pro relevamine huiusmodi lesionis humiliter supplicavit: nos vero ipsorum devotis precibus aurem benivolam affeccione aponentes paterna (*10 lit. del.*) oracionibus eo participare uberius, quo ipsis beneficia karitatis peramplius largiremur, damus, conferimus et perpetuo donamus per presentes, sub ratihabicione fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli, supradicto conventui monasterioque ipsorum de Mogilno censum, qui nomine decime nobis debetur in Woyuczino villa ipsorum et sortibus omnibus ad ipsam Woyuczino pertinentibus ab antiquo, sicut pronunc suis limitibus est distincta, exceptis duabus marcis grossorum, quadraginta octo grossos pro marca computando, quas prius in censu qui loco decime solvitur hereditatis predicte, sanctimonialibus et preposito Strelnensi Ordinis Premonstratensis contulimus, domini nostri principis illustris Kazimiri regis Polonie precibus inclinati. Item damus eidem monasterio modo ut prefertur sex mansos, molendinum et cuncta rubeta in Olse villa monasterii prenotati, cum omni iure et dominio, quod in ipsis virtute commutacionis predicte habebamus, pure et bona fide renunciantes sex mansis, rubetis et molendino prelibatis, nichil iuris nobis et successoribus nostris reservantes in eisdem: eo duntaxat excepto, quod si dictus abbas vel quispiam alius, ipsius abbatis et conventus predicti consilio et inductu, nos et ecclesiam nostram ullo umquam tempore super villa Falenczino, olim eciam Queczisewo ecclesie nostre opido coniuncta, citaverit vel quoquomodo impediverit cum effectu, quod extunc ipso facto dictus census in Woyuczino, sex mansi, molendinum et rubeta in Olse pretacta, ad mensam nostram et ecclesie nostre Gneznensi redeant ipso facto, et nichilominus ultra restitucionem predictorum, nobis et ecclesie nostre ad dampna et interesse tenebuntur. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti

nostri Capituli sigilla duximus appendenda. Datum Grzegorzow in die beate Elizabeth vidue, anno Domini M.CCC.LIX, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Iohanne decano, Swanthomiro custode Lanciciensi, canonicis Gneznensibus, Alberto, Mathia et Nicolao Lanciciensibus canonicis, et aliis pluribus fidedignis.

Koszanowo, Włokna, Oborniki, *dziś tak samo*. Falencino, *osada znikła*. Queczisewo, *Kwieciszewo*. Olse, *Olsze*. Mogilno, *Mogilno*. Woyuczino, *Wojcin*. Strelnensis, *de Strzelno*. Grzegorzow, *Grzegorzew*.

Nr. 1411.

Thomislaus proconsul et consules in Mesericz 1359 Dec. 11 (?), in Mesericz; protestantur, Wenczkonem scultetum de Karnin et monasterium Paradyż certis sub conditionibus concordiam inivisse.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci. Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 20.

Noverint universi tam presentes quam posteri quorum interest presens audire scriptum lucide et aperte sub certa propalacione, quod sub anno dominice Incarnacionis millesimo ccc quinquagesimo nono, feria quarta infra octavas eiusdem, in nostra videlicet Thomislai proconsulis, Gisonis, Hermanni carpentariorum, Barthuskonis Caschube, Iohannis Lasche et Clavkonis Nuendorp, consulum in Mesericz universitatisque eiusdem presencia in consilio nostro pleno et fesso (sic) Wenczko scultetus de Kernin una cum fratre suo, ceterisque sibi amicis existencia corporali constitutus, iuxta reatum et meritum prout deliquid (sic) quam pluribus extat enodatum, cum reverendo domino, domino Iohanne abbate in Paradiso et suo totali cum conventu, consilio et arbitracione quorundam nobilium et suorum tunc presencium fretus et sane perusus, cuiusvis doli scrupulo prorsus evitato, amicabilem inivit concordiam et largam unionem hoc modo: quod omnis controversia, error et dissensio inter dictum dominum abbatem et suum conventum, parte ex una, et Wenczkonem nec non suos speciales amicos et singulares sibi adherentes, parte ex altera, pro tempore ventilans evulso et perdurans penitus sit exstincta realiterque sopita; tali condicione interiecta, quod narratus dominus abbas et suus conventus iniurias et angarias per dictum Wenczkonem minus iuste emulose illatas, de consueta benignitate et gracia indulsit sincereque pepercit intuens peticiones proborum et labores. Preterea prefatus Wenczko se ipsum offerens in dicti domini presencia, petens obnyxe et rogitans suis cum amicis, ab eo recipi decem marcas grossorum Polonicalium pro condigna recompensa, in quibus dictus dominus et suus conventus, quamvis alcius deliquisset, victus prece et misericordia acceptando stat contentus: pro quibus supradictus Thomislaus proconsul, Heinczko et Haneko fratres dicti de Ankno ibidem advocati, Iacobus scultetus de Czekow, Heyne Bule de Luppov scultetus, Michahel scultetus de Ulim, Stephanus de Mornow necnon scultetus de Genim coniunctim et manu solida sub fideiussoria caucione stipulando ingesserunt promittentes taliter, quod predictus Wenczko quinque marcas grossorum in festo sancti Michahelis proxime venturo, et alias quinque marcas grossorum in Carnisprivio nunc instanti dicto domino et suo conventui dare debet in Paradyso procrastinatione procul data. Si secus fecerit quod absit,

dictas decem marcas fideiussores annotati solvere tenentur terminis prestitutis, prout manu solida non compulsi nec coacti se involverunt; alioquin dampnum inde perceptum, in ipsos fideiussores uberius redundabit, respondeant quippe satisfaciendo. Ne autem deterius contingat, dictus Wenczko cum fratre suo et fideiussoribus quibus supra, pro originali sedicione, controversia, dissensione, guerra et errore, si nonnulla suborta extiterant, firmiter promiserunt inviolabiliter servaturum. Suspecti vero, si qui sint, tam incole de Kernyn quam et familia eiusdem domini, ea racione in perpetuum non debent molestari, sed pocius promoveri; insuper dominum abbatem et suum conventum, secundum quod dignitas exigit, reverenter honorare, bona ipsorum ubilibet quociens indiguerit alacriter gubernare. Pro quibus omnibus et singulis quibus supra, iam dicti fideiussores rate, grate et firme evis temporibus habituros, dolo semoto astrinxerunt. Quas quidem promissiones sollempniter coram nobis celebratas racionabiliterque confectas, ad manus strenui viri et domini eximii Dyrskonis de Wissenze subcamerarii Poznaniensis et elegantis fratris sui Vincencii virique venustati, utputa reverendo domino abbati et suo conventui, manu solida, dolo deposito polliciti sunt, liquide promiserunt, nunquam callide aut sinistre infringere spoponderunt. Actum et datum anno, die et loco quibus supra. Ne autem dicta contractus unio pariter et amicabilis composicio, per aliquos suasione maligna seductos, in posterum queat irretiri aut mente nebulosa perfide violari, presentes communire fecimus sigillo eiusdem civitatis appendente, in evidens testimonium premissorum.

Mesericz, *Międzyrzecz*. Kernin, *zam. Karnin, dziś z niemiecka Kernein*. Paradisus, *klasztor Paradyż*. Ankno, *zam. Altenhof czyli Stary dwór*. Czekow, *Zechow*. Luppov, *Loppow*. Ulim, *Eulain*. Mornow, *Morrn, z niem. zam. Murzynów*. Genim, *Gennin*. Wissenze, *z niem. zam. Weissensee, t. j. Chyciny*.

Nr. 1412.

Kazimirus rex Polonie etc. 1360 Ian. 3, Cracovie; ratam habet resignationem villae Komparzew a Petro de Bogorja Gneznensi ecclesiae eisdem conditionibus factam, quibus ipsam: **Thomislaus filius Woyslay heredis de Beganovo 1358 Nov. 2, in Curzelow** vendiderat, instrumentum quoque huius venditionis confirmat.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 102.

In nomine Domini amen. Cum omnes resignaciones et renunciaciones sub principum ratihabicione procedentes, eo pociori gaudeant firmitate quo fuerint scriptis eorundem autenticis roborate, igitur nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque ducatuum et terrarum dominus verus ac heres, perpetue memorie commendantes harum quibus expedit tam presentibus quam futuris testimonio litterarum notum facimus universis, quod ad nostram nostrorumque baronum accedens presenciam ffidelis noster Petrus de Bogoria, sanus per omnia et racionabilis existens, non coactus nec aliquo dolo circumventus vel seductus, sed cum bona et matura deliberacione renuncians ville Camperzevo dicte prope Curzelov situate, ipsam in Christo patri domino Iaroslao, sancte ecclesie

Gneznensis archiepiscopo et eidem ecclesie Gneznensi, nichil iuris, proprietatis aut dominii sibi vel suis heredibus seu successoribus quibuscumque quovismodo relinquendo, resignavit cum eisdem condicionibus et modis, quibus eandem emerat villam, in quodam instrumento infrascripto quod in nostri medium produxit contentis, expressis et clarius specificatis: cuius quidem instrumenti tenor de verbo ad verbum est talis: (*Sequitur diploma Nr. 1392*).

Nos vero rex predictus sane considerantes, quod sicut Dei omnipotentis sunt omnia et ab ipso processerunt, sic licite in persona sancte matris militantis Ecclesie ingredi merito debeat ad ipsum, predicte hereditatis Camparzevo vendicionem et resignacionem predicto Petro de Bogoria factam, cum omnibus modis, clausulis, articulis et condicionibus in dicto instrumento habitis et declaratis in predictum dominum archiepiscopum Gneznensem et eandem ecclesiam Gneznensem transeuntes, ratam et gratam penitus habentes approbamus, ratificamus et confirmamus, ipsamque hereditatem Camparzevo cum omnibus suis obvencionibus, appendiis et utilitatibus universis, habitis et habendis, iam dicto domino archiepiscopo et sue Gneznensi ecclesie suisque successoribus atribuimus, ascribimus, appropriamus et incorporamus perpetuis temporibus habendam, possidendam et ad suum placitum disponendam et convertendam; declarantes eandem hereditatem Camparzevo cum suis omnibus incolis, eisdem graciis et libertatibus frui et gaudere, quibus alie omnes hereditates ecclesie Gneznensis prefate, de concessione nostra nostrorumque predecessorum privilegiate sunt et munite: harum quibus nostre maiestatis est appensum sigillum testimonio litterarum. Actum Cracovie in octava sancti Iohannis apostoli et ewangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo; presentibus Iaskone Iura Cracoviensi, Iaskone Woyniciensi, Ninota Radomiensi, Savissa Sandeczensi castellanis, Petro dicto Neorza tribuno, Niczcone dicto Pusez subdapifero Cracoviensibus, Ottone cancellario Polonie. Datum per manus venerabilis viri domini Ianussii decretorum doctoris, cancellarii nostri Cracoviensis et decani.

Bogoria, *Bogorja.* Camperzevo, *Komparzew.* Curzelov, *Kurzelów.* Woyniciensis, *de Wojnicz.* Radomiensis, *de Radom.* Sandeczensis, *de Sandecz, czyli Sącz.*

Nr. 1413.

Borislaus abbas Mogilnens. etc. 1360 Ian. 27, in Mogilno; ab Iaroslao archiepiscopo Gneznensi sex mansos Francicos, rubeta et molendinum in villa Olsze, nec non census quosdam in villa Wojcin accipit, pro quibus iuri suo, si quod in villa Falęcin habuerit, renuntiat.

Pergam. orygin. z dwoma pieczęciami podługowatemi. Pierwsza przywieszona na sznurze z nici jedwabn., czerwon. i biał. przedstawia Opata w infule, prawica błogosławiąca, lewa wsparta na pastorale; napis: S. Fratris Borislai abatis de Mogilna. *Druga na niciach jedwabn., wyblakłych, klasztoru Mogilnickiego;* (pieczęć XL).

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 149.

In nomine Domini amen. Ab humana facilius memoria elabuntur, que nec litterarum serie nec proborum virorum testimonio fuerint perhennata. Quam ob rem

noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos Borislaus divina paciencia abbas Mogilnensis, frater Stanislaus custos et frater Mathyas procurator, totusque conventus monasterii Mogilnensis Ordinis sancti Benedicti dyocesis Gneznensis tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod frater Nicolaus pie memorie quondam abbas monasterii supradicti, communicato conventus sui consilio pariter et assensu, hereditates suas, videlicet Falenczino circa Queczissow, et sex mansos Francicos, molendinum et quedam rubeta in villa nostra Olse, nobili viro Michaeli heredi de Kozzonow, legittimis ex causis, ducti monasterii necessitate vendiderunt et tenutam tradiderunt perpetuis temporibus valituram, sibi et monasterio suo in eisdem nichil iuris penitus reservantes, prout ex litteris eorumdem abbatis et conventus plenius sumus informati. Demum Michael supradictus infra plures annos bona prenominata pacifice possidendo, ipsum Falenczino cum prefatis sex mansis, molendino et rubetis, cum venerabili in Christo patre felicis memorie Ianislao archiepiscopo Gneznensi et eius ecclesia Gneznensi commutavit, et in ipsum archiepiscopum et eius ecclesiam, posessionem titulo permutacionis ut prefertur transtulit spontanea et libera voluntate, recipiens ab eodem domino archiepiscopo et eius ecclesia villam prope Oborniki, Wlokna vulgariter nuncupatam, pro se et suis successoribus, perpetuo similiter possidendam. Deinde nos, credentes ad hoc aliquod ius habere ad bona suprascripta, ad eundem (sic) dominum archiepiscopum accedentes, pro bonis supradictis ipsum habuimus commonitum persuasione minus iusta concitati, humiliter eidem supplicantes, ut in aliquo, non ex debito, sed pure propter Deum nos et nostrum monasterium respicere de aliquo dignaretur. Qui motus misericordia, sub ratihabicione fratrum suorum Gneznensis videlicet Capituli nobis et nostro monasterio sex mansos, molendinum, rubeta predicta, ac census suos in Woyuczino et sorcium eidem adiacencium qui nomine decime sibi debentur in predictis, duabus marcis grossorum que monasterio de Strzelno dyocesis Wladislaviensis perpetuo debentur dumtaxat exceptis, donavit, tradidit et in perpetuum ascripsit, nichil iuris seu dominii pro se vel ecclesia Gneznensi in eisdem reservando. Nos vero in recompensam pietatis supradicte, si aliquod ius in villa Falenczino sepedicta nobis vel nostro monasterio competit vel conpetere posset in futuro, ex mera voluntate et ex certa sciencia, communicato nobiscum maturo consilio, bona fide nostro monasteriique nostri Mogilnensis nomine renunciamus omni iuri et accioni, repeticioni et impeticioni, promittentes, nos et monasterium nostrum obligantes, quod, si nos vel successores nostri abbates et conventus monasterii prelibati, seu quispiam alius nostro et monasterii nostri consilio et inductu, reverendum patrem predictum et ecclesiam Gneznensem super hereditate Falenczino predicta, opido Queczizew diu coniuncta, inpediverit vel eam repetere voluerit, quod exnunc et extunc decima in Woyuczino et trium sorcium sibi adiacencium, sex mansi, molendinum et rubeta que ex donacione sepedicti archiepiscopi obtinuimus ut prefertur, ad ipsum archiepiscopum ut eius ecclesiam ipso facto revertantur; et nichilominus monasterium nostrum et nos, domino archiepiscopo et ecclesie Gneznensi ultra predicta de eviccione promittentes, ad dampna et interesse obligamus per presentes. In cuius rei testimonium, presentem litteram pretacto domino archiepiscopo et ecclesie sue Gneznensi sigillorum nostrorum, abbatis videlicet et conventus, munimine dedimus roboratam. Actum et datum in Mogilno monasterio predicto per manus Gregorii fratris domus prelibate feria secunda infra octavas sancte Agnetis, sub anno Domini m.ccc.lx, presentibus religiosis viris: Vito claviero, Paulo, Bartolomeo, Iohanne, fra-

tribus monasterii prelibati, Paulo rectore ecclesie de Strzezevo et Nicolao cive Wladislaviensi, ceterisque fratribus monasterii prenotati.

Mogilnensis, *de Mogilno.* Falenczino, *osada znikła.* Olse, *Olsze.* Kozzonow, *Koszanowo.* Oborniki, Włokna, *dziś tak samo.* Woyuczino, *Wojcin.* Strzelno, *Strzelno.* Wladislaviensis, *de Inowrocław.* Strzezevo, *Strzyżewo kościelne.*

Nr. 1414.

Kazimirus rex Polonie etc. 1360 Febr. 2, in Konyn; advocatis de Kalisz advocatiam ipsorum civitati praedictae vendere permittit, per eiusque facti occasionem antiqua iura civitatis reformat. Cnfr. Nra. 511, 528, 640, 665, 674.

Pergam orygin. Gruby sznur nici jedwabnych, wyblakłych, z którego pieczęć znikła. Warszawa. Biblioteka prywatna. Diplomata.

In nomine Domini amen. Quoniam dignum fore dinoscitur, ut quociens bona quecunque in personas alias legittime transferuntur, tociens litteris autenticis innovari debent merito et confirmari, eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque terrarum et ducatuum dominus verus ac heres, ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus devenire, quod accedentes ad nostram nostrorumque baronum presenciam fideles nostri Nicolaus dictus Baran et Iohannes dictus iuvenis advocatus, advocati Calisienses, advocaciam suam eandem in Kalis, ipsos ex successione legittima contingentem, fidelibus nostris et dilectis consulibus, scabinis totique communitati civium ibidem in Kalis pro trecentis sexaginta marcis grossorum Pragensium numeri in nostro regno communiter currentis, videlicet quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, cum omnibus iuribus et pertinenciis ad ipsam advocaciam spectantibus perpetuo vendentes coram nobis libere ac voluntarie resignarunt, nichil iuris et dominii in eadem advocacia sibi vel suis quibuscumque successoribus quoquomodo reservantes, tradendo eis privilegium super ipsa advocacia, alias per magnificum principem dominum Premislium secundum, olim duce (sic) Polonie datum. Et quia iura ipsius advocacie in dicto privilegio conscripta, modum, formam et consuetudinem terre Polonie aliqualiter excedere, mutare et diversificare videbantur, nos, consilio ad hoc nostrorum baronum accedente, retractatis, demptis ac amputatis quibusdam articulis et iuribus superfluis in dicto privilegio contentis, ob melioracionem predicte nostre civitatis, que (sic) aliis reditibus pro sua utilitate non careat, omnino eandem vendicionem cum infrascriptis articulis et iuribus graciosius duximus admittendam; declarantes, quod hec iura ad eandem advocaciam pertinent et debent perpetuis temporibus pertinere: scilicet duo balnea in ipsa civitate, omnes mense pistorum et sutorum, mactatorium quod kutlow dicitur in wlgari, duo piscatores ante ipsam civitatem. In antiqua vero civitate unum pratum quod nominatur advocati, et unus ortus liber ibidem; tercia pars penarum de quacumque re iudicatura (sic) obveniens modo qualicunque. Insuper habebit ius dicta nostra Kalisiensis civitas, quod nullus erigere, construere vel habere poterit tabernam ad medium miliare ab eadem civitate. Percipient eciam cives ipsius civitatis a curru quolibet ducente sal, medium quartale salis, intrante vel exeunte predictam civitatem. Preterea con-

cedimus plenam et omnimodam potestatem eisdem nostris civibus et ab eis loco advocati statuendo, omnes homines in civitate nova et antiqua morantes, ac ortulanos extra civitatem versus Wratislaviam transeundo a dextris circa viam que ducit in Kosczol habitantes, nec non et omnes mercatores de quibuscumque partibus civitatem intrantes, pro causis tam magnis quam parvis iudicandi et sentenciandi, et quoslibet maleficos secundum sua demerita, iuxta exigenciam iuris Theuthonici Sredensis, id est Novi fori condempnandi et puniendi. Admittimus insuper de nostra gracia speciali, ut dicti cives liberam habeant facultatem advocaciam memoratam cum iuribus superius expressatis tenendi, habendi, possidendi, commutandi, vendendi pro suaque voluntate convertendi et disponendi. Quam quidem vendicionem et resignacionem, utpote rite ac racionabiliter celebratam firmam, ratam et gratam habentes, ipsam de benignitate nostra regia ratificamus, approbamus, ipsis quoque civibus perpetuo et iure hereditario incorporantes, appropriantes et intitulantes, graciosissime confirmamus: harum quibus nostre magestatis est appensum sigillum testimonio literarum. Actum in Konyn die Purificacionis sancte Marie virginis gloriose, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus: Przeczslao palatino Kalisiensi, Ianussio cancellario Cracoviensi et decano, Laurencio dicto Zaremba Landensi, Ianussio Starogrodensi castellanis, Wirzbanta capitaneo Polonie generali, Nicolao Poznaniensi, Dobeslao Kalisiensi iudicibus, cum aliis multis nobilibus nostris fide dignis. Datum per manus domini Ottonis cancellarii nostri Polonie, scripsit autem Iassco de Busco canonicus Gneznensis, scriptor aule nostre.

Kosczol, *Kościelna wieś.* Novum forum, *Neumarkt, czyli Środa na Szlązku.* Landensis, *de Ląd.* Starogrodensis, *de Starogród.* Busco, *Busk.*

Nr. 1415.

Fr. Gnewomirus prepositus totusque conventus Tremesnens. 1360 Febr. 22, in Tremesna; hereditatem Wtórek iure Sredensi ad locandum Gregorio conferunt et scoltetiam ibidem ei vendunt.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte; śladu przywieszenia pieczęci nie masz. Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Fragilitas humane condicionis, que labilis est et incerta, ad noticiam posterorum non veniret, nisi esset litterarum serie ac proborum virorum testimonio lucidius declarata. Proinde est, quod nos frater Gnewomirus divina paciencia prepositus domus Tremesnensis totusque conventus domus eiusdem, omnibus hoc presens scriptum intuentibus cupimus fore esse (sic) declaratum, quod de nostro et nostrorum fratrum maturo consilio et comuni assensu bona nostre domus in melius proficere cupientes, hereditatem nostram vulgariter dictam Ftorec, in ius Theutonicum, quod Sredense dicitur, contulimus locandam; in qua videlicet hereditate discreto viro Gregorio scolteciam vendidimus pro viginti quatuor marchis grossorum, sibi et suis legittimis successoribus perpetuis temporibus possidendam. Pro locacione vero eiusdem hereditatis Ftorec, iam dicto Gregorio scolteto nostro et suis successoribus dedimus et vendidimus tres mansos liberos iure supra notato, tres vero mansos pro dominio nostro reservantes. Item vero damus eidem scolteto

et suis posteris de omnibus iudiciis, quocunque modo in eadem hereditate per eundem scoltetum vel nostros iudices iudicabuntur, tercium denarium, et pro nobis duos reservamus: hoc excepto, quod si idem scoltetus vel aliquis de sua familia legitima aliquid vicium scrupuli, homicidii, insendii (sic), furti, vel cetera mala perpetraverit, de hoc ipse nullam penam recipiet, sed totum pro dominio nostro reservamus. Item damus supradicto scolteto et sue posteritati duos ortos liberos. Item de tabernis tercium denarium, et pro nobis duos reservamus. Item damus sibi, quod iure suo opilionem sibi habebit, tamen cum cmetonibus gregem pascere tenebitur. Item volumus omnibus esse notum, quod iam sepe dictus et sui legitimi successores nobis servicium exhibeant, prout alii scolteti in nostris hereditatibus exhibere tenentur. Item declaramus, quod idem scoltetus et sui progeniti pro prandio magni iudicii sex scotos grossorum semel in anno nobis solvere tenebitur; pro decima vero, de quolibet manso suo libero per tres scotos grossorum in festo beati Martini quolibet anno nobis dabit. Item damus omnibus cmetonibus predicte hereditatis libertatem nostre domus a censu et prandiis magni iudicii infra spacium trium annorum; expirata vero libertate trium annorum, unusquisque pro censu annuali per sex scotos grossorum in festo beati Martini nobis annuatim solvere tenebitur. Decimam vero manipulatim nobis dabunt et ducent in curribus suis propriis ad oreum nostrum ibidem. Item pro prandio magni iudicii, bis in anno, cmetones predicti sex scotos grossorum nobis solvere tenebuntur. Item in Pascha per medium capete ovorum, et in Assumsione beate Marie virginis per duos pullos bonos unusquisque de proprio suo nobis in perpetuum quolibet anno dare tenebitur, et ad nostram curiam ibidem presentare. Insuper est, ut sepe dicti incole quater in anno in nostris agris predicte hereditatis arare tenebuntur. Ut autem hec donacio et ordinacionis vendicio firmiorem vigorem habeat et inconvulsa permaneat, nostro et nostri conventus sigillis mandavimus presens hoc privilegium appensione roborari. Datum et actum in Tremesna sabbato in die beati Petri apostoli qui dicitur Cathedra, sub anno Domini **m.ccc.lx**, presentibus hiis testibus: comite Nicolao gladifero Kalisiensi et herede de Wilczina, comite Lasczone subvenatore Kalisiensi herede vero de Goslavicza, comite Iohanne herede de Beganow, domino Antoni rectore ecclesie de Szelimowo, domino Nicolao rectore ecclesie de Wilczina, domino Paulo rectore ecclesie de Wouczino, et aliis quam pluribus fide dignis.

Ftorec, *Wtórek.* Wilczina, *Wilczyn.* Goslavicza, *Gosławice.* Beganow, *Bieganowo.* Szelimowo, *Siedlimowo.* Wouczino, *Wojcin.*

Nr. 1416.

Kazimirus rex Polonie 1360 Mart. 4, Poznanie; cum Iaroslao archiepiscopo Gneznensi de solutione decimarum in Maiore Polonia convenit.

Pergam. orygin. Pieczęć majestatyczna Kazimierza króla przywieszona na grubym sznurze nici jedwabnych, zielon.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata.

Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie ad perpetuam memoriam et ad universorum quorum interest noticiam presentibus volumus devenire, quod cupientes ne-

mora, mericas, silvas et virgulta, quibus est dudum propter gwerras preteritas terra nostra Polonie desertata, redigere in agriculturam, ut ex eo nobis et nostreque (sic) milicie ac subditis nostris, presertim sancte matri Ecclesie et eius prelatis ac rectoribus ecclesiarum quibuscunque, in redditibus, proventibus et utilitatibus fructus crescant et obveniant uberiores, cum reverendo in Christo patre domino Iaroslao sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, principe nostro karissimo, mediante baronum terre Polonie consilio, super solucione decimarum in eadem terra Polonie talem fecimus concordiam perpetuo duraturam: quod de antiquis villis et agris locatis et possessis, vel decima manipulatim, ubi decima solvi consuevit, vel ubi maldrate duodecim mensurarum triplicis frumenti, scilicet tritici, siliginis et avene, cum fertonibus solvi consueverunt, secundum antiquam consuetudinem ad quos pertinent persolvantur. Et ubi antiqua villa de iure Polonico in ius Theutonicum transferretur, in quo territorio sita fuerit, illius loci iure fruetur: scilicet quod pro decima campestri solvent incole ipsius ville census medietatem, videlicet sex mensuras triplicis grani ut prefertur, cum sex grossis Pragensibus de quolibet manso Sredensi; et dicti mansi duo in unum non coniungentur neque aliqualiter dilatabuntur. Et in territorio Naklensi inter Pomeraniam et Nothesz, pro decimis que manipulatim solvuntur, per tres scotos grossorum, eorundem postquam fuerit facta mensura solvetur, Culmensis sive Sredensis, eodem anno, et postea singulis annis quolibet festo beati Martini confessoris. Villani vero in nemoribus, mericis, silvis, borris et virgultis a data presencium in terris Polonie, Siradie et Lancicie locandi, interim quod domini earundem locandarum villarum libertatem servabunt, gaudebunt a solucione decimalis pecunie libertate. Post cuius lapsum, de manso quolibet Sredensi inibi mensurato, pro decima solvent eciam tres scotos grossorum predictorum; choc (sic) adiecto, quod lacus, paludes, et ubi agri esse non poterunt, non transibunt in agrorum mensuram. Sculteti insuper, tam villarum antiquarum in quibus per kmetones maldrate et fertones solvuntur, quam de novo locandarum in quibus sex grossi de manso solvi debebunt, tantum per quatuor mansos liberos, et non plus habebunt, de quibus plebano, a quo audient officia divina et percipient ecclesiastica Sacramenta, more antiquo solvent missales annonas, mensuram siliginis et mensuram avene; ita, quod quilibet ipsorum scultetorum, in sua scultecia pecuniam decimalem et maldratas cum fertonibus sit astrictus recolligere fideliter et reponere in loco tuto ac servare, et demum illi ad quem pertinent dicte decimales pecunie vel maldrate cum fertonibus presentare. Non solventes vero aut solvere retardantes, ipsi sculteti ad estimacionem debiti debent inpignorare, et sub penis certis, infra unius mensis spacium a die inpignoracionis, prout arcius poterunt conpellere ad solvendum: alias ipsi sculteti et kmetones in toto vel in parte non solventes, tamdiu post dictum mensem excommunicentur, quousque integraliter dictus fuerit census persolutus. De quibus siquidem quatuor mansis predicti sculteti vel alter eorum si aliquem vendiderint obligaverint seu aliis ad arandum concesserint vel quoquomodo alienaverint, de illis, qui eos araverint, una cum villanis decimam, maldratas cum fertonibus solvent ubi villani solvere consueverunt. Insuper, quociens aliquem mansum in villa locata quovis modo desertari contingat, arans illum, preter dominum ville, decimam in campo persolvet manipulatim, quousque locetur et census cum maldratis persolvetur. Item, rectores ecclesiarum et alii quicunque presbiteri Gneznensis dyocesis, pro Collumbacione, pro Baptismo, pro Copula, pro extrema Unccione nihil petent; sed quod ipsis dabitur caritative, recipiant et gratuite. Ubi autem sacerdotem vel clericum in sacris con-

stitutum vulnerari, capi vel occidi contingerit (sic), locus ille tamdiu sit interdictus, quousque maleficium huiusmodi committens satisfaciat vel ecclesie tradatur, aut homines loci eiusdem sacramentum prestiterint, quod, eis operam non dantibus neque detinere valentibus, idem aufugit malefactor; et tunc in dicto loco divina relaxabuntur. Eciam non cessetur a divinis propter adventum ad aliquem locum alicuius excommunicati, ne iusti divino officio indebite priventur. Preterea, fabrica ab ecclesiis ubi nos habemus ius patronatus non recipiatur. Item statuimus cum eodem domino archiepiscopo: quod ubicunque miles militi obligat hereditatem, de agris quos obligans colebat, recipiens obligacionem teneatur decimare, ubi ille qui obligavit decimabat. Si vero occuparet et exararet plures agros repellens de illis kmetones, in gonithvam decimabit. Item ordinamus, quod maldrate de villis nostris et baronum, eidem domino archiepiscopo et clero ipsius non ducatur (sic); sed si qui ducere voluerint, non prohibemus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Poznanie feria quarta post dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus Pascone Poznaniensi, Preczslao Calisiensi, Chebda Siradiensi, Alberto Cuiaviensi palatinis, Wirzbantha Poznaniensi, Andrea Calisiensi castellanis, Nicolao Poznaniensi, Dobeslao Calisiensi iudicibus, ac aliis multis fidedignis. Datum per manus domini Ottonis cancellarii Polonie, scriptum autem per Nicolaum de Woyborz, notarium curie nostre regalis magestatis.

Sredensis, *t. j. de Środa na Szląsku, z niemiecka Neumarkt.* Territorium Naklense, *de Nakło.* Nothesz, *rz. Noteć.* Culmensis, *de Chełmno.* Woyborz, *Wolborz.*

Nr. 1417.

Kazimirus rex Polonie etc. 1360 Mart. 5, in Poznania; Petro Szygmar advocatiam oppidi Zbąszyń variis privilegiis dotatam confert.
Warszawa. Archiwum Główne. Ks. M. 133, fol. 50 v.

In nomine Domini amen. Quamvis singuli viri merita debeant graciis regalibus consolari, potissimum tamen est, ut in eos et in progenies eorum quos virtus extollit, gracia abundancius effundatur. Eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie Pomeranieque dominus et heres, ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum harum serie literarum volumus devenire, quod intuentes fidelia et grata servicia que nobis fidelis noster Petrus dictus Szygmar multipliciter exhibuit et constanter impendit, ut merita graciarum vicissitudinibus repensentur, eidem Petro Szigmar et per eum suis veris heredibus ac successoribus legitimis advocaciam in civitate nostra Dzbanszyn dicta damus, conferimus, ascribimus et donamus, iure hereditario in perpetuum tenendam, habendam atque possidendam cum utilitatibus, proventibus et iuribus infrascriptis: videlicet quatuor mansis liberis cum medietate omnium camerarum cuiuslibet operis, alia medietate pro nobis reservata. Item predictus Petrus et successores tercium denarium de quacunque re iudicata et medietatem omnium iuramentorum percipiet ex integro, duobus denariis de eadem re iudicata et medietate alia eorundem iuramentorum pro nobis reservatis. Preterea idem Petrus advoca-

tus balneum ibidem habebit ac perpetuo possidebit; ita tamen, quod in eodem balneo licitum sit nostris curiensibus sive castrensibus ibidem omni septimana quolibet die sabati absque aliaque solucione peccuniaria balneari. Insuper alia omnia iura que ad eandem advocaciam ab antiquo spectabant, idem Petrus advocatus cum omnibus suis posteris habebit integraliter et complete. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem, presentes literas dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum in Poznania feria quinta post dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus hiis testibus: Chebda palatino Siradiensi, Vincencio castellano Sremensi, Preclao subagazone Calissiensi, Woislao castellano Drozinensi, Abraham subpincerna Sandomiriensi, Ottone cancellario Polonie, per cuius manus est datum.

Dzbanszyn, *Zbąszyń.* Sremensis, *de Śrem.* Drozinensis, *de Drożyn.*

Nr. 1418.

Kazimirus rex Polonie etc. 1360 Mart. 6, Poznania; fratribus domus Hospitalis s. Iohannis prope Poznań, modo commutationis pro villis eorum Siedlec, Brzezie et medio Popowo, villas regales Maniewo, Radzim cum ecclesia parochiali et Brzeziny tradit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. E, pars 2, fol. 2 v.

In nomine Domini amen. Dignum fore et utile videtur, ut ea que temporaliter ordinantur, propter labilem memoriam hominum scripturis autenticis et testimonio fide digna debeant roborari. Eapropter noverint universi presentes et posteri ad quorum noticiam devenerit scriptum presens, quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranieque dominus et heres, recipientes pro nobis et religiosis viris fratribus domus Hospitalis seu monasterii sancti Iohannis Ordinis Hierosolimitani, prope Poznaniam, propter condicionem et utilitatem nostri regni et eorundem fratrum meliorem, bona seu hereditates eiusdem infra scriptas, videlicet Sziedlecz, Brzezie et medium Popowo cum utilitatibus earum universis prout in suis terminis sive graniciis ab antiquo sunt distincte, que quidem bona seu hereditates ydem fratres vero et iusto titulo, a tempore cuius contrarii memoria non existit, pacifice possidebant, loco eorundem bonorum hereditates nostras regales, videlicet Manyewo, Radzym et Brzezyny, sitas in terra Polonie, cum omni iure et dominio prout soli easdem hereditates tenuimus, et omnimoda ac totali libertate qua omnes alie ville monasterii supradicti gaudent et utuntur, nec non cum silvis, nemoribus, mericis, rubetis, borris, mellificiis, fluviis, aquis, piscaturis, molendinis quotquot fieri ibi poterint in aquis et fluviis eisdem, pratis, venationibus liberis quarumlibet ferarum, solummodo cervo excepto, et cum aliis universis utilitatibus, prout eedem hereditates in suis circumferentiis ab antiquo sunt graniciate, eidem monasterio sancti Iohannis et fratribus eiusdem titulo commutacionis damus, conferimus, tradimus, donamus, ascribimus et appropriamus iure hereditario, in perpetuum tenendas, possidendas, donandas, vendendas, commutandas ac possidendas, pro sua ac suorum successorum libera voluntate convertendas; pro-

mittentes et obligantes nos et successores nostros eisdem fratribus pro eviccione seu intercessione predictarum hereditatum sufficienti. Preterea de nostra gracia speciali, ut memorati fratres summum Creatorem pro nostra ac parentum atque successorum nostrorum salute iugiter ac devote valeant exorare, damus et conferimus ipsis pure propter Deum ecclesiam parochialem in predicta villa Radzym perpetuo cum omni iure patronatus; in qua quidem ecclesia predicti fratres aliquem fratrem sui conventus ponere pro rectore, sive quovis modo alio de ipsa disponere liberam habeant potestatem. In quorum omnium testimonium et evidenciam firmiorem, presentes scribi ac nostri sigilli munimine iussimus insigniri. Datum Poznania feria sexta ante dominicam qua cantatur Oculi mei, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus, reverendo in Christo patre domino Iaroslao divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, Pascone palatino, Wyrzbantha Poznaniensi castellano, Andrea castellano, Dobeslao iudice Calisiensi, Nicolao iudice Poznaniensi, Ottone cancellario Polonie, per cuius manus transit.

Sziedlecz, *Siedlec.* Brzezie, Popowo, Maniewo, Radzim, Brzeziny, *dziś tak samo.*

Nr. 1419.

Kazimirus rex Polonie etc. 1360 Mart. 7, in Landa; Iohanni episcopo Poznaniensi domum et aream, quas a filiis Andreae olim castellani Poznaniensis emerat, prope monasterium Fr. Praedicatorum Poznaniae sitas confert.

Pergam. orygin. Sznur jedwabny, żółty, z którego pieczęć znikła.
Poznań. Archiv. Capituli. IV, 9.

In nomine Domini amen. Dignum est, ut donaciones de liberalitate regum factas, sollempnis roboret tytulus litterarum. Noverint igitur quibus expedit universi, quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranieque dominus et heres, considerata et inspecta multa fidelitate legalitatis nobis per reverendum in Christo patrem dominum Iohannem, divina providencia episcopum ecclesie Poznaniensis, a multis retroactis temporibus constanter exhibita et in posterum dante Domino exhibenda, in recompensam itaque premissorum, de gracia nostra speciali eidem domino episcopo Poznaniensis ecclesie et successoribus ipsius domum et aream nostram, quam alias a filiis Andree olim castellani Poznaniensis pro certa pecunia emimus, damus perpetuo, conferimus, prout circumferencialiter est distincta, que quidem domus prope monasterium fratrum Predicatorum est situata, per ipsum dominum episcopum, ecclesiam et successores ipsius, cum omni iure, dominio et pertinenciis ad ipsam domum et aream antiquitus spectantibus, et generaliter cum omnibus libertatibus et immunitatibus, sicuti nos illam tenuimus, libere tenendam et absque omni iuridicione regali officialium quorumlibet et civitatis pacifice possidendam, donandam, commutandam, vendendam et pro sua voluntate convertendam. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Landa sabbato post dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo CCC sexagesimo, presentibus: Preczslao palatino, Andrea castellano Calisiensi, Wirzbantha Poznaniensi, Ianussio Bechoviensi castellanis, Nicolao

iudice Poznaniensi, et domino Ottone cancellario Polonie, per cuius manus presens privilegium transivit.

Landa, *Ląd.* Bechoviensis, *de Biechowo.*

Nr. 1420.

Kazimirus rex Polonie etc. 1360 Mart. 8, in Sampolno; ratam habet resignationem hereditatis Szadów księży, a Betka uxore Iarognei heredis de Sarnów ecclesiae Gneznensi factam.

Pergam. orygin., miejscami przetarty. Na niciach jedwabn., zielon. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla, w ułamkach. Dopełniono z Lib. privil. XV sec. fol. 82. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 150.

In nomine Domini amen. Dignum est, ut vendiciones et resignaciones coram regum magnificencia factas, solempnis roboret titulus litterarum. Quapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod accedens ad nostram baronumque nostrorum presenciam domina Bethka uxor Iarognei heredis de Sarnow, sana mente et corpore, non compulsa nec coacta, sed de bona sua voluntate omnem partem hereditatis dicte vulgariter Szadovo site in terra Syradiensi, ad se legittime pertinentem, reverendo in Christo patri et principi nostro carissimo, domino Iaroslao de Boguria, Gneznensis ecclesie archiepiscopo, et dicte sue ecclesie pro sexaginta marcis grossorum Pragensium, quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, vendidit et coram nobis a se et a posteris suis iure hereditario libere perpetue resignavit integraliter, prout ipsa pars hereditatis in suis limitibus circumferencialiter est distincta, cum omnibus iuribus, dominio et pertinenciis ad eandem spectantibus, puta agris, pratis, pascuis, borris, mellificiis, silvis, mericis et rubetis, aquis et earum decursibus, piscinis, molendinis, censibus, redditibus et proventibus universis; ac generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus, que nunc habentur vel haberi poterunt quomodolibet in futurum, per iam dictum dominum archiepiscopum et ecclesiam ipsius predictam perpetuo tenendam, habendam, possidendam, donandam, commutandam, vendendam, pro suaque et successorum suorum voluntate libere convertendam. Nos itaque ipsam vendicionem, empcionem et resignacionem per omnia ratam habentes et gratam, approbamus, ratificamus et duraturam perpetuo confirmamus. Preterea, peticionibus ipsius domini archiepiscopi graciosius inclinati, iam dictam partem hereditatis in Szadovo exnunc predicte Gneznensi ecclesie iungimus, apropriamus et incorporamus perpetuis temporibus; volentes et decernentes, ut omnibus iuribus, libertatibus et immunitatibus gaudeat, quibus alia bona sepedicte Gneznensis ecclesie antiquitus gaudere dinoscuntur. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Sampolno dominico die in quo Oculi decantatur, anno Domini m.ccc sexagesimo, presentibus Preczslao palatino, Andrea castellano, Adam subcamerario Calisiensi, Wirzbantha castellano Poznaniensi, Dobrogostio herede de Szamothul, et do-

mino Ottone cancellario Polonie per cuius manus transivit, ac aliis multis fide dignis. Scriptum per Nicolaum de Woyborz, notarium curie nostre magestatis.

Sarnow, *Sarnów*. Szadovo, *Szadów księży*. Boguria, *Bogorja*. Sampolno, *Sępolno*. Szamothul, *Szamotuły*. Woyborz, *Wolbórz*.

Nr. 1421.

Arnaldus de Caucina scolasticus Cracoviens. etc. 1360 Mart. 10, Cracovie; literas, quas dederat sibi: **Innocentius Pp. VI 1358 Sept. 5, Avinioni,** transsumptas Iaroslao archiepiscopo Gneznensi transmittit et argumentum eorundem explicat.

Pergam. orygin., u którego przy końcu obok oświadczenia notarii publici, *narysowane* signum *tegoż. Na pasku pergamin. wisi pieczęć zatarta.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 151.

Reverendo in Christo patri domino Iaroslao sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, Arnaldus de Caucina scolasticus Cracoviensis ecclesie, in Polonie et Ungarie regnis apostolice Sedis nuncius ad infrascripta per eandem deputatus, reverentiam debitam in Domino cum sempiterna salute, et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii digna Dei providencia Pape VI, sub ipsius bulla plumbea in filo canapi more Romane curie bullatas, sanas et integras, non viciatas nec abolitas, sed prorsus omni corrupcione et suspicione carentes cum ea qua decuit reverentia nos recepisse noveritis in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1389*).

Nos igitur Arnaldus executor et nuntius supradictus, mandatum huiusmodi apostolicum nobis in hac parte directum, iuxta formam dictarum litterarum apostolicarum nobis traditam exequi reverenter cupientes ut tenemur, verum tamen pluribus arduisque aliis negociis Romane curie prepediti, de hiis quoad presens intendere personaliter non valentes, de reverencia et paternitate vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, vices nostras in premissis, duntaxat in diocesi vestra committimus per presentes, donec eas ad nos duxerimus revocandas: auctoritate nostra, ymmo verius apostolica in virtute sancte obediencie vobis districte mandantes, quatenus post insinuacionem, notificacionem, requisicionem et presentacionem nostri presentis processus vobis, statim immediate infra tres menses sequentes, quorum unum pro prima, secundum pro secunda et tercium pro tercia canonica monicione et peremptorio termino vobis assignamus, diligenter omnium ecclesiarum et monasteriorum et quorumlibet premissorum vestre diocesis privilegia, indulgencias et litteras apostolicas, ac alia munimenta in quibus iura et deveria ecclesie Romane tam nomine procuracionum, censuum et proventuum ac reddituum, quam alias in quibusvis pecuniarum et rerum aliarum summis et quantitatibus debita continentur, per quoscunque tenentes, custodientes aut alias exhibendi facultatem habentes, ea vobis auctoritate nostra, ymmo verius apostolica exhiberi faciatis: eciam, si expedire videritis, summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, vocatis si quos super hiis vocandos noveritis, vos informantes, ad exhibendum vobis nostro nomine et dicte ecclesie Ro-

mane huiusmodi privilegia, indulgencias, litteras apostolicas et alia munimenta ac informacionem faciendam dicta auctoritate districte compellatis: facientes fideliter redigi et transscribi in formam authenticam vel publicam omnes et singulas clausulas privilegiorum, indulgenciarum et litterarum apostolicarum ac aliorum munimentorum, census, procuraciones, iura et deveria ac alia debita pro dicta ecclesia Romana continentes, nec non libros, codices seu regestra et membranas, decimarum, omnium beneficiorum infra partes vestre diocesis taxatorum, non taxatorum quoque beneficiorum antiquorum et novorum valorem annuum integraliter continentes, pro dicta Sede apostolica et nomine ipsius nobis postmodum sic ut premittitur conscripta et in formam authenticam vel publicam redacta tradere et assignare curetis: contradictores, cuiuscunque status, gradus, Ordinis vel condicionis existant vel qualibet prefulgeant dignitate, appellacione postposita per censuram ecclesiasticam compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Quodsi in premissis aut aliquo premissorum negligentes fueritis vel remissi, aut exequi et adimplere ea cum effectu non curaveritis, quod non credimus, vobis sex dierum spacio pro canonica monicione premisso, in hiis scriptis ingressu ecclesie interdicimus. Quodsi per alios VI dies immediate sequentes predictos sex sustinueritis, vos per presentes suspendimus a divinis. Si vero dictas interdicti et suspensionis sentencias per alios VI dies prefatos XII dies immediate sequentes animo sustinueritis quod absit indurato, quia crescente contumacia crescere debet et pena iuxta canonicas sanctiones, vos extunc prout exnunc et exnunc prout extunc in eisdem presentibus excommunicacionis sentencia innodamus. In cuius testimonium, presentes litteras seu hunc nostrum processum per Amboldum notarium publicum infrascriptum scribi et publicari mandavimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum et actum Cracovie anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, Indictione XIII, die X mensis Martii, in domo habitationis nostre Cracovie, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii Pape VI anno VIII, presentibus discretis viris, dominis Iacobo canonico Kilciensis plebano de Osswencim ecclesiarum, Henrico Cropelin Swerzynensis, Iohanne Michaelis de Lovicz, Gneznensis diocesis clericis, publicis notariis, et Paulo Pauli de Nova civitate clerico Cracoviensis diocesis, testibus ad premissa vocatis.

Et ego Amboldus Iohannis de Campino clericus Gneznensis diocesis, publicus auctoritate apostolica et imperiali notarius, dictas litteras apostolicas vidi, legi et presenti processui inserui nil addens vel minuens preter literam vel silabam quod sensus mutet vel variet intellectum, et cum prenominatis auscultavi, ac omnibus et singulis premissis una cum prescriptis testibus presens interfui, ipsaque per me scripta de mandato dicti domini Arnaldi scolastici requisitus in hanc formam publicam redigens, meo signo et nomine consuetis in testimonium premissorum consignavi.

Kilciensis, *de Kielce.* Osswencim, *Oświecim.* Swerzynensis, *de Schwerin w Meklemburgii.* Nova civitas, *Korczyn.*

Nr. 1422.

Consules civitatis de Landisberg 1360 Mart. 11, in Landzberg; ratione fundandae ecclesiae et coemeterii in civitate sua, cum Iohanne episcopo Poznaniensi componunt.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin., z którego pieczęć znikła. Na końcu obok oświadczenia notarii publici, *signum tegoż narysowane.*

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 6.

In nomine Domini amen. Noverint quibus expedit universi presentis publici instrumenti noticiam habituri, quod sub anno Domini millesimo ccc.lx, Indiccione xiii, die xi mensis Marcii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Innocencii Pape vi anno viii, in consistorio civitatis Landzbergensis, hora quasi tercia, in mei notarii subscripti et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia providi viri et discreti Nycolaus Lindinberg, Petrus molendinator, Godczwinus, Petrus Berenvelt, Iohannes Clodow, Hermanus Faber, Heningus Konhel, Heningus Tornow, consules predicte civitatis de Landisberg, omnes in solidum et quilibet eorum, non vi vel metu, non fraude vel dolo, sed sponte et ex certa sciencia tociusque communitatis civium de civitate Landisberg predicta consensu publice recognoverunt se et confessi sunt, litteras per discretum virum magistrum Iohannem rectorem scole et notarium dicte civitatis de Landzberg, nuncium ipsorum specialiter ad hoc deputatum, reverendo in Christo patri et domino, domino Iohanni divina et apostolice Sedis gracia episcopo Poznaniensis ecclesie direxisse, et sibi pro fundando hospitali seu cymiterio cum ecclesia, quod curam animarum et ecclesiasticam habeant sepulturam, in loco circa finem pontis, trans fluvium quod Wartha nuncupatur transeuntis, antedicte civitatis, dyocesis dicti domini episcopi Poznaniensis, humiliter supplicasse cum effectu: rector vero ecclesie fundande seu hospitalis iam dicti, qui ad regendum ipsam ecclesiam constitutus pro tempore fuerit, et altariste, si qui in dicta fuerint ecclesia, atque scolares, pro sacris ordinibus et confirmacione recipiendis ac omnibus et singulis aliis iuribus ecclesiasticis, ea qua decet reverencia honorem et obedienciam inpendendo pro consilio et auxilio brachii spiritualis, ad dictum dominum episcopum Poznaniensem, quem ydem cives verum et legitimum ipsorum scolarium profitentur dyocesanum ipsiusque subesse iuridicioni, et non alias, haberent recurrere et deberent. Ita tamen, quod ius patronatus conferendi dictum hospitale, ecclesiam vel altaria, ipsis consulibus et suis legitimis successoribus oporteat perpetuis permanere temporibus, et quod rector hospitalis vel ecclesie nominate habeat omnimodam ministrandi libere ecclesiastica Sacramenta facultatem, sicque, quod dominus episcopus Poznaniensis ante dictos consules memorate civitatis ac omnes predicti hospitalis fundatores, pro fundacione eadem in dyocesi sua facta cum eorundem civium adiutorio conpetenti, ab infestacione et gravamine quolibet alterius iurisdicionis protegat et defenset. Ad cuius evidenciam pleniorem, presenti instrumento publico ipsorum consulum et civitatis prefate Landzberg sigillum est appensum. Actum anno, Indiccione, mense, die, loco et hora, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Henrico cantore ecclesie Poznaniensis, religioso viro Iacobo priore conventus Zambricz Ordinis Cysterciensis, Bar-

tholomeo plebano de Wylcowa, Wenczeslao de Sandow, et aliis quam plurimis fide dignis.

Et ego Nycolaus Henrici de Brest clericus Wladislaviensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, recognicioni ac omnibus aliis et singulis supradictis una cum testibus prenotatis dum sic agerentur presens interfui, eaque omnia et singula in hanc publicam formam redegi meque cum nomine meo et signo consueto subscripsi rogatus in testimonium premissorum.

Landzbergensis civitas, *Landsberg n. W.* Zambricz, *Zemsko.* Wylcowa, *z niemiecka Wilkau.* Sandow, *Sandow.*

Nr. 1423.

Thomas Herich und Ebel Vettren Hokemanne 1360 Mart. 13, Vrankenword; bekennen, dass sie das Dorf Osiecko dem Kloster zu Zemsko verkauft haben.

Pergam. orygin. Dwie okrągłe pieczątki mieszczan Frankfurtskich przywieszone na skrawkach pergamin.

Poznań. Königl. Staats Arch. Blesen Nr. 13.

In Gotes Namen amen. Wizzen zolen al dy dessen Brief zeen odir horen lezen, daz wir Thomas, und Thomas, Herich und Ebel, Vettren, Hokemanne genant, bekennen, daz wir mit vorbedachtem Mute und mit vrien Willen und mit Rathe unzer Vrunde vorkoft haben dem bescheyden Manne Hern Andreas Abt czu Zomeritz und dem gemeynen Convent dazelbens daz Drof Grozen Ozzeczhaw mit allem Rechte, mit allen Ghnaden, mit aller Vriheit, alzo, alzo wir iz vor von Alder bezessen haben. Och bekenne wir, wer iz ob enyge Ansprache geschege her namals von unzern Erbnamen adir Vrunde, weyn daz di vorgesprochen Herren haben unz dy Handvesten gelazen czu gutir Hant, wer iz ob dez yn Not were, dy zolem yn bereyt sin czu iren Noten, welch Czit sy iz bedorfen. Vormer zol man wizzen, daz dy vorsprochen Herren haben unz beczalt lxvi brete Schok ume daz vorgenante Gut, dez wir sye quit und loz lazen. Uf daz dize Dink stete unde gancz gehalten werden, zo haben wir unser Ingesegel an dezzen Brief gehangen. Dez syn Geczug desser Zache: Fricze Hokeman, Peczo Wale, Herman Hokeman, Burger czu Vrankenword, und vil me biderver Lute. Gegeben noch Gotes Gebort tuzent Yar, drihundert Yar, in deme zeghczigesten Yare, dez Vritages vor Mitvasten.

Zomeritz, *Zemsko.* Grozen Ozzeczhaw, *Osiecko.* Vrankenword, *Frankfurt n. O.*

Nr. 1424.

Fr. Gnewomirus prepositus domus Tremesnens. 1360 Mart. in Tremesna; una cum suo conventu protestantur, Benedictum scoltetum de wolna, scoltetiam suam Laurentio vendidisse, eique iura scoltetiae confirmant.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte; śladu przywieszenia pieczęci nie masz. Trzemeszno. Privil. Conv. Can. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Ab humana facilius elabuntur memoria, que litterarum serie nec proborum virorum testimonio fuerint perhennata. Nos igitur ter Gnewomirus, divina paciencia prepositus domus Tremesnensis, una cum conventu domus eiusdem omnibus hoc presens scriptum intuentibus cupimus notum et publice protestamur et recognoscimus, quod veniens ad nostram presen discretus vir Benedictus scoltetus tunc noster de Nyevolna, una cum filiis discreto viro Laurencio eiusque legittimis successoribus vendidit, donavit et a s nitus alienavit, et ab omnibus suis progenitis tam presentibus quam futuris ea beram sibi et suis facere promisit scolteciam in hereditate nostra vulgariter Nyewolna cum omni iure infranotato, et hoc pro duodecim marchis grossorum; et suis legittimis successoribus temporibus perpetuis possidendam, prout ipse I dictus a nobis et a nostro conventu emerat. In qua videlicet scoltecia sibi dedi et nunc in presenti iam dicto Laurencio nunc scolteto nostro damus tres mans beros, sibi et suis legittimis successoribus temporibus perpetuis possidendos, et tuor pro nostro monasterio reservamus. Item damus sibi lacum qui dicitur czewo. Damus eciam sibi et suis progenitis de omnibus iudiciis, cuiuscunque c cionis existant, tercium denarium, et duos pro nostro monasterio reservamus; excepto, quod si idem scoltetus vel aliquis de sua familia legittima aliquid vi scrupuli in dicta hereditate perpetraverit, de hoc ipse nullam penam pro se rec sed totum pro nostro monasterio reservamus. Damus eciam sibi et suis liberis tabernam liberam, item damus sibi duos ortos liberos, et piscaturam in lacu qu citur Camenyecz cum hys retibus, videlicet cum wencerz, gurgustrio et slampn et hoc quandocunque. Item damus sibi liberisque suis in rivulo, qui transit a dicto lacu Cameneez per primam clausuram. Damus amplius sibi et suis pro tis omnimodam libertatem in dicta hereditate cum subcincto cane venandi, le capiendi et eciam nisum portandi. Damus eciam sibi et suis liberis habere gr et opilionem in dicta hereditate et cabellas (sic), et hoc sine dampno nostro et tonum nostrorum ibidem. Volumus eciam omnibus esse notum, quod iam supr tatus scoltetus noster Laurencius et sui successores legittimi servicium nobis beant, prout alii scolteti in nostris hereditatibus exibere tenentur. Item, pro pr magni iudicii, semel in anno in festo beati Martiny idem scoltetus et sui liber scotos grossorum nobis dabunt; pro decima vero, per tres scotos grossorum de libet manso suo libero ipse et sui liberi nobis annuatim solvere tenebuntur. D eciam sibi pratum quod est in fine paludinum, que in Polonico dicuntur Rud hoc in fine dicte hereditatis; nos vero pro nobis reservamus pratum quod ex ut parte est circa magnum rivulum. Item damus sibi et cmetonibus ibidem a annuali libertatem infra spacium duodecim annorum; a decima vero, de agris quatuor annorum, de incultis autem decem annos. Elapsa vero libertate pre

hiidem cmetones, unusquisque de manso suo per sex scotos grossorum quolibet anno in festo beati Martini in perpetuum nobis solvere tenebuntur; decimam vero in agris suis manipulatim nobis dabunt, et ducere in curribus suis ad orreum nostrum. Item pro prandio magni iudicii bis in anno, omnes cmetones nobis dabunt sex scotos grossorum; quater vero in anno in nostris agris arare tenebuntur. Item in festo Pasche per medium capete ovorum, et in Assumpcione beate Marie virginis per duos pullos unusquisque de proprio suo nobis dabit. Ut autem hec vendicio et nostre recognicionis protestacio inconvulsa permaneat, nostro et nostri capituli sigillis fecimus appensione roborari. Datum et actum in Tremesna quarto Kalendas Aprilis, sub anno Domini **m.ccc.lx**, presentibus hiis testibus: comite Ptholomeo herede de Strezewo, comite Grimislao herede de Riczewo, comite Dobeslao herede de Socolnic, domicello Ianusio herede de Thocarzewo, Gregorio scolteto de Luben et Paulo scolteto de Beslino, et aliis quam pluribus fide dignis.

(Ad finem documenti). Constat michi de interlinea sex scotos grossorum, que feci propter memoriam meam.

Nyewolna, *Niewolna.* Lacus Kyelczewo, Camenyecz, *jeziora pom. wsiami Kocin, Kierzkowo i Niewolna.* Magnus rivulus, *odpływ tychże jeziór do jeziora Trzemeszyńskiego.* Strezewo, *Strzyżewo Paskowe.* Riczewo, *Ryszewo.* Socolnic, *Sokolniki.* Thocarzewo, *Tokarzewo.* Luben, *Lubin.* Beslino, *Bieślin.*

Nr. 1425.

Wirbantha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus terre Polonie general. 1360 Apr. 14, Poznanie; protestatur, monasterium de Obra cum Peregrino herede de Karpicko de molendino Nowe Karpicko composuisse.

Transsumpt potwierdzony przez: Kazimirus rex Polonie etc. 1365 Ian. 14, in Poznan.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Costens. a. 1555, fol. 1022.

Nos Wirbantha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus terre Polonie generalis, notum esse cupimus universis et singulis tam modernis quam futuris coram quibus fuerit presens scriptum recitatum, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam religiosus vir dominus Henricus, divina miseracione abbas de Obra, nomine suo et sui monasterii predicti, parte ex una, et Peregrinus heres de Carpisczko, parte ex altera, concordiam perennem pro molendino Novo Carpisczko mutuo fecerunt in hec verba, ordinandam taliter: quod strenuus miles dominus Dobeslaus iudex Calisziensis, vigore mandati serenissimi principis domini Kazimiri Dei gracia regis Polonie signanter fecit videlicet clavum ferreum infingere, ita, quod nulla utrarumque parcium supra clavum predictum debet aquam sursum extollere. Eciam prefatus dominus abbas et sui successores de Obra non debent nocere iam dicto Peregrino et suis successoribus nec aliquam questionem iudicialem movere in molendino novo ibidem in Carpisczko, et Peregrinus memoratus cum suis sequacibus prelibato domino abbati et suis successoribus non debet nocere per superexcedenciam aque in molendino Ruchocina gacz vulgariter nuncupato. Insuper sepedictus Peregrinus et sui successores non debent molere in molendino Nalka sine metreta. In

quorum omnium testimonium, signaculum nostri sigilli presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie feria tercia post Conductum Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus hiis testibus et dominis: Pascone palatino, Thomislao subpincerna Poznaniensibus, Vincencio Gneznensi, Andrea Kalisiensi castellanis, et Dobeslao iudice Calissiensi.

Obra, *Obra.* Carpisczko, *Karpicko.* Ruchocina gacz, *dziś Ruchocin młyn.* Nalka, *Niałek.*

Nr. 1426.

Wirzbantha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus terre Polonie general. 1360 Apr. 14, Poznanie; protestatur, Peregrinum de Karpicko cum Thoma de Chorzemin herede, ratione molendinorum super rivulum Dojca concordare.

Poznań. Königl. Staats Archiv. Lib. terrestr. Costens. a. 1555, fol. 1022. (*Transsumpt potwierdzony przez:* Kazimirus rex Polonie 1365 Ian. 14, in Poznania).

Nos Wirzbantha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus terre Polonie generalis, omnibus et singulis tam modernis quam futuris coram quibus presens scriptum fuerit recitatum palam recognoscimus et aperte, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie nobilium presenciam Peregrinus heres de Karpiczsco, parte ex una, et Thoma heres de Chorzemino, parte ex altera, concordiam perennem et ligam unionis intra se fecerunt mutuo verborum sub hac forma, ordinantes taliter: quod prefatus Peregrinus et sui successores possunt aquam sursum extollere pro molendinis in Carpiczsko situatis, quando et quociens eis opportunum fuerit, Thoma et suorum successorum (sic) vel progenitorum de Chorzemino racione sui littoris seu rippe non prohibente. Et in recompensam huius, memoratus Thoma et sui sequaces in antiquo molendino Carpisczko singulis hebdomadis eternaliter modium sine metreda molendi habebunt facultatem, et in nova piscina viginti gulgustria, si voluerint quandocunque, ponant perpetue pro suis usibus exponentes, et cum rethe dicto vulgariter slamp singulis hebdomadis simul piscacionem exercebunt. Eciam memoratus Peregrinus cum suis successoribus de Carpisczko, pro structura duorum molendinorum in Carpisczko ligna utensilia cum arena in hereditate Chorzemino recipient, impedimento Thome et suorum successorum quovis non obstante. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie feria tercia proxima post Conductum Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus testibus: Gamlietho subagazone Poznaniensi, Passzkone et Ianussio de Ptaszkowo, et Dzirsikragio de Cargowo heredibus.

Karpiczsco, *Karpicko.* Chorzemino, *Chorzemin.* Ptaszkowo, *Ptaszków; cnfr. Nr. 1324.* Cargowo, *Kargowa.*

Nr. 1427.

Hector de Pacost 1360 Apr. 24, Gnezne; cum Domo s. Iohannis prope Gniezno concordiam ratione lacus de Sępolno facit, et hereditatem praedictae Domus, dictam Dziechowa, sub suam protectionem suscipit.

Nakielski. Miechovia pag. 282.

Noverint quibus expedit universi, quod cum inter nos, videlicet Hectorem de Pacost et Vasilum prepositum Domus sancti Iohannis prope Gneznam, pro gadibus civitatis nostre Sempelborg et laci (sic) hereditatis Zdiechova legitimo litigio iudicialiter verteretur, omnipotentis autem Dei voluntate cum predicto domino concordia facta est gratuita sub hac forma: quod in lacu predicto qui nostre adiacet civitati, videlicet gades seu granicies ad partem nostram idem prepositus vel sui successores tenebit, et primam tracturam piscium in glacie habebit, demum nos; ipse quandocunque et quociescunque piscari aut trahere voluerit, piscacionem exercebit. Nos vero huic placide concordie bona animi nostri deliberacione annuentes et sanam anime nostre providenciam facientes, eandem hereditatem nostre civitati adiacentem Domus sancti Iohannis iam tacte, prout potuerimus, ab omnibus vexacionibus et iniuriis tanquam nostram defendemus. Et ecclesiam ad honorem Dei in nostra civitate erectam, cui octo mansos cum quatuor hortis perpetuo addidimus, fratrique quem prenominatus prepositus statuerit regimen et possessionem committimus. Gratam igitur et ratam hanc concordiam habentes, presentem paginam sub nostri sigilli robore fecimus scribi, ac ad maiorem testimonii evidenciam, sigillorum dominorum, scilicet fratris nostri Alberti palatini, Stanislai iudicis Cuiaviensis testimonio roborari. Actum Gnezne in crastino sancti Adalberti martyris, his eciam presentibus testibus nobilibus, videlicet Preczlao palatino Kalisiensi, Nicolao iudice Poznaniensi, Voyslao dicto Kluny vicecapitaneo, et ceteris fide dignis, anno Domini millesimo CCC.LX.

Pacost, *Pakość.* Sempelborg, *Sępolno.* Zdiechova, *Dziechowa.*

Nr. 1428.

Kelczo scolasticus Gneznens. ecclesie 1360 Apr. 26, Gnezne; in hereditate Capituli Gneznensis dicta Czerlejno scultetiam iure de Środa expositam Michaeli vendit.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Capitulum s. ecclesie Gneznensis 1417 Ian. 4, Gnezne; *w pergaminie orygin. sznurek z nici jedwabn., zielon. i czarnych przez dwie dziurki w dolnym, założonym brzegu przewleczony.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 340.

In nomine Domini amen. Ut facta mortalium labilia robur imposterum perpetue firmitatis obtineant, sapientum sanxit auctoritas, ea litterarum serie cum annotacione testium memorie transferre posterorum. Noverint igitur tam moderni quam futuri universi, quod nos Kelczo scolasticus Gneznensis ecclesie, de consensu venera-

bilis in Christo patris domini Iaroslai divina providencia archiepiscopi et Capituli eiusdem Gneznensis ecclesie, cupientes hereditatem nostram maius Czirznelino vocatam, quam ab eadem ecclesia obtinemus, in quibus utilius et melius possemus reformare, discreto viro Michaeli et suis liberis legittimis in ius Theutonicum Sredense expositam sculteciam pro quindecim marcis grossorum vendidimus in eadem, assignantes predicto sculteto nomine scultecie duos mansos liberos, tercium denarium iuramenti et cuiuslibet iudicati in perpetuum pacifice possidere. Quia vero predicta hereditas extitit totaliter fere locata, ab inde libertate postposita eius incole fertonem usualis monete quilibet, et maldratam triplicis frumenti pro censu, videlicet quatuor tritici, quatuor siliginis et quatuor avene, singulis annis ad festum beati Martini episcopi et confessoris nobis et successoribus nostris perpetuo solvere, ac versus Gneznam aut ad similem distanciam si necesse fuerit deducere tenebuntur. Et quoniam iura Sredensia nobis sunt penitus incognita, quidquid utilitatis nostrum tangit dominium, pro nobis reservamus. Ut autem hec nostra deliberati animi empcio immobilis perseveret, hoc privilegium dedimus scribi ac predicti Capituli et nostri sigillorum karactere communiri. Actum Gnezne in crastino beati Marci ewangeliste, anno eiusdem Domini millesimo trecentesimo LX, presentibus hiis honorabilibus testibus: scilicet Iohanne decano, Martino archidiacono, Petro custode, Martino, Ianussio, canonicis Gneznensibus, et ceteris fidedignis.

Maius Czirznelino, *Czerlejno.* Sredensis, *de Środa na Szlązku.*

Nr. 1429.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1360 Apr. 28, Gnezne; ratam habet collationem trium mansorum et thabernae in villa Capituli dicta Czerlejno, quae bona Kelczo scolasticus Gneznens. redemerat, et capellae s. Laurentii in ecclesia kathedrali ab ipso constructae dederat.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Petrus de Pnyewy Sedis apostolice subdiaconus etc. 1475 Apr. 9, Gnezne. *U pergaminu na pasku pergaminowym przywieszona podługowata pieczęć przedstawia Biskupa błogosławiącego, z pastorałem w lewéj; napis:...* Gneznen. perpetuor.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 497.

In nomine Domini amen. Bone rei dare consultum, et presentis vite habetur meritum et eterne beatitudinis cernitur premium expectari. Eapropter nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, universis quibus expedit volumus esse notum, quod constitutus in nostra presencia honorabilis vir dominus Kyelcz scolasticus nostre Gneznensis ecclesie, cupiens augeri cultum numinis divini, tres mansos agrorum et unam tabernam in Czyrlyenyno maiori, ubi est ecclesia villa Capituli nostri Gneznensis consistens (sic), quos et quam reemit seu exemit pro triginta marcis grossorum Pragensium a duobus fratribus Michaele et Iohanne cognominatis Glowa, condam scoltetis ibidem, (qui) pridem ad scolteciam pertinebant, capelle sancti Laurencii quam construxit in dicta ecclesia Gneznensi maiori et ministro eiusdem qui pro tempore fuerit, de consensu et ratihabicione speciali fratrum nostrorum Capituli antedicti Gneznensis perpetuo dedit, donavit et assignavit, per

ipsum ministrum seu rectorem dicte capelle habendos et habendam perpetuis temporibus in futurum. Ita tamen, quod idem rector ipsius capelle seu altaris, quemadmodum in alio privilegio super quatuor marcas eidem capelle donatas continetur, ter in ebdomada, scilicet secunda et tercia feriis et sabbatho, quolibet istorum trium dierum unam missam: feria secunda pro Defunctis, tercia vero feria de sancto Martino, sed sabbatho de Domina vel de sancta Catherina dicere teneatur: et quia: cui maioratur (sic) emolumentum, (sic) et onus: die dominico quolibet ultra predicta, missam de sancta Trinitate per se vel per alium idem altarista dicere sit astrictus; et quod vivente dicto Kyelczone, pro peccatis suis; mortuo vero eo, pro anima sua Collectas in missis illis imponere sit obligatus. Preterea, collacio dicti altaris seu capelle, quamdiu Kyelczo vixerit, ad ipsum pertinebit; post mortem vero eius, ad nos et nostros successores spectabit. Prefatam ergo donacionem ratham et gratam habemus et ipsam presentibus confirmamus de consensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli, pro sustentacione huiusmodi altaris perpetuo incorporamus (sic). In cuius rei testimonium, nostrum et dicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in die beati Vitalis martiris, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus honorabilibus et discretis viris: Iohanne decano, Martino archidiacono, Petro custode, Nicolao cancellario, prelatis Gneznensibus, Iohanne preposito Kalisiensi, Preczslao preposito sancti Georgii, (sic) de Gora, canonicis nostris Gneznensibus, et aliis multis fidedignis testibus ad premissa.

Czyrlyenyno maius, *Czerlejno.* S. Georgius, *kościół obok zamku Gnieźnieńskiego.* Gora, *Góra p. m. Żnin; opuszczono w tym niedbale sporządzonym transsumpcie nazwisko* rectoris ecclesiae, *może* Martinus; *cnfr. Nra. 1387, 1388, 1398.*

Nr. 1430.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1360 Apr. 28, in Kobylec; protestatur, monasterium de Łekno modo commutationis Chwaloni de Werkowo, castellano de Rogoźno, villas Chawłodno et Oleśno cum attinentiis dedisse, et pro eisdem villam Kobylec et triginta sexagenas grossorum latorum recepisse.

Wągrowiec. Archiv. monasterii. Protocollum tertium, pag. 51. (Kopja z starego transsumptu).

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, universis et singulis tam modernis quam futuris coram quibus presens scriptum fuerit recitatum publice recognoscimus et aperte, quod inter religiosum virum dominum Hermannum divina paciencia abbatem et eius collegium de Lekno Ordinis Cisterciensis, parte ex una, et nobilem virum dominum Chwal heredem de Wyrkowo castellanum Rogoznensem, parte ex altera, quedam dissensiones, rixe, strepitus ac controversie vigebant pro gadibus, graniciis et limitacionibus hereditatis Kobylec vulgariter nuncupate. Nolentes vero predictus dominus Hermannus cum suo monasterio de Lekno et Chwal heres de Wyrkowo castellanus Rogoznensis prefatas rixas, dissensiones ac controversias amplius invicem tollerare, concordiam perennem et ligam unionis eterne, mediantibus probis viris infrascriptis, inierunt et ordinaverunt per-

petuis temporibus duraturam; taliter, quod idem dominus Hermannus abbas cum suo monasterio et collegio fratrum de Lekno, prefato domino Chwal heredi de Wyrkowo castellanoque Rogoznensi et universis suis veris et legittimis successoribus natis ac nascendis, per modum commutacionis dedit hereditates, villam Gawlodno cum lacu et attinenciis, przisodlek Krakovityce nuncupato, et aliis omnibus et singulis utilitatibus, secundum quod dicta hereditas in suis metis et gadibus circumferencialiter est distincta et eciam limitata; et aliam hereditatem Olesno vulgariter nuncupatam cum eius universis et singulis utilitatibus, iuxta istas metas, gades et granicies, secundum quod strenuus miles dominus Thomislaus subpincerna Poznaniensis cum domino abbate sepedicto in Olesno et Pangrodz limitavit, quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendas, et hoc pro hereditate Kobylec et pro triginta sexagenis grossorum latorum. In quorum omnium testimonium, signaculum nostri sigilli presentibus est appensum. Actum et datum in Kobylec feria tercia proxima post diem Marci ewangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus hiis testibus ac mediatoribus, quibus mediantibus hec concordia et commutacio fuit facta: Predslao subagazone, Svantoslao subdapifero Poznaniensi, Adamo subcamerario Kalisiensi, Iohanne subvenatore Gneznensi, Bodzatha de Wisnewo, et Slawenico de Cessewo heredibus.

Lekno, *Łekno.* Wyrkowo, *Werkowo.* Gawlodno, *Chawłodno.* Przisodlek Krakovityce, *osada znikła, w Nrze 505 zwana Cracoszrz.* Olesno, *Oleśno.* Pangrodz, *Panigrodz.* Kobylec, *Kobylec.* Wisnewo, *Wiśniewo.* Cessewo, *Czeszewo.*

Nr. 1431.

Nicolaus iudex Poznaniens. 1360 Iun. 2, in Poznania; hereditatem Wierzbencice monasterio de Lubin contra petitionem filiarum Wirzbentae de Trzebinia adiudicat.

Pergam. orygin. Skrawek pergam., przez 2 wcięcia przewleczony, z którego pieczęć znikła.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 18.

Nos Nicolaus iudex Poznaniensis notum facimus universis quibus nosse fuerit opportunum, quod cum in Poznania tercia feria post diem sancte Trinitatis in summis terminis celebratis sedissemus pro tribunali ad facienda iudicia, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presidentibus iudicio multis nobilibus: reverendo in Cristo patre domino Iohanne episcopo Poznaniensi, domino Wyrzbenthe capitaneo Polonie, Pascone Poznaniensi, Preczslao Kalisiensi palatinis, Wincencio Gneznensi, et aliis multis fide dignis, ibidem veniens honorabilis vir frater Nicolaus causidicus, prolocutor ex parte domini Andree abbatis et conventus de Lubyn, coram nobis, iusto et vero iudicio exigente, contra duas filias Wirzbenthe de Trzebino hereditatem dictam Wirzbenczicze cum omnibus utilitatibus optinuit ac totaliter acquisivit. Nos vero informati per milites iudicio presidencium (sic), pretactam hereditatem prefato domino abbati et conventui adiudicavimus et per presentes adiudicamus perpetuis temporibus possidendam. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum loco et die quibus supra.

Lubyn, *Lubin.* Trzebino, *Trzebinia.* Wirzbenczicze, *osada znikła.*

Nr. 1432.

Preczlaus episcopus Wratislaviens. 1360 Iun. 24, Wratislavie; villas desertas ecclesiae suae, inter oppida Bolesławiec, Kępno et Ostrzeszów sitas, certa conditione Stephano Gromassy canonico Poznaniensi ad tempus vitae tradit, ut eas in meliorem statum reducat.

Wrocław. Archiv. Capituli. Liber niger, pag. 205.

In nomine Domini amen. Nos Preczlaus Dei gracia episcopus Wratislaviensis notum facimus ad quos presentes pervenerint universis, quod licet dudum propter diuturna et fidelia obsequia, que dominus Stephanus Gromassy canonicus Poznaniensis et altarista Wratislaviensis ecclesiarum, quondam noster notarius, nobis et ecclesie Wratislaviensi exhibuit temporibus retroactis, infrascriptas villas, que site sunt in regno Polonie prope castrum Boleslaviam et prope Langinfurt sive Campo et pertinent ad nos et nostram ecclesiam Wratislaviensem supradictam, eidem domino Stephano, ut eo cicius reducerentur ad utilitatem ecclesie, ex gracia donaverimus ad tempus: considerantes tamen, quod hucusque modicum utilitatis, pro eo quod deserte sunt et alique alienate, proveniebat ecclesie ex villis eisdem, ac volentes prefatum Stephanum ad quevis obsequia reddere prompciorem, ipsas villas cum fructibus suis, decimis, censibus, utilitatibus et pertinenciis universis, prout ad nos et nostram spectant ecclesiam Wratislaviensem, de consensu nostri Wratislaviensis Capituli in graciam personalem duximus concedendas Stephano supradicto; ita videlicet, quod ad vite sue tempora, universos fructus et utilitates qui et que ex villis huiusmodi proveniunt, libere percipere debeat, et ante omnia deducere pro sua persona quatuor marcas grossorum Pragensium et Polonici pagamenti singulis annis; quibus sic deductis, quidquit residuum fuerit, nobiscum aut cum successore nostro qui pro tempore fuerit dividere equaliter tenebitur et partiri. Eodem autem Stephano defuncto, predicte ville cum suis pertinenciis ut prius ad ecclesiam nostram Wratislaviensem redire volumus integraliter et reduci. Villarum predictarum vero nomina hec sunt: primo Chlevo, Bobrowniky, Scarzeczowo, Wysschonow, Lubczyna, Myrcow, Olschowa, Iancow, Semyanovicz, Racowo, Trzenicza, Grambanino, binum Myiomicz, Domanino, Micorszymo, Rogasschicze, Cothlowo, Laszyscze, Parsnowo, antiquum Schiltperg sive Ostrzeschow, Doruchow, Swyba, Prszetocznicza et Oszezycze. Has igitur omnes villas, que sunt site in regno Polonie et deserte fuerunt temporibus retroactis, redigendas in maiorem utilitatem ecclesie, nomine gracie personalis prefato domino Stephano, qui plus earum situm novit, concessimus sub condicionibus antedictis. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Wratislavie feria quarta, in Capitulo nostro generali celebrato in festo sancti Iohannis Baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus etc. (*sic*).

Boleslavia, *Bolesławiec.* Langinfurt sive Campo, *Kępno.* Chlevo, *Chlewo.* Bobrowniky, *Bobrowniki.* Scarzeczowo, *Skarydzów.* Wysschonow, *Wyszanów.* Lubczyna, *Lubczyn.* Myrcow, *Mirków.* Olschowa, *Olszowa.* Iancow, *Janków.* Semyanovicz, *Siemianice.* Racowo, *Raków.* Trzenicza, *Trzcinica.* Grambanino, *Grębanin.* Binum Myiomicz, *Myjomice.* Domanino, *Domanin.* Micorszymo, *Mikorzyn.* Rogasschicze, *Rogaszyce.* Cothlowo, *Kotłów.* Laszyscze, *nie odgadnione, może Laski.* Parsnowo,

Parzynów. Antiquum Schiltperg, *Ostrzeszów.* Doruchów, Świba, Przetocznica, *dziś tak samo.* Oszezycze, *nie odgadnione.*

Nr. 1433.

Kazimirus rex Polonie etc. 1360 Iun. 25, Lovicz; Iaroslao archiepiscopo Gneznensi concedit, ut villam ecclesiae ipsius dictam Wawrzyszkowice de iure Polonico in ius de Chełmno transferre, et in civitatem nomine Kamień locare valeat.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 57 v.

In nomine Domini amen. Quod magnifica regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile merito debet perpetuo permanere. Noverint igitur quibus expedit universi, quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres, iustis et dignis peticionibus reverendi in Christo patris domini Iaroslai divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, principis et consiliarii nostri carissimi benigne graciosiusque inclinati, villam ipsius et ecclesie Gneznensis predicte, dictam vulgariter Wawrzyszcovicze terre Polonie, in territorio Naklensi, in fluvio Camona situatam, de iure Polonico in ius Theutunicum quod Culmense dicitur, perpetuis temporibus duraturum duximus transferendam; dantes et concedentes eidem domino archiepiscopo plenam et omnimodam potestatem, ex eadem villa Wawrziszcovicze civitatem ipso iure Theutunico exponere, locare eciam et firmare sive plancare, nomen eidem civitati Camona imponendo. Que quidem civitas iure fori, feria *(vacuum)* aut alio die quocunque voluerit, et aliis omnibus iuribus civilibus, sicut alie civitates eodem iure locate utuntur, licite in omnibus suis articulis frui poterit et debebit. Removentes ibidem omnia iura Polonicalia, angarias, perangarias, soluciones, exacciones, staciones et labores universos, quibuscunque nominibus nuncupantur, ac eciam quoslibet mores et consuetudines, que ipsum ius Theutunicum perturbare consueverunt. Volumus eciam, quod advocatus, cives et omnes incole iam dicte civitatis Camona, ab omnibus iurisdicionibus et iudiciis omnium palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum, ipsorumque vices gerencium ac omnium officialium et ministerialium ipsorum penitus sint absoluti et exempti; ita, quod coram nullo, nisi cives coram suo advocato, advocatus vero nusquam, nisi coram domino archiepiscopo qui pro tempore fuerit aut procuratore ipsius, de se querulantibus pro causis quibuscunque, magnis sive parvis, civilibus vel criminalibus, utpote furti, homicidii, sanguinis, vel mutilacionibus, suo tamen iure Theutunico respondere tenebuntur. Quas siquidem causas, magnas sive parvas, advocatus eiusdem civitatis cum scabinis ad hoc deputatis, secundum exigenciam criminis vel delicti iudicabit, sentenciabit, condempnabit seu execucionem faciet, forma iuris Theutunici in omnibus observata. Decernimus insuper et admittimus de nostra gracia speciali, ut ipsa civitas in omnibus articulis eo iure gaudeat et fruatur, sicut alia bona ipsius Gneznensis ecclesie antiquitus gaudere dinoscuntur. Ceterum, omnia privilegia, immunitates et quaslibet libertates eidem civitati per dominum archiepiscopum predictum et eius Capitulum data et concessa, approbamus per omnia, ratificamus et confirmamus. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Lovicz in crastino beati

Iohannis Baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus fidelibus nostris: Przeczslao Kalisiensi, Dadzbogone Plocensi palatinis, Wyrzbantha Poznaniensi, Pascone Brestensi, Dobeslao Cruszviciensi, Mscivyo Rudensi castellanis, et aliis multis fide dignis. Datum per manus domini Ottonis cancellarii nostri Polonie, scriptum autem per Nicolaum de Woyborz, notarium curie nostre regalis.

Wawrzyszcovicze, *niegdyś wieś, później gród kasztelański i miasteczko Kamień.* Camona fluv., *rz. Kamionka.* Rudensis, *de Ruda.* Woyborz, *Wolbórz.*

Nr. 1434.

Fr. Andreas abbas de Zambrzsco 1360 Iun. 30, Poznanie; una cum suo conventu protestatur, Iohannem episcopum Poznaniensem incolas, qui se locaverint in hereditate sui monasterii dicta Osiecko, a solutione decimae infra spatium trium annorum liberavisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 179.

Nos frater Andreas abbas de Zambrzsco tenore presencium publice recognoscimus una cum nostris fratribus de conventu, reverendum in Christo patrem dominum Iohannem, Dei gracia episcopum Poznaniensem, omnibus et singulis incolis qui se locaverint in hereditate monasterii nostri dicta vulgariter magnum Ossek, a solucione decime ad mensam ipsius spectantis, infra trium annorum spacium a data presencium graciose contulisse et dedisse omnimodam libertatem; qua expirata, incole ville predicte mense episcopali decimam sine omni contradiccione solvere tenebuntur. In cuius rei testimonium, sigilla nostrum et conventus nostri presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini m.ccc.lx.

Zambrzsco, *Zemsko.* Magnum Ossek, *Osiecko.*

Nr. 1435.

Iohannes episcopus Poznaniens. ecclesie 1360 Iun. 30, Poznanie; Petro Gedriskonis et Martino Schelconis scultetiam in villa suae ecclesiae dicta Winnagóra vendit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 180.

In nomine Domini amen. Multis incommodis prudenter occurrimus, cum etatis nostre negocia litterarum ac testium munimine roboramus. Eapropter nos Iohannes, Dei gracia et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis ecclesie, ampliacionem et melioracionem bonorum ecclesie nostre predicte studio pervigili intendentes, de voluntate fratrum nostrorum Capituli Poznaniensis sculteciam in villa nostra Vinna gora vulgariter dicta ad mensam nostram episcopalem spectante, iure Theutonico quod vulgariter Srzeczke nuncupatur locatam, prout in suis distincta est limitibus, vendidimus Petro Gedriskonis et Martino Schelconis; ita tamen, quod idem

Petrus et Martinus et eorum liberi et successores legittimi, nomine scultecie ibidem quatuor mansos liberos, unam tabernam, macellum carnificum, sutorum, pistorum et fabrile, et tercium denarium de re per ipsos iudicata libere et perpetue debent possidere. Incole ville predicte de manso quolibet unum fertonem aut sex scotos, duos grossos pro scoto computando, unam maldratam frumenti quadruplicis grani, videlicet duas mensuras tritici, duas hordei, quatuor siliginis et quatuor avene, annis singulis pro festo beati Martini nobis solvere et in Solecz deducere, ac agros qui pro nobis fuerint reservati, quater in anno sicut moris est exarare tenebuntur. Ad maiora eciam iudicia, que ter in anno fieri consueverunt, nobis, aut nuncio nomine nostro, sculteti unum et cmethones duo prandia, seu scotum pro quolibet prandio ministrabunt; et nichilominus omnia alia iura et servicia, que nunc sunt in villis Theutonicalibus et que postmodum fuerint, nobis et nostris successoribus exhibebunt, quemadmodum alie ville iuris Theutonici suis dominis exhibent et exhibere tenentur. Et quia iura Szredensia nobis sunt incognita, omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra in omnibus reservamus. Adiicimusque insuper iuxta synodales constituciones: quod sculteti nostri predicti, nunc ab altero partem sue scultecie infra annum presentem redimant, seu ambo insimul alteri vendant. Et si successu temporis heredes multiplicati fuerint, uni similiter vendant, et remaneat solus heres. In cuius rei testimonium et evidenciam in maiorem, nostrum et Capituli nostri sigilla presentibus subinpressimus. Actum et datum Poznanie feria tercia in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus viris, fratribus nostris et dominis: Troyano preposito, Stiborio decano, Andrea archidiacono, Nicolao scolastico, Henrico cantore, Iohanne custode Poznaniensibus, Detkone archidiacono Cyrznensi, Martino archidiacono Gnezsnensi, Iacobo officiali et archidiacono Pczevensi, Nicolao Czebulka, Nicolao, Iankone, Nicolao procuratore, et Michaele, canonicis nostris Poznaniensibus, et aliis quam plurimis fide dignis.

Vinna gora, *Winnagóra.* Srzeczke, *de Środa na Szląku, z niem. Neumarkt.* Solecz, *Solec.* Cyrznensis, *de Czersk.* Pczevensis, *de Psczew.*

Nr. 1436.

Iohannes episcopus Poznaniens. ecclesie 1360 Iun. 30, Poznanie; Ditconi archidiacono de Czersk censum pecunialem trium marcarum in villa Winnagóra vendit, quem censum pro erigendo et fundando altari s. s. Marci evangel., Floriani martyr. ac Dorotheae virg. in ecclesia maiori applicat.

Pergam. orygin., miejscami przeżarty. Sznurki jedwabne, czerwone, od dwóch pieczęci przywieszonych; z pierwszéj pozostał ułamek bez wycisku, druga znikła.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 7.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes, divina et apostolice Sedis providentia episcopus Poznaniensis ecclesie, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentium (sic) habituris, quod pro erigendo de novo altari in dicta Poznaniensi ecclesia nostra in honore sanctorum Marci ewangeliste, Floriani martyris ac

Dorothee virginis benedicte, censum pecunialem trium marcarum dumtaxat mensė nostre in villa nostra Theutunicali Vinnagora vulgariter nuncupata, sita in strata publica que ducit de Srzoda versus Pysdri, honorabili viro domino Dithconi archidiacono Cyrznensi et canonico Poznaniensi, de consensu dilectorum fratrum nostrorum Poznaniensis videlicet Capituli vendidimus, dedimus et tradidimus pro certa pecunie quantitate, scilicet pro triginta marcis grossorum, quadraginta octo grossos pro marca conputando, quam quidem summam quadraginta (sic) marcarum, nos recognoscimus tenore presentium recepisse ab eodem in pecunia memorata (sic). Ipse vero archidiaconus dictos redditus et proventus trium marcarum, de quibus premittitur, emit et comparavit a nobis in remissionem suorum peccaminum et ut sui memoriam facerent in ecclesia memorata, cavens illud Psalmiste: Perit memoria eorum cum sonitu, et cetera: petens et supplicans prefatus Dithco archidiaconus humiliter et devote, ut ipsos redditus et proventus trium marcarum, eidem altari sanctorum Marci ewangeliste, Floriani martyris ac Dorothee beate pro sustentacione domini Nicolai capellani domini episcopi, ad ipsum altare nobis presentati per illum, et successores eiusdem Nicolai qui pro tempore fuerint dignaremur misericorditer applicare. Nos vero eius piis et iustis peticionibus inclinati, prefatos redditus et proventus in quantitate et numero supradictis ad predictum altare iungimus, annectimus et ascribimus perpetuo per presentes; ita, quod eosdem redditus et proventus, scultetus noster qui nunc est et demum heredes et successores ipsius, ab incolis dicte ville Vinnagora exigere, exbrigare et extorquere circa diem beati Martini nunc instantis et deinceps anno quolibet ut moris est tenebuntur, et predicto altariste ac eius successoribus, vel eorum nunciis ad id specialiter deputatis, integraliter et absque diminucione qualibet presentare et eciam assignare. Verum, quia beneficium datur propter officium et est eius sequela, volumus et statuimus, ut in eodem altari ipse Nicolaus et successores eius qui pro tempore fuerint ut prefertur, racione reddituum et proventuum predictorum percipiendorum per ipsos, missas infrascriptas per se vel per alios dicere annuatim septimanis singulis et legere perpetuis futuris temporibus, quanto devocius cum Dei adiutorio poterint, sub optestacione divini iudicii debeant et sint astricti. Primam missam videlicet die dominica, de sancta et individua Trinitate, secundam vero tercia feria de beata Maria matre Dei virgine gloriosa, terciam autem sexta feria de sanctis martyribus qui pro Domino sanguinem suum fuderunt et passi sunt innumera tormenta. In quarum prima, preter misse Colle.... (*10 litt. des.*) de Apostolis et de Virginibus; in secunda eciam due post Collectam misse (sic), de sanctis Martino et Nicolao confessoribus; in tercia vero et ultima peracta misse Collecta, similiter due, de beatis Hedwige et Elyza... (*7 litt. des.*) Collecte, per dictum Nicolaum et alios qui postmodum prefatum altare sanctorum Marci ewangeliste, Floriani martyris et Dorothee virginis gloriose 'fuerint assecuti, dici devote per se vel alium semper et perhenniter deb... (*4 litt. des.*)... gi; alias hec non faciens vel negligens, sentenciam excommunicacionis incurrat. Quem quidem Nicolaum altaristam et successores eius hac prerogativa gaudere volumus et preferri, ut post altaristas nostros per antecessores nostros antiquitus institutos, in dicta nostra Poznaniensi ecclesia in forma et stallo superiorem locum optineat, ceteros inferiores vicarios antecedat. Ut autem Christi fideles circa audicionem divinorum eo ferventius sint intenti quo donis spiritalibus fuerint referti uberius, omnibus vere penitentibus et confessis, qui apud dictum altare sanctorum Marci ewangeliste, Floriani martyris ac Dorothee virginis benedicte missas superius expressas, seu quamlibet earundem cum

sincera devotione audierint pro sua et aliorum orthodoxorum salute Christi clementiam humiliter exorando, decem dies indulgentie, de omnipotentis Dei clementia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, gratuite et benigniter in Domino elargimur. Sane memorati altaris collacionem, provisionem et presentationem, ad sepedictum archidiaconum quoad vixerit volumus pertinere. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem, presentes litteras scribi fecimus et nostri ac dicti nostri Capituli sigillorum appensione muniri. Actum et datum Poznanie in crastino predictorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis tunc in Capitulo congregatis: Czsciborio decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Henrico cantore et Iacobo archidiacono et officiali Poznaniensi, Iohanne Kyvola decano Wladislaviensi, Ianusio cantore et Martino archidiacono Gneznensibus, Stanislao thezaurario nostro, Nicolao Czibulca, Iohanne de Ostroveczno, Iancone de Czarnkow, Andrea dicto Cordas, Nicolao palatini de Nova civitate, et Michaele de Grabosow, canonicis Poznaniensibus.

Winnagóra, Środa, Pyzdry, *dziś tak samo.* Cyrznensis, *de Czersk.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Ostroveczno, *Ostrowieczno.* Czarnkow, *Czarnków.* Nova civitas, *Nowe miasto.* Grabosow, *Graboszewo.*

Nr. 1437.

Albertus palatinus Brestens. 1360 Iul. 13, in Kosczol; protestatur, Misczislavam cum filiis et filiastro heredes de Ludziska, medietatem hereditatis Wyskidno monasterio de Byszewo vendidisse.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergamin. przywieszono dwie pieczątki. Pierwsza wyobraża na tarczy trójkątnéj godło rodu Leszczyców; napis: S. Alberti... *Druga znikła.*

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 90.

Nos Albertus palatinus Brestensis ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum volumus devenire, quorum nosse presencium litterarum (sic) fuerit opportunum, presentibusque recognoscimus lucidius profitentes, quod domina Misczislava de Ludziczko cum filiis suis Vincencio, Simone et Iohanne, una cum Iohanne filiastro ipsorum, parte ab una, et dominus Iohannes abbas Byszszoviensis, parte ab altera, in nostra existentes presencia talem inierunt mutuo forisacionem et empcionem: quod domina memorata cum filiis suis, cum consensu omnium ius ad hoc habencium medietatem hereditatis Wyskydno vulgariter nuncupatam, in terra Naklensi sitam, pro ducentis marcis grossorum domino Iohanni abbati predicto ac monasterio Byszszoviensi in perpetuum vendiderunt rite ac racionabiliter; quam quidem pecuniam domina prius nominata, cum filiis suis et aliis iure ad hoc spectantibus, coram nobis persolutam receperunt integraliter et complete. Et ne huiusmodi tam realis véndicio et empcio nec non pecunie integralis satisfactio ab aliquibus valeat in posterum dubitari, litteram nostram recognicionis evidentis domino abbati sepedicto contulimus, sigilli nostri et Iohannis dicti Czemmark advocati Iuvenis Wladislavie

efficaci appensione communitam. Actum et datum in Kosczol in die beate Margarethe virginis, sub anno Incarnacionis Cristi millesimo ccc.lx.

Brestensis, *de Brześć Kujawski*. Ludziczko, *Ludziska*. Byszszoviensis, *de Byszewo*. Wyskydno, *Wyskidno*. Iuvenis Wladislavia, *Inowrocław*. Kosczol, *Kościelec*.

Nr. 1438.

Chebda palatinus et capitaneus Syradiens. 1360 Iul. 16, Uneyow; notum facit, Paulum de Skarzyn hereditati Milino in favorem ecclesiae Gneznensis renuntiavisse.

Pergam. orygin., w jednem miejscu przegryziony, w którego dolnym, założonym brzegu skrawek pergaminowy przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 152.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod veniens nostram ad presenciam Paulus heres de Scarzini, coram nobis Chebda palatino et capitaneo Syradiensi, non coactus nec compulsus, sed libera et bona voluntate publice est confessus, quod liti et accioni, quam venerabili in Christo patri domino Iar. divina providencia archiepiscopo Gneznensi movebat super hereditate dicta Milino, cessit ac renunciavit, promittens cum infrascripto fideiussore, videlicet Tomkone canonico Rudensi, a festo Nativitatis Domini infra tres annos et tres menses (*9 lit. des.*)... olaum et consangwineos suos seu per quaslibet alias personas, qui ad predictam hereditatem (*12 lit. des.*) habere, contra ipsius accionis cessionem venire vel ipsum dominum archiepiscopum (*16 lit. des.*) aliqualiter impetere vel eciam inpedire. Pro qua siquidem accionis cessione (*13 lit. des.*) Milino, idem Paulus a prefato domino archiepiscopo recepit triginta marcas grossorum, promittens antedictum dominum archiepiscopum et suos successores contra quemlibet personam exbrigare; pro qua siquidem exbrigacione, supradictus fideiussor una cum sepefato Paulo se coram nobis firmiter obligarunt et in solidum. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Uneyow in crastino Divisionis apostolorum sanctorum, anno Domini M.CCC. sexagesimo, presentibus nobilibus et strenuis viris, militibus Petro castellano Spiczimiriensi, Sandywogio subcamerario Syradiensi, Luca subpincerna, Nicolao herede de Grocholicze, ac Swanthoslao de Gezersco et aliis multis fide dignis.

Scarzini, *Skarzyn*. Milino, *nie odgadnione*. Rudensis, *de Ruda*. Uneyow, *Uniejów*. Spiczimiriensis, *de Spicimierz*. Grocholicze, *Grocholice*. Gezersco, *Jeziersko*.

Nr. 1439.

Carolus IV etc. 1360 Iul. 26, Nuremberg; Kazimiro regi Poloniae promittit, nec se, nec successores suos pro scissione episcopatus de Wrocław a Gneznensi metropoli apud Sedem apostolicam laboraturos.

Dogiel. Codex diplomatic. I, fol. 538.

Carolus IV *etc.* notum facimus *etc.*, quod illius amoris et favorosi affectus intuitu, quo magnificum et excellentem principem dominum Casimirum regem Polonie illustrem, fratrem nostrum carissimum pia benignitate prosequimur, pro nobis, heredibus et successoribus nostris Bohemie regibus, eidem fratri nostro de certa scientia tenore presentium promittimus absque dolo, quod pro scissione Vratislaviensis episcopatus a Gnesnensi metropoli facienda, pro parte nostra vel eorundem successorum nostrorum apud Sedem apostolicam nunquam laborabitur, quibuscunque temporibus affuturis. Presentium sub tenore. Datum Nuremberg anno M.CCC.LX, Indictione XIII, VII Calendas Augusti, regnorum nostrorum anno Romani XV, Bohemie XIV, imperii vero VI.

Nr. 1440.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1360 Aug. 2, in Kazom; declarat, se 800 florenos auri, a se in sua dioecesi pro camera apostolica recollectos, eidem camerae infra unius anni spatium transmissurum.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 803.

In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem MCCCLX, Indictione XIII, secunda die mensis Augusti, hora quasi VI, in Kazom Wladislaviensis diocesis villa Poznaniensis episcopi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Innocentii Pape VI anno VIII, in mei publici notarii et testium subscriptorum presentia reverendus in Christo pater dominus Iohannes episcopus Poznaniensis, non vi vel metu, non dolo vel fraude, sed sponte, provide et ex certa scientia, suo et ecclesie sue nomine recognovit et confessus fuit, se in deposito habuisse et habere ac nomine veri et puri depositi recepisse, eique datos, numeratos et ponderatos esse et realiter cum effectu fuisse a venerabili viro Arnaldo de Caucina scolastico ecclesie Cracoviensis, in Polonie et Ungarie regnis apostolice Sedis nuntio, assignante et deponente nomine camere domini nostri Pape atque suo, octingentos florenos auri boni, puri et legitimi ponderis de Florencia seu de Ungaria, de pecunia dicte camere domini nostri Pape, per ipsum dominum episcopum in sua diocesi nomine dicti domini nuntii ratione quorumdam iurium recollecta: idem dominus episcopus exceptioni non habitorum, non receptorum dictorum florenorum auri renuntians simpliciter et expresse. Quos quidem florenos auri aut ipsorum valorem, prefatus dominus episcopus promisit nomine predicte camere et dicti domini nuntii solvere et realiter assignare in Avinione reverendissimis dominis camerario et thesaurario domini nostri, a predicta secunda die mensis Augusti ad duodecim menses, renuntians omni exceptioni *etc.* In cuius rei testimonium, sigillum predicti domini episcopi est presentibus ap-

pensum; ipso tamen appenso vel non appenso, corrupto vel non corrupto, presens instrumentum publicum voluit in suo robore permanere. Actum anno, Indictione, mense, die, loco, hora, pontificatu, quibus supra; presentibus honoratis et discretis viris, domino Iohanne cantore Gneznensis, Sbylutone preposito Wladislaviensis ecclesiarum, et Nicolao de Brest Wladislaviensis diocesis clerico, notario publico, testibus ad premissa vocatis.

Kazom, *Kazanie.* Wladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1441.

Iohannes episcopus Poznaniens. ecclesie 1360 Sept. 21, Poznanie; venditionem scultetiae in villa suae ecclesiae dicta Clymanczycze confirmat, quam Wygandus, quondam scultetus ibidem, Petro kmetoni de Grąbkowo resignaverat.

Pergam. orygin. Na sznurach jedwabnych, zielon. przywieszono dwie podługowate pieczęcie. Pierwsza wyobraża osobę Biskupa na tronie pod bogatem cymborium siedzącą i błogosławiącą, pod któréj stopami klęczy zwrócony w prawo biskup, mający po obu bokach trójkątną tarcz z godłem rodu Doliwów. Napis: S. Iohis. Dei Gracia Epi. Poznanien. *Druga Kapituły Poznańskiéj;* (pieczęć LV).

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 8.

In nomine Domini amen. Multis incomodis prudenter occurrimus, cum etatis nostre negotia litterarum memorie commendamus. Igitur nos Iohannes divina et apostolice Sedis providentia episcopus Poznaniensis ecclesie, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod veniens ad nostram nostrorumque fratrum, Capituli videlicet Poznaniensis presenciam Wygandus quondam scultetus de Clymanczicze villa ad nostram mensam episcopalem spectante, quam pronunc dilectus nobis in Christo frater, dominus Iohannes prepositus Kalisiensis et noster canonicus Poznaniensis, de mensa nostra nomine gracie specialiter sibi facte tenet et possidet, iure Sredensi locata, sculteciam ibidem Petro kmetoni de Crampkovo vendidit, tradidit et resignavit pro certa pecunie quantitate tali condicione interiecta: scilicet quod idem Petrus cum suis legittimis successoribus, racione dicte scultecie, in villa prefata Clymanczicze duos mansos, unam tabernam tantum, pistrinum, sutoriam fabricam, maccellum carnium, et tercium denarium de re qualibet tam de iure Polonico quam Theutonico iudicata, libere et pacifice possidebit ac perpetue obtinebit. Incole vero ville predicte, nobis et nostris successoribus in festo sancti Martini annis singulis de manso quolibet per novem scotos grossorum, racione census, pecunie usualis solvere tenebuntur. Insuper incole ville prenotate, de nostris frumentis, in agris ibidem ad nos pertinentibus et per ipsos excultis, unam mensuram pro tempore yemali et aliam pro tempore estivali, quilibet (sic) de manso, nobis et nostris successoribus absque omni dilacione et contradiccione seminabunt. Ad maiora eciam iudicia, que ter in anno fieri consueverunt, scultetus unum et kmetones duo prandia, vel fertonem grossorum pro quolibet prandio procurabunt. Et quia iura Sredensia nobis prorsus sunt ignota, omnia iura que comodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra reservamus. Eandemque vendicionem et resignacionem, taliter ut premittitur coram nobis factam, de fratrum nostrorum Pozna-

niensis videlicet Capituli consensu ratam et gratam habentes, presentes nostro et Capituli nostri predicti sigillorum appensione communiri fecimus in robur perpetue firmitatis. Datum et actum Poznanie die sancti Mathey apostoli et ewangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus fratribus nostris, dominis Sczyborio decano, Andrea archidiacono, Henrico cantore dicto Zyla, Martino Gneznensi, Dytkone Czirnensi, Iacobo Pczevensi archidiaconis, Ianusio cantore eciam Gneznensis ecclesie, Nicolao Czebulka, Przibigneo, Iancone, canonicis Poznaniensibus, et aliis fide dignis.

Clymanczicze, *nie odgadnione.* Sredensis, *de Środa na Szlązku, z niemiecka Neumarkt.* Crampkovo, *Grąbkowo.* Czirnensis, *de Czersk.* Pczevensis, *de Psczew.*

Nr. 1442.

Franciscus heres de Cirkwicza 1360 Sept. 21, Gnezne; protestatur, se villam Cotuń cum decima, solummodo ad tempus vitae suae de gratia Iaroslai archiepiscopi Gneznens. tenere.

Pergam. orygin. Na pasku pergamin. przywieszona pieczątka przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Szaszorów; napis zatarty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 153.

Ego Franciscus heres de Cirkwicza universis presencium noticiam habituris cupio esse notum, quod attendens, quia ingratitudinis vicium permaxime detestabile comprobatur, ne illud inciderem, recognosco publice tenore presencium, me villam Czathoma sitam in districtu Zneynensi tenere et possidere, tenturum et possessurum solummodo ad vite mee tempora, pure, gratuite et ex gracia reverendi in Christo patris et domini Iaroslai, divina providencia sancte Gneznensis archiepiscopi, .. fratrumque suorum, dominorum Capituli eiusdem Gneznensis ecclesie; ita, quod post mortem meam statim tam villa predicta quam eciam decima in eadem, cuius usum simili ex gracia dominorum eorundem obtineo, absque omni contradiccione cuiuslibet, absque vocacione regii ministerialis, et prorsus absque omni briga et lite, libere ad ipsam memoratam ecclesiam Gneznensem, hoc est ad mensam domini .. archiepiscopi qui pro tempore fuerit revertetur, tanquam ad verum dominum et proprietarium reverti et redire debebit. Preterea promitto, spondeo et polliceor bona mea fide sibi, memorato domino .. archiepiscopo una cum Capitulo suo antedicto, quod prefatam villam suam Czathoma, absque omni violencia, iniuria, gravamine pauperum in illa degencium, absque omni oppressione et indebita fatigacione laboribus inusitatis et inconsuetis eorundem: ita quod kmetones et incolas prefate ville non gravabo aliquibus magnis et novis exaccionibus et solucionibus, eciam pro expedicione non petam ab eis, nisi quantum fuerit de ipsorum voluntate, collectas aliquas non imponam super eos, nisi tunc, quum dominus archiepiscopus in omnibus villis mense sue collectas imponet, et ego moderate sum recepturus: regam, possidebo et tenebo villam prefatam in omni iusticia, modestia, mansuetudine et benignitate taliter, ut spero, quod contra me aliquis ex dictis kmetonibus, coram domino archiepiscopo et Capitulo suo quitquam non habebit querulari. Actum et datum Gnezne in die sancti Mathei apostoli et ewangeliste, anno Domini m.ccc.lx, presentibus nobilibus et po-

tentibus viris, dominis Predslao palatino Kalisiensi, Ianussio Antiqui castri, herede de Starcinow, Thomasio Zunensi castellanis, et aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium, meum sigillum presentibus est appensum.

Cirkwicza, *Cerekwica*. Czathoma, *Cotuń*. Zneynensis, *de Żnin*. Antiquum castrum, *Starogród; cnfr. Nra. 1313, 1444, 1447, 1450*. Starcinow, *Starczanowo*. Zunensis, *de Żoń*.

Nr. 1443.

Franciscus heres Czyrquiciensis 1360 Sept. 21, Gnezne; ecclesiae Gneznensi villam Włokna restituit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 31 v.

Ego Franciscus heres Czyrquiciensis seu de Czyrquicza, universis presentibus et futuris harum serie litterarum cupio fore notum, quod attendentes, quia largicio elemosyne est precipuum inter opera caritatis, presertim ea que sacrosanctis ecclesiis elargitur: eapropter, licet Wloczna villa sita in terra seu districtu Rogosznensi, ab inicio et ab antiquissimo tempore pertinuisset ad ecclesiam Gneznensem, hoc est ad mensam archiepiscopalem, ipsa tamen, forsan titulo vendicionis vel alia ex causa alienata ab eadem ecclesia, ad meos progenitores et ad me consequenter hereditarie fuerat devoluta. Quam quidem villam predictam Wloczna vulgariter nuncupatam, meorum progenitorum meeque salutis ob remedium publice recognosco atque profiteor, maturo de consilio, meorum agnatorum amicorumque libera voluntate, zelo devocionis et pure propter Deum dedisse, redonasse, assignasse et restituisse, ipsamque villam Wloczna per presentem paginam totam et ex integro, cum omnibus utilitatibus suis et fructibus, videlicet agris, pratis, pascuis, paludibus, lacubus, silvis, mericis et aliis omnibus, quibuscunque vocentur nominibus, prout circumferencialiter est distincta dono, do, reddo pariter et assigno perpetuo memorate sancte Gneznensi ecclesie, hoc est domino archiepiscopo et mense ipsius qui pro tempore fuerit, michi et successoribus meis quibuscunque, natis vel nascendis, in eadem villa nichil penitus iuris reservando; promittens bona fide absque dolo et fraude, nomine meo proprio, quod nunquam in perpetuum ecclesiam predictam et dominum archiepiscopum Gneznensem, de eiusdem ville possessione vel proprietate, per me vel per alium aliquando perturbabo. Et nichilominus fideiubeo et caveo pro Ianussio fratre patrueli meo, herede de Kossonow, perpetuo de non repetendo in toto vel in parte Wlocznam villam antedictam, ac eciam de non turbando et impediendo racione eiusdem ville dominum archiepiscopum et suam ecclesiam memoratam. Insuper promitto, spondeo et polliceor pro omnibus aliis fratribus, agnatis et amicis meis omnibus indistincte, quod infra tres annos a data presencium computandos, nullus ipsorum publice vel occulte, directe vel indirecte quomodolibet ipsam ecclesiam et archiepiscopum Gneznensem racione et occasione prefate ville Wloczna impediet et impugnabit; et si forsan, quod absit, aliquis eorum ipsum quoquomodo impecierit, ego plenarie et constanter eundem dominum archiepiscopum et ecclesiam ipsius Gneznensem omnibus modis me obligo exbrigare. In cuius rei testimonium, meum et Ianussii fratris mei heredis de Kosszonow predicti ad maiorem evidenciam sigilla presentibus sunt ap-

pensa. Actum et datum Gnezne in die sancti Mathei apostoli et ewangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus nobilibus et potentibus viris, dominis Przeczslao palatino Kalisiensi, Ianussio castellano Antiqui castri herede de Starczinow, Thomassio castellano Zunensi, et Nicolao herede de Woyslavicze.

Czyrquicza, *Cerekwica.* Wloczna, *Włokna.* Rogosznensis, *de Rogoźno.* Kosszonow, *Koszanowo.* Antiquum castrum, *Starogród; cnfr. Nra. 1313, 1444, 1447, 1450.* Starczinow, *Starczanowo.* Zunensis, *de Żoń.* Woyslavicze, *Wisławice.*

Nr. 1444.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. et capitaneus Polonie 1360 Sept. 27, Gnezne; resignationem hereditatis Włokna, a Francisco herede de Cerekwica in rem ecclesiae Gneznensis factam admittit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 31.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis et capitaneus Polonie universis qui presentes inspexerint publice profitemur, quod nobilis vir dominus Franciscus heres de Czyrequicza, non compulsus, non coactus, sed mera et libera voluntate hereditatem Wloczna nostra in presencia, quam ipse asserebat et asseruit ad sanctam ecclesiam Gneznensem pertinere, manifeste et expresse in totum resignavit, nichil iuris ac dominii sibi in eadem hereditate reservando. Nos vero ipsam resignacionem, sic rite et racionabiliter factam per dictum Franciscum ad honorem iam dicte sancte Gneznensis ecclesie, admittimus per presentes. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Gnezne in die Translacionis sancti Stanislai martiris gloriosi, anno Domini m.ccc. sexagesimo, presentibus strenuis militibus, dominis Przeslao palatino Kalisiensi, Ianussio castellano Starogrodensi, Andrea castellano de Zbanszym, et aliis fide dignis.

Czyrequicza, *Cerekwica.* Wloczna, *Włokna.* Starogrodensis, *de Starógród.* Zbanszym, *Zbąszyń.*

Nr. 1445.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1360 Sept. 27, in Quecisszow; protestatur, monasterium de Byszewo 60 marcas grossorum pro fabrica ecclesiae Gneznensis persolvisse.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 91.

Nos Iaroslaus, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, universis quibus expedit volumus esse notum, quod sub anno Domini millesimo ccclx in Quecisszow in vigilia sancti Wenceslai martiris, religiosus vir frater Io. abbas monasterii Bissoviensis suo proprio et conventus sui nominibus pagavit et plenarie persolvit nobis sexaginta marcas grossorum, quas promiserat nobis dare ad fabricam

nostre maioris Gneznensis ecclesie in reconpesam quarundam decimarum, in eorum nemoribus per nos ipsis attributarum; de quibus quidem sexaginta marcis predictis, ipsos abbatem et conventum eiusdem memoratos quitamus et penitus absolvimus per presentes. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum.

Quecisszow, *Kwieciszewo.* Bissoviensis, *de Byszewo.*

Nr. 1446.

Wyrzbantha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1360 Sept. 29, in Pyzdri; Laurentio Craczmar scultetiam in villa regali dicta Nowe Dobro vendit.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Kazimirus rex Polonie etc. 1361 Apr. 8, Poznanie.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 595.

Nos Wyrzbantha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, notum esse cupimus universis et singulis tam modernis quam futuris ad quos pervenerint presencium continencia litterarum, quod cupientes benigno cum affectu in bonis, hereditatibus ac villis serenissimi principis domini nostri, domini Kazimiri Dei gracia regis Polonie, redditus, census et proventus augmentare, vendidimus scolteciam in villa ipsius domini nostri regis, Nowe Dobro vulgariter nominata, provido viro Laurencio dicto Craczmar et suis successoribus legitimis pro viginti quatuor marcis grossorum paratorum, perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam, adiungentes predicte scoltetie tercium denarium de qualibet re iudicata. Damus itaque prefato Laurencio scolteto et suis successoribus ad prenotatam scolteciam quatuor mansos liberos, pystrinum, calcipariam, macellum, omnia libera, et tabernam; ita, quod dominum regem et suos capitaneos, aliam tabernam in eius et successorum ipsius preiudicium inibi locare non licebit. Eciam in predicta villa Nowe Dobro pro ecclesia in laudem Dei omnipotentis duos mansos assignamus. Damus eciam memorato Laurencio et eius posteris pascere quadringentas oves intra omnes granicies ipsius hereditatis, prout circumferencialiter est limitata. Habebit itaque idem Laurentius scoltetus et eius posteri venacionem in tota hereditate subcinctis, niso et accipitre libere exercere: hec omnia supra dicta Laurentio et eius posteris predictis damus perpetuis temporibus duratura. Damus itaque omnibus et singulis incolis, ab ipso die quo quis eorum inibi ad residendum supervenerit, infra quatuor annos continue sequentes plenam et omnimodam libertatem. Elapsa vero libertate, predicti incole de quolibet manso in festo sancti Martini confessoris, singulis annis domino regi aut eius capitaneo tunc pro tempore constituto unam marcam grossorum Pragensium racione census, pro decima vero tres scotos ubi iuris fuerit solvere tenebuntur. Eciam tota communitas ipsius ville ad festum Pasche pernam lardi pro fertone, et mediam sexagenam ovorum de quolibet manso, et duos pullos pro adventu domini regis, similiter de quolibet manso, singulis annis solvere tenebuntur. Insuper tota communitas ville duo iudicia generalia, pro quolibet unum fertonem, pro tercio scoltetus cum suis posteris fertonem singulis annis solvent integraliter et complete. Alia enim servicia et soluciones facere non tenebuntur; excepto duntaxat, quod evulsa libertate

quatuor annorum, Laurentius scoltetus et eius posteri sepedicti, in equo quatuor marcarum ad expedicionem regie celsitudinis servient, quocienscumque proclamata, edicta fuerint pariter et exorta. In cuius rei testimonium, sigillum nostri tytuli presentibus est appensum. Actum et datum in Pyzdri in die beati Michaelis, sub anno Nativitatis Domini M.CCC.LX, presentibus hys testibus: Wroczslao subvenatore Gneznensi, Thomislao de Komorze herede; Ianussio dicto Wolczel, Hancone dicto Plesowski, Harthussio, civibus Pizdrensibus, et aliis multis fidedignis.

Nowe Dobro, *nie odgadnione.* Komorze, *Komorze.*

Nr. 1447.

Kazimirus rex Polonie etc. 1361 Febr. 2, in Znena; notum facit, Hectorem subpincernam de Brześć cum conventu Ordinis s. Sepulchri prope Gniezno ratione lacus de Dziechowo amicabilem compositionem fecisse, praedictoque conventui ius patronatus ecclesiae parochialis in civitate ipsius dicta Sępolno dedisse.

Nakielski. Miechovia pag. 282.

In nomine Domini amen. Protestaciones principum ideo conquiruntur, ne id quod rite et racionabiliter celebratur, procedente tempore per quempiam maliciose possit aliquando violari. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque terrarum dominus et heres, ad notitiam tam presencium quam futurorum harum serie literarum volumus devenire, quomodo ad nostram nostrorumque baronum presenciam nobilis vir dominus Hector subpincerna noster Brestensis, ex una, et religiosus vir frater Vasilo prepositus cum suo conventu monasterii sancti Iohannis Ordinis Sepulcri dominici ante fores civitatis Gneznensis, parte ex altera personaliter accedentes, super quibusdam littoribus lacus vulgariter dicti Zdechova, in territorio Palucensi (sic) siti, inter se amicabilem composicionem fecerunt, que talis est: quod predictus Hector, de consensu et voluntate eiusdem prepositi et sui conventus supradicti, molendinum cum piscina super flumen quod dicitur Sampolna pro se et suis successoribus legitimis propriis sumptibus et expensis licite edificabit. Si vero aqua huiusmodi piscine fluens de lacu prelibato, per structuram aggeris detenta seu elevata, prata aut agros sive quascunque alias utilitates Zdechoviensis hereditatis quoquomodo occupaverit seu quovismodo viciaverit, ex hoc molendino et piscine supradictis, per prepositum et suum conventum supradictos et eosdem successores nullum prorsus preiudicium debeat generare; sed pocius ipsum molendinum cum piscina sua perpetuis temporibus stabit inconvulsum pro utilitate ipsius Hectoris ac suorum successorum legitimorum, contradictione cuiuslibet non obstante. Predictus itaque Hector, ductus mutua charitate in recompensamque premissorum, nec non ob remedium parentum salutisque proprie et successorum suorum, preposito suoque conventui supradictis ac successoribus eorum, ius patronatus ecclesie sue parochialis in honorem beati Bartholomei apostoli in oppido sic dicto Sampolno fundate, et ad hec octo mansos liberos pro sustentacione rectoris eiusdem ecclesie qui pro tempore fuerit institutus, dedit, contulit et graciose donavit temporibus perpetuis duraturum. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum

in Znena in die Purificacionis beate Marie virginis, anno Domini millesimo CCC.LXI, presentibus: Iascone Gneznensi, Ianussio Bechoviensi, Ianussio Starogrodensi castellanis, Stanislao iudice Cuyaviensi, Gamletone subagazone Poznaniensi, et Ottone cancellario nostro Polonie per cuius manum datum est presens privilegium.

Lacus Zdechova, *de Dziechowo.* Territorium Palucense, *Pałuki, obszar województwa Kalisk. leżący pom. rz. Wełna a rz. Noteć; tu zapewnie mylnie zam.* Naklense. Flum. Sampolna, *Sępolna rz., prawy przypływ rz. Brda.* Sampolno, *Sępolno.* Znena, *Żnin.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Starogrodensis, *de Starogród.*

Nr. 1448.

Bruder Herman von Werborge etc. 1361 Mart. 7, to der Litzen; bekennt, dass der Orden der Iohanniter das Dorf Osiecko an das Kloster von Zemsko unter Vorbehalt der Einlösung binnen 5 Iahren verpfändet habe.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia 4 pieczęci, które znikły. Poznań. Königl. Staats Arch. Blesen Nr. 14.

Wie Bruder Herman von Werborge des Ordins des hilgen Huses des Hospits sente Iohannis von Ierusalem, eyn Gemeyne bider Insassen in der Marke, in Wentland und in Pomer, bekennen openbar vor alle den de dissen Brief sien eder horn lesen, dat wie gededinge hebbin met dem erbarn gestliken Vadere in Gode Abbet Andres und sinem Convente des Closters to Zomericze, in disse Wise, dat die Abbet und sien Convent dat Dorp to groten Oczezen, wes sie dar inne hebbin, scullen inne holden vif Iar vor hundert Scok bred Grossen. Is et dat wie und use Orde dem Abbate, dy dar to den Tiden sy, und sinem Convente geven hundert Schok Grossen binnen dissen vief Iaren, ok dat vefte Iar alut met inbesloten, uppe welke Tid dat sy, do scal dat Dorp to groten Oczezen vorbenumet use und usem Ordin ledich und los sin. Ok in dissen vief Iaren, dat vefte Iar met in genomen genzsliken, gheschege dy Bereydinghe disser hundert Schok dem Abbate und sinem Convente vor sinte Iohan Baptisten Dage als he geboren wart, so scal de negste Tins dar na to sente Mychils Dage us und usem Ordin an vallende wesen ane Hinder. Losede over wie und use Orde dat vorbenomde Dorp to groten Oczezen na sinte Iohan Baptisten Dage als he geborn wart, so scal de negste Tins to sente Mychils Dage dem Abbate to vallende wesen und sinem Convente. Ok scale wie ader use Nakomelinghe dat Dorp to groten Oczezen usem Ordin sente Iohan to Nut und to der Hant losen, und anders Nymande, ewichliken to besittende. Ok scal de Abbet und sin Convent us und usem Ordin Brive geven, wanne me en betalet und bereidet dy egnante hundert Scok Grossen, dat se laten von aller Ansprake und Rechticheit, de se dar up muchten hebbin und gehat hebbin. Und al de Brive de se gehat hebbin und hebbin uppe dat Dorp to groten Oczezen, von wemme se de hebbin, von Vorsten, Herren, Riddern oder Knechten, scolen se antworden to truwer Hant Claus Walen und Thomas Hokeman, Borgern to Vrankenvorde, met dissen geghenwerdigen Brive. Is et, dat wie und use Orde losen dat digke vorsproken Dorp to groten Oczezen binnen dissen vif Iaren, inbesloten dat vefte Iar alut, so scolen Claus Wale und Thomas Hokeman vorbenomet, de Brive de en geantwordet sin von dem Abbate und dem

Convente und dissen jegenwerdigen Brif antworden us und usem Ordin ane allerleye Argelist. Losede wie over oder use Orde dat Dorp to groten Oczezen in dissen vif Iaren nicht, so scullen Claus Wale und Thomas Hokeman de Brive wedder antworden dem Abbate und sinem Convente. Weret ok, dat wie und use Orde des Dorpes in dissen vief Iaren nicht en losede, so scal dat Dorp to groten Oczezen met allerleye Rechticheit deme Abbate und sinem Convente ewichliken bliven, ane allerleye Ansprake und Hindernicze uses und uses Ordins, unde scolen em und sinem Convente dar Brive up geven dar sie ane bewaret sin. Ok scal de Abbet und de Convent vordedinghen und besetten dat Dorp to groten Oczezen met guden Truwen, so se best konen und mogen, binnen dissen vief Iaren, dar sculle wie en to behulpen sin, oft sy et von us eysschde sint. Tuge disser Dedinghe, de geschen sin to der Litzen in usem Hove, sint de erbar geistlike Man Bruder Nicolaus Abbat gewesen hadde des Closters to Zomritze, Bruder Iordin von Vrekleve Conmeldur to dem Quartsan, Bruder Rulof Conmeldur des Hoves to der Litzen, Bruder Stephan von Clebow prior to dem Quartsan, Claus Wale und Thomas Hokeman, Borgere to Vrankenvorde, unde ander vele Bemerlude genuch. Und dat wie und de vorbenomde Abbat Andreas und de Convent von Zomertcze, alle disse vorscreven Dedinghe und Stucke stede und vast und unbreklich holden willen, so hebbe wie to ener groteren Bekantnisse use Ingesegel met des egnanten Abbates und Convente von Zomericze, und des Commeldurs und des Conventes to dem Quartsan Ingesegele gehangen an dissen Brief, de geven is to der Litzen, na Godes Bord druttenhundert Iar in dem eyn und sestigisten Iare, in dem Dage to Mydvasten, wemme syngghet: Letare Ierusalem etc.

Zomericze, *Zemsko.* Groten Oczezen, *Osiecko.* Vrankenvorde, *Frankfurt n. O.* Quartsan, *Kwarczan, dziś z niem. Quartschen.* Litzen, *Leśniewo, dziś z niem. Lietzen.*

Nr. 1449.

Fr. Gnewomirus prepositus domus Tremesnens. 1361 Mart. 29, in Tremesna; declarat, Adamum mediam scoltetiam in villa Szelejewo de iure possidere eaque confirmat.

Pergam. orygin. Dziurki od zawieszenia dwóch pieczęci.
Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran.

In nomine Domini amen. Fragilitas humane condicionis, que labilis est et incerta, ad noticiam posterorum non veniret, nisi esset litterarum serie ac proborum virorum testimonio lucidius declarata. Proinde est, quod nos frater Gnewomirus divina paciencia prepositus domus Tremesnensis, una cum toto conventu domus eiusdem omnibus hoc presens scriptum intuentibus publice declaramus et recognoscimus, quod providus vir Adam sufficienter ostendit et probavit coram nobis, se de iure habere mediam scolteciam in Szelewo ex parte uxoris sue et progenitorum suorum, in qua videlicet scoltecia habet et habebit duos mansos liberos perpetuis temporibus possidendos, ipse et sui legittimi. Item habebit et habere videbitur de omni iudicio quod ibidem ventilatum fuerit, cuiuscunque cause eventum fuerit, mediam partem tercii denarii pro se et suis successoribus obtinebit; cetera vero pro nostro mona-

sterio reservamus. Item servicia, prout alii scolteti in nostris hereditatibus iure Sredensi exhibent, ipse et sui legittimi successores exhibere tenebuntur, prout de media scoltecia. Item pro prandio magni iudicii, quod dicitur woytowo vyecze, quolibet anno tres scotos grossorum nobis dabit, et hoc in festo beati Martini; pro decima vero, de quolibet manso per tres scotos grossorum quolibet anno ipse et sui legittimi nobis solvere tenebuntur. Item, quod absit, si idem scoltetus, vel de suo pane quisquis, aliquid perpetraverit quod criminosum videbitur, penam iudicatam sive compositam pro se non recipiat, set totum pro nostro dominio reservamus. Item incole eiusdem hereditatis Szelewo nobis manipulatim decimabunt, et ducent illam (sic) ad oreum nostrum ibidem. Item pro censu annuali, quolibet anno in festo beati Martini per fertonem grossorum unusquisque de suo manso nobis in perpetuum solvere tenebitur. Item in festo Pasche per medium capete ovorum, et in Assumpsione beate Marie virginis per duos pullos unusquisque de proprio suo nobis solvet. Item universaliter hidem cmetones pro prandio magni iudicii bis in anno sex scotos grossorum nobis dabunt; quater vero in anno in nostris agris arare tenebuntur. Item recognoscimus, quod sepedictus scoltetus et sui legittimi, de tabernis mediam partem tercii pro se reservabit denarii. Ut autem hec declaracio et recogniscio (sic) hac forma robur firmitatis habeat, nostro et capituli nostri sigillis presens privilegium precepimus roborari. Datum et actum in Tremesna quarto Kalendas Aprilis, sub anno Domini m.ccc.lxi, presentibus hys testibus: comite Sandywoio, comite Dobrogustio, comite Vincencio, comite Nicolao, fratribus et heredibus de Marchincowo, comite Grzimislao herede de Riszewo, domino Nicolao rectore ecclesie de Gansawa, et aliis quam pluribus fide dignis.

Szelewo, *Szelejewo.* Sredensis, *de Środa na Szląsku, z niem. Neumarkt.* Marchincowo, *Marcinkowo.* Riszewo, *Ryszewo.* Gansawa, *Gąsawa.*

Nr. 1450.

Kazimirus rex Polonie etc. 1361 Apr. 8, Poznanie; hereditatem Stare Kramsko monasterio de Obra contra petitionem Gerwarthi heredis de Słomowo adiudicat.

Pergam. orygin., bez śladu przywieszenia pieczęci, bardzo zniszczony, w wielu miejscach przeżarty, w drugiéj swéj połowie zaś zupełnie nieczytelny, podklejony papierem. Od miejsca: abbas prenominatus sufficienter comparuit, *dopełniono podług* Liber privilegiorum.

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. D, 18. — Königl. Staats Arch. Obra, Lib. privil. fol. 36.

Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque verus dominus et heres, notum facimus omnibus tenore presencium quorum interest tam presentibus quam futuris, quod cum inter nobilem virum dominum Gerwarth heredem de Szlomowo, actorem, ex una, et religiosum virum fratrem Henricum abbatem monasterii Obrensis Ordinis Cisterciensis, reum, parte ex altera coram strenuo domino, domino Wirzbantha protunc castellano Poznaniensi et capitaneo terre Polonie generali, super hereditate

Stare Crampsko vulgariter nuncupata in castellania Zbansinensi, sita prope Babimost in terra Polonie, utrisque partibus personaliter astantibus secundum assercionem ipsius abbatis exorta fuisset materia questionis, tandem idem capitaneus ipsam causam non valens debite discutere memoratam, remisit ipsam ad nostram audienciam, demandando domino Thomislao subpincerne (?) Poznaniensi, eisdem partibus, die tercia proxima Poznaniam nostri ingressus, coram nobis terminum peremptorium assignare. Quo quidem die seu termino adveniente, abbas prenominatus sufficienter comparuit coram nobis termino in eodem adversarii sui contumaciam accusans, videlicet domini Gerwarth preassumpti, qui nec per se nec per aliquem alium comparere curavit in termino prenotato, petens se in causa dicta secundum iusticie sue exigenciam iustificari condecenter. Nos itaque visa abbatis predicti iusticia et uso consilio baronum nostrorum circa nos tunc iudicio presidencium maturo, strenuo viro domino Dobeslao iudici Kalissiensi prefatam causam secundum Deum et iusticiam commissimus diffiniri; qui eidem abbati prefatam hereditatem, puta Stare Crampsco, cum omnibus attinenciis, secundum quod eandem ante tenuit, adiudicavit, sibi et eius sequacibus, perpetuis temporibus habendam et possidendam pacifice et quiete: sub spe tamen recognicionis et remissionis ad illum, qui hunc ut premissum est terminum assignavit: adversario vero ipsius prefato, videlicet domino Gerwarth et eius posteris perpetuum silencium imponendo. In cuius testimonium et tutelam pleniorem rei, presentes dari iussimus nostri sigilli pressula communitas. Actum et datum Poznanie feria quinta proxima post Conductum Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, presentibus his testibus et dominis: Predslao palatino Kalisiensi, Ianussio Starogrodensi, Iohanne Kalisiensi, Dobeslao Wisliciensi castellanis, Floriano cancellario Lanciciensi, et aliis quam plurimis fide dignis.

Szlomowo, *Słomowo.* Obrensis, *de Obra.* Stare Crampsko, *Stare Kramsko.* Zbansinensis, *de Zbąszyń.* Babimost, *Babimost.* Starogrodensis, *de Starogród.*

Nr. 1451.

Kazimirus rex Polonie etc. 1361 Apr. 8, Poznanie; confirmat litteras, quas dederat Laurencio Craczmar: **Wyrzbantha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1360 Sept. 29, in Pyzdri.**

Pergam. orygin. Na sznurze nici jedwabnych, zielon. i fioletow. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla.

Warszawa. Archiwum Główne. Dipl. Nr. 595.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, tenore presencium notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod ad nostram et baronum nostrorum accedens presenciam Laurencius dictus Craczmar, scoltetus de villa nostra Nove Dobro vulgariter nominata, sita in terra Poznaniensi, instrumentum per dominum Wirzbantham tunc capitaneum nostrum Polonie super ipsa scoltecia et iuribus suis sibi datis et concessis exhibuit, et petivit humiliter, per nos roborare et litteris nostris confirmare. Cuius instrumenti tenor sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1446*).

Nos vero supradicto instrumento audito et intellecto, de benignitate nostra regia omnia et singula in eo contenta approbamus presentibus et confirmamus; dantes sepedicto Laurentio scolteto et eius posteris de gracia nostra speciali ipsam scolteciam vendendi, donandi, commutandi ac pro sua melioratione quomodolibet convertendi plenam et omnimodam potestatem, nostra tamen et successorum nostrorum voluntate ad hoc primitus requisita et obtenta. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Poznanie feria quinta post Conductum Pasche, anno Domini millesimo CCC.LX primo, presentibus hys testibus: Preczslao palatino, Adam subcamerario, Dobeslao iudice Kalissiensibus, Ottone cancellario Polonie, Zawissa castellano Sandecensi, Nicolao subdapifero Cracoviensi, et Pelka marsalco curie nostre, ac aliis pluribus fide dignis. Datum per manus domini Ottonis cancellarii Polonie supradicti.

Nove Dobro, *nie odgadnione.* Sandecensis, *de Sącz.*

Nr. 1452.

Nicolaus iudex Poznaniens. 1361 Apr. 8, in Poznania; monasterio de Łekno contra petitionem Dobrogostii heredis de Łukowo hereditatem Bielsko adiudicat.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć sędziego Mikołaja; (pieczęć XLVI).

Wągrowiec. Archiv. monasterii. Diplomata.

Nos Nicolaus iudex Poznaniensis notum facimus universis quibus nosse fuerit opportunum, quod cum in Poznania quinta feria post Conductum Pasche sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo pro tribunali sedissemus ad facienda iudicia in presencia domini regis et aliorum multorum nobilium, ibi veniens religiosus vir dominus Hermanus abbas de Lucna ex parte conventus, habita litis questione cum domino Dobrogostio herede de Lucovo, coram nobis iusto et vero iudicio exigente hereditatem Bilsko nuncupatam contra prefatum Dobrogostonem in iudicio non comparentem optinuit ac eciam acquisivit. Nos vero ex commissione domini regis et ex informacione nobilium tunc temporis iudicio presidencium contumaciam accusantes dicti Dobrogostonis, pretactam hereditatem prenotato domino abbati et conventui adiudicavimus, et per presentes adiudicamus possidendam. In huius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum loco et die quibus supra.

Lucna, *Łekno.* Lucovo, *Łukowo.* Bilsko, *osada znikła, leżała zapewne nad jeziorem zwanem dawniéj Bielsko, dziś pod wsią Kobylec; cnfr. Nr. 1091.*

Nr. 1453.

Kazimirus rex Polonie etc. 1361 Apr. 9, in Poznania; venditionem villae Krotoszyn a monasterio de Łekno Sbilutho heredi de Donabórz resignatae, ratam habet.

Rzyszczew. Muczkow. Codex diplom. Poloniae II, Nr. 513. (Kopja potwierdzona przez Zygmunta Augusta króla r. 1555). — Poznań. Archiv. Consistorii A. C. anni 1546.

In nomine Domini amen. Cum vendiciones, empciones, resignaciones et contractus qualescunque nullum robur firmitatis valeant obtinere, nisi solemni literarum titulo firmiter fuerint roborate, eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ceterarumque terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie Pomeranieque dominus et heres, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod veniens ad nostram nostrorumque baronum presenciam religiosus vir Hermanus abbas de Lekno Ordinis Cisterciensis, non compulsus nec coactus, sed de spontanea voluntate ac suorum fratrum de consensu villam suam vulgariter dictam Crothoszino in districtu Palucensi, una cum molendino in hereditate memorata sitto, vendidit voluntarie in perpetuum ac coram nobis libere resignavit nobili viro Sbilutho heredi de Domaborz pro quadraginta marcis grossorum Pragensium, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, cum omnibus iuribus et pertinenciis ad eandem hereditatem spectantibus, que nunc habentur in hereditate predicta vel in posterum habebuntur, secundum quod eadem hereditas in suis metis et terminis circumferencialiter est distincta et limitata, per predictum Sbiluthum et ipsius successores legittimos perpetuis temporibus possidendam, tenendam, vendendam, commutandam ac pro sua et suorum successorum voluntate libere convertendam; ea tamen condicione adiecta, quod heres et incole de Crothoszino decimam manipularem claustro predicto dare tenebuntur. De molendino vero predicto, heres predicte ville singulis annis in festo sancte Catherine virginis gloriose unam sexagenam grossorum racione census eciam claustro predicto solvere sit astrictus. Si vero non solverit in festo predicto, tunc in festo Nativitatis Christi proxime se sequenti marcam cum media solvere teneatur claustro memorato. Preterea, si molendinum predictum cremaretur in briga vel in expedicione generali, tunc molendinum predictum habebit unius anni libertatem; anno vero elapso, censum solvet antedictum. Quam quidem vendicionem et resignacionem ratam et gratam habentes, de solita magestatis nostre regie benignitate approbamus, confirmamus et ratificamus harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Poznania feria sexta proxima post Conductum Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, presentibus his testibus: Vincentio Gneznensi, Ianusio Starogrodensi castellanis, Dobeslao iudice, Adam succamerario, Martino vexillifero, Preczslao subagazone Kalisiensi, et aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus domini Othonis cancellarii Polonie.

Lekno, *Łekno.* Crothoszino, *Krotoszyn.* Districtus Palucensis, *Pałuki, obszar województwa Kalisk. leżący pom. rz. Noteć a rz. Wełna.* Starogrodensis, *de Starogród.*

Nr. 1454.

Kazimirus rex Polonie etc. 1361 Apr. 11, in Poznania; Dominico de Popowo possessionem hereditatis Żerniki, quondam a Wladislao rege socero eiusdem Dominici collatae confirmat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Pyzdrens. a. 1510, fol. 406.

In nomine Domini amen. Regum liberalitas multipliciter commendatur, si ex grata donatione benivola confirmacio subsequatur. Proinde nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque terrarum heres et dominus, notum facimus tam presentibus quam futuris presentium noticiam habituris, quod accedens ad nostram nostrorumque baronum presenciam nobilis vir Dominicus heres de Popow nobis testimonio fidedignorum testium comprobavit, quomodo magnificus princeps, karissimus genitor noster clare memorie dominus Wladislaus quondam rex Polonie, ob fervencia servicia per Iarotham quondam heredem de Nemeczkowo socerum ipsius Dominici exhibita, privilegium super donacione hereditatis sue regalis dicte Zyrniki vulgariter, situate in territorio Pizdrensi, dederat cum omni iure et libertate, prout ipsam dominus idem rex tenuit eandem villam et possedit, quod privilegium temporibus malis, contra predictum dominum regem Polonie patrem nostrum excitatis est perditum et amissum: que hereditas per uxorem ipsius Dominici, in Dominicum ex successione paterna racione dotis est devoluta: qui quidem Dominicus nobis humiliter supplicavit, ut eandem donacionem approbare misericorditer dignaremur. Nos itaque petitionibus ipsius Dominici dignis graciose acclinati, predictam donationem approbamus, ratificamus et confirmamus, et exnunc denuo ipsam hereditatem Zyrnyki damus eidem Dominico et suis legitimis successoribus cum omnibus iuribus, censibus, fructibus ac universis pertinentiis, videlicet agris, pratis, aquis, silvis, nemoribus ac universis utilitatibus, que nunc ibidem sunt vel in futuro fieri possint, prout eadem hereditas in suis limitibus ab antiquo est distincta et limitata. Damus eciam ipsi et suis liberis arbitrium liberum eandem hereditatem vendendi, commutandi et quomodolibet pro sua suorumque successorum voluntate libere convertendi, dum tamen servitium nobis de eadem militale impendatur. Volentes eciam ipsum Dominicum et eius successores legitimos habere consolatum, ut ceteri ad similia servitia se exhibeant promptiores, eximimus kmethones iam dicte ville Zyrniki a bove, a porco, a vacca, narzas, et generaliter ab omnibus et singulis angariis et perangariis quocunque titulo nominentur, perpetuis temporibus penitus liberamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est in robur perpetue firmitatis appensum. Actum et datum in Poznania in octava Conductus Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, presentibus testibus: Pascone pallatino Poznaniensi, Wirzbantha capitaneo Polonie et castellano Poznaniensi, Vincencio Gneznensi, Ianussio Bechoviensi castellanis, Dobeslao iudice Kalisiensi, Gamletho subagazone Poznaniensi: per manus domini Ottonis prepositi Gneznensis et cancellarii Polonie.

Popowo, Niemieczkowo, Żerniki, *dziś tak samo.* Bechoviensis, *de Biechowo.*

Nr. 1455.

Stanislaus de Insula iudex general. terre Cuyavie 1361 Iun. 1, in Crusvicia; villam Młodejewo monasterio de Strzelno contra petitionem monasterii de Mogilno adiudicat.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć wyobraża godło rodu Leszczyców; napis: S. Stanislai iud. Cuyav.

Strzelno. Privilegia monasterii s. Mariae. Diplomata.

Noverint universi et singuli presencium noticiam audituri, quod coram nobis Stanislao de Insula, iudice generali terre Cuyavie, religiosus vir dominus Gnevomirus, prepositus monasterii in Tremisno Ordinis Arrosiensis, nomine conventus sui super religioso viro domino Marco, preposito monasterii sancte Trinitatis et beate Marie in Strelno Ordinis Premonstratensis, et eius conventu sanctimonialium ibidem est conquestus pro villa quadam Mlodyowo nuncupata, inter villam monasterii Strelnensis Mlyn dictam et borram eiusdem ville prope lacum Suleyow sita, ab antiquo ad agros et mansos Theutunicos dicte ville Mlin mensurata. Quem prepositum de Tremisno cum interrogassemus, quot anni essent, et si aliquis recordaretur, quod pretactam villam Mlodiowo in possessione habuissent? non potuit nobis respondere nec ostendere, quod predictam villam ipse aut ipsius predecessores umquam in possessione habuissent. Unde, de consilio et assensu dominorum subscriptorum nobiscum tunc iudicio presidencium, sentencialiter adiudicavimus sepe nominatam villam Mlodyowo religioso viro domino Marco preposito Strelnensi et eius conventui sanctimonialium ibidem perpetuis temporibus possidendam; domino vero Gnevomiro preposito in Tremisno et eius conventui, de predicta villa Mlodiow ulterius non repetenda perpetuum silencium imponentes. Actum et datum in Crusvicia feria tercia infra octavas Corporis Christi, anno Domini millesimo CCC.LXI, presentibus nobilibus dominis: Predborio capitaneo Cuyavie, Adalberto palatino Brestensi, Dobeslao castellano Crusviciensi, Matthia castellano Wladislaviensi, Sandziwoyo subiudice Brestensi, Wirchoslao subiudice Wladislaviensi, Nicolao dicto Bang, Stephano de Crassicz, et aliis quam pluribus fidedignis. Insuper ad cautelam perpetuam et evidenciam pleniorem, nostrum sigillum presentibus est appensum.

Insula, *Ostrów.* Tremisno, *Trzemeszno.* Strelno, *Strzelno.* Mlodyowo, *osada znikła.* Mlyn, *Młyny.* Lacus Suleyow, *jezioro Kijewickie.* Brestensis, *de Brześć Kujawski.* Wladislaviensis, *de Inowrocław.* Crassicz, *Kraszyce.*

Nr. 1456.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1361 Iun. 28, Lovicz; scultetiam villae Tum nuper exemptam, Iohanni filio quondam Myloslai iure Sredensi denuo vendit.

Pergam. orygin., u którego na sznurach z nici jedwabn., zielon. dwie pieczęcie przywieszono. Pierwsza znikła, z drugiéj pozostał odłupany spód okrągły.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 154.

In nomine Domini amen. Quamvis humana sagacitas facta mortalium presencia clare disponere videatur, labilem tamen animadvertens sui memoriam, ea litterarum apicibus cum annotacione testium digne duxit futurorum noticie commendare. Proinde nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod licet quondam scolteciam in villa nostra et ecclesie nostre Gneznensis predicte circa ecclesiam sancte Marie virginis gloriose maiorem Lanciciensem, que villa nominatur Templi, a Franczcone pro certa pecunie quantitate exemeramus, tamen huiusmodi scolteciam in villa predicta denuo provido viro Iohanni filio olym Myloslai, sub ratihabicione fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli, iure Theuthenico scilicet Sredensi vendidimus pro certa pecunie quantitate; dantes sibi nomine dicte scoltecie tres mansos liberos, tercium denarium iuramenti et cuiuslibet iudicii, tercium denarium de tabernis et de bancis pistorum panum, maccellorum carnificum, sutorum, fabrorum, quodquot ibi locari poterint et haberi, et unam tabernam in totum liberam, quam in area agrorum suorum locabit: salvis tamen tabernis canonicorum et vicariorum ecclesie predicte que ibidem habebuntur: per ipsum et suos liberos ac successores legittimos perpetuo tenenda, habenda, possidenda, ac eciam vendenda, commutanda, nostro tamen et nostrorum successorum consensu. Preterea incole dicte hereditatis, quilibet de suo manso, pro censu et decima maldratam triplicis frumenti, videlicet modium tritici, modium siliginis et modium avene ac fertonem grossorum Pragensium, nobis et nostris successoribus quolibet anno in festo beati Martini episcopi dabunt prout ab antiquo dare consweverunt. Ipse vero scoltetus, de mansis suis duplicis frumenti, videlicet tres coreos siliginis et tres avene plebano suo dare teneatur, serviciaque, iuxta quod alii scolteti in villis nostris nobis exhibent, exhibendo. Et quoniam iura Srzedensia nobis et nostris successoribus prorsus sunt incognita, omnia iura que commodum et honorem respiciunt dominorum, nobis et nostris successoribus salva et integra reservamus. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti nostri Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Lovicz in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini milesimo trecentesimo sexagesimo primo, presentibus honorabilibus viris, dominis Martino decano, Iohanne archidiacono Lanciciensibus, Boguslao Gneznensi, Nicolao dicto Wylkowsky, Iohanne Urbani, Rainyro, Mathia vicethezaurario, Lanciciensis ecclesie canonicis, aliisque pluribus fidedignis. Transivit autem presens privilegium per manus Hanconis notarii curie nostre.

Villa Templi, *Tum.*

Nr. 1457.

Fr. Hermanus de Werborge etc. preceptor generalis 1361 Aug. 15, in Tempelborch; villas Blumenwerder et Kerszebom famulis Ludekino et Georgio fratribus dictis de Golcze iure feodali confert.

Poznań. Königl. Staats Arch. Iudic. Valcens. a. 1554, fol. 14; a. 1621, f. 456.

Nos frater Hermanus de Werborge Ordinis sacre domus Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani, preceptor generalis Saxonie, Marchie, Slavonie et Pomeranie, recognoscimus universis quibus presens scriptum exhibitum fuerit publice protestando, quod contulimus et conferimus per presentes famosis famulis Ludekino et Georgio fratribus dictis de Golcze et eorum veris et legitimis heredibus manu coniuncta duas villas, videlicet Plumewerder cum omnibus suis districtibus et metis quibus pronunc iacent comprehense, et villam Kerszebom habentem sexaginta quatuor mansos, cum omnibus metis suis, cum pascuis, pratis, nemoribus, rubetis, aquis stantibus et fluentibus, utpote in metis dictarum villarum sunt, et cum omni iure, utilitate, usufructu et fructu libere et quiete perpetuo possidendas iusto titulo feodali. Item contulimus eisdem reiciacula, quod dicitur die Were, supra flumen nomine Drawe inter stagnum Drawiczyk et stagnum Rcepow, ac piscaturam cum retibus, puta clen Incow (sic), ad eorum expensum super aquas nostras. Insuper contulimus eisdem et eorum heredibus insulam, puta ein Werder, nomine die intbrolven (sic) Werder. Porro conferimus eisdem eyne Bedrifft, de campo Plumewerder supra campum Heinriksztorpe usque ad nostram mericam. Et pascua in nostra merica debent esse libera villanis de Plumenwerder et eorum pecoribus; hii vero debent habere latitudinem decem linearum sedecem pedum virilium in rund und bret. Item contulimus eisdem et eorum heredibus quatuor stagna, videlicet Beuszekow, Broce, Bubrowe See et Pecznik. Insuper conferimus eisdem, quod de iure habemus et possumus conferre de omnibus suprascriptis; sed tam spatium debet esse apertum inter reiciacula, (ut) inter duo simul quietim possint transire in tempore opportuno. Ne igitur dicta collacio per nos facta, a nobis seu nostris successoribus aliquatenus irritar[i] seu infringi videatur, presens scriptum sigilli nostri appensione duximus roborandum in evidencius testimonium premissorum. Testes huius sunt honorabiles famosi famuli: Gerardus de Wuke, Henricus de Gunterberge, Homach, Konstel et Andreas Ribuke, Marcus, Andreas et Pawel de Bulgorin fratres nuncupati, et quam plures alii fidedigni. Actum et datum in Tempelborch sub anno Incarnationis Domini millesimo tricentesimo sexagesimo primo, in die Assumptionis beate Marie virginis gloriose.

Plumewerder, *Blumenwerder.* Kerszebom, *osada znikła.* Flum. Drawe, *rzeka Drawa.* Stagnum Drawiczyk, *z niem. Dratzig See.* Rcepow, *z niem. Reppow, zam. Rzepowo.* Die intbrolven Werder, *nie odgadnione, pewnie wyspy na jeziorze Drawiczyk.* Heinriksztorpe, *Heinrichsdorf.* Stagna Beuszekow, *Böskow See;* Broce, *Brotz See;* Bubrowe See, *Gross- i Klein Buberow See;* Pecznik, *Petznik See.* Wuke, *pewnie zam. Wuckel.* Ribuke, *zam. Ribbek.* Bulgorin, *Bulgrin.* Tempelborch, *Czaplinek.*

Nr. 1458.

Fr. Hermanus de Werborge etc. preceptor generalis 1361 Aug. 17, Tempelborch; villas Machliny, Milekow et Brocz, Hermano et Henrico fratribus dictis de Banczen et Ludekino dicto de Golcze titulo feodali confert.

Poznań. Königl. Staats Arch. Iudic. Valcens. a. 1621, fol. 456.

Nos frater Hermanus de Werborge Ordinis sacre domus Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani, preceptor generalis Saxonie, Marchie, Slavonie et Pomeranie, recognoscimus universis quibus presens scriptum exhibitum fuerit publice protestando, quod contulimus et conferimus per presentes famosis famulis Hermano et Henrico fratribus dictis de Banczen et Ludekino dicto de Golcze et eorum veris et legitimis heredibus manu coniuncta, videlicet castrum Machelin et eius villam sub eodem nomine, et duas alias villas, videlicet Milekow et Brucen, cum omnibus earum districtibus et metis, cum omnibus pascuis, pratis, nemoribus, rubetis, quibus pronunc iacent comprehense, cum aquis stantibus et fluentibus, utpote in metis dictarum villarum sunt, cum omni iure, utilitate, usufructu et fructu libere et quiete perpetuo possidendas iusto titulo feudali: exceptis tribus stagnis que principaliter pertinent Ludekino de Golcze et suis veris legitimis heredibus, videlicet Boyszehow, Bruce, Bubrowe See. Et cum hoc flumen dictum Doberyce, ubi cadit de stagno quod dicitur proprie die Szwarten See, et stagna que dicuntur proprie die Macheline, et indaginem que iacet super Machelin et flumen quod dicitur proprie Sendowice; illud idem flumen supra usque ad illud flumen quod dicitur proprie dat dode Water, ultra illud idem supra usque ad stagnum quod dicitur proprie die Boysehow, et retro Boysehow usque ad paludes que dicuntur proprie die Witenpole, de illis paludibus usque ad montem qui dicitur proprie die Langhebreth, de longitudine eiusdem montis usque ad paludem que dicitur proprie die Wartense Mosse. Ne igitur dicta collocacio per nos facta, a nobis seu nostris successoribus aliquatenus irritari seu infringi videatur, presens scriptum sigilli nostri appensione duximus roborandum in evidens testimonium premissorum. Testes huius sunt honorabiles famosi famuli: Gerardus de Wuke, Conradus de Golcze alias dictus Szwarche, et Andreas et Pawel de Bulgorin fratres nuncupati, et quam plures alii. Actum et datum Tempelborch sub anno Incarnacionis Domini millesimo tricentesimo sexagesimo primo, feria tercia infra octavas Assumptionis beate Marie virginis gloriose.

Machelin, *Machliny.* Milekow, *osada znikła.* Brucen, *Brócz.* Stagnum Boyszehow, *Böskow See.* St. Bruce, *Brotz See.* Bubrowe See, *Buberow See.* Doberyce flum., *rz. Dobrzyca, z niem. Döberitz.* Die Szwarten See, *jezioro pod wsią tegoż nazwiska.* Stagnum Macheline, *jezioro pod wsią Machlin, przez które rzeczka Dobrzyca przepływa.* Sendowice (?), *strumień wpadający do jeziora Machlin.* Dat dode Water, (*Das todte Wasser*), *lewy przypływ strumienia Sandowice; następnie wymienione jeziora leżą pomiędzy wsią Hundskopf a miastem Czaplinek, nazwy ich dziś zmienione.* Mons Langhebreth, *mogą być wzgórza na północ wsi Hundskopf, dziś bez nazwy.* Wartense Mosse, *jedno z bagien téj okolicy, które dziś tamże jeszcze zwą die Mösse.* Wuke, *pewnie zam. Wuckel.* Bulgorin, *Bulgrin.* Tempelborch, *Czaplinek.*

Nr. 1459.

Iohannes quondam Chvalonis Albi canonicus Gneznensis 1361 Aug. 25, Gnezne; mericam in villa Szczepanowo, Przesimiro iure de Środa ad locandum exponit.

Pergam. orygin., w którego dolnym, założonym brzegu dwa sznury z nici jedwabn., zielon., każdy przez dwa wcięcia przewleczony; przy pierwszym ułamek pieczęci bez wycisku.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 156.

In nomine Domini amen. Multis incomodis prudenter occurrimus, dum etatis nostre negocia litterarum ac testium munimine eternaliter roboramus. Hinc est quod nos Iohannes quondam Chvalonis Albi, canonicus Gneznensis, volentes melioracionem bonorum Capituli ecclesie Gneznensis peramplius ampliare, cum bona deliberacione et voluntate pariter et assensu honorabilium virorum et dominorum, Ottonis prepositi nec non tocius Capituli ecclesie Gneznensis predicte, in villa nostra dicta vulgariter Sczepankovo in districtu Gneznensi sita invenimus quadraginta mansos mensuratos, de quibus kmethones iam dicte ville sufficienter sunt contenti: excepta merica in villa supradicta, ubi xxIIII mansi sunt mensurati pro villa que vulgariter Mlode Sczepankovo debet nominari: quam siquidem mericam discreto viro Przesimiro ad locandum exposuimus iure Thewtonico quod est et servatur in Srzoda Slezie, vel secundum illud ius, quod servatur et tenetur in antiqua villa nostra Sczepankovo. Vendentes eidem Przesimiro et suis legittimis successoribus scolteciam in villa prenotata pro certa pecunie quantitate, dantes eidem scolteto racione locacionis duos mansos cum dimidio, mediam thabernam, tercium ortum retinebit, de iudiciis vero tercium denarium recipiet cuiuslibet iudicati. Damus insuper colonis ibidem in Mlode Sczepankovo xII annis a solucione census et decime omnimodam libertatem: qua libertate elapsa, fertonem grossorum usualis monete et decimam manipulatim singulis annis nobis et nostris successoribus solvere tenebuntur; sed scoltetus libertate elapsa decimam post araturam ipsius rectori ecclesie in antiqua Sczepankovo dabit eo modo, quo scoltetus in predicta antiqua Sczepankovo solet decimare, nec non servicium simile nobis et nostris successoribus tenebitur exibere. Et quoniam iura predicte civitatis Srzoda nobis sunt incognita, omnia iura que tenet villa nostra antiqua Sczepankovo, antedictis incolis concedimus, et que respiciunt comodum, utilitatem et honorem dominorum, nobis et nostris successoribus legittime reservamus. In cuius rey testimonium et ad evidenciam clariorem, sigilla Capituli et nostrum presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in crastino beati Bartholomey apostoli, anno Domini M.CCC. sexagesimo primo, presentibus honorabilibus viris, dominis Ottone preposito, Martino archidiacono, Przeczslao sancti Georgi preposito, Martino de Gora, Stanislao de Yezercza, nec non Vasilone de Hospitali, canonicis Gneznensibus, et aliis fidedignis.

Sczepankovo, *Szczepanowo.* Mlode Sczepankovo, *Szczepankowo.* Gora, *Góra p. m. Żnin.* Yezercza, *Jezierce.* Hospitale, *sc. s. Sepulchri in Gniezno.*

Nr. 1460.

Martinus archidiaconus et Iohannes Falonis canonicus Gneznens. ecclesie 1361 Aug. 25, Gnezne; tanquam arbitratores Iaroslai archiepiscopi in lite inter eundem et Iohannem Poznaniensem episcopum pro limitibus utrarumque dioecesium vertente, quasdam ecclesias et decimas in territorio de Żoń ecclesiae suae addicunt.

Pergam. orygin.; w dolnym założonym brzegu dwa paski pergaminowe, każdy przez dwa wcięcia przewleczony. Pieczęci nie masz.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 155.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem M.CCC.LX primo, Indictione XIIII, XXV die mensis Augusti, hora quasi Completorii, Gnezne in sala honorabilis viri domini Alberti decani Gneznensis ecclesie, in mei notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum presencia, honorabilis vir dominus Martinus archidiaconus iam dicte ecclesie Gneznensis, habens plenum mandatum domini Iohannis Falonis canonici dicte Gneznensis ecclesie, sui coarbitri, quandam sentenciam diffinitivam in carta papyrea legit, interposuit et publicavit; cuius quidem sentencie tenor est talis:

In nomine Domini amen. Exorta iam dudum inter Gneznensem et Poznaniensem ecclesias kathedrales super limitibus diocesium ecclesiarum ipsarum materia questionis, tandem, intercedente consilio sapientum, venerabiles patres et domini, Iaroslaus archiepiscopus Gneznensis et Iohannes episcopus Poznaniensis ecclesiarum compromiserunt simpliciter et de plano in honorabiles viros, dominos Iohannem quondam decanum et Martinum archidiaconum predicte Gneznensis ecclesie pro parte domini archiepiscopi et eius ecclesie supradicte, et pro parte domini episcopi Poznaniensis in Andream archidiaconum et Iohannem custodem eiusdem Poznaniensis ecclesie: ut ipsi, receptis informacionibus tam instrumentorum quam testium fidedignorum omni excepcione maiorum, dissensiones et controversias precidentes et suffocantes, loca diocesium predictarum super quibus dubium vertebatur, tanquam arbitri, laudatores et amicabiles compositores, Deum solum habentes pre oculis decernerent et pronunciarent, arbitrarentur et laudarent, ad alteram ecclesiarum predictarum debere perpetuo pertinere, et hoc modo easdem dioceses perpetuo limitare. Et si in unam quod absit sentenciam concorditer convenire non possent, sed discordes diffinitivas sentencias promulgarent, extunc assumptus est quintus arbiter, honorabilis vir dominus Nicolaus cancellarius Gneznensis, ut ipse, visis sentenciis commissariorum ipsorum et receptis informacionibus tam privilegiorum quam attestacionum, similiter solum Deum habens pre oculis, alterutram sentenciarum ipsarum que sibi verior et iustior videretur, tanquam superior arbiter approbaret. Nos itaque Martinus archidiaconus et Iohannes Falonis canonicus sepedicte Gneznensis ecclesie, arbitri, laudatores et compositores amicabiles, requisitis nostris collegis ad unam sentenciam proferendam non valentes concordare, visis iuribus, privilegiis, attestacionibus et informacionibus, habito inter nos tractatu sollempni et consilio prematuro, virtute compromissi in nos translati arbitramur, laudamus, pronunciamus et finaliter decernimus ecclesias infrascriptas: Szun, Golancza et Grilovo, cum omnibus villis

et decimis que ab antiquo iure parrochiali ad ecclesiam in Szun pertinebant, sitas in districtu Szunensi, ac eciam decimas in Sczythniky et in Nydome ad ecclesiam Gneznensem perpetuo pertinere, et hoc modo iuxta nostre consciencie modulum easdem dyoceses in nomine Domini perpetuo limitamus.

Qua sentencia perlecta, iidem domini Martinus archidiaconus et Iohannes Falonis canonicus prefate ecclesie Gneznensis, tanquam arbitri, laudatores et amicabiles compositores ipsam per me in formam publicam reponere petierunt. Quam siquidem sententiam, prout legere audivi et demum solus auscultavi, ex debito officii mei nichil addens vel minuens in hanc formam publicam reposui diligenter. Actum anno, Indiccione, die, mense, hora et loco quibus supra, presentibus discretis viris, dominis Iacobo de Coldramb, Andrea de Gwozdow, Nicolao de sancto Nicolao aput Gneznam, et Nicolao de Szun rectoribus ecclesiarum, aliisque pluribus fidedignis. Et ad evidentiam pleniorem, sigilla predictorum dominorum, videlicet Iohannis Falonis et Martini archidiaconi, prenotate ecclesie Gneznensis arbitrorum, presentibus sunt appensa.

Szun, *Żoń*. Golancza, *Gołańcza*. Grilovo, *Grylewo*. Sczythniky, *Sczytniki*. Nydome, *Nidom*. Coldramb, *Kołdrąb*. Gwozdow, *Gozdowo*.

Nr. 1461.

Nicolaus cancellarius Gneznens. ecclesie s. a. d. et l.; tanquam superarbiter sententiam approbat, quam tulerant Martinus archidiaconus et Iohannes Falonis canonicus Gneznens. ut amicabiles compositores ab Iaroslao archiepiscopo ad limitandum dioeceses Gneznensem et Poznaniensem electi.

Transsumpt orygin., sporządzony przez: Hanco quondam Iohannis de Cracovia publicus auctoritate apostolica notarius 1361 Sept. 15, Gnezne.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 157.

In nomine Domini amen. Suscitata questionis materia inter venerabiles in Christo patres, dominos Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum, ex una, et Iohannem Poznaniensem episcopum, parte ex altera, ac eorum ecclesias kathedrales, Gneznensem videlicet et Poznaniensem, super limitibus diocesium earundem, durantibus igitur inter ipsas ecclesias controversiis et odiis multo retroacto tempore, tandem de consilio sapientum ex utraque parte, de alto et basso, simpliciter et de plano in honorabiles viros, dominos Martinum archidiaconum et Iohannem Falonis olim decanum nunc canonicum prebendatum eiusdem Gneznensis ecclesie, pro parte domini archiepiscopi supradicti, ac pro parte domini Poznaniensis episcopi in Andream archidiaconum et Iohannem custodem eiusdem Poznaniensis ecclesie extitit compromissum, ut ipsi simpliciter et de plano, absque strepitu et figura iudicii examinato et cognito negocio, receptis testibus et eorum attestacionibus ac instrumentis et privilegiis a partibus exhibendis, tanquam veri arbitri, arbitratores, compromissarii, laudatores, diffinitores seu amicabiles compositores et communes amici, huiusmodi dissensionibus, controversiis et amfractibus suffocatis, habentes solum Deum pre oculis, quod iustum est discernerent, et ipsas dioceses, super his super quibus dubitacio inter ipsas vertebatur, perpetuo limitarent. Si vero non valerent in unam sentenciam concordare, extunc ipse partes superius nominate, archi-

episcopus et episcopus, elegerunt et nominaverunt concorditer dominum Nicolaum cancellarium Gneznensis ecclesie supradicte, ut ipse, visis et intellectis iuribus et racionibus ipsarum parcium ac motivis arbitrorum superius expressorum, decerneret et approbaret, vel reprobaret sentenciam vel sentencias; et approbatam sentenciam secundum Deum et iusticiam faceret firmiter observari, prout hec in compromisso super hoc facto et manu publici notarii consignato plenius continentur. Verum quia ex arbitris superius nominatis duo, videlicet Martinus archidiaconus et Iohannes canonicus Gneznenses supradicti, requisitis aliis coarbitris suis, cum nollent cum eis in unam sentenciam concordare, arbitrium seu sentenciam protulerunt: nos Nicolaus cancellarius Gneznensis ecclesie supradictus, viso et examinato diligenter compromissi tenore et contentis clausulis in eodem, exhibita nobis sentencia seu arbitrio venerabilium virorum, dominorum Martini archidiaconi et Iohannis Falonis canonici Gneznensis, ecclesie memorate arbitrorum, ipsam legimus, examinavimus pensatis circa hoc circumstanciis universis; habita quoque deliberacione nobiscum et consilio sapientium, invocato Dei nomine, eandem sentenciam arbitrorum, quatenus est redacta in scriptis et authoritate publica notariorum consignata, emolgamus, laudamus, approbamus in nomine Domini in his scriptis, eamque finaliter decernimus auctoritate et potestate nobis a partibus tradita, qua fungimur in hac parte, perpetuis temporibus sub pena in compromisso contenta firmiter observandam.

Nr. 1462.

Hanco quondam Iohannis de Cracovia publicus auctoritate apostolica notarius 1361 Sept. 15, Gnezne; sententiam diffinitivam, quam tulerat **Nicolaus cancellarius Gneznens. ecclesie s. a. d. et l.** tanquam superarbiter, et **Martinus archidiacon. et Iohannes Falonis canonicus Gneznens. ecclesie 1361 Aug. 25, Gnezne,** tanquam arbitri ab Iaroslao archiepiscopo ad limitandum dioeceses Gneznensem et Poznaniensem electi, in formam publicam redigit.

Pergam. orygin., u którego na sznurku jedwabnym, zielon. przywieszona okrągła pieczęć Mikołaja archidiakona, przedstawia zgłoskę wielkie 𝔍 *alfabetu Gotyckiego, przeplecioną w podłuż Krzyżem Łacińskim; napis:* S. Nicolai Cancell. Gnezn. *Przy końcu, obok oświadczenia* notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 157.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem M.CCC.LX. primo, Indictione XIIII, XV die mensis Septembris, hora quasi sexta, Gnezne in sala reverendi in Christo patris et domini, domini Iaroslai Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, in mei notarii et testium infrascriptorum presencia honorabilis vir dominus Nicolaus cancellarius ecclesie Gneznensis sedens pro tribunali, sentenciam diffinitivam tamquam superior coarbiter in carta papyrea legit, tulit solempniter et publicavit. Cuius quidem sentencie tenor per omnia sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1461*).

Tenor autem prime sentencie per ipsum dominum Nicolaum cancellarium approbate, de verbo ad verbum noscitur esse talis: (*Sequitur diploma Nr. 1460.*)

Qua sentencia perlecta, iidem domini Martinus archidiaconus et Iohannes Falonis canonicus prefate ecclesie Gneznensis, tamquam laudatores et amicabiles com-

positores, ipsam per me in formam publicam reponere pecierunt. Quam quidem sententiam, prout legere audivi et demum solus auscultavi, ex debito officii mei nichil addens vel minuens in hanc formam publicam reposui diligenter. Actum anno, indictione, die, mense, hora et loco quibus supra, presentibus discretis viris, dominis Iacobo de Coldramb, Andrea de Gwozdow, Nicolao de sancto Nicolao apud Gneznam, et Nicolao de Szun rectoribus ecclesiarum, aliisque pluribus fide dignis. Sigilla autem predictorum dominorum arbitrorum huic sentencie duo rotunda erant appensa, et subscripcio notarii erat talis:

Et ego Hanco quondam Iohannis de Cracovia, publicus auctoritate apostolica notarius, dictis leccioni, publicacioni presens interfui et omnes et singulas clausulas continentes (sic) in dicta sentencia diligenter auscultavi, et ad peticionem predictorum dominorum Martini archidiaconi et Iohannis Falonis canonici prenarrate Gneznensis ecclesie, eandem sentenciam diffinitivam in hanc formam publicam redegi, meis consuetis signo et nomine consignando cum testibus suprascriptis in testimonium premissorum. Actum anno, indictione, die, mense, hora et loco ut supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Martino archidiacono, Kelczone scolastico, Clemente canonico Gneznensibus, fratre Nicolao confessore curie dicti domini archiepiscopi, et Nicolao dicto Wylkowsky canonico Lanciciensi, testibus ad premissa. Et ad evidenciam pleniorem, sigillum sepedicti domini Nicolai cancellarii Gneznensis presentibus est appensum.

Coldramb, *Kołdrąb.* Gwozdow, *Gozdowo.* Szun, *Żoń.*

Nr. 1463.

Kazimirus rex Polonie etc. 1362 Ian. 16, Lando; civitati Kalisz villam Tyniec hac conditione donat, ut in fluvio Prosna, per spatium unius milliaris ultra coenobium de Ołobok usque Kalisz civitas praedicta viam faciat pro navigatione aptam.

Pergam. orygin., u którego od przywieszonéj pieczęci pozostał sznurek jedwabny, czerwony.

Warszawa. Biblioteka prywatna. Diplomata.

In nomine Domini amen. Diversa negocia fiunt apud homines, que procedente cursu temporis vacillant tradita oblivioni, nisi pagine inscripcione testiumque fide dignorum suffragio fuerint lucide roborata. Eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Cuyavie, Lancicie, Dobrinie, Russie Pomoranieque dominus et heres, notum facimus universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod consideratis dignis ac multiplicibus obsequiis, que nobis fideles nostri cives Kalisienses exhibuerunt et adhuc concedente Domino exhibere sunt parati, volentes itaque utilitates eiusdem nostre civitatis Kalisiensis peramplius ampliare, damus ac iungimus pro melioracione dicta nostre civitatis nostram villam Tynecz vulgariter nuncupatam, sitam in foribus eiusdem civitatis, dictis civibus et civitati nostre predicte Kalisiensi in perpetuum; ita, quod kmetones seu incole dicte wille Tynecz eo iure gaudebunt, quo suburbani ceteri eiusdem civitatis gaudent. Pro quo, seu racione eiusdem donacionis, dicti cives Kali-

sienses in flumine Prosna wlgariter nominato viam facient temporibus perpetuis, per quam plawstra lignorum debent transitum sine impedimento aliquo habere: incipiendo ultra cenobium Olobok a spacio unius miliaris, usque usque (sic) ad dictam civitatem Kalissiensem, taliter, quod spacium in dicto flumine in latitudine a litore usque ad aliud litus debet esse duodecim ulnarum. Que litora dicti fluminis si aliquo modo destruerentur, dicti cives Kalisienses suis sumptibus obligaverunt se et suos posteros temporibus perpetuis reformare, quocienscumque et quomodocumque destruerentur. Volumus eciam, quod domini spirituales et seculares, cuiuscumque condicionis, status seu dignitatis existant, qui habent vel habebunt aggera seu quecumque obstacula in dicto flumine Prosna infra spacium prenominatum, ut quilibet eorum in suo aggere sive obstaculo proprii laboribus penis debet parare seu facere meatum aque, qui dicitur in wlgari opusta, in latitudine eciam duodecim ulnarum, ita, quod plawstra lignorum sine aliquo inpedimento possint et valeant transduci, seu quecumque naves. Quam quidem donacionem seu adiunccionem dicte ville Tynecz predictis civibus seu civitati Kalisiensi perpetuis temporibus duximus confirmandam. In cuius rei testimonium, presentes scribi et nostri sigilli munimine iussimus communiri. Datum et actum Lando die dominica qua cantatur Omnis terra, sub anno Domini M.CCC.LXII, presentibus hys: Alberto palatino Cuiaviensi, Floriano cancellario Lanciciensi, Wirbantha Poznaniensi, Dobeslao Crusviciensi, Mathia Wladislaviensi, Laurencio Landensi castellanis, Stanislao iudice Cuyaviensi, et aliis quam pluribus fide dignis.

Tynecz, *Tyniec*. Olobok, *Ołobok*. Lando, *Ląd*. Wladislaviensis, *de Inowrocław*.

Nr. 1464.

Kazimirus Polonie rex etc. 1362 Ian. 18, in Pizdri; monasterio de Ląd pro hereditate Wrąbczynek et molendino in Pyzdry, modo commutationis partem silvae oppido Kazimierz adiacentem confert.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 25.

In nomine Domini amen. Ne res vel facta mortalium que fiunt et ordinantur in tempore, per decursum temporis transeant et vacillentur, necessarium est, ut litterarum presidiis et testium annotacione ad perpetuam memoriam deducantur. Igitur noverit tam presens etas quam futura, quod nos Kazimirus, Dei gracia Polonie rex nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, de matura deliberacione et consilio communi baronum nostrorum ad hoc accedente, permutacionem bonorum nostrorum regalium, videlicet sylvarum desertarum prout inferius expresse describuntur, cum venerabili ac religioso viro fratre Iohanne abbate et conventu fratrum monasterii Landensis Ordinis Cisterciensis, Gneznensis diocesis, fecimus in hunc modum: quod hereditatem ipsius monasterii, videlicet parvum Wronchyno circa civitatem Pizdri, et molendinum sub castro Pizdrensi eciam dicti monasterii Landensis, cum omnibus et singulis censibus, fructibus, utilitatibus et pertinenciis universis ad ipsam hereditatem Wronchyno et molendinum predictum quomodolibet ab antiquo spectantibus, prout in suis limitibus circumquaque sunt distincti, pro nobis et regno nostro modo et nomine commutacionis receptis, appropriatis et perpetuo incorporatis (sic); quam hereditatem Wron-

chyno cum molendino supradicto, dominus abbas predictus, suo et conventus sui nomine, per modum commutacionis ut premittitur nobis et regno nostro tenendam perpetuo et habendam, a se et dicto monasterio suo Landensi libere et voluntarie cum omni iure et dominio resignavit. In recompensam vero hereditatis et molendini predictorum, eidem domino abbati eiusque monasterio et conventui predictis, modo et commutacionis more sylvam nostram in parte Czirnetz vulgariter nominatam, in districtu Coninensi situatam, ad culturam agrorum valentem, sexaginta mansos Franconicos in sua debita mensura continentem, nostra auctoritate et per nuncios nostros speciales mensuratam, et circumquaque ab omni parte ab omnibus hereditatibus, tam nostris regalibus quam quorumlibet nobilium circum adiacencium, suis certis limitibus qui kopce vulgariter nominantur limitatam debite et circumdatam, cum omnibus utilitatibus et fructibus universis, que in ipsa sylva sunt aut quomodolibet esse poterunt in futurum, damus et donamus, ascribimus, appropriamus et tenore presencium perpetuis temporibus cum omni iure et dominio, prout ad nos pertinebat, pro ipsorum utilitate possidendam nostra sub tuicione incorporamus; dantes abbati et conventui predictis, in silva sexaginta mansorum predictorum, villas quotcunque poterint iure Polonico sive Theutonico, prout ipsis utilius videbitur expedire, locandi plenam et omnimodam potestatem. Quas quidem villas in dicta sylva locatas, omni libertate, qua gaudent a solucionibus nostris regalibus quibuscunque alie possessiones dicti monasterii Landensis, omnino gaudere volumus et potiri de nostra gracia speciali, prout in antiquis privilegiis, super ipsa libertate possessionum ipsius monasterii confectis plenius continetur. Si vero iidem abbas et conventus huiusmodi sexaginta mansos nollent ad plenum aut non possent collocare: quantamque partem eorundem nomine gay sive sylve dimiserint, venacione cervorum et aprorum pro nostra regia venacione reservata in eisdem, alias omnes utilitates, fructus et proventus, videlicet in pascuis, spatiis (sic) et venacionibus ferarum quarumlibet sive avium, ac eciam nominatim utilitates omnes et singulas per nos in predictis borris haberi consuetas et prout ad nos pertinebant, ut eciam soli sub nostra potestate regia tenuimus, omnia premissa abbas et conventus supradicti monasterii Landensis exnunc sibi per nos ascripta et incorporata, perpetuis temporibus tenebunt pacifice et quiete possidebunt, cum requisicione nostra speciali premissa vendendi, donandi, commutandi ac pro sua suique monasterii Landensis sepedicti utilitate quomodolibet poterint convertendi. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Pizdri feria tercia post octavam Epiphanie Domini, anno eiusdem M.CCC.LXII, presentibus hiis testibus: Alberto palatino Brestensi, Wyrsbanta castellano Poznaniensi et capitaneo Polonie, Ianussio Bechovensi, Dobeslao Crusviciensi castellanis, Adamo Kalisiensi, Troiano Brestensi subcamerariis, et Floriano cancellario Lanciciensi per cuius manus presens privilegium transivit, ac aliis quam plurimis testibus fidedignis.

Landensis, *de Ląd.* Parvum Wronchyno, *Wrąbczynek.* Czirnetz, *część lasu pod miasteczkiem Kazimierz, gdzie póżniéj stanęła Nowa wieś.* Brestensis, *de Brześć Kujawski.* Bechovensis, *de Biechowo.*

Nr. 1465.

Iohannes episcopus Poznaniens. ecclesie 1362 Ian. 23, Poznanie; archidiaconatum de Czersk ecclesiae Poznaniensi incorporat, eiusque archidiaconis stallum in choro et vocem in Capitulo concedit.

Pergam. orygin. Na sznurkach jedwabnych, czerwon. przywieszono dwie podługowate pieczęcie. Pierwsza biskupa Jana Doliwy; zob. Nr. 1441. Druga bez powierzchni i wycisku.

Poznań. Archiw. Capituli. IV, 10.

In nomine Domini amen. Cupientes ut honor ecclesie nostre Poznaniensis et fratrum numerus in ea favente Domino augeatur, proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus eiusdem Poznaniensis ecclesie, attendentes quod archidyaconus Czyrnensis, in parte nostre dyocesis consistens Mazovie, multum honorabilis ac magne auctoritatis existat et quod eciam sit in redditibus et proventibus opulentus, eundem archidyaconatum de consensu et voluntate fratrum nostrorum, videlicet Poznaniensis Capituli, aliis archidyaconatibus dicte ecclesie Poznaniensis in persona honorabilis viri domini Dythconis nunc Czirnensis archidiaconi, consideratis ipsius meritis probitatis, ad eius peticionis instanciam adiungendum duximus et eciam aggregandum, ipsumque eidem ecclesie incorporamus; creantes de novo et dantes eidem domino Dythconi et eius successoribus archidyaconis Czyrnensibus stallum in sinistro choro, primum post custodem memorate Poznaniensis ecclesie, et vocem in Capitulo perpetuis temporibus in hiis scriptis: quem Czyrnensem locum, dictus dominus Dythco et successores ipsius pro tytulo, prout eundem habebat primitus, in posterum retinebunt. Post predictum vero Czyrnensem archidiaconum, dominus Iacobus qui erat tercius archidyaconus prius, non tamen cum tytulo, iuxta cuiusdam privilegii tenorem super archidyaconatibus Poznaniensibus confecti, inmediate et successores eius stallum, et deinceps canonici ordinate, secundum vocacionem cuiuslibet, in choro eodem more solito optinebunt. Datum Poznanie decimo Kalendas Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, sub nostri et Capituli Poznaniensis nostri predicti sigillorum appensione in evidencie testimonium plenioris, presentibus honorabilibus viris et discretis dominis: Troyano preposito, Stiborio decano, Nycolao scolastico, Andrea archidyacono, Henrico cantore, Iohanne custode, Iacobo archidyacono et officiali, Ianussio cantore et Martino archidyacono Gneznensibus, Pribigneo, Msczigneo preposito sancti Spiritus, Nicolao Czebulca, Andrea, Nicolao filio palatini Lanciciensis, Alberto, canonicis nostris Poznaniensibus, et aliis.

Czyrnensis, *de Czersk.*

Nr. 1466.

Kazimirus rex Polonie etc. 1362 Ian. 29, in Wladislavia Iuveni; ratam habet divisionem bonorum, ab Alberto palatino et Hectore subpincerna de Brześć fratribus patruelibus inter seipsos factam.

Warszawa. Archiw. Główne, Ks. Metr. 31, p. 101. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae II, Nr. 515.

In nomine Domini amen. Cum divisiones et contractus qualescunque nullum robur firmitatis per se valeant obtinere, nisi solemni titulo literarum et fide dignorum testimonio ad perpetuam memoriam reducantur, proinde nos Kazimirus, Dei gratia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, ad noticiam universorum tam presentium quam futurorum deducimus per presentes: quod ad nostram et baronum nostrorum venientes presenciam nobiles et strennui viri, domini Albertus palatinus et frater eius patruelis Hector subpincerna Brestenses, nostri fideles, sani mente et corpore existentes, pura et sincera intencione ac matura deliberacione prehabita, divisionem hereditatum suarum nominatim infrascriptarum: Crziwosandza, nova et antiqua Cesslino, Welaves, ambe partes Kosczola, Manlicze, Labissino, Mochle, Ostrow cum molendino, Riwithvi (*vacuum*) cum lacu qui dicitur Mezlno, Sodlogosz cum lacu, Peccyno, Luthcowo, Paczoscz et omnia prata in Micorzino: inter se fecerunt, que dinoscitur esse talis: videlicet quod ex huiusmodi divisione, hereditates seu possessiones subsequentes, scilicet Krzywosandza, nova et antiqua Tesslino, Welaves, ambe partes Kossczîola, Mamlicze, Lambissino et Mochle, domino Alberto palatino supradicto pro sua parte et totali porcione cesserunt, atque venerunt eidem domino palatino prenominate hereditates seu possessiones in tenutam et possessionem suam suorumque posterorum, perpetuis temporibus tenendas, habendas, possidendas, vendendas, donandas, commutandas, ac pro suo suorumque posterorum libito voluntatis quomodolibet libere convertendas (sic). Qua quidem divisione sic inter se racionabiliter facta, memorati fratres de iure patronatus ecclesie talem expresse fecerunt mencionem, quod dictum ius patronatus ecclesie in Kossczîol sive ius presentandi rectorem ad eandem, ad ipsos ambos insimul perpetuo debeat pertinere, sic, quod unus sine voluntate et consensu alterius, ipsam ecclesiam in Kossczîol conferendi sive rectorem presentandi nullam habeat potestatem. Quibus omnibus premissis taliter dispositis et ordinatis nobis humiliter parte ab utraque supplicarunt, ut divisionem et disposicionem premissorum approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Nos vero ipsorum dignis peticionibus graciosius annuentes, predictam divisionem cum omnibus suis punctis et disposicionibus ratam habentes et gratam, presentibus de benignitate nostra regia gratuite approbamus et perpetue duraturam confirmamus, dantes hanc literam sigilli nostri maioris appensione munitam supradicto domino palatino et eius posteris in robur et testimonium perpetue firmitatis. Actum in Wladislavia Iuveni sabato post diem Conversionis beati Pauli, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, presentibus hys testibus: Dobeslao Cruschwiciensi, Woislao Bidgostiensi castellanis, Troiano Brestensi, Dobigneo Wladislaviensi subcamerariis, Predborio capitaneo Cuyavie, et Floriano cancellario Lanciciensi per cuius manus presens privilegium transivit, ac aliis quam pluribus fide dignis.

Brestensis, *de Brześć Kujawski.* Crziwosandza, *Krzywosądz.* Cesslino, *Cieślin.* Welaves, *Wielawieś.* Kosczol, *Kościelec.* Manlicze, *Mamlicz.* Labissino, *Łabiszyn.* Mochle, *Mochełek.* Ostrow, *Ostrów.* Riwithvi, *Rybitwy.* Lacus Mezlno, *jez. Melno.* Sodlogosz, *Sadłogość.* Peccyno, *Piechcin.* Luthcowo, *Lutkowo.* Paczoscz, *Pakość.* Micorzino, *Michowice.* Wladislavia Iuvenis, *Inowrocław.*

Nr. 1467.

Kazimirus rex Polonie etc. 1362 Febr. 1, in Brest; venditionem hereditatis Wilkowo confirmat, quam Waldko filius quondam Iohannis de Waldowo in rem monasterii de Byszewo fecerat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo, Lib. privil. fol. 213.

In nomine Domini amen. Cum vendiciones, empciones, resignaciones et contractus qualescunque nullum robur firmitatis valeant obtinere, nisi sollempni titulo literarum et testium annotacione fuerint roborate, proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie, Dobrynie Prussieque dominus et heres, notum facimus universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris: quod veniens ad nostram nostrorumque baronum presenciam nobilis vir Valdko natus quondam Iohannis, heres de Waldow, non compulsus, non coactus, mente et corpore et animo deliberato, presentibus Petro et Iohanne nepote eiusdem Waldconis ac ipsis consencientibus, terciam partem dominii Waldov, videlicet villam Wilkovo vulgariter nuncupatam, sitam in terra Naclensi, que ipsum ex paterna successione contingebat, vendidit libere et voluntarie in perpetuum resignavit pro ducentis et decem marcis grossorum, xlviii pro qualibet marca computando, ac centum ovibus, religiosis viris abbati, fratribus et monasterio Byssoviensi Ordinis Cisterciensis, sito in terra Bidgostiensi et diocesi Vladislaviensi, cum omnibus iuribus et pertinenciis ad ipsam villam spectantibus, videlicet agris, pratis, rubetis, silvis, nemoribus, lacubus, piscinis et molendinis, borris, mellificiis et universis utilitatibus, que in eadem villa Wilkowo habentur vel haberi possunt quomodocunque in futuro, secundum quod eadem villa in suis limitibus et terminis circumferencialiter est distincta seu limitata, nichil iuris aut dominii pro se et suis successoribus quibuscunque in eadem villa reservando, per eosdem abbatem, fratres et monasterium Byssoviense et ipsorum succedaneos quoscunque dicti monasterii, perpetuis temporibus habendam, tenendam, commutandam, vendendam ac ipsorum voluntate ad utilitatem dicti monasterii convertendam, secundum quod eis melius et utilius videbitur expedire. Ceterum volumus, quod kmetones et universi coloni de dicta villa Wilkovo eo iure debent gaudere, quo gaudent ceteri villani dicti monasterii Byssoviensis. Preterea, quia patris et matris dicti Valdconis corpora in dicto monasterio seu ecclesia Byssoviensi sunt sepulta, ubi et ipse Valdko disposuit quasi ex quodam testamento et elegit sepulturam: vult, quod nullus suus frater seu propinquus possit redimere dictam villam, sed dictum monasterium perpetuo debet ipsam possidere pacifice et quiete. Quam quidem vendicionem, empcionem et liberam resignacionem ratam, gratam et firmam habentes, de solita nostre regie magestatis benignitate approbamus, confirmamus et roboramus perpetuis temporibus duraturam. In cuius rei testimonium, presentes scribi et nostri sigilli munimine iussimus roborari.

Datum in Brest in vigilia Purificacionis sancte Marie, sub anno Domini m.ccc.lxii, presentibus hys: Iohanne Lanciciensi, Chebda Syradiensi, Alberto Brestensi palatinis, Predborio capitaneo Cuyaviensi, Andruscone Sbarensi, Dobeslao Crusviciensi castellanis. Datum per manus domini Floriani nostri cancellarii Lanciciensis.

Waldow, *Wałdowo.* Wilkovo, *Wilkowo.* Naclensis, *de Nakło.* Byssoviensis, *de Byszewo.* Castellania Sbarensis, *miejscowość nie odgadniona, zapewne* Cebar *Nru. 15, a* Barow *Nru. 898; do nich odnosi się* terra Zaborensis *i projektowane w tejże urządzenie godności wojewódzkiéj według Nru. 812, a* districtus Czabrz *Nru. 1293 i* districtus Czbarensis *Nru. 1339. Granice obszaru tem nazwiskiem objętego zob. w Dodatkach do Nru. 812; jedyna znana w jego obrębie kasztelanja, są Przywłoki; cnfr. Nra. 964 i 965.*

Nr. 1468.

Kazimirus rex Polonie etc. 1362 Febr. 2, in Brest; innovat confirmatque privilegium, quod dederat monasterio de Trzemeszno: **Wladysslaus dux Polonie 1233 Dec. 7, in Zneyna.**

Pergam. orygin. Brzegi obcięte, bez śladu przywieszenia pieczęci.
Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russyeque dominus et heres, tenore presencium notum facimus quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, quod ad nostram et baronum nostrorum accedens presenciam religiosus vir frater Gnewomirus prepositus monasterii Trzemessynensis Ordinis sancti Augustini, quoddam privilegium commutacionis, magnifici principis domini Wladysslay avi nostri clare memorie olym ducis Polonie, antiquorum more scriptum, ipsius domini Wladysslay ducis et venerabilis in Christo patris domini Fulconis pie memorie olym archiepiscopi ecclesie Gneznensis sigillis subappensis exibuit et produxit, supplicans suo et conventus sui nomine nobis humiliter et adtente, ut causa periculi, quod succedente tempore propter antiquitatem eiusdem privilegii posset emergi ipsi monasterio et fratribus qui pro tempore fuerint presenti, propter Deum de remedio salubri per innovacionem et confirmacionem providere dignaremur de nostra gracia speciali. Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum dinoscitur fuisse talis: (*Sequitur diploma Nr. 159*).

Nos vero ex tenore eiusdem privilegii commutacionem huiusmodi rite et racionabiliter fore factam considerantes, ipsum privilegium et omnia in eo contenta, ob reverenciam et honorem omnipotentis Dei et sancti Adalberti martiris, in remedium salutis nostre et consolacionem animarum progenitorum nostrorum innovando approbamus, ratificamus, et tenore presencium de benignitate nostra regia perpetuis temporibus duraturum graciose confirmamus, supradictas villas cum lacu memorato monasterio Trzemessynensi ascribendo, perpetuis temporibus appropriamus et incorporamus tenendas, habendas, et pro sua utilitate pacifice possidendas. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Brest in die Purificacionis sancte Marie virginis gloriose, sub anno Domini millesimo CCC sexagesimo

secundo, presentibus hys testibus: Alberto Cuyaviensi, Iohanne Lanciciensi, Chebda Syradiensi palatinis, Paszcone Brestensi, Dobeslao Crussviciensi castellanis, et Floriano cancellario Lanciciensi, per cuius mandatum transivit manus.

Brest, *Brześć Kujawski*. Crussviciensis, *de Kruszwica*.

Nr. 1469.

Domaslaus plebanus de Neparth 1362 Febr. 3, in Sobalkowo; Iaskoni Kurasek sculteto et kmetonibus villae Gostkowo iura ipsorum, ratione locationis iure Theutonico habita confirmat.

Pergam. orygin., u którego przywieszona na niciach półjedwabn. okrągła pieczęć przedstawia godło rodu Wyskotów; napis: S. Domaslai plb. d'Nepart.

Niepart p. m. Krobia. Własność kościoła parafialnego.

In nomine Domini amen. Ab humana facilius labuntur memoria, que nec voce testium nec scripture amminiculo eternantur. Hinc est quod ego dominus Domaslaus plebanus de Neparth, omnibus et singulis presentibus et futuris notum facio et publico solempniter in hiis scriptis: quod Iasko Kurasek scultetus meus veniens coram me et (sic) protestatus, sculteciam in Woskowo esse suam, que hereditas pertinet ad ecclesiam que est fundata et locata ad honorem beati Petri apostoli in dicta villa Neparth, cum omni iure, sicut parentes ipsius ab antiquis (sic) habuerunt, videlicet iure Theutunicali, sicut eciam in Gostina videtur habere (sic). Idem (sic) dictus Iasko Kurasek approbavit, se habere in dicta hereditate Woskowo duos mansos liberos. Quando vero emensurabit hereditatem dictam, tunc eligat sibi duos mansos ubi sibi videtur melius et utilius. Habet idem scultetus et sui successores ortos qui iacent circa curiam suam, que habent latitudinem usque ad metas que vulgariter dicitur granicza, que tangit ad viam que transit de Sobalkowo in Kolaskowicz. Debet habere tabernam, maccellum, sutoriam, pistriniam (sic), molendinum qualecunque in dicta hereditate fieri potest. Item habet omnem venacionem inter animalia quadripedia et inter volatilia. Potest idem Iasko prefatus Kurasek et sui successores oves proprias cum proprio opilione tenere in dictis bonis quodquod potest habere. Habet idem tercium denarium de iudicio, et michi dicto plebano et meis successoribus duos (sic). Tenetur idem Iasko et sui successores michi mettercio aut meis successoribus dare prandium semel in anno, kmetones vero predicte ville bis, aut pro quolibet prandio duos scotos. Do eciam ego prefatus dominus Domaslaus plebanus de Neparth kmetonibus dicte ville in Wosczkowo decem annis libertatem ab omni exaccione; expirante autem libertate, tenentur michi et meis successoribus in festo sancti Michael (sic) censum solvere, videlicet quatuor mensuras tritici, IIIIor siliginis et IIIIor avene et fertonem pro decima, que eciam spectat ad dictam ecclesiam de Neparth. In Pascha dimidium latus de carnibus aut quinque grossos. Ad Nativitatem Domini duos pullos. Tenentur autem dicti kmetones michi et meis successoribus arare tribus diebus in anno. Inter cetera, idem sepedictus scultetus et sui legittimi successores tenentur michi et meis successoribus servire cum equo valente unum capete grossorum; et si perdiderit dictum equum in servicio nostro, ego dictus Domaslaus et mei successores tenemur sibi solvere et suis successoribus,

et nullum servicium debet impendere, nisi dictus equus persolvatur. Interea kmetones dicte ville Wosczkow ad expedicionem regis nostri debent procurare unum equum valentem unam marcam grossorum. Insuper dicto sculteto et suis legittimis successoribus do sibi dictam sculteciam vendere vel mutare, vel cum ea facere potest sicut sibi videbitur utilius expedire. In cuius rei testimonium, presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam presentibus probis viris, herede Visсztkota de Neparth, Arnkoni sculteto de Sobalkowo, Iobi sculteto de Kolaskowicz, Clemento (sic) de Sobalkowo, Staniboro de Sobalkovo, Nicolao de Sobalkowo, et aliis multis fidedignis. Actum in Sobalkowo in die Blasii, anno Domini m.ccc.lx.ii, datum per manus Pauli plebani in Sobalkowo.

Neparth, *Niepart.* Woskowo, *Woszkowo.* Sobalkowo, *Sobiałkowo.* Kolaskowicz, *Kołaczkowice.* Viscztkota, *w Nrze. 1268* Viscota, *nazwisko rodowe powstałe od wsi Wyskoć, z czasem zmienione na Wyssogota.*

Nr. 1470.

Arnaldus de Caucina scolasticus Cracoviens. etc. apostolice Sedis nuncius 1362 Mart. 4, Cracovie; protestatur, se ab Iaroslao archiepiscopo Gneznensi 294 marcas et 15 scotos grossorum pro secundo quadriennio decimae a Sede apostolica impositae recepisse, pro eoque apocham largitur.

Pergam. orygin., w którego dolnym, założonym brzegu skrawek pergaminowy przez dwa wcięcia przewleczony. Przy końcu, obok oświadczenia notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 158.

In nomine Domini amen. Noverint quorum interest universi tam presentes quam futuri presentis instrumenti publici notitiam habituri, quod nos Arnaldus de Caucina scolasticus Cracoviensis ecclesie, in Polonie et Ungarie regnis apostolice Sedis nuncius ac recollector pecuniarum quarumlibet, ad opus camere domini nostri Pape pertinencium in dictis regnis deputatus, recognoscimus, nos recepisse et realiter cum effectu habuisse nomine dicte camere et pro ipsa, pro decima decime papalis et pro secundo quadriennio per dominum nostrum dominum Innocentium Papam VI imposite, in summa ducentas nonaginta quatuor marchas grossorum et quindecim scotos, pro qualibet marcha XLVIII grossis Pragensibus computatis, assignatas a reverendo in Christo patre domino Iaroslao archiepiscopo sancte Gneznensis ecclesie, datas et traditas per manus honorabilium et discretorum virorum, dominorum Iohannis archidiaconi Lanciciensis ecclesie et Mathie canonici eiusdem ecclesie Lanciciensis et vicetesaurarii ipsius domini archiepiscopi: videlicet pro mensa ipsius domini archiepiscopi septuaginta marcas, et pro clero diocesis sue ducentas viginti quatuor marcas et XV scotos grossorum: de qua summa pecunie dictum dominum archiepiscopum et successores suos ac ipsius ecclesiam predictam Gneznensem, nec non clerum diocesis eiusdem et dominos Iohannem et Mathiam pagantes prelibatos, nec non alios quorum interest nomine dicte camere presentibus absolvimus in perpetuum et quitamus, facientes nichilominus predictis omnibus et singulis fine, quitacionem, refutacionem et pactum dicte summe de ulterius non petendo. In cuius rei

testimonium, presentes seu presens instrumentum publicum, per Amboldum scribam nostrum notarium publicum infrascriptum scribi fecimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum Cracovie et actum anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, Indictione XV, die quarta mensis Martii, presentibus discretis viris, dominis Paulo presbytero de Nova civitate vicario Cracoviensis ecclesie, Mathia Francisci de Popow clerico Wratislaviensis diocesis, Stephano de Czandalina (*6 lit. del.*) ... censis diocesis familiare nostro, et Nicolao Bartholomei clerico Wladislaviensis diocesis, testibus ad premissa.

Et ego Amboldus Iohannis de Campino clericus Gneznensis diocesis, publicus auctoritate apostolica et imperiali notarius, premissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus presens interfui, ipsaque scripsi de mandato dicti domini Arnaldi scolastici in hanc formam publicam redigens, meo signo et nomine consuetis consignando in testimonium premissorum.

Nr. 1471.

Divissius Lanciciens. capitaneus 1362 Mart. 11, Lancicie; commutationem villae Krzepocin Bernardi fratrumque ipsius propriae, cum sortibus villarum ecclesiae Gneznensis, dictarum Różyce, Leźnica et Zduny ratam habet.

Pergam. orygin., poprzedzierany i przetlały, w którego dolnym brzegu wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 159.

Nos Divissius Lanciciensis capitaneus, universis quibus nosse fuerit oportunum volumus fore notum scriptum presens, quod constituti in nostra ceterorumque baronum presencia protunc iudicio domini regis presidencium nobiles viri Vi... (*10 lit. des.*) Bernardus germani et fratres uterini ipsorum cum patruo domino Gnevomiro preposito de Tremesno (*10 lit. des.*) corporis valitudine deliberacioneque cum ipsis habita diligenti, coram nobis cum venerabili in Christo patre, domino Iaroslao divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, concambium sive comutacionem cum villa dicta Crzepoczino: recipientes ab eodem domino villa pro eadem duas sortes in Roszdzice cum una taberna, unam sortem in Magiori seu ante Magiorem Lesniciam cum quibusdam rubetis ad ipsum dominum ex antico iure spectantibus, et in Sduny tres sortes cum pratis, et in Minori Lesznicia campis quos ydem dominus ibidem habuit, cum addicione quinquaginta marcarum et quinque marcis, XL octo grossos computando pro marca qualibet, maturo consilio amicorum ipsorum omnimode ad hoc attendente, cum omnibus et singulis utilitatibus, proventibus, secundum quod eadem Crzepoczino villa in suis circumferenciis ab antiquo est distincta: promittentes in perpetuum per se vel per alios dictam commutacionem seu concambium nullatenus irritare, verbo aut opere aliquatenus revocare. Tali tamen collaudacione et condicione interposita ad ipsam commutacionem et concambium, quod sortes prehabite, que fuerant sub thuicione ipsius domini a contribucionibus principum libere et exempte, iam sub regimine memoratorum nobilium constitute, principum suorum contribucionibus et exaccionibus erunt ceteris subiecte, prout alie ville omnes et singule ipsas regales soluciones solvere tenebuntur. Nominata vero villa Crzepoczino, que olym existens in thuicione prelibatorum nobilium caruit ipsa contribucionali libertate,

sub ipso domino archiepiscopo et ipsius successoribus constituta, iure suo ecclesiastico, prout alie omnes eiusdem domini ville liberata a nominatis principum angariis, sollempniter gaudebit exultans. Nos igitur dictam commutacionem inter ipsos rite et racionabiliter factam, prout ex mandato serenissimi principis domini nostri regis obtinemus, ipsam admittimus protestantes perpetue valituram. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum et actum Lancicie feria sexta proxima post Invocavit, anno Nativitatis Domini M.CCC. sexagesimo secundo, presentibus testibus nobilibus ad hoc rogatis: Iohanne palatino, Stephano iudice, Wseborio pincerna, Philippo subcamerario, Nicolao vexillifero, Wladimiro subiudice Lanciciensibus, aliisque multis nobilibus fidedignis.

Crzepoczino, *Krzepocin.* Roszdzice, *Różyce.* Maior Lesznicia, *Leźnica.* Sduny, *Zduny.* Minor Lesznicia, *Leźniczka.*

Nr. 1472.

Iaxa iudex et Michael subiudex terre Syradiens. 1362 Mart. 22, in Szadek; ecclesiae Gneznensi campos Lipicze et Skrzynki contra impetitionem Przosnae, heredis de Słomowo adiudicant.

Pergam. orygin. z dwoma pieczątkami przywieszon. na pask. pergamin. Pierwsza przedstawia na trójkątnéj tarczy godło rodu Kościeszów; napis: S. Iaxe iudicis... *Druga zatarta, daje tylko rozpoznać trójkątną tarcz.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 160.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Iaxa iudex et Michael subiudex terre Syradiensis, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem litteram inspecturis, quod cum Pzrosna heres de Slomowo reverendum in Christo patrem, dominum Iaroslaum Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum, pro quibusdam campis qui Lypicze et Crzynky in vulgari nuncupantur, sitos (sic) circa Thurek in terra Syradiensi, traxisset in nostram presenciam (sic) in causam, asserens, ipsum dominum archiepiscopum iam dictos campos in obligacione tenere et habere: qui quidem dominus archiepiscopus honorabilem virum dominum Adam Rudensis ecclesie prepositum, cum totali potestate sua ad respondendum dicto Pzrosne ad terminum utrique parti per nos assignato transmisit: et cum utraque pars, videlicet dictus dominus Adam et Pzrosna termino astarent, ipse dominus Adam procurator dicti domini archiepiscopi, predicto Pzrosne noluit respondere, nisi prius sibi statueret fratres et consanguineos suos, si qui aliquod ius se ad dictos campos dicerent habere. Et cum prefatus dominus Adam Pzrosna, fratres et consanguinei ipsius, termino insimul astarent prout per nos eis extitit assignatum, pretactus Pzrosna, de consensu et voluntate unanimi fratrum et consanguineorum suorum qui tunc nostra in presencia iudicio aderant, recepit ad inquirendum seu ad perdendum ab ipsis totalem accionem, promittens ipsum dominum archiepiscopum contra fratres et consanguineos suos et quemlibet hominem in omnibus exbrigare sub obligacione bonorum suorum, presencium et futurorum. Tandem termino finali per nos partibus assignato adveniente, sepedictus dominus Adam prepositus coram nobis comparuit accusans contumaciam partis adverse, ipso Pzrosna minime comparente, tamquam de sua iusticia diffidendo. Nos vero, communicato tunc presencium con-

silio sapientum, non valentes eidem domino Ade procuratori legittimo sepedicti domini archiepiscopi iusticiam denegare, prescriptos campos dicto domino archiepiscopo et suis successoribus, Dei nomine invocato et swadente iusticia finaliter adiudicavimus et adiudicamus tenendos, habendos et possidendos perpetuo per presentes, dictoque Pzrosne ac aliis omnibus singulariter singulis fratribus et consanguineis suis, qui se ius habere dicebantur ad campos eosdem, perpetuum silencium imponentes. Et ut predicta nostra sentencia obtineat robur perpetue firmitatis, presentes litteras eidem domino archiepiscopo nostrorum sigillorum munimine duximus concedendas. Actum et datum in Szadek feria tercia post dominicam Oculi, anno Domini m.ccc.lx secundo, presentibus nobilibus viris, dominis Chebda palatino et capitaneo Syradiensi, Petro castellano Spiczimiriensi, Sandivoyo subcamerario eciam Syradiensi, Predvoyo de Thokar, Kelczone de Glynno, Petrassio de Bolesczyno heredibus, aliisque pluribus fidedignis.

Slomowo, *Słomowo.* Lypicze, *Lipicza.* Crzynky, *Skrzynki.* Thurek, *Turek.* Rudensis, *de Ruda.* Szadek, *Szadek.* Spiczimiriensis, *de Śpicimierz.* Tokary, Glinno, Bolesczyn, *dziś tak samo.*

Nr. 1473.

Walko Waldko heres de Waldow 1362 Mart. 27, in Byssovia;

protestatur, se monasterio de Byszewo hereditatem Wilkowo vendidisse.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergamin. przywieszono trzy okrągłe pieczątki. Pierwsza Waldka z Wałdowa, okazuje na tarczy trójkątnéj łeb Koziorożca. Druga przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Lisów, lecz dołem do góry przewrócone; napis: S... czugii de... *Trzecia przedstawia Wieżę, nad którą godło rodu Leszczyców; napis:* S. Civitatis ... gosh.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 92.

Noverint universi tam presentes quam futuri noticiam presencium habituri, quod nos Walko Waldko, heres de Waldow, de spontanea nostra voluntate ac coniugis nostre heredumque nostrorum vendidimus fratri Iohanni abbati in Byssovia conventuique suo terciam partem hereditatis Waldow, Vylkovo vulgariter nuncupatam, in territorio Naklensi sitam, pro ducentis et decem marcis grossorum et centum ovibus; et quod maius est, in remedium anime nostre et in testamentum progenitorum nostrorum ibidem sepultorum, exclusis omnibus qui aliquod ius ad eandem habere videbantur, spe redempcionis pecuniarie penitus abiecta promittentes, quod si quis dictos fratres de Byssovia seu monasterium in prefata hereditate inpediret vel inpeteret, ipsos secundum consuetudinem terre evincere ac defensare. Insuper protestamur, quod iam dictus frater Iohannes abbas cum suo conventu pretaxatam summam pecunie cum ovibus prenarratis nobis plenarie persolverunt. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum cum testibus fide dignis annotatis: domino Msczywugio Bydgosthensi capitaneo, Michaele sutore, Nicolao Smeczer, eiusdem civitatis proconsulum, sociorumque eorundem eciam iuratorum: Iohanne de Zykow et aliis multis. Datum in Byssovia anno Domini m.ccc.lxii, die dominico quo Letare cantatur.

Waldow, *Wałdowo.* Byssovia, *Byszewo.* Vylkovo, *Wilkowo.* Zykow, *Żukowo.*

Nr. 1474.

Kazimirus rex Polonie etc. 1362 Apr. 22, in Pysdry; Andreae burgravio de Pyzdry et Petro fratribus, heredibus de Drzeczkowo concedit, ut bona ipsorum, quibus multa privilegia largitur, de iure Polonico in ius Theutonicum transferre possint.

Warszawa. Archiwum Główne. Ks. M. 20, fol. 209 v.

In nomine Domini amen. Quod magnifica regum decrevit auctoritas, ratum atque stabile perpetuo debet permanere. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, noticie universorum tam presencium quam futurorum presentibus declaramus: quod ob merita et fidelia servicia, que nobis Andreas noster burchravius de Pysdry et Petrus frater eius germanus heredes de Drzeczkowo impenderunt multipliciter et constanter, exnunc villas ipsorum et suorum posterorum, videlicet Drzeczkowo, Morkowo, Sulewo, Volykowo, Lanczko, prope Costan in terra Poznaniensi sittas, de iure Polonico in ius Theutonicum Novi fori, quod Srzedske vulgariter nuncupatur, transferimus de gracia nostra speciali perpetuis temporibus duraturis. Removentes ibidem omnia iura Polonicalia, modos, consuetudines, angarias, perangarias omnesque servitutes et vexaciones iuris Polonicalis ac universa, que ipsum ius Theutonicum impedire seu perturbare consueverunt: videlicet primo et specialiter a poradlne et a moneta quod wlgariter obrasz dicitur, a sep, a narzasz scilicet a vacca et a bove, a vyeprzowe, a povoszowe, a nyestane, a podworowe, a podymne, a przewod, a strosza, a pobor, a szronowe, et a ceteris omnibus quibuscunque solucionibus, quocunque nomine censeantur absolvimus. Insuper liberamus et eximimus prenominatum Andream cum Petro fratre suo ac ipsorum successores heredes de Drzeczkowo, et familias, kmethones et quoscunque incolas villarum supradictarum necnon scultetos eorundem, a cittacione castrorum ac omnium iudicum sive subiudicum, omniumque palatinorum iudiciis et iurisdicionibus et ministerialium regni nostri universorum; ita, quod coram ipsis vel aliquo alio, pro causis tam magnis quam parvis, puta sanguinis, homicidii, vel furti, incendii ac aliis universis, nulli penitus respondebunt, nisi tantum kmethones coram sculteto iure Theutonico, scultetus vero cuiuslibet ville prenotate, coram domino suo aut coram nobis vel iudicio nostro generali, dum tamen per literam nostram nostro regio sigillo munitam citati fuerint; et ipse dominus seu domini nominatarum villarum, necessitate coercente, tunc de se querulantibus iure sibi competente respondere sunt astricti, qui de cetero non citentur, et citati non compareant, quod omnimode prohibemus. In causis autem capitalibus seu criminalibus, scultetis predictarum villarum iudicandi, sentenciandi et puniendi, secundum quod ius Theutonicum postulat et requirit, plenam ac omnimodam damus et conferimus presentibus potestatem. Et si, casu interveniente, inter homines ipsorum tam liberos quam ascripticios homicidium perpetratum fuerit, tunc solucio homicidii in ipsorum predictorum heredum totaliter cedat potestatem. Si vero homines dictorum heredum de Drzeczkowo extraneum, aut extranei suum liberum seu obnoxium occiderint, tunc predicti heredes de Drzeczkowo cum suis sequacibus pro libero dimidiam penam, et pro obnoxio totam percipiant capitalem. Comodis eciam eorum ipsorumque successorum, propter ipsorum fidelia servi-

cia in hoc occurrimus dantes eis hanc iudiciariam potestatem, scilicet latrones et spoliatores, qui ipsorum homines molestant et depredant et adnihilant, iudicare et decollare, et penam que sedmdessant nuncupatur in eis recipere ex integro, fures suspendere. Si autem homines heredum de Drzeczkowo vel suorum successorum, in spolio, furto vel homicidio detenti fuerint, non obstante aliquo iure civili sive Polonicali, aut quorumlibet iudicum vel castellanorum, predicti heredes de Drzeczkowo vel ipsorum posteri eosdem suos homines iudicabunt, et penam totam percipient in eisdem. Damus eciam dictis heredibus de Drzeczkowo et suis successoribus omnem venacionem tam magnam quam parvam, videlicet castorum, ursorum, bubulcorum, aprorum silvaticorum, cervorum et omnium singularum ferarum, perpetuis temporibus libere exercendam. Et si casu interveniente, de nostris terris seu territoriis extra terram ad quamcunque terram ad expedicionem generalem fuerimus machinaturi, ad illam predicti heredes de Drzeczkowo cum suis posteris nostre regie dignitati in nostris expensis et alimentis prout melius poterint servient: et hoc tamen non coacti, sed voluntarie: quia ipsos cum ipsorum posteris ab omnibus servitutibus liberamus, quos in exitu et reditu ab omni damno benigniter promitimus relevare. Si vero cum nostro capitaneo generali Polonie, qui tunc pro nobis fuerit constitutus, ad aliquam expedicionem sive in terra nostra sive extra equitaverint, tunc illis pro quolibet damno tam magno quam parvo stare tenebitur, et hoc specialiter pro equis, quibus eciam omnia adiuncta cum expensis dare tenebitur gracie nostre sub obtentu. Ut autem hec nostra regalis donacio generosa robur perpetue obtineat firmitatis, premissa omnia suprascripta prenominatis heredibus de Drzeczkowo et ipsorum posteris ob merita ipsorum fidelium serviciorum solemniter confirmamus, et ad evidenciam huius pleniorem, ipsis et ipsorum posteris hanc literam scribi iussimus nostri regalis sigilli munimine roboratam. Datum et actum in Pysdry feria sexta, decimo Kalendas mensis May, sub anno Incarnacionis Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, presentibus hys: illustrissimo principe domino Henrico Dei gracia duce Seganensi, comite Passek palatino Poznaniensi, comite Przeczlao Kalisiensi palatino, domino Vyrzbantha castellano Poznaniensi nec non capitaneo generali Polonie, comite Thomislao iudice Kalisiensi, comite Sandivogio castellano de Nakel, domino Thworkone cancellario nostro nec non prothonotario nostro, et aliis quam pluribus fide et honore dignis, testibus ad premissa.

Drzeczkowo, *Drzeczkowo.* Morkowo, *Morkowo.* Sulewo, *Sulejewo.* Volykowo, *Wolkowo.* Lanczko, *Łąka.* Costan, *Kościan.* Seganensis, *de Żegań, z niem. Sagan.* Nakel, *Nakło.*

Nr. 1475.

Fr. Gallus de Lembark prior domorum Ordinis s. Iohannis Hierosolymitani etc. 1362 Mai. 16, in Reichenbach; vicariis ecclesiae cathedralis Poznaniensis pro kolenda et aliis iuribus, quae de domo Hospitali Ordinis s. Iohannis ante Poznań requirebant, annuum reditum assignat.

Praga. Archiv. prioratus Ordinis equitum Melitens. (*Kopja w zeszycie papierowym, bez podania źródła; pismo XVIII wieku*).

Nos frater Gallus de Lembark, prior domorum Ordinis sancti Iohannis Hierosolymitani Hospitalis per Boemiam, Poloniam, Moraviam et Austriam, tenore presen-

cium tam presentibus quam futuris publice profitemur universis, nos honorabilibus et discretis viris, dominis ecclesie cathedralis sancti Petri in Poznania vicariis communiter universis, pretextu et occasione kolende, quam singulis annis de domo Ordinis nostri sancti Iohannis foris civitatem Poznaniensem sita in festo Epiphanie Domini requirebant, ex ordinacione et confirmacione reverendissimi in Christo patris et domini, domini Iohannis Dei et apostolice Sedis gracia eiusdem Poznaniensis ecclesie episcopi, per decreti sui interposicionem, renunciacione auxilii iuris canonici, ne Ordinis commendator qui nunc est aut pro tempore fuerit totusque fratrum nostri Ordinis in Polonia conventus, per eosdem vicarios perpetuis in antea temporibus nulla penitus impeticione aut repeticione cuiusvis generis, verbo vel facto, vel nomine kolende, balnei, popine, vel cuiuslibet alterius iuris ipsis super antedicta domo Ordinis nostri competentis, quibus iidem domini vicarii communiter vel divisim, qui nunc sunt et in futuro erunt, domum sancti Iohannis nostri Ordinis in posterum gravare et impetere possent quovismodo: pro iisdem ergo ipsorum iuribus, videlicet racione kolende nec non ceteris iuribus preexpressis, in tribus perpetue solucionis marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri, singulis annis in festo Epiphanie Domini ipsis vicariis, et quatuor modiis siliginis campanatoribus eiusdem sancti Petri ecclesie in summo solvendis, obligari, et nomine nostro commendatorem ipsius domus nostre in Poznania, qui nunc est vel in posterum erit, ad eiusdem pecunie et siliginis solucionem bona nostra fide obligatum facimus et astrictum; in cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Reichenbach, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, die sedecima mensis May, capitulo nostro generali ibidem celebrato.

Reichenbach, *Reichenbach na Szlązku.*

Nr. 1476.

Nicolaus iudex Poznaniens. 1362 Mai. 24, in Poznania; monasterio de Lubin hereditatem Wieszkowo contra petitionem Adae de Bełęcin adiudicat.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 19.

Nos Nicolaus iudex Poznaniensis notum facimus universis quibus nosse fuerit (sic), quod cum in Poznania tercia feria Rogacionum sub anno Domini m.ccc.lxii pro tribunali sedissemus cum strenuo milite domino Wyrzbenthe Polonie capitaneo, venerabili in Christo patre domino Iohanne episcopo Poznaniensi, Pascone Poznaniensi, Przeczslao Kalisiensi palatinis, Wyncencio Gneznensi, Sandzivogio Naklensi, Ianussio Starogrodensi castellanis, et iudice Kalisiensi comite Dobeslao, ibi veniens religiosus vir dominus abbas de Lubyn, coram nobis, iusto et vero iudicio exigente, habita litis questione cum honesto viro (sic) de Bylanczino, hereditatem dictam Weszcowo iudicialiter opptinuit ac eciam acquisivit contra prenominatum Adam. Nos vero sufficienter informati per milites qui tunc iudicio presidebant, pretactam hereditatem iam dicto domino abbati et conventui de Lubyn adiudicavimus et tenore presencium adiudicamus possidendam. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum die et loco quibus supra.

Naklensis, *de Nakło*. Starogrodensis, *de Starogród*. Lubyn, *Lubin*. Bylancino, *Bełęcin*. Weszcowo, *Wieszkowo*.

Nr. 1477.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1362 Mai. 24, Poznanie; protestatur, Iaszkonem heredem de Dambicze, hereditatem Brzednia Iohanni episcopo Poznaniensi vendidisse.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci. Poznań. Archiv. Capituli. IV, 11.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus comendare, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis vir Iaszek heres de Dambicze, non conpulsus, non coactus nec aliqua specie fraudis seu dolositatis seductus, sed maturo consilio suorum amicorum super eo habito, reverendo in Christo patri et domino, domino Iohanni divina et apostolice Sedis providencia episcopo Poznaniensi hereditatem Brzesdne vulgariter nuncupatam, in districtu Dolsco civitatis sitam, cum omnibus et singulis utilitatibus, redditibusque universis ad eandem hereditatem Brzesdne spectantibus, que sunt aut per eius providenciam possunt suboriri in futuro, secundum quod prefata hereditas Bresdne in suis metis ac gadibus circumferencialiter est distincta vel eciam limitata, pro quinquaginta marcis grossorum paratorum, viginti quatuor scotos pro marca qualibet, et duos grossos pro scoto conputando, vendidit, contulit et perpetuis temporibus resignavit iure hereditario tytuloque proprietatis quiete et pacifice possidendam, tenendam, habendam, vendendam, comutandam, resignandam et ad usus beneplacitos convertendam, iuxta quod sibi aut suis successoribus melius et utilius videbitur expedire; promittens ipsum infra tres annos a datis presencium continue sequentes, iuxta laudum et terre statuta, ab omnibus inquietacionibus, irritacionibus, occupacionibus, cuiuscunque status aut condicionis fuerint plenius exbrigare: in cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie tercia feria Rogacionum, anno Nativitatis Domini m.ccc. sexagesimo secundo, presentibus hys testibus et dominis: Pazcone palatino Poznaniensi, Vincencio Gneznensi, Andrea Calisensi, Iascone Krziwynsky et Czema de Gedcze castellanis.

Dambicze, *osada znikła, leżała nad jeziorem Cichowo pod miast. Dolsk; cnfr. Nra. 256, 719.* Brzesdne, *Brzednia.* Dolsco, *Dolsk.* Krziwynsky, *de Krzywin.* Gedcze, *Giecz.*

Nr. 1478.

Wyrzbenta castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1362 Mai. 31, in Konin; protestatur, Laurentium heredem de Królikowo castellanum Lendensem, tertiam partem hereditatis Wrąbczyn monasterio de Ląd vendidisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 20.

Nos Wyrzbenta castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus commendare, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie nobilium presenciam strenuus miles dominus Laurencius heres de Krolikowo castellanusque Landensis, non compulsus, non coactus nec aliqua specie fraudis seu dolositatis seductus, sed maturo consilio suorum amicorum super eo habito, religioso viro domino Iohanni divina miseracione abbati et suo monasterio in Land Ordinis Cisterciensis terciam partem hereditatis Magnum Wronchyno vulgariter nuncupate, cum omnibus et singulis utilitatibus redditibusque universis ad eandem terciam partem eiusdem hereditatis Magnum Wronchyno, quam idem dominus Laurencius castellanus Landensis per triennium pacifice et quiete tenuit, pro quinquaginta sex marcis grossorum paratorum, viginti quatuor scotos pro marca qualibet, et duos grossos pro scoto computando, vendidit, contulit et perpetuis temporibus resignavit iure hereditario tituloque proprietatis quiete et pacifice possidendam, tenendam, habendam, vendendam, commutandam, resignandam et ad usus beneplacitos convertendam, secundum quod predicto domino Iohanni abbati et suo cenobio de Land melius aut utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium, signaculum nostri sigilli presentibus est appensum. Actum et datum in Konin tercia feria infra octavas Ascensionis Domini, anno Nativitatis eiusdem M.CCC. sexagesimo secundo, presentibus hys testibus et dominis: Venceslao thesaurario, Presprawo vexillifero Kalisiensibus, Lasczone subvenatore, Martino burgrabio Koninensibus, Iascone dicto Menczyc et aliis multis fidedignis.

Krolikowo, *Królikowo.* Landensis, *de Ląd.* Magnum Wronchyno, *Wrąbczyn.*

Nr. 1479.

Kazimirus rex Polonie 1362 Iun. 6, Poznanie; incolis in silva monasterii de Ląd dicta Czerniec locatis et locandis, infra viginti annos ab omnibus exactionibus libertatem largitur.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci. Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

Noverint universi presentes et futuri presencium noticiam habituri, quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, volentes utilitates nostri regni peramplius ampliare, et ut silva quam donavimus et dedimus racione camby . . religiosis viris abbati et conventui monasterii in Llando Ordinis Czisterciensis in uberiores fructus

augeretur: in qua silva, que dicitur in vulgari Czirnecz, sita in terra Kalisiensi, debent habere sexaginta mansos sive laneos sufficienter mensuratos et ad plenum predicti abbas et conventus cenobii in Lando: et ut facilius et diligencius predicti sexaginta mansi locarentur sive per quoslibet colonos possiderentur, damus et concedimus omnibus ac universis kmetonibus sive incolis, qui in predicta silva Czyrnecz sive in dictis mansis iam spectantibus ad cenobium predictum in Lando locati fuerunt aut locabuntur, a data presencium infra viginti annos continuos plenam et omnimodam libertatem; absolventes dictos kmetones qui locati fuerunt in predictis sexaginta mansis per abbatem seu cenobium Landense in dicta silva Czirnecz, ab omnibus exaccionibus, videlicet sep, naras, porco, vacca, ove, powos, vectura quacumque, et aliis angariis et preangariis universis quocunque nomine censeantur; et specialiter volumus, quod nullus castellanus seu officialis noster, qui aliquod habuerunt ius qualequale in dicta silva Czirnecz, kmetones predictos infra limites dictorum sexaginta mansorum non inpediat nec molestet, neque gayowe petere presumat sub optentu gracie nostre. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Poznanie die beati Vicencii martiris gloriosi, sub anno Domini M.CCC.LX. secundo.

Llando, *Ląd.* Silva Czirnecz, *część lasu pod m. Kazimierz, gdzie póżniéj stanęła osada Nowa wieś.*

Nr. 1480.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1362 Iun. 7, in Wrzesna; protestatur, Iacussium Drogosławicz obligationem, quam habuit in oppido Września, Iohanni castellano de Śrem obligavisse.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Niesobiów; napis: S. Wyrbante d'Panevic.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 161.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis necnon capitaneus Polonie generalis, omnibus et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis vir Iacussius Drogoslawicz, existens sanus et incolumis maturoque consilio super eo habito, nobili viro domino Iohanni castellano Sremensi obligacionem in Wrzesna per Thomam sibi obligatam, eandem iam dicto domino Iohanni castellano Sremensi in octo marcis grossorum paratorum obligavit taliter, quod quandocumque voluerit, parata pecunia redimendi habebit plenam et omnimodam facultatem. In cuius rei testimonium, sigillum nostri tytuli presentibus est appensum. Actum et datum in Wrzesna feria tercia festi Penthecostes, anno Domini M.CCC. sexagesimo secundo, presentibus hiis testibus et dominis: Vito pincerna Poznaniensi, Marcussio de Raczime castellano, Lasczone subvenatore Konynensi, Pyotrkone de Tholiscowo et Andrea de Dreczcowo heredibus.

Na pieczęci: Panevic, *Panowice.* Wrzesna, *Września.* Raczime, *Radzim.* Konynensis, *de Konin.* Tholiscowo, *Tuliszków.* Dreczcowo, *Drzeczkowo.*

Nr. 1481.

Gnewomyrus prepositus Tremesens. 1362 Iun. 10, in Quecissow; decimam sui coenobii de villa ecclesiae Gneznens. dicta Podgorzyce, cum decimis de villa eiusdem ecclesiae dicta Dąbrówka, 80 mansis ibidem locandis, et iure praesentationis rectorum ecclesiae in Gąsawa commutat.

Pergam. orygin. Dwa sznurki jedwabne, zielone, od przywieszenia dwóch pieczęci. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 162.

In nomine Domini amen. Ut facta mortalium digna memorie (sic) robur obtineant perpetue firmitatis, debent litterarum apicibus cum annotacione testium comendari noticie posterorum. Proinde nos Gnewomyrus prepositus una cum conventu nostro cenobii Tremesensis Ordinis sancti Augustini, ad universorum tam presencium quam futurorum quorum interest volumus devenire noticiam, quod bonorum ecclesie nostre comodum et utilitatem ex affectu attendentes, decimarum comutacionem cum venerabili in Christo patre domino Iaroslao, sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo fecimus infrascriptam bona fide et libera voluntate: dantes eidem domino archiepiscopo de consensu unanimi decimam in Podgorzicze villa ipsius, que ad nostrum monasterium prescriptum ex antiquo imparte videbatur pertinere, recipientes ab eodem domino archiepiscopo de consensu Capituli ipsius Gneznensis decimam mense eius in Dambrowa Petri, iacentem in districtu Zneynensi super fluvium Kansawka vulgariter appellatum, cum octuaginta mansis mensure Sredensis, quos in bonis monasterii nostri preassumpti nobis permisit ac indulsit locare et prout melius poterimus informare, ubi tamen nondum aliquis decimacionem percipiebat; de quibus mansis per nos taliter locatis, decimam pro nobis et monasterio nostro debemus tollere temporibus perpetuis. Insuper comoditati nostre predictus dominus archiepiscopus ex gracia sua speciali annuens, nobis indulsit, quod fratrem, quem voluerimus monasterii nostri prelibati, (possemus) presentare sibi et statuere pro rectore ecclesie in Kansawa villa nostra post obitum et decessum rectoris ecclesie presentis; condicione tamen tali adiecta, quod idem frater qui fuerit per nos inibi pro tempore rector ecclesie constitutus, omnia iura papalia et Sedis apostolice, et singulas consuetudines que ad ipsam et suos archidiaconos pertinent seu wices eorum gerentes, secundum quod et alii rectores ecclesiarum nostre dyocesis facere consueverunt, ea etiam ipse facere sit astrictus. Ut autem hec ordinacio inter nos utrobique facta robur obtineat perpetue firmitatis, presentes fieri fecimus, nostro capitulique et conventus nostri predicti sigillorum munimine roborari in testimonium omnium premissorum. Datum et actum in Quecissow sexta feria infra octavas Penthecostes, sub anno Domini millesimo ccc.lx secundo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Swandkone custode Lanciciensi et canonico Gneznensi, Boguslao et Dobeslao canonicis Gneznensibus, Iohanne archidiacono Lanciciensi, Andrea castellano de Cbasz, Ianussio filio palatini Kalisiensis, Nicolao vicecustode nostro Gneznensi, Dobrogostio herede de Marcinkowo, nec non religiosis viris Iohanne priore, Petro, Iacobo et Bervoldo, fratribus monasterii eiusdem nostri et conventus, aliisque pluribus fidedignis.

Podgorzicze, *Podgorzyce.* Dambrowa Petri, *Dąbrówka.* Zneynensis, *de Żnin.* Kansawka fluv., *rz. Gąsawka.* Kansawa, *Gąsawa.* Quecissow, *Kwieciszewo.* Cbasz, *miejscowość nie odgadniona; cnfr. Nr. 1467.* Marcinkowo, *Marcinkowo.*

Nr. 1482.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1362 Iun. 19, in Lancicia; decimas mensae suae de villa Dąbrówka, cum decimis coenobii de Trzemeszno de villa Podgorzyce commutat.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte; śladu przywieszenia pieczęci nie masz. Trzemeszno. Privilegia Convent. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Ut facta mortalium digna memorie (sic) robur obtineant perpetue firmitatis, debent litterarum apicibus cum annotacione testium commendari noticie posterorum. Proinde nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad universorum tam presencium quam futurorum quorum interest volumus devenire nocionem, quod bonorum ecclesie nostre comodum et utilitatem ex affectu attendentes, ut non alteri, nisi soli eidem ecclesie cum toto iure et dominio fiant subiecta, decimarum commutacionem cum religiosis viris, preposito totoque conventu cenobii Tremessensis, canonicis regularibus Ordinis sancti Augustini fecimus infrascriptam bona fide et libera voluntate: dantes eisdem fratribus, de consensu et voluntate fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli, per modum commutacionis decimam mense nostre in Dambrowa Petri, iacentem in districtu Zneynensi super fluvium Kansawka vulgariter appellatum. Preterea octuaginta mansos Sredensis mensure in nemoribus monasterii prescripti ipsis permittimus ac indulgemus locare et prout melius poterint informare, ubi tamen nondum aliquis decimacionem percipiebat; de quibus mansis per ipsos taliter locatis, decimam perpetuis temporibus pro se tollent et monasterio ipsorum predicto: recipientes ab hisdem fratribus decimam in villa nostra Podgorzice sitam in terra Lanciciensi, que ad monasterium ipsorum prescriptum ex antiquo videbatur imparte pertinere. Insuper, commoditati fratrum predictorum ex gracia nostra speciali annuentes, ipsis presentibus indulgemus, quod unum quem voluerint ex fratribus monasterii prelibati, ponant et statuant procuratorem ecclesie in Kansawa villa ipsorum post obitum et decessum rectoris ecclesie presentis; tali tamen adiecta condicione, quod idem frater qui fuerit pro tempore ecclesie rector inibi constitutus, omnia iura papalia et Sedis apostolice, et singulas consuetudines que ad nos et ad nostros archidiaconos sive vices eorum gerentes (sic), secundum quod et alii rectores ecclesiarum nostre dyocesis facere consueverunt, ea et ipse facere sit astrictus. Ut autem hec ordinacio inter nos utrobique facta robur obtineat perpetue firmitatis, presentes fieri fecimus, nostro Capitulique nostri predicti sigillorum munimine roborari in testimonium premissorum. Datum et actum die dominica in Lancicia infra octavas Corporis Christi, anno Domini millesimo ccc.lx. secundo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Swandkone custode Lanciciensi, Boguslao et Dobeslao canonicis Gneznensibus, Iohanne archidiacono Lanciciensi, Andrea castellano de Cbasz, Ianussio filio palatini Kalissiensis, Nicola vicecustode Gneznensi, Dobrogostio herede de Marcinkovicze, et aliis quam plurimis fide dignis.

Dambrowa Petri, *Dąbrówka nad rzeczką Gąsawka.* Zneynensis, *de Żnin.* Podgorzice, *Podgorzyce.* Kansawa, *Gąsawa.* Cbasz, *miejscowość nie odgadniona; cnfr. Nr. 1467.* Marcinkovicze, *Marcinkowo.*

Nr. 1483.

Wyrzbentha general. Polonie capitaneus n. n. castellanus Posnaniens. 1362 Iul. 9, in Srzem; protestatur, Albertum heredem in Łagowo partem dictae villae, cum hereditate monasterii de Lubin dicta Wławie commutavisse.

Pergam. orygin. Skrawek pergam. od przywieszenia pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 19.

Nos Wyrzbentha generalis Polonie capitaneus necnon castellanus Posnaniensis, notum esse cupimus omnibus et singulis tam modernis quam futuris ad quos presens scriptum fuerit devolutum, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presentiam nobilis vir Albertus heres de Lagowo, parte ex una, et religiosus vir dominus Andreas divina miseratione abbas de Lubin Ordinis sancti Benedicti, parte ex altera, non conpulsi, non coacti nec aliquo errore seducti, sed consilio salubri super eo habito, comutacionem bonorum ac hereditatum infrascriptarum mutuo fecerunt, ordinaverunt et resignaverunt perpetuis temporibus duraturam; taliter, quod predictus dominus Albertus heres de Lagowo, prefato domino Andree abbati de Lubin et suo monasterio ibidem suam partem hereditatis Lagowo, et cum obligacione quam awunclus ipsius obligaverat, et cum aliis utilitatibus redditibusque universis ad eandem partem eiusdem hereditatis spectantibus, nichil prorsus iuris et dominii sibi et suis liberis ibidem reservando, pro hereditate Wlywie per modum comutationis dedit, contulit, ascripsit et perpetuis temporibus resignavit iure hereditario tytuloque proprietatis quiete et pacifice possidendam, tenendam, habendam, vendendam, comutandam, resignandam et ad usus beneplacitos convertendam, secundum quod sibi et suo monasterio Lubin melius ac utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium, sigillum nostri signaculi presentibus est appensum. Actum et datum in Srzem sabato ante diem beate Margarethe proximo, sub anno Incarnacionis Domini MCCC sexagesimo secundo, presentibus hiis testibus et dominis: Vincencio Gneznensi, Boczata de Premant, Michaele de Meczirzecz castellanis, Iascone de Dombicze, Andrea de Dreczcowo heredibus.

Lagowo, *Łagowo.* Lubin, *Lubin.* Wlywie, *Wławie.* Srzem, *Śrem.* Premant, *Przemęt.* Meczirzecz, *Międzyrzecz.* Dombicze, *osada znikła, leżała nad jeziorem Cichowskiem; cnfr. Nra. 256 i 719.* Dreczcowo, *Drzeczkowo.*

Nr. 1484.

Kazimirus (rex Polonie etc.) 1362 Iul. 18, in Dolessycz; Henrico quondam advocato de Warta concedit, ut civitatem ex villa dicta Koło iure Magdeburgensi locare valeat.

Warszawa. Archiw. Główne. Ks. Metr. 15, pag. 159. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae, 1, Nr. 125.

In nomine Domini amen. Ne res gestas coram regum magnificencia aboleat successus temporum, opportunum est, eas scripturis autenticis et fide dignorum te-

stimonio testium ad perpetuam rei memoriam roborari. Proinde nos Kazimirus Dei gracia etc. (sic) ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum volumus devenire, quod utilitates regni nostri peramplius dilatare cupientes, exnunc provido viro Henrico, quondam advocato de Wartha, tenore presencium damus et concedimus plenam et liberam potestatem locandi de nowo civitatem ex villa dicta Colo, sic wlgariter appellandam, cum duabus villis ad eandem civitatem perpetue pertinendis, eodem nomine Colo appellandis, omnes simul quinquaginta mansos Maydburgenses continentes, iure Theutunico prefato Maydburgensi, quo gaudet civitas nostra Brezst. In qua quidem civitate locanda, publice profitendo recognoscimus prefato Henrico suisque veris et legittimis heredibus ac successoribus, advocaciam dicte civitatis locande pro sexaginta marcis Pragensium grossorum numeri Polonicalis, XLVIII faciencium marcam, eandem pro se et sua posteritate ementi, et (sic) racionabiliter rite vendidisse: de quibus nos tenemus pagatos et contentos: cum adiunccione duarum sculteciarum dictarum villarum, Colo ut prefertur nominandarum, quas idem Henricus de nostro beneplacito et consensu, a scultetis predictarum villarum pro sexta media marca dictorum grossorum Pragensium racionabiliter emit, per eosdem resignacione subsecuta; cum omnibus et singulis comodis, utilitatibus et proventibus quibuscunque, qui et que ex eadem advocacia et sculteciis predictis succedente tempore poterint dirivari, habendas, tenendas et perpetuis temporibus pacifice possidendas, nec non vendendas, donandas, alienandas, obligandas, seu commutandas et pro libito sue voluntatis et suorum posterorum de advocacia et sculteciis predictis libere disponendas (sic). Idem quoque Henricus et sua posteritas, racione locacionis civitatis huiusmodi et predictarum advocacie et sculteciarum empcionis, infrascripta bona et iura imperpetuum obtinebit, habebit et pacifice possidebit. Et primo videlicet quatuor mansos liberos dicti iuris Theutunici Maydemburgensis, absque omni dacione cuiuslibet rei dande cuipiam ab eisdem. Item duos ortos liberos sitos in insula pertinenti ad eandem civitatem. Idem domum et curiam liberam in eadem civitate. Item balneum. Item de omnibus cameris suis operatoriis quibuscunque, et qualescunque inibi poterunt edificari carnificum, panum, sutorum et pannorum, terciam partem idem Henricus advocatus et sui posteri habebunt et optinebunt, contradiccione quorumcunque non obstante; illis cameris duntaxat exceptis, que ecclesie ibidem erigende et fundande, una cum aliis perpetuandis (sic) rectori ipsius qui pro tempore fuerit deputentur (sic) et adiungentur. Item molendinum, quod melius construere poterit in fluvio dicto Vetscza, cum omnibus necessitatibus construendis et utilitatibus spectantibus ad illud. Item in alio fluvio dicto Wartha et per totum ipsum fluvium, liberam piscaturam cum omnibus instrumentis suis ad piscaturas et ad ipsum officium necessariis et conswetis licite habebit. Item de qualibet area unum grossum Pragensem. Item idem advocatus tercium denarium de qualibet re iudicata et eciam de iuramentis quibuscunque, que qualitercunque cadent in terminis eiusdem civitatis et villarum predictarum, secundum quod late longeque limitate sunt et distincte ac nunc de nowo limitabuntur et distingwentur, sic quoque easdem habeat iudicare. Insuper damus et concedimus prefate civitati dicte Colo duodecim annos, et predictis villis sic eodem nomine nuncupatis sex annos libertatis; ita quod ad soluciones qualescunque et contribuciones et exactiones quascunque, eciam ad sep et ad alia quocunque nomine vocentur, minime teneantur, nec ad ea qualitercunque compelli de iure vel de facto nobis faciendas (sic). Qua quidem libertate utrobique expirata, prefati cives de qualibet area

unum grossum Pragensem, kmethones vero predictarum duarum villarum, quilibet per unum fertonem in quolibet beati Martini festo nunc proxime instanti, a data presencium immediate computando, nobis racione dominii dare et solvere tenebuntur. Que quidem civitas una cum predictis villis situate sunt in districtu Conynensi. Preterea advocato in villa infradicta damus et concedimus unum pratum liberum in Gostow et libera pascua civitati pro peccoribus pellendis, et eciam libera pascua in Ruscow et in Cosczyol obtinenda, dummodo prefatis villis nullum in eorum segetibus et pratis, ab eisdem pascuis separatis, [damnum] aliqualiter inferatur. Et in horum omnium dicto Henrico advocato et sue posteritati per nos graciose concessorum iuris dominii recognicionem, in plattis ad quamlibet expedicionem per nos faciendam, requisitus secundum consweludinem regni nostri Polonie in hiis hactenus observatam, nobis expeditus et decenter servire teneatur et sit astrictus. Que quidem omnia et singula, videlicet locacionem civitatis et prefatarum villarum locandarum empcionis, vendicionis et resignacionis advocacie et sculteciarum aliarum, et omnia alia que ex predictis sunt secuta, rata et grata habentes, ea et eas presentis scripti patrocinio ratificamus, approbamus et confirmamus nostri maioris sigilli presencium (sic) sub appensione. Damus nichilominus et presentibus assignamus ecclesie et plebano, qui pro tempore fuerit in eadem civitate sic ut premittitur locanda, unum mansum liberum, macellum carnium, mensam panum et aliam mensam sutorum, exceptis aliis eidem ecclesie et plebano in posterum per nos aut alios adiungendis, perpetuis temporibus libere et pacifice possidenda cum confirmacione nostra superius expressa. Actum et datum in Dolessycz feria secunda post diem beate Margarethe, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, presentibus hiis testibus, videlicet Chebda palatino et capitaneo Siradiensi, Abrahe castellano et capitaneo Lublinensi, Ottone capitaneo Russie, Iohanne dicto Rogatka subagazone Cuyaviensi, Derschone capitaneo Dobrzinensi, Predborio de Brzeze, et pluribus aliis fide dignis. Scriptum per Henricum Cropelin notarium nostrum.

Wartha, *Warta.* Colo, *Koło.* Brezst, *Brześć Kujawski.* Fluv. Vetscza, *rz. Czapelna, lub Kiełbaska.* Conynensis, *de Konin.* Gostow, *Gozdów.* Ruscow, *Ruszków.* Cosczyol, *Kościelec.* Dolessycz, *Daleszyce.* Dobrzinensis, *de Dobrzyn n. W.* Brzeze, *Brzezie.*

Nr. 1485.

Dobeslaus iudex Calisyens. 1362 Iul. 27, in Pisdri; monasterio de Trzemeszno lacum Głęboczek contra petitionem Iohannis custodis Gneznens. adiudicat.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 105.

Nos Dobeslaus iudex Calisyensis universis et singulis nosse quibus fuerit opportunum publice profitemur, quod feria quarta post diem beati Iacobi proxima summis terminis in civitate Pisdri sub anno Domini m.ccc.lx.ii celebratis, ubi strenuus miles dominus Wyerzbyatha generalis Polonie capitaneus ceterique eiusdem terre Polonie milites iudicio prefuerunt, ibi veniens religiosus vir dominus Gnyewomirus prepositus Trzemeschnensis, nomine sui monasterii predicti in Iohanne custode Gneznensi

lacum Glamboczek vulgariter nuncupatum optinuit iusto et vero iudicio exigente. Nos enim sedentes circa dominum Wyerzbyatham generalem Polonie capitaneum, de consenssu et informacione militum tunc pro tribunali sedencium, iam dicto domino Gnyewomiro preposito Trzemeschnensi et suo monasterio predicto supradictum lacum Glamboczek adiudicavimus et per presentes perpetuis temporibus adiudicamus, supradicto domino Iohanni custodi Gneznensi et suis successoribus ob hoc perpetuum silencium imponentes. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno, die et loco, quo supra.

Lacus Glamboczek, *jez. Głęboczek.*

Nr. 1486.

Nicolaus iudex et Andreas subiudex general. terre Cracoviens. 1362 Sept. 30, Cracovie; decernunt, ut Thomko heres de Bieganów ecclesiam Gneznensem, quoad possessionem hereditatis Komparzów, ab impetitionibus cognatorum ipsius liberet.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 103.

Nos Nicolaus iudex et Andreas subiudex generalis terre Cracoviensis notum facimus quibus expedit universis, quod cum inter reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum metropolitanum, actorem ex una, et inter Thomkonem heredem de Beganov, reum parte ex altera, pro impedimentis seu defectibus imminentibus in hereditate Camparzow materia questionis coram nobis fuisset exorta, tandem, cum eadem causa sive controversia in multos et varios terminos volveretur, in termino vero peremptorio, in colloquio generali utrique parti per nos posito et assignato, idem dominus archiepiscopus per discretum dominum Pirkonem rectorem parochialis ecclesie in Kuzelow suum verum et legittimum procuratorem, cui suam causam in totum commiserat terminandam, privilegiis, videlicet uno ipsius Thomkonis, et altero excellentissimi principis domini Kazimiri Dei gracia regis Polonie illustris, quo ipsum privilegium ipsius Thomkonis ipse dominus rex confirmavit, evidentissime approbavit, quod, si quas iniurias seu dampna vel aliquos defectus ipse dominus archiepiscopus in predicta hereditate Camparzewo quoquomodo, a quocumque vel a quibuslibet personis et quibuscumque temporibus, quod absit, perceperit, ipse Thomko et sui pueri vel eius successores legittimi, sibi domino archiepiscopo pro eisdem inexcuse reddere satisfactionem de suis propriis hereditatibus sint astricti. Nos vero pro tribunali sedentes, una cum baronibus et assessoribus protunc nobis circumsedentibus, de maturo ipsorum consilio, predictum Thomkonem et suos posteros legittimos ad exbrigandam ipsam hereditatem Camparzow memorato domino archiepiscopo sentencialiter diffiniendo adiudicamus, et specialiter ab omnibus iniuriis et dampnis, quas vel que ipse dominus archiepiscopus a Iaraczio herede de Pylczia in predicta hereditate Camparzow perceperit vel percepit aut percipiet, idem Thomko et sui posteri eundem dominum archiepiscopum ab eodem et a qualibet alia persona debent exbrigare; nichilominus, si per quam vel per quas personas in predicta hereditate Camparzow (quidquid) abstractum sive amotum fuerit, ipse Thomko et sui posteri de suis hereditatibus propriis tan-

tundem in mensura satisfacere teneantur. In quorum evidenciam, nostra sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum Cracovie in crastino sancti Michaelis archangeli, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, presentibus hys nobilibus: Iohanne Cracoviensi, Petro Woyniciensi, Paskone Beyeciensi, Zavissio Sandeczensi castellanis, Ottone preposito Gneznensi, Andrea succamerario Cracoviensi, et aliis multis personis fidedignis.

Beganov, *Bieganów*. Camparzow, *Komparzów*. Kuzelow, *Kurzelów*. Pylczia, *Pilica*. Woyniciensis, *de Wojnicz*. Beyeciensis, *de Biecz*. Sandeczensis, *de Sandecz, czyli Sącz*.

Nr. 1487.

Ludovicus Romanus (marchio Brandenburgens.) 1362 Nov. 9, Berlin; vasallis suis in advocatia oppidorum Ośno et Sulęcin residentibus mandat, ut, amoto Dirscone de Chyciny, Henskinum de Waldow pro advocato habeant.
Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. XIX, p. 143. (*Kopja*).

Ludovicus Romanus etc. singulis et universis militibus et militaribus ac aliis nostris vasallis in advocacia Drossen et Czulentzich residentibus etc. Noverint (sic), quod strenuo militi Henskino de Waldow fideli nostro dilecto advocaciam in Drossen et Czulentzich regendam commisimus per presentes: unde vobis universis et singulis iniungimus seriose, quod ipsi Henskyno tamquam nostro et vero advocato, in singulis pareatis et obediatis, prout ceteris nostris advocatis obedire consuevistis, non curantes Dersekinum nec quemquam alium; sed ipsum Henskynum pro advocato nostri nomine teneatis presencium testimonio literarum. Datum Berlin anno M.CCC.LXII, feria IV ante Martini.

Drossen, *Ośno*. Czulentzich, *Zielentzig, z niem. zam. Sulęcin*. Dersekinus, *t. j. de Chyciny; cnfr. Nr. 1324.*

Nr. 1488.

Ysayas iudex terre Vyelunens. 1362 Dec. 4, in Velun; confirmat resignationem dimidiae hereditatis Grębień, a Helka, relicta Wroczlai heredis de Wierzchlas et propinquis ipsius in rem ecclesiae Gneznensis factam.
Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 113.

Ego Ysayas iudex terre Vyelunensis, universis quibus nosse fuerit opportunum presentibus cupio fore notum, quod licet nobilis matrona Helka, relicta nobilis viri quondam Wrzoczslai heredis de Wuschlas, ad instanciam reverendi in Christo patris domini Iaroslai, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, citata super medietate hereditatis Gramben vulgariter nuncupate liti se opponere cepisset, novissime tamen saniori ducta consilio, metuens ne eiusdem ville illicita occupacio tam in ipsius quam in prefati quondam mariti sui animarum redundaret lesionem,

habita deliberacione matura secum et cum generibus suis infrascriptis coram me in iudicio constituta, non coacta seu illecta, sed sana animo et corpore atque spontanea voluntate, una cum quatuor generibus suis, videlicet Pribislao et Nicolao germanis fratribus heredibus de Lgotha, Witkone herede de Wirzchlas et Fredrico advocato Vyelunensi, ibidem coram me constitutis, recognovit et confessa est, eisdem generibus suis nomine uxorum suarum id ipsum approbantibus et recognoscentibus, prefatam medietatem ville Gramben, quam olim habuit, tenuit et possedit Stogneus quondam heres de Osszyakowo a tanto tempore cuius memoria in contrarium non existit, fuisse et esse Gneznensis ecclesie, et ad ipsum Gneznensem archiepiscopum qui pro tempore fuerit perpetuo pertinere et spectare debere; que quidem medietas hereditatis predicte, ex causa permutacionis facte per venerabilem in Christo patrem et dominum quondam Iacobum Gneznensem archiepiscopum, devoluta est legittime et pervenit ad ipsam ecclesiam Gneznensem. Mox quoque ibidem coram me iudicio presidente et nobilibus viris baronibus, testibus infrascriptis, memoratus dominus Iaroslaus archiepiscopus Gneznensis ibidem presens, super commutacione medietatis hereditatis iam dicte privilegium serenissimi principis quondam domini Wladislai ducis, domini et heredis Polonie ostendit, monstravit, exhibuit et perlegi fecit. Quo facto, statim ibidem coram me supradicta domina Helka quondam Wroczslai relicta prenarratam medietatem ville Granben, quam Stogneus quondam heres de Osszyacowo ut predicitur habuit et possedit, libere et ex certa sciencia in iudicio resignavit, cessit ipsamque dimisit Gneznensi ecclesie sibique memorato domino Iaroslao archiepiscopo Gneznensi, et ei perpetuo renunciavit suo et suorum successorum nomine, nil prorsus in eadem medietate ville sibi iuris aliquo modo competere recognoscens in futurum; huiusmodi cessionem, dimissionem et renunciacionem, antefatis quatuor generibus ipsius nomine uxorum suarum approbantibus, emologantibus, renunciantibus quoque cedentibus et dimittentibus sibi domino archiepiscopo et ecclesie ipsius memoratis medietatem hereditatis et ville supradicte. Ego vero iudex predictus huiusmodi recognicionem, resignacionem, cessionem atque renunciacionem gratas habens, ratas atque firmas, auctoritate domini nostri regis Polonie, nichilominus auctoritate specialiter domini Iohannis castellani Cracoviensis duxi admittendas et approbandas, admitto et approbo, ipsamque medietatem predicte ville Granben, quam sepefatus Stogneus obtinebat, ecclesie Gneznensi, et per consequens domino archiepiscopo ecclesie eiusdem in persona domini Iaroslai memorati archiepiscopi, qui pro tempore fuerit, censui adiudicandam sentencialiter et diffinitive, et adiudico ad ipsos pertinere et spectare debere perpetuo, tenore presencium litterarum. Datum et actum in Velun in die sancte Barbare virginis et martiris, sub anno Domini m.ccc.lx secundo, presentibus nobilibus viris: Nicolao Puscz iudice Cracoviensi, Mathia venatore Siradiensi, Iacobo herede de Mlyn fratre Cracoviensis iudicis predicti, Ianussio filio palatini Kalisiensis, Ninogneo cognominato Kothek herede de Borolovo, et Swanthoslao herede de Kanewo aliisque pluribus fide dignis. In quorum omnium testimonium, meum sigillum presentibus est appensum.

Vyelunensis, *de Wieluń*. Wuschlas, *Wierzchlas*. Gramben, *Grembień*. Lgotha, *Lgota*. Osszyakowo, *Osiaków*. Mlyn, *Młyn*. Borolovo, *Borowo*. Kanewo, *Gana, lub też Kaniewo p. m. Koźmin.*

Nr. 1489.

Thomislaus iudex Calisiens. 1363 Mart. 13, in civitate Pysdri; monasterio de Trzemeszno medium molendinum in fluvio Różanna situm, contra petitionem Grzimislai, Thomislai et Pauli fratrum, heredum de Proczyn adiudicat.

Pergam. orygin. Pismo miejscami zatarte. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran.

Nos Thomislaus iudex Calisiensis noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus commendare, quod feria secunda in crastino dominice Letare summis terminis in civitate Pysdri sub anno Incarnacionis dominice **m.ccc.** sexagesimo tercio celebratis, ubi strenuus miles dominus Wyrzbentha generalis Polonie capitaneus ceterique eiusdem terre milites Polonie iudicio prefuerunt, ibi veniens religiosus vir dominus Gnewomirus prepositus de Trzemeszna una cum suo capitulo monasterii eiusdem, omnibus terminis astiterunt et comparuerunt more terrestri, vulgariter vstali rok, contra Grzimislaum, Thomislaum et Paulum fratres germanos heredes de Proczino, pro medio molendino inter Proczino et Camona in fluvio Rosenna sito. Nos enim videntes prefatum dominum Gnewomirum prepositum eiusque capitulum de Trzemesno omnibus terminis astare, de consensu et informacione militum tunc pro tribunali sedencium, predicto domino Gnewomiro suoque monasterio Trzemesno predictum molendinum medium adiudicavimus et presentibus perpetuis temporibus adiudicamus, memoratis Grzimislao, Thomislao et Paulo heredibus de Proczino ob hoc perpetuum silencium inponentes. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno, die, loco, quibus supra.

Proczino, *Proczyn.* Molendinum inter Proczino et Camona, *młyn zwany Gać.* Camona, *Kamionek.* Rosenna, *lewy przypływ do rz. Noteć z jeziora Kamienieckiego, tu tak nazwany od wsi Różanna, poniżéj zaś Kwieciszewica; cnfr. Nr. 33 i Długosz Histor. Wstęp.*

Nr. 1490.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1363 Mart. 16, in Land; protestatur, Stasconem una cum consorte ipsius Iachna tertiam partem hereditatis Wrąbczyn monasterio Ląd vendidisse.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia pieczęci.

Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, universis et singulis tam modernis quam futuris ad quos presens scriptum fuerit devolutum publice profitemur declarantes: quod accedentes ad nostram aliorumque terre Polonie nobilium presenciam nobilis vir Stasco una cum sua consorte reverenda domina Iachna, heredes de magno Wronczino, non compulsi, non coacti nec alico vicio aut errore prorsus seducti, sed maturo consilio suorum amicorum super

eo habito, reverendo in Christo patri domino Iohanni divina miseracione abbati de Land nec non predicto cenobio sancte Marie et cenobitis ibidem Ordinis Cysterciensis, terciam partem hereditatis magnum Wronczino vulgariter nuncupate, cum omnibus et singulis utilitatibus, redditibus et proventibus nec non iurisdicionibus, quas habent aut habere per quempiam poterint in futuro, pro septuaginta marcis grossorum paratorum vendiderunt, contulerunt, ascripserunt et resignaverunt iure hereditario tytuloque proprietatis perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam, tenendam, habendam, vendendam, commutandam et ad usus beneplacitos convertendam, secundum quod prefato domino abbati suoque monasterio predicto melius ac utilius videbitur expedire; in cuius rei testimonium, signaculum nostri sigilli presentibus est appensum. Actum et datum in Land quinta feria post dominicam qua Letare in ecclesia decantatur, sub anno Incarnacionis Domini m.ccc sexagesimo tercio, presentibus hiis testibus: domino Lasczone subvenatore Landensi, domino Nicolao de Wysoczsko, Andrea de Dreczkowo, Lascarzone de Slawosewo, Pyotrkone de Stralcowicze, Iohanne de Beganowo heredibus, et aliis multis fidedignis ad hoc specialiter rogatis.

Magnum Wronczino, *Wrąbczyn.* Land, *Ląd.* Wysoczsko, *Wysokie.* Dreczkowo, *Drzeczkowo.* Slawosewo, *Sławoszew.* Stralcowicze, *Strzałkowo.* Beganowo, *Bieganowo.*

Nr. 1491.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1363 Mart. 16, in Land; protestatur, Nicolaum subdapiferum episcopi Poznaniensis, medium dominium in villa Wrąbczyn monasterio Ląd resignavisse.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Niesobiów; napis zatarty.

Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, omnibus et singulis tam presentibus quam futuris quorum auditibus presens scriptum fuerit recitatum palam recognoscimus et aperte: quod accedentes ad nostram aliorumque terre Polonie nobilium presenciam nobilis vir Nicolaus, subdapifer venerabilis in Christo patris domini episcopi Poznaniensis, una cum sua conthorali honoranda domina Czerska, non compulsi, non coacti nec alico scrupulo calumnie seducti, sed bona deliberacione sui animi prehabita, venerabili viro domino Iohanni divina paciencia abbati suoque conventui in Land Ordinis Cysterciensis, medium dominium in villa magnum Wronczino vulgariter nuncupata pro quatuordecim marcis grossorum paratorum vendiderunt, contulerunt, ascripserunt et resignaverunt iure hereditario perpetuis temporibus possidendum, tenendum, habendum, vendendum, comutandum et ad usus beneplacitos convertendum, secundum quod eorum placuerit voluntati; in cuius rei testimonium, sigillum nostri tytuli presentibus est appensum. Actum et datum in Land quinta feria post dominicam qua Letare in ecclesiis decantatur, sub anno Nativitatis Domini m.ccc sexagesimo tercio, presentibus hiis testibus: domino Lasczone subvenatore Landensi, domino Nicolao de Wysoczko, Andrea de

Dreczcowo, Lascarzone de Slawosewo, Pyotrkone de Stralcowicze, Iohanne de Beganowo heredibus.

Magnum Wronczino, *Wrąbczyn*. Wysoczko, *Wysokie*. Dreczcowo, *Drzeczkowo*. Slawosewo, *Sławoszew*. Stralcowicze, *Strzałkowo*. Beganowo, *Bieganowo*.

Nr. 1492.

Urbanus Pp. V 1363 Apr. 6, Avinioni; archiepiscopo Gneznensi mandat, ut inquirat, an erectio ad petitum Kazimiri regis cathedrae episcopalis in civitate Lwów sit opportuna.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. I, fol. 247. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. 100.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri .. archiepiscopo Gneznensi salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis pro parte carissimi in Christo filii nostri Casimiri, regis Polonie illustris, petitio continebat, quod ipse, cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, in quadam villa sua Lamburga nuncupata in terra Russie consistente, que nullius diocesis existit quamque idem rex divina favente gratia a scismaticis acquisivit, ecclesiam cathedralem de novo construere et fundare, ipsamque de bonis propriis a Deo sibi collatis, in certis annuis perpetuis redditibus ad Dei laudem et honorem ac divini cultus augmentum et fidei catholice propagationem sufficienter dotare proponit, prout ad hoc idem rex voto per eum emisso se astrinxit: quare pro parte ipsius regis fuit nobis humiliter supplicatum, ut ei faciendi premissa licentiam concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, licet divini cultus augmentum et fidei catholice incrementum ferventer appetamus, volentes tamen super premissis cum debita ut convenit maturitate procedere, fraternitati tue, de qua in his et aliis fiduciam gerimus in Domino specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, an dicta villa insignis existat ac clerum et populum ad hoc habeat sufficientes, et an territorium competens pro latitudine diocesis poterit assignari, nec non de quantitate et qualitate dotis assignande, ac aliis omnibus et singulis et eorum circumstantiis universis, prout tantum requirit negotium auctoritate nostra diligentius te informes, et quecunque per informationem huiusmodi inde repereris, nobis per tuas litteras, harum seriem continentes tuoque sigillo signatas, quantocius referre et intimare procures, ut iuxta informationem et relationem tuam huiusmodi, in dicto negotio consultius procedere valeamus. Datum Avinioni VIII Idus Aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Lamburga, *Lwów*.

Nr. 1493.

Kazimirus rex Polonie etc. 1363 Apr. 9, Sandomirie; litteras fundationis monasterii de Mogilno ducis Boleslai, nec non ratificationis earum ducis Mesconis ratas habet, villam Stary Radziejów dicti monasterii sub suam gubernationem suscipit, incolasque ceterarum eiusdem villarum amplis libertatibus munit.

Pergam. orygin. Brzeg dolny szeroko założony, w nim 4 dziury od przywieszenia pieczęci.

Mogilno. Privilegia monasterii. Q, 7.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Quanto maior persona est et alcior, tanto debet curare caucius, ut que gerit negocia, nullius possit processus temporis infringi: solet enim frequenter accidere, humanis actibus, dum testes defuerint, attemptat calumpnia novercari. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Rusieque dominus et heres, notum facimus universis tam presentibus quam futuris ad quos presens scriptum pervenerit: quomodo veniens ad nos et nostrorum consiliariorum presenciam venerabilis et religiosus dominus Paulinus abbas monasterii Mogylnensis Ordinis sancti Benedicti, pro parte sua et sui conventus nobis humiliter supplicavit, ut fundacionem erreccionemque sui monasterii per primum fundatorem pium ducem Boleslaum, nec non ratificacionem eiusdem fundacionis excellentissimi ducis Messconis innovaremus et ratificaremus: cuius fundacionis et erreccionis ratificacionisque litteras, omni prorsus suspicionis vicio carentes, hic interserere causa brevitatis fecimus pretermitti. Et quia iusta petentibus consensus non est denegandus, ideoque nos Kazimirus, eadem Dei gracia predictam ffundacionem erreccionemque ipsius Boleslai pii ducis, nec non donaciones et concessiones eiusdem predicto monasterio Mogilnensi factas sicut premittitur, ac eciam ratificacionem excellentissimi ducis Mesconis, predecessorum nostrorum, ratas et gratas habentes, in omnibus suis punctis et condicionibus, articulis, confirmamus, approbamus, ratificamus et innovamus de consensu et gracia nostra speciali et consiliariorum nostrorum. Et quia villam Radzeyow donatam ipsi monasterio Mogylnensi per excellentissimam ducissam Salomam uxorem Boleslai ducis: quam hereditatem Radzeyow ipsa Salomea ducissa ipsi monasterio contulit in remedium anime mariti sui et suam (sic) ac omnium successorum, in honoremque gloriose virginis Marie matris Ihesu Christi, et sancti Iohannis Ewangeliste, cuius patrocinium implorabat, prout hoc littere eiusdem ducisse Salome super hiis contexte plenius ostendunt: invenimus nimis lesam, tam in limitibus quam in locacione eiusdem, per nonnullos nobiles nostros vicinos eiusdem ville Radzeyow, quam villam de consensu et voluntate eiusdem Paulini abbatis et sui conventus recepimus in tuicionem et gubernacionem et possessionem nostram quamdiu sumus in humanis, ad plenariam instauracionem et locacionem eiusdem ville Radzeyow. Racione cuius ville fructuum, damus et contulimus nunc et perpetue ex gracia nostra speciali ipsi monasterio Mogylnensi exactionem nostram poradlne, tam frumentalem quam peccunialem, post omnes incolas villarum ipsius monasterii Mogylnensis in omnibus districtibus nostris. Post decessum vero nostrum, predicta villa Radzeyow cum omnibus pertinenciis, ac specialiter cum omni disposicione, melioracione, augmentacione, dilatacione ac qualibet accrescencia rerum mobilium et immo-

bilium, que tempore tenute nostre quocunque modo aucta fuerint et per nos ipsi ville incorporata, ad monasterium Moghilnense et ad abbatem ac ipsius monasterii conventum, tamquam ad veros dominos et legittimos posessores omnia libere et pacifice revertentur, contradiccione et impedimento quorumlibet penitus ammoto. Absolvimus eciam eadem gracia nostra speciali omnes kmethones et incolas eiusdem monasterii Mogylnensis ab omnibus solucionibus antiquis et que nunc sunt vel in posterum poterint quomodolibet exoriri, a theloneis, angariis et preangariis, et omnibus penis sive culpis nostris sive palatinorum nostrorum ac omnium officialium, et ab universis exaccionibus, prestacionibus et solucionibus quibuscunque, et ab omni iugo tributorio servitutis quocunque vocabulo censeantur, et ab omnibus laboribus castrorum, civitatum villarumque nostrarum. Ut autem hec nostra ratificacio, disposicio et concessio omnium premissorum, ab omnibus successoribus nostris inviolabiliter et sub anathematis vinculo observetur, presentem litteram nostram nostri sigilli munimine duximus roborandam. Actum et datum Sandomirie die dominica Conductus Pasche, sub anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tercio, presentibus magnificis ac strenuis et venerabilibus viris: Iohanne Cracoviensi, Wylzkone Sandomiriensi castellanis, Petro Sandomiriensi, Dobeslao Cracoviensi pallatinis, Iohanne subcamerario Cracoviensi, Petro castellano Sandencensi, Iacobo decano et Mathia canonico ecclesie Sandomiriensis, et aliis multis fidedignis ad premissa vocatis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow vicecancellarii regni Polonie, decani Wladislaviensis.

Mogylnensis, *de Mogilno.* Radzeyow, *Stary Radziejów.* Sandencensis, *de Sandecz, czyli Sącz.* Czarnkow, *Czarnków.* Wladislaviensis, *de Włocławek. Cnfr. Nra. 3, 9, 33.*

Nr. 1494.

Arnaldus de Caucina scolasticus Cracoviens. etc. 1363 Apr. 26, in Czasim; Iohanni episcopo Poznaniensi de receptis 90 marcis grossorum Pragensium decimae triennalis, nomine camerae papalis apocham largitur.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia pieczęci.
Poznań. Archiv. Capituli. IV, 12.

Noverint quorum interest universi presentium noticiam habituri, quod nos Arnaldus de Caucina scolasticus ecclesie Cracoviensis, in Polonie et Ungarie regnis apostolice Sedis nuntius, ac collector quorumlibet bonorum ad cameram domini nostri Pape spectancium in dictis regnis per eandem Sedem deputatus, recognoscimus: nos recepisse et realiter cum effectu habuisse nomine camere domini nostri Pape nonaginta marchas grossorum Pragensium, pro qualibet marcha ad numerum regni Polonie xlviii grossos conputando, traditas, datas et assignatas nobis a reverendo in Christo patre et domino, domino Iohanne episcopo Poznaniensi: per manus ipsius domini episcopi lx, et per manus honorabilis viri domini Iohannis cantoris Gneznensis ecclesie xxx: marcas predictas pagantes et solventes pro decima decime papalis, videlicet pro primo anno decime triennalis recollecte a clero Poznaniensis diocesis. De quibus quidem xc marchis supradictis, per nos ut premittitur receptis,

dictum dominum episcopum ac Iohannem cantorem memoratum ac clerum, et omnes quorum interest seu intererit in futurum, presentibus absolvimus in perpetuum et quitamus, facientes nichilominus ipsis omnibus finem, refutacionem et pactum, de ulterius dicte summe (sic) pecunie non petendo. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Datum in Czasim Poznaniensis diocesis, anno Domini mccclx tertio, die xxvi mensis Aprilis.

Czasim, *Ciążyń.*

Nr. 1495.

Nicolaus iudex et Andreas subiudex general. terre Cracoviens. 1363 Iun. 5, Cracovie; decernunt, hereditatem ecclesiae Gneznens. dictam Jerzowice, a heredibus de Bieganów archiepiscopo Gneznensi esse exbrigandam.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu dwa paski pergaminowe, każdy przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 163.

Nos Nicolaus iudex et Andreas subiudex generales terre Cracoviensis, notum facimus quibus expedit universis: quod cum inter reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Iaroslaum Dei et apostolice Sedis gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum metropolitanum, actorem ex una, et inter Thomconem, Nicolaum filium Gethcze, Swanthoslavvam relictam Imislai, heredes de Beganow, reos parte ex altera, pro impedimentis seu defectibus iminentibus in hereditate Iezovicze, sita circa Curzelow, materia questionis coram nobis fuisset exorta, tandem, cum eadem causa sive controversia in multos et varios terminos volveretur, in termino vere peremptorio, in colloquio generali utrique parti per nos posito et assignato, idem dominus archiepiscopus per honorabilem virum dominum Pirkonem prepositum sancte Marie in civitate Curoloviensi, suum verum et legittimum proloqutorem cui suam causam in totum comiserat terminandam, privilegio excellentissimi principis, domini Kazimiri Dei gracia regis Polonie illustris, sufficienter et evidentissime approbavit, quod si quas iniurias seu dampna vel aliquos defectus ipse dominus archiepiscopus in predicta hereditate Iezovicze quoquomodo a quocumque vel a quibuslibet personis et quibuscunque temporibus, quod absit, percepit (sic), ipsi Thomco, Swanthoslava et eorum pueri legittimi vel eius successores, sibi domino archiepiscopo pro eisdem inexcuse reddere satisfactionem de suis propriis hereditatibus sint astricti. Nos vero pro tribunali sedentes una cum baronibus et assessoribus protunc nobis circumsedentibus, de maturo ipsorum consilio predictos Thomconem, Nicolaum, Swanthoslavam et suos posteros legittimos, ad exbrigandam ipsam hereditatem Iezovicze memorato domino archiepiscopo sentencialiter diffiniendo ab omnibus iniuriis et impedimentis adiudicamus; in quorum evidenciam pleniorem, nostra sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum Cracovie feria secunda proxima post diem Corporis Domini, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, presentibus hys nobilibus viris, dominis Petro Woyniciensi, Passcone Beyeciensi, Grocthone Zavichostinensi castellanis, Andrea subcamerario, Msczuyo venatore Cracoviensibus, Gregorio herede de Balicz, et aliis multis.

Beganow, *Bieganów*. Iezovicze, *Jerzowice*. Curzelow, *Kurzelów*. Woyniciensis, *de Wojnicz*. Beyeciensis, *de Biecz*. Zavichostinensis, *de Zawichost*. Balicz, *Balice*.

Nr. 1496.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1363 Iul. 2, Poznanie; decimam ecclesiae de Tulce de villa Borzacin, cum decimis ecclesiae suae de villa Pławce commutat.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1594—96.

In nomine Domini amen. Illud humani sensus fragilitas exigit et requirit, ut gestarum rerum eventus memorie hominum per connotacionem scripture authentice commendetur. Proinde nos Iohannes divina et Sedis apostolice providencia episcopus Poznaniensis, ad noticiam singulorum deducimus per presentes, quod per modum commutacionis recipientes in Bodzǫceno decimam que fuit ecclesie in Tulce, consencientibus ad hoc et presentibus providis viris Martino de Withkovo rectore ac domino Nicolao patrono ecclesie predicte in Tulcze; quam decimam sic obtentam, addidimus ecclesie in Rozdrazewo fratris nostri illustrissimi domini Vincencii castellani Caminensis ob sua grata et utilia servicia, que nostre ecclesie fideliter impendit et impendere Domino adiuvante est paratus. Et in recompensam et faciliorem percepcionem, ecclesie predicte in Tulcze et rectoribus ipsius qui pro tempore fuerint, decimam mense nostre in villa nuncupate Plovce redonavimus de nostro fratrumque nostrorum consensu, videlicet Poznaniensis Capituli, etiam in perpetuum pacifice et libere possidendam, tenendam, habendam; ita sane et eodem iure, ut eorum priorem decimam in Bodzǫceno villa prius nominata tenebant, donamus et assignamus per presentes. In cuius rei fidem et testimonium, nostrum et Capituli nostri predicti sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Poznanie die beatorum Processi et Martiniani martyrum, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, presentibus honorabilibus viris, dominis Troiano preposito, Cziborio decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Henrico cantore, Iohanne custode, Detkone Chirnensi, Iacobo Wroncensi archidiaconis, Miscignevo preposito sancti Spiritus, Pribignevo et Nicolao, canonicis nostris Poznaniensibus, et aliis multis fidedignis.

Bodzǫceno, *Borzacin*. Tulce, *Tulce*. Withkovo, *Witkowo*. Rozdrazewo, *Rozrażewo*. Caminensis, *de Kamień*. Plovce, *Płowce*. Chirnensis, *de Czersk*. Wroncensis, *de Wronki*.

Nr. 1497.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1363 Aug. 6, Poznanie; ratum habet privilegium, quod monasterio Paradyż dederat: **Paulus episcopus Poznaniens. 1230 Ian. 29, s. l.**, contentamque in eodem donationem decimae de villa Gościchowo, in favorem monasterii praedicti confirmat.

Pergam. orygin. Dziurki okrągłe od przywieszenia dwóch osobno zachowanych pieczęci. Jedna z nich, podługowata, przedstawia biskupa siedzącego pod bogatem cymborium; pod niem również postać biskupa pod okrągłym łukiem klęcząca, po którego obu bokach stoją tarcze, na nich zatarte godła rodu Doliwów. Druga Kapituły Poznańskiéj; (pieczęć LV).

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 17. — Raczyński. Cod. diplomatic. Maior. Polon. 101.

In nomine Domini amen. Noverint universi presentium noticiam habituri, quod nos Iohannes divina et apostolice Sedis providentia episcopus Poznaniensis, presumentes de nostro iure diocesano quod nobis competit super perceptione decimarum in nostra diocesi ubique, petiimus pro nostra mensa solvi nobis decimas in Gosczichovo ab incolis locatis in eadem prout est suis terminis distincta; que sunt bona monasterii dicti Paradysus, sive Gosczichovo in vulgari. Venerabilis tamen frater dominus Andreas, Dei paciencia abbas dicti monasterii, cum suis fratribus aliquibus Ordinis Cisterciensis, omnem decimam in Gosczichowo asseruit, prout est suis terminis consignata, ad se et ad suum monasterium predictum ex donacione pertinere; super qua in nostro Capitulo Poznaniensi exhibuit privilegium, domini Pauli quondam episcopi Poznaniensis, suo et predicti Capituli sigillis consignatum, cuius privilegii tenor sequitur in hec verba: *(Sequitur diploma Nr. 129)*.

Et quia dignum est, ut ea que a nostris predecessoribus piis locis et precipue religiosis sunt collata, a nobis corroborentur paterna pietate, omnia igitur iura contenta in privilegio hic inserto in percipiendis decimis et aliis dicto monasterio concessis, de voluntate et consensu nostri Capituli iam dicti Poznaniensis rathificamus, approbamus et perpetua firmitate duratura declaramus. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Datum Poznanie in crastino beati Dominici confessoris, anno Domini M.CCC.LX tercio, presentibus honorabilibus dominis Troiano preposito, Cziborio decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Iohanne cantore Gnezdnensi, Henrico cantore, Iohanne custode, Nicolao Srzemensi, Dytkone Cyrnensi, Iacobo Pczoviensi, Damiano cancellario, Misczigneo preposito sancti Spiritus, Pribigneo, Nicolao, Andrea et alio Nicolao palatini, canonicis, Victore et Nicolao altaristis Poznaniensibus, et aliis pluribus testibus fide dignis.

Gosczichovo, *dziś klasztor Paradyż.* Srzemensis, *de Śrem.* Cyrnensis, *de Czersk.* Pczoviensis, *de Pszczew. Archidiakonat Pszczewski obejmował te same parafje co Wroniecki, był zatem jeden i ten sam. Cnfr. Nr. 770.*

Nr. 1498.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1363 Aug. 6, Poznanie; hereditatem ecclesiae suae dictam Rębowo, Andreae Ryneonis ad locandum iure Sredensi exponit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 247.

In nomine Domini amen. Multis incommodis prudenter occurrimus, cum etatis nostre negocia litterarum munimine memorie hominum commendamus. Proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, cupientes pro viribus bona nostra et nostre ecclesie favente Domino in melius reformare, hereditatem nostram Rambowo nuncupatam in vulgari, de nostrorum fratrum consensu Poznaniensis videlicet Capituli, Andree Ryneonis exposuimus iure Theutonico Sredensi scilicet ad locandum, vendentesque sibi scolteciam in eadem pro certa pecunie quantitate. Racione quorum locacionis et scoltecie habebit duos mansos liberos, thabernam liberam, tercium hortum, et tercium denarium de re qualibet iudicata, ac unum pratum dictum Czesczybidlowa lanka de quatuor curribus feni, per ipsum scultetum et ipsius liberos ac successores legittimos perpetuis temporibus possidenda et eciam obtinenda. Preterea, incole iam locati et in posterum locandi in iam dicta nostra hereditate Rambovo, pro censu nobis et successoribus nostris pro festo sancti Martini annis singulis fertonem argenti usualis monete et decimam manipulatim in campis dabunt et solvent complete; et alia iura, honores et servicia iidem incole cum scolteto nobis facient, et prestabunt, quemadmodum scoltetus cum cmethonibus de Iampno villa nostra, ea nobis faciunt et impendunt. Et quoniam iura Sredensia nobis sunt prorsus incognita, omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra in omnibus reservamus. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti nostri Capituli sigilla presentibus duximus appendenda. Datum Poznanie in crastino sancti Dominici confessoris, anno Domini m.ccc.lx.iii, presentibus honorabilibus viris, dominis Troyano preposito, Cziborio decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Henrico cantore, Iohanne custode, Nicolao Srzemensi, Iacobo Wroncensi archidiaconis, Damiano cancellario, Msczignevo preposito sancti Spiritus, Pribignevo, Nicolao, Andrea et alio Nicolao, canonicis Poznaniensibus, et pluribus aliis testibus fidedignis.

Rambowo, *Rębowo.* Iampno, *Jamno.* Srzemensis, *de Śrem.* Wroncensis, *de Wronki.*

Nr. 1499.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1363 Aug. 16, Gnezne; decimas de villa Chwalibogowo, quae ad altare b. Mariae V. in ecclesia cathedrali adhuc pertinebant, pro sustentatione altaris s. Nicolai in capella, quam Franczko heres de Cerekwica in ecclesia praedicta construxerat, designat; pro quibus decimis altari b. Mariae memorato decimas de villa Wiewiorczyn largitur.

Poznań. Königl. Staats Arch. Relation. Gnesnens. a. 1608 fol. 416.

Noverint universi presentium notitiam habituri, quod nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, considerantes quod villa Falibogowo iure hereditario subsit nobili viro Franczkoni heredi de Czerekwicza, eiusdem instanti petitioni favorabiliter acquiescentes, infrascriptam permutacionem decimarum de consensu fratrum nostrorum, Gneznensis videlicet Capituli duximus faciendam, quam eciam facimus per presentes: volentes et statuentes, ut deinceps et in antea, sive exnunc, decima campestris de villa Falibogowo predicta, que pridem ad altare sancte Marie virginis in nostra capella in ecclesia Gneznensi fundatum pertinebat, propter commodum et utilitatem que speratur exinde futura, ad altare sancti Nicolai in capella quam memoratus Franczko ob remedium anime sue construxit, pro sustentacione rectoris altaris eiusdem pertineat et pertinere perpetuo debeat pariter et spectare. Decimam vero de villa Weworczino que primitus ad mensam nostram spectabat, loco supradicte decime ad altare sancte Marie in capella prius edificata in ecclesia prelibata Gneznensi, pro usu rectoris eiusdem altaris iungimus, attribuimus et perpetuis temporibus incorporamus de consensu et voluntate omnimoda altaristarum earundem capellarum. In cuius rei testimonium, nostrum dictique nostri Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Datum Gnezne in crastino Assumptionis sancte Marie, anno Incarnationis eiusdem millesimo CCC sexagesimo tertio, presentibus venerabilibus discretis viris, dominis Martino archidiacono, Svantomyro custode Lanciciensi et canonico Gneznensibus, Iohanne archidiacono Lanciciensi, Martino vicecancellario curie nostre et plebano de Gora, aliisque pluribus fidedignis.

Falibogowo, *Chwalibogowo.* Czerekwicza, *Cerekwica.* Weworczino, *Wiewiorczyn.* Gora, *Góra p. m. Żnin.*

Nr. 1500.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus etc. 1363 Aug. 30, in Nakel; venditionem medietatis villae Wyskidno, a Ludka relicta Iohannis de Rucewo et fratre eius Thoma in rem monasterii de Byszewo perfectam confirmat.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 96.

Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, pronunc tutor et rector castellanie Naklensis ex commissione speciali serenissimi prin-

cipis domini Kazimiri Dei gracia regis Polonie illustris, universis et singulis quibus nosse fuerit opportunum tenore presencium volumus fore notum: quod in nostra ceterorumque baronum iudicio regali presidencium presencia constituti Iohannes burgravius Naklensis et Iacobus ministerialis, publice et manifeste recognoverunt, quod nobilis domina Ludka, relicta olim Iohannis de Rzuczow, cum fratre suo germano Thoma, sani mente et corpore, non coacti, non compulsi nec aliquo errore circumventi, sed de bona et spontanea ipsorum voluntate consilioque amicorum suorum ad hoc attendente, medietatem ville Viskidno site in territorio Naklensi predicto, que ipsos ex successione suorum progenitorum legittime contingebat, coram nobis viris.. iudice.. subiudice Naklensibus nec non coram prefato Iohanne burgravio nostras vices gerente, religioso viro domino Iohanni abbati Bissoviensi nomine sui monasterii perpetuo pro centum sexaginta marcis grossorum Cracoviensis ponderis, xl octo grossos pro marca computando, ac pro centum ovibus bene valentibus et solventibus vendiderunt, tradiderunt et in totum resignaverunt cum omnibus et singulis utilitatibus, que nunc sunt et in posterum poterint informari, nil iuris, proprietatis vel dominii in huiusmodi medietate pro se reservantes; promittentes insuper, huic vendicioni nullo tempore contraire, nec non et a quolibet homine ipsos abbatem vel monasterium ipsius pro hereditate iam dicta impedire volente, quietum reddere et indempnem iuxta iuris terrestris exigenciam. Nos itaque prefatorum burgravii et ministerialis relacione veraciter plenius informati, huiusmodi vendicionem, resignacionem coram ipsis rite et racionabiliter factam gratam et ratam habentes, ipsam presentis scripti patrocinio laudamus, approbamus et perpetuo confirmamus; in cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Nakel in crastino sancti Iohannis Baptiste Decollacionis, sub anno Nativitatis Domini millesimo ccc.lx tercio, presentibus nobilibus viris, dominis Adam subcamerario Kalissiensi, Domabarsone iudice Poznaniensi, Andrea castellano Sbaszensi, Falone castellano Rogoszensi, Vincencio herede de Giwno, aliisque pluribus fide dignis.

Rzuczow, *Rucewo.* Viskidno, *Wyskidno.* Bissoviensis, *de Byszewo.* Nakel, *Nakło.* Sbaszensis, *miejscowość nie odgadniona; cnfr. Nra. 964, 965, 984, 1467.* Rogoszensis, *de Rogoźno.* Giwno, *Iwno.*

Nr. 1501.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1363 Sept. 9, in Pysdri; protestatur, Budkonem heredem de Mystki, villam eandem Iohanni castellano de Śrem vendidisse.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Niesobiów. Napis: S. Wyrbante d'Panevic.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 164.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, universis et singulis tam modernis quam futuris quibus nosse fuerit oportunum presentibus declaramus protestantes, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis vir Budek heres de Mislcowo, non conpulsus, non coactus nec alico vicio aut errore seductus, sed maturo consilio suorum specialiter

amicorum super eo habito, nobili viro domino Iohanni castellano Sremensi et per eum suis veris ac legitimis successoribus natis seu nascendis, hereditatem Mislcowo vulgariter nuncupatam, cum omnibus et singulis utilitatibus, redditibus ac proventibus universis, secundum quod eadem hereditas in suis metis et gadibus est distincta vel eciam limitata, pro altero medio cento marcarum grossorum paratorum vendidit, contulit, ascripsit et resignavit iure hereditario tytuloque proprietatis perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, comutandam et ad usus beneplacitos convertendam, iuxta quod sibi aut suis sequacibus melius et utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Pysdri in crastino Nativitatis beate Marie, sub anno Incarnacionis Domini M.CCC. sexagesimo tercio, presentibus hiis testibus et dominis: Ianussio Starogrodensi, Marcussio Raczimensi castellanis, Martino Konynensi, Presprawo Calisensi vexilliferis, Beniamino de Iaroczino, et Ianussio de Podlese heredibus.

Na pieczęci: Panevic, *Panowice. W tekscie:* Mislcowo, *Mystki.* Starogrodensis, *de Starogród.* Raczimensis, *de Radzim.* Konynensis, *de Konin.* Iaroczino, *Jarocin.* Podlese, *Podlesie.*

Nr. 1502.

Fr. Wasilo prepositus apud s. Iohannem prope Gneznam 1363 Nov. 8, Mechovie; Nicolao dicto Czarnota, servitori suo, medium mansum liberum donat.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1617.

In nomine Domini amen. Ea que in tempore aguntur, simul cum tempore labuntur, si non fuerint testimonio litterarum roborata. Eapropter noverint universi presentes et posteri quibus nosse fuerit opportunum, quod nos frater Wasilo prepositus apud sanctum Iohannem prope Gneznam, visis quam pluribus serviciis fidelibus Nicolai nostri servitoris dicti Czarnotha, liberum medium mansum sibi et suis liberis damus perpetuo possidendum tali modo, quod idem supradictus Czarnotha, nobis et nostris successoribus cum suis posteris in domo nostra et in nostris expensis tenebitur servitia exhibere; in cuius rei testimonium, presens scriptum sigillo capituli nostri iussimus sigillari. Actum et datum Mechovie feria quarta in octava Omnium Sanctorum, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, presentibus hiis testibus: Nicolao procuratore de Zdzechova, Iacobo scolteto de Oporzino, Laurencio procuratore de Ugazd, et aliis fidedignis.

S. Iohannes prope Gueznam, *kościół Bożogrobców, dziś ś. Krzyża.* Mechovia, *Miechów.* Zdzechova, *Zdziechowo.* Oporzino, *Oporzyn.* Ugazd, *Ujazd.*

Nr. 1503.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1363 Nov. 12, in Pysdri; protestatur, Potrkonem heredem de Uścikowo, Iohanni castellano Sremensi partem hereditatis Nadarzyce in viginti marcis grossorum certa conditione obligavisse.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć Wierzbięty okazuje na trójkątnéj tarczy godło rodu Niesobiów. Napis: S. Wyrbante d'Panevic.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 165.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, omnibus et singulis presencium noticiam habituris serie huiusmodi declaramus, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis Potrek heres de Usczicowicze, existens sanus et columis per graciam Ihesu Cristi, nobili viro domino Iohanni castellano Sremensi partem hereditatis mediocris Nadarzice sibi obligatam, que fuit istorum Vlianiczi dictorum, eandem partem sibi in viginti marcis grossorum paratorum obligavit tali condicione mediante, quod quicunque melius ius et respectum ad ipsam habebit, quandocunque voluerit, parata pecunia redimendi habebit plenam et omnimodam potestatem. Insuper iam dictus Pyotrek de Usczicowicze memoratum dominum Iohannem castellanum Sremensem racione eiusdem obligacionis promisit intercedere et exbrigare quando, aut quociens ei necessarium fuerit seu eciam oportunum. In cuius rei testimonium, sigillum nostri tytuli presentibus est appensum. Actum et datum in Pysdri in crastino diei beati Martini confessoris, anno Domini M.CCC. sexagesimo tercio, presentibus hiis testibus et dominis: Pazcone palatino Poznaniensi, Vincencio castellano Gneznensi et Nicolao de Kuropetnyky herede.

Na pieczęci: Panevic, *Panowice.* Usczicowicze, *Uścikowo.* Nadarzice, *Nadarzyce.* Vlianiczi, *prawdopodobnie zam.* heredes de Wylany. Kuropetnyky, *w księgach Ziemskich XV wieku* Kuropatnyky, *osada znikła, leżała w powiecie Pyzdrskim. Według Lib. beneficiorum a. 1510 fol. 17 v., płaciła dziesięciny do kościoła parafialnego w m. Bnin, do parafji tegoż przecie nie należała.*

Nr. 1504.

Dobeslaus iudex Calisiens. 1363 Nov. 14, in Pysdri; vigore regii privilegii monasterio de Trzemeszno adiudicat, ne cum opole de Wiśniewa stare debeat.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran.

Nos Dobeslaus iudex Calisiensis omnibus et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod feria tercia post diem beati Martini confessoris summis terminis in civitate Pysdri sub anno Nativitatis Domini m.ccc. sexagesimo tercio celebratis, ibi veniens religiosus vir dominus Gnewomir prepositus Tremesensis, privilegium

domini regis nostri ostendit: quod villa eius et sui monasterii de Tremesno, Ftorek in castellania Landensi sita, cum opole non debet stare, Wysnewske opole dicto, neque cum eo vaccam solvere aut bovem, quod de eodem a regia celsitudine predicta villa, Ftorek nuncupata, est soluta seu liberata. Nos autem viso privilegio domini regis super eo confecto, de consensu et informacione militum tunc pro tribunali sedencium adiudicavimus et per presentes perpetuis temporibus adiudicamus, quod pretacta villa Ftorek non debet stare cum opole Wysnewske, neque solvere vaccam aut bovem. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno, die et loco quibus supra.

Ftorek, *Wtórek.* Landensis, *de Ląd.* Wysnewske, *de Wiśniewa.*

Nr. 1505.

Lutka relicta Iohannis de Rsuczow s. a. d. et l.; dimidiam hereditatem Wyskidno monasterio de Byszewo vendidit.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 136.

Noverint universi noticiam presencium habituri, quod nos Lutka relicta Iohannis quondam de Rsuczow, in remedium anime nostre vendidimus dimidiam hereditatem Wyskidno nuncupatam, iure dotalicie (sic) ad nos dovolutam, domino Iohanni abbati in Byssovia conventuique suo pro centum lxııı marcis grossorum et lx ovibus, iure hereditario perpetue possidendam. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum.

Rsuczow, *Rucewo.* Wyskidno, *Wyskidno.* Byssovia, *Byszewo.*

Nr. 1506.

Lorislaus prepositus de Cosczol 1363 s. d., in monasterio in Cosczol; Adamo sculteto de Głogowa privilegium super scultetiam ipsius renovat.

Kętrzyński. Kodeks dyplom. klasztoru Tynieckiego, Nr. 86. (Z pergaminu uznanego przez wydawcę za podejrzany).

In nomine Domini amen. Quoniam ea que geruntur in tempore, ne simul evanescant cum processu temporis — bonum et utile est — munimine sigillorum et scripti testimoniis roborantur, igitur noverit tam presens etas quam futura, quod ad nostram presenciam Lorislay prepositi de Cosczol veniens providus vir Adam scultetus de Glogova cum uxore sua Dobka, quam videlicet scultetiam in Glogova habet post uxorem suam Dobka, quam sculteciam habet uxor sua a patre et a matre sua, videlicet Iohannis et Woiczecha, humiliter nobis supplicavit, ut ei privilegium super sculteciam in Glogova renovaremus, affirmans, quod privilegium suum super perdictam (sic) suam sculteciam in Glogova per ignem esset conbustum; fassus est coram nobis Lorislao preposito in Cosczol idem scultetus Adam propter pleniorem credu-

litatem, eodem privilegio suo conbusto, fidem fecit sufficientem coram nobis ibidem. Nos itaque Lorislaus prepositus supplicacionibus ipsius sculteti aquiescentes, privilegium supra predictam sculteciam in Glogova presenti tenore renovamus, scilicet in hec verba, ut in antiquo privilegio continabatur (sic): quod idem scultetus Adam cum uxore sua Dobka et sua legittima postheritate in eadem villa Glogova racione scultecie abeant (sic) quatuor mansos liberos, in quibus mansis possunt melificia alere; item quatuor ortos in fine villa (sic), tabernam, pistrinum, calcipariam, fabrile, bancos panum, mensas carnium, de omni re iudicata tercium denarium. Tenetur eciam nobis idem scultetus et successores sui servicium exibere et censum excipere de villa et presentare preposito in monastario (sic), de quolibet manso per fertonem et per maldratam frumenti de triplici grano: duas mensuras tritici, sex mansuras (sic) siliginis, quatuor mensuras avene. Item cmetones tenentur nobis honorem dare ter in anno: in Passca per decem ova a quolibet manso, et unam parnam (sic) de lardo pro sex scotis de tota villa; item per duos pullos in fossto (sic) sancti Laurencii; item per duos pullos in Nativitate Domini a quolibet cmetone in monesterio (sic) presentabunt nobis; item tenentur nobis ter arare in anno; tria prandia persolvant nobis in anno, scultetus unum ,prendium (sic), cmetones vero duo; pro quolibet prendio (sic) fertonem. Item de speciali gracia damus eidem sculteto libere aves, lepores, qualicumque arte possit, capere in predicta hereditate, tamen absque dampno cmetonum. Item cmetones tenentur preposito dare quartam partam (sic) de tota venacione ferarum sive avium, et nos iterum tenemur dare terciam partam de predicta venacione. Ut autem contingerit (sic) aliquem cmetonem invenire accipitram (sic) vel nisum, dabit eligere preposito de quolibet nido unam avem; alioquin si aliter facerint (sic), sequietur (sic) eos pena, videlicet media marca. Moriente autem eodem dicto sculteto cum uxore sua, nullus alter debet possidere predictam sculteciam in Glogova, nisi frater suus nomine Slawenk cum filia Dobcze nomine Katerina et cum legitimis succesoribus suis in perpetuum tenere. Ut autem hec nostra pia et graciosa renovacio antenominati privilegii robur perpetue firmitatis optineat, sigillum nostrum in testimonium fecimus appendi. Et quia prorsus incognita sunt nobis iura Novifori videlicet Sredensis, omnia nobis et pro dominio nostro sana et integra reservamus. Datum et actum in monastario (sic) in Cosczol sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, presentibus his testibus: Michaele sculteto de Cosczol, Nicolao sculteto de Criwosandow, alio Michaele famulo nostro de Cosczol, item Martino filio Bartkonis, item Nicolao tabernatore de Crungas, et aliis qui interfuerunt quam pluribus fide dignis.

Cosczol, *Kościelna wieś*. Glogova, *Głogowa*. Novumforum, *Środa na Szląsku, z niemiecka Neumarkt*. Criwosandow, *Krzywosądowo*. Crungas, *nie odgadnione*.

Nr. 1507.

Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Ian. 12, in Kalis; venditionem quinque et dimidii mansorum liberorum in villa Pawłówek, quos Stanislaus dictus Pegza Ianconi castellano de Śrem resignaverat, ratam habet.

Pergam. orygin., u którego na sznurze z nici jedwabn., czerwon. wisi spodek wielkiéj pieczęci; wycisk odłupany.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 166.

In nomine Domini amen. Dignum est, ut empciones et vendiciones et resignaciones coram regum magnificencia facte, solempnis tytulus roboret litterarum. Eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod ad nostram baronumque nostrorum accedens presenciam fidelis noster Stanislaus dictus Pegza heres de Pavlow terre Polonie prope Kalis, non compulsus nec coactus, sed de bona ipsius voluntate quinque mansos liberos cum medio ibidem in Pavlow mensuratos, ipsum legittime contingentes, nobili viro domino Ianconi castellano Sremensi nostro fideli et dilecto pro centum marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, videlicet xlviii marcam faciencium, iure hereditario vendidit et coram nobis libere perpetuo resignavit, per ipsum Ianconem et suos successores legittimos cum omnibus iuribus, dominio et pertinenciis ad ipsos mansos quomodolibet spectantibus, prout in mensura sua continentur et sicuti predictus Stanislaus illos suis temporibus possidebat, nec non cum universis usibus, puta agris, pratis, pascuis, et generaliter cum universis utilitatibus que nunc intra limites dictorum mansorum habentur vel haberi poterunt quomodolibet in futurum, et eciam cum censibus et redditibus exinde provenientibus quibuscunque, libere tenendos et pacifice possidendos, donandos, commutandos, vendendos ac pro sua et suorum successorum voluntate libere convertendos. Promisit insuper coram nobis sepedictus Stanislaus, eundem Ianconem ab omnibus ipsum pro iam dictis mansis inpetentibus, a data presencium infra triennium exbrigare suis sumptibus et expensis. Quam quidem empcionem, vendicionem et resignacionem per omnia ratam habentes et gratam, ipsam approbamus, ratificamus et duraturam perpetuo confirmamus harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum in Kalis feria sexta infra octavas Epiphanie Domini, anno eiusdem millesimo CCC. sexagesimo quarto, presentibus Paskone Poznaniensi, Preczslao Kalissiensi palatinis, Ianussio Bechoviensi, Vincencio Caminensi castellanis, Tomislao iudice Kalissiensi, et Ottone cancellario Polonie per cuius manus transivit presens privilegium, ac aliis multis fidedignis.

Pavlow, *Pawłówek.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Caminensis, *de Kamień.*

Nr. 1508.

Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Ian. 14, in Calis; confirmat litteras, quas dederat monasterio de Byszewo: **Iaroslaus archiepiscopus Gneznens. 1363 Aug. 30, in Nakel.**

Pergam. orygin. Na niciach jedwabnych, wypłowiał. wiszą ułamki pieczęci majestatycznéj Kazimierza króla.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 97.

In nomine Domini amen. Omnis calumpnie via precluditur, cum id quod agitur, scriptis autenticis, fidedignorum testimonio roboratur. Igitur nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod accedens ad nostram baronumque nostrorum presenciam venerabilis ac religiosus vir Iohannes abbas Bysszoviensis monasterii cum suo conventu Cysterciensis Ordinis, capellani nostri devoti, optulerunt nobis quandam litteram patentem, ipsis per reverendum in Christo patrem dominum Iaroslaum Gneznensis sancte ecclesie archiepiscopum, tunc capitaneum et tutorem districtus nostri Naklensis, super resignacionem partis cuiusdam hereditatis suo sigillo sigillatam et datam, petentes a nobis, ut eandem dignaremur misericorditer confirmare. Cuius quidem littere tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis: (*Sequitur diploma Nr. 1500*).

Nos itaque abbatis et monasterii conventus predictorum peticionibus iustis et honestis graciosius annuentes, ipsamque litteram cum omnibus suis clausulis per omnia ratam et gratam habentes, ipsam approbantes ratificamus et perpetuo confirmamus; volentes et de nostra gracia speciali decernentes, quod exnunc dicta medietas hereditatis, generaliter omnibus iuribus et libertatibus perpetuo gaudeat et fruatur, quibus alie hereditates eiusdem monasterii antiquitus gaudere dinoscuntur. In quorum omnium testimonium, predictas litteras sepedicto abbati et suo conventui de Bysszovia dari iussimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum et datum in Calis die dominico post octavas Epiphanie Domini, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, presentibus: Przeczslao Kalissiensi, Passcone Poznaniensi palatinis, Wirzbantha Poznaniensi, Petro Woynicensi castellanis, Iohanne Cracoviensi, Floriano Lanciciensi cancellariis, et aliis multis fidedignis. Datum per manus Iacobi notarii curie nostre.

Bysszoviensis, *de Byszewo.* Woynicensis, *de Wojnicz.*

Nr. 1509.

Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Ian. 19, Poznan; Hanconi molendinatori tertiam partem molendini, in fluvio Warta ante civitatem Poznań per eundem constructi donat.

Pergam. orygin. Gruby sznur z nici jedwabnych, zielon., od przywieszenia pieczęci.

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 14.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam pocius est divinum quam humanum, noverint igitur universi presencium noticiam habituri, quod

nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, utilitates regni nostri ampliare cupientes, extunc provido viro Hanconi molendinatori suisque legitimis successoribus terciam partem molendini per ipsum Hanconem in fluvio Wartha ante civitatem Posnaniensem noviter constructi, cum omnibus utilitatibus et emolumento de omnibus rotis brasea et frumenta cuiuslibet grani molentibus, nec non de rotis pannorum ac aliarum omnium rotarum que nunc sunt vel esse poterunt quomodolibet in futurum provenientibus, pro labore et constructione predicti molendini damus, assignamus et incorporamus, per ipsum Hanconem et eius successores iure hereditario perpetuis temporibus supradictam terciam partem omnium utilitatum memorati molendini tenendam et habendam, nec non vendendam, donandam, commutandam et pro sua suorumque posterorum voluntate quomodolibet libere convertendam: tali tamen ordinacione mediante, quod idem Hanco et ipsius successores, pro omnibus attinentiis, videlicet aggere, ferrimentis, lapidibus et aliis universis reformandis, unum denarium, nos vero duos denarios ponere debemus cum effectu. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus literis est appensum. Actum Poznan feria sexta in crastino beate Prisce virginis, sub anno Domini millesimo CCC.LX. quarto, presentibus: Pascone pallatino, Wirzbantha castellano, Thomislao iudice Poznaniensibus, Vincencio Gneznensi, Andrea Calisiensi, Ianussio Bechoviensi, Vincencio Caminensi castellanis, et aliis pluribus fidedignis.

Bechoviensis, *de Biechowo.* Caminensis, *de Kamień.*

Nr. 1510.

Kazmirus rex Polonie 1364 Ian. 20, Poznanie; notum facit, Vincentium de Słopanowo coram se Sendzivogium castellanum de Nakło diversorum criminum accusavisse.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergamin. przywieszono trzy pieczęcie. Pierwsza zniszczona, przedstawia Orła w koronie, napis: S. Kazim... Polon... *Druga znikła. Trzecia zupełnie zatarta.*

Warszawa. Archiw. Główne. Diploma Nr. 1056. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae II, Nr. 519.

Nos Kazmirus Dei gracia rex Polonie, ad universorum noticiam volumus devenire, quod veniens ad nostram presenciam nobilis vir Wincencius Slopanovsky, coram nobis proposuit cum querela: quod dominus Senczivogius Nakelsky, cum avunculo suo domino Beniamen omne bonum habuit tractare et ordinare, et in illa amicicia ipsum occisit (sic) tanquam perfidus et infidelis. Secundo ipsum inculpavit: cum Beniamen occisisset, mox intravit castrum Czarnkow, inimicos de terra aligena super terram domini regis deduxit cremando et devastando, tanquam defraudator et malefactor. Tercio ipsum inculpavit: cum Paluky transiverunt super Vedilske, tunc ipsos premonuit et scire permisit; sed tamen triumphum in ipsis obtinuimus gracia ex divina. Quarto: cum de Velene pedes viam fecimus, tunc ipse dominus Senczivog in Thuczna scire dedit et civibus de Stobegneva; eodem tempore occiserunt Niczconem, servitorem domini regis et domini Wirsbenthe capitaneo (sic) Polonie,

suo facto et consilio. Illa omnia suprascripta Wincencius de Slopanowa paratus est ostendere et probare manu sua, si est dignus ad probandum. Tunc dominus Senczivogius respondit et negavit de omnibus querimoniis sibi obiectis per dominum Wincencium, et dicens: nil mali de domino Wincencio sciret, sed omne bonum, tanquam a viro honesto et provido et fideli; sed de omnibus querimoniis supradictis, hoc paratus sum ostendere meam innocenciam, ut ius inventum fuerit per seniores illustris principis regis Polonie. In cuius rêi testimonium, sigillum regium, et domini Wirsbenthe capitaneo (sic) Magne Polonie, Thomislay iudicis Kalyssiensis presentibus sunt appensa sigilla. Actum Poznanie ipsa die beatorum Sebastiani et Fabiani martirum, sub anno Domini MCCCLX quarto.

Slopanovsky, *de Słopanowo.* Dominus Nakelsky, *castellanus de Nakło.* Czarnkow, *Czarnków.* Paluky, *Pałuki, obszar leżący pom. rz. Noteć a rz. Warta.* Vedilske, *obszar, który był wówczas w posiadaniu familii Wedell, t. j. północno-zachodnia część powiatu Wałeckiego i bardzo znaczne obszary na prawym brzegu rz. Drawa.* Velene, *Wieleń.* Thuczna, *Tuczno.* Stobegneva, *Dobiegniewo, dziś z niemiecka m. Woldenberg; cnfr. Nr. 284.*

Nr. 1511.

Iohannes episcopus ecclesie Poznaniens. 1364 Ian. 22, in Glusszyna; bona suae ecclesiae, dicta Witaszyce, Górka et Czarnotki, cum bonis Nicolai heredis de Kobylin, vocatis Głuszyna, Babki et Kaleje commutat.

Pergam. orygin. Z dwóch przywieszonych pieczęci pozostał, po pierwszéj sznurek jedwabny, zielony; z drugiéj ułamek bez wycisku na takimże sznurku.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 14.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes, divina et apostolice Sedis providencia episcopus ecclesie Poznaniensis, notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod cupientes ecclesie nostre predicte commoditatibus et utilitatibus providere, bonorum et hereditatum prescripte nostre ecclesie, que ad nostram mensam spectabant, cum nobili viro domino Nicolao herede de Cobilino permutacionem fecimus infrascriptam, fratrum nostrorum Poznaniensis Capituli ad id accedente assensu. Dedimus siquidem, tradidimus et resignavimus villas nostras et bona ecclesie nostre prefate, Wythaszicze videlicet, Goram et Czarnocicze, sibi et suis heredibus racione permutacionis huiusmodi perpetuo possidendas, tenendas et habendas, et recepimus ab eodem domino Nicolao villas et bona, scilicet Glusszynam, Babky et Kalik eidem Glusszyne adherentes et sibi vicinas, cum iure et dominio omni et totali prout in suis limitibus sunt distincte, que non multum a sepedicta ecclesia nostra Poznaniensi distare videntur, per nos et ecclesiam nostram predictam eciam tenendas, habendas et perpetuo possidendas; promittentes ipsi domino Nicolao bona fide, dolo et fraude cessantibus, infra triennium a data presencium computandum, ab omnibus impedimentis et controversiis, que sibi a quocunque moveri contingeret super bonis predictis, videlicet Vytaszicze, Gora et Czarnonicze in eum pretextu permutacionis prefate translatis, indempnem totaliter et sine perturbacione aliqua preservare. Elapso vero trium annorum spacio, ut prefertur, memoratus do-

minus Nicolaus bona predicta ab iniuriis et molestiis quibuscunque prout melius poterit defensabit. In cuius rei testimonium, presentibus nostrum et Capituli nostri predicti sigilla sunt appensa. Datum in Glusszyna in crastino beate Agnetis virginis, anno Domini millesimo ccclx quarto, presentibus honorabilibus et nobilibus viris, dominis Andrea archidyacono, Iohanne custode, Nicolao palatini, canonicis Poznaniensibus, Andrea castellano Kalisiensi, Ianussio de Krzessini herede, et aliis quam plurimis fide dignis.

Cobilino, *Kobylin.* Wythaszicze, *Witaszyce.* Gora, *Górka.* Czarnocicze, *Czarnotki.* Glusszyna, *Głuszyna.* Babky, *Babki.* Kalik, *Kaleje.* Krzessini, *Krzesiny.*

Nr. 1512.

Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Ian. 25, in Kalis; resignationem hereditatis Śiedleczko, a Tomislao iudice Kalisiensi Bronissio quondam heredi de Wiśniewo venditae, ratam habet.

Pergam. orygin. Dwie dziury od przywieszenia pieczęci.
Kurnik. Biblioteka. Diploma Nr. 14.

In nomine Domini amen. Dignum est, ut vendiciones, empciones et resignaciones coram regum magnificencia facte, sollempnis tytulus roboret litterarum. Eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod accedens ad nostram baronumque nostrorum presenciam nobilis vir Tomislaus iudex Kalisiensis et heres de Golancza, non compulsus nec coactus, sed de bona ipsius voluntate hereditatem suam vulgariter dictam Sedlcze prope Leckno sitam in terra Polonie, cum omni iure, dominio et pertinenciis universis et prout ipsa hereditas in suis terminis noscitur esse distincta et limitata, ac eciam cum omnibus et singulis utilitatibus, puta agris, pratis, pascuis, silvis, borris, mericis, rubetis, aquis, aquarum decursibus, lacubus, piscinis, molendinis, paludibus, censibus exinde provenientibus, ac generaliter cum universis redditibus et obvencionibus, que nunc ibidem sunt vel haberi poterunt quomodolibet in futurum, fideli nostro Bodzethe condam heredi de Wisnewo terre eiusdem, pro ducentis marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, xlviii marcam facienciun, perpetuo iureque hereditario vendidit et coram nobis voluntarie resignavit, per ipsum Bodzatham tenendam, habendam, possidendam, donandam, vendendam, commutandam ac pro sua suorumque successorum voluntate quomodolibet libere convertendam. Quam quidem empcionem, vendicionem et resignacionem ratam et gratam habentes, ipsam approbamus, ratificamus et perpetuo confirmamus harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum in Kalis in die Conversionis beati Pauli apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, presentibus Preczslao Kalissiensi, Passcone Poznaniensi palatinis, Vincencio Gneznensi, Andrea Kalissiensi castellanis, Ottone Polonie, Floriano Lancicie cancellariis et aliis multis fidedignis.

Golancza, *Gołańcza.* Sedlcze, *Siedleczko.* Leckno, *Łekno.* Wisnewo, *Wiśniewo.*

Nr. 1513.

Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Ian. 28, Kalys; confirmat permutationem villarum ecclesiae Poznaniensis, dictarum Witaszyce, Górka et Czarnotki, cum villis Nicolai heredis de Kobylin, vocatis Głuszyna, Babki et Kaleje.

Pergam. orygin. Sznur z nici jedwabnych, czerwonych i zielonych, od przywieszenia pieczęci.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 15.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, ad perpetue rei memoriam universis tam presentibus quam futuris tenore presencium declaramus, quod ad nostram et baronum nostrorum accedentes presenciam reverendus in Christo pater, dominus Iohannes divina providencia episcopus Poznaniensis, una cum Capitulo ecclesie sue, ab una, nec non Nicolaus heres de Kobylino, parte ab altera, sani mente et corpore existentes, bona deliberacione sui animi prehabita, commutacionem possessionum seu hereditatum inter se alias factam coram nobis unanimitanter exposuerunt; que commutacio hereditatum infrascriptarum, iuxta predictarum parcium relacionem dinoscitur esse talis. Videlicet quod ipse dominus episcopus tres villas sui episcopatus, scilicet Vythasszicze prope Iaroczino, Gorkam circa Kobylino et Czarnoczice circa Oczossny situatas, ad fundum dicte ecclesie sue Poznaniensis ab antiquo spectantes, suo et Capituli sui nomine, cum omni iure et dominio nec non omnibus et singulis utilitatibus et pertinenciis universis in terra et aqua ad eas pertinentes, prout granicies earundem se extendunt et prout easdem nomine sue ecclesie tenuit et possedit, nichil iuris vel dominii pro se vel dicta ecclesia sua Poznaniensi exnunc penitus reservando, ipsi Nicolao heredi de Kobylino per modum commutacionis perpetuo dedit, tradidit et libere resignavit. Quarum hereditatum resignacionem idem Nicolaus gratanter pro se et sua possessione acceptavit, et in recompensam dictarum hereditatum, alias tres hereditates seu villas suas hereditarias, videlicet Glussyna, Babky et Kalik, cum molendino et aliis omnibus et singulis utilitatibus et pertinenciis, que nunc sunt in eisdem aut quomodolibet esse poterint in futuro, prout eedem ville seu hereditates in circuitu suarum graniciarum in terra et aqua noscuntur esse distincte, cum omni iure et dominio, a se et suis quibusvis propinquis similiter per modum commutacionis ipsi domino episcopo et ecclesie Poznaniensi perpetuo dedit, tradidit et libere resignavit. Qua exposicione et relacione sic facta, supradicte partes nobis humiliter supplicarunt, ut huiusmodi commutacionem perpetuare et confirmare dignaremur. Nos vero considerantes sepedictam commutacionem rite et racionabiliter fore factam et utrique parti placibilem et acceptam, ipsam commutacionem ad instantes peticiones parcium predictarum de benignitate nostra regia approbamus, perpetuamus et graciose confirmamus; ita, quod sepedictus Nicolaus heres de Kobylino, supradictas hereditates suas Vythasszicze, Gorkam et Czarnoczice sibi exnunc perpetuo habeat incorporatas et ascriptas cum omnimoda potestate easdem tenendi et possidendi nec non vendendi, donandi et commutandi ac pro sua suorumque posterorum voluntate quomodolibet de eisdem disponendi. Preterea exprimimus et nominatim volumus, quod ipse Nicolaus et eius posteri, de supradictis villis quas ab ecclesia acceptavit ut superius est expressum, ad

omnia et singula servicia nobis et nostris successoribus facienda sit astrictus, que a Glussyna, Babky et Kalik faciebat et facere tenebatur. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Kalys in octava sancte Agnetis virginis, sub anno Domini millesimo ccc.lx. quarto, presentibus hys testibus: Preczslao palatino Kalyssiensi, Wyrzbantha Poznaniensi, Ianussio Bechoviensi castellanis, Ottone cancellario Polonie, Thomislao iudice Kalyssyensi, et Troyano preposito ecclesie Poznaniensis, ac aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus domini Ottonis cancellarii Polonie supradicti.

Kobylin, Witaszyce, Jarocin, Górka, *dziś tak samo.* Czarnoczice, *Czarnotki.* Oczossny, *osada znikła, istniała r. 1610 p. m. Zaniemyśl.* Głuszyna, Babki, *dziś tak samo.* Kalik, *Kaleje.* Bechoviensis, *de Biechowo.*

Nr. 1514.

Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Ian. 28, Kalis; approbat permutationem villarum ecclesiae Poznaniensis dictarum Witaszyce, Górka et Czarnotki, cum villis Nicolai heredis de Kobylin, vocatis Głuszyna, Babki et Kaleje.

Pergam. Oryginał. Na sznurze z nici jedwabnych, wyblakł. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 16.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, ad perpetue rei memoriam universis tam presentibus quam futuris tenore presencium declaramus, quod ad nostram et baronum nostrorum accedentes presenciam reverendus in Christo pater, dominus Iohannes divina providencia episcopus Poznaniensis, una cum Capitulo ecclesie sue, ab una, nec non Nicolaus heres de Kobilino, parte ab altera, sani mente et corpore existentes, bona deliberacione sui animi prehabita, comutacionem possessionum seu hereditatum inter se alias factam coram nobis unanimiter exposuerunt; que comutacio hereditatum infrascriptarum, iuxta predictarum parcium relacionem dinoscitur esse talis. Videlicet quod ipse dominus episcopus tres villas sui episcopatus, scilicet Wythaszice prope Iaroczino, Gorkam circa Kobilino et Czarnocicze circa Oczossni situatas, ad fundum dicte ecclesie sue Poznaniensis ab antiquo spectantes, suo et Capituli sui nomine, cum omni iure et dominio nec non omnibus et singulis utilitatibus et pertinenciis universis in terra et aqua ad eas pertinentes, prout granicies earundem se extendunt et prout easdem nomine sue ecclesie tenuit et possedit, nichil iuris vel dominii pro se vel dicta ecclesia sua Poznaniensi exnunc penitus reservando, ipsi Nicolao heredi de Kobylino per modum commutacionis perpetuo dedit, tradidit et libere resignavit. Quarum hereditatum resignacionem idem Nicolaus gratanter pro se et sua possessione acceptavit, et in reconpensam dictarum hereditatum, alias tres hereditates seu villas suas hereditarias, videlicet Gluszina, Babki et Kalik, cum molendinis et aliis omnibus et singulis utilitatibus et pertinenciis, que nunc sunt in eisdem aut quomodolibet esse poterunt in futuro, prout eedem ville seu hereditates in circuitu suarum graniciarum in terra et aqua noscuntur esse distincte, cum omni iure et dominio, a se et suis

quibusvis propinquis similiter per modum comutacionis ipsi domino episcopo et ecclesie Poznaniensi perpetuo dedit, tradidit et libere resignavit. Qua exposicione et relacione sic facta, supradicte partes nobis humiliter supplicarunt, ut huiusmodi commutacionem perpetuare et confirmare dignaremur. Nos vero considerantes sepedictam commutacionem rite et racionabiliter fore factam et utrique parti placabilem et acceptam, ipsam commutacionem ad instantes peticiones parcium predictarum de benignitate nostra regia approbamus, perpetuamus et graciose confirmamus; ita, quod sepedictus dominus episcopus, successores ipsius et ecclesia Poznaniensis, supradictas hereditates Glusszina, Babki et Kalik ad ipsos per modum commutacionis ut prefertur devolutas, sibi exnunc perpetuo habeant incorporatas et asscriptas cum omnimoda potestate easdem tenendi et possidendi, nec non vendendi, donandi, commutandi ac pro sua suorumque posterorum voluntate quomodolibet de eisdem disponendi. Et, ne ex commutacione huiusmodi ecclesia Poznaniensis predicta in suis iuribus aliquod dispendium paciatur, nos exnunc decernimus et admittimus de gracia nostra speciali, ut sepedicte hereditates Glusszina, Babki et Kalik, generaliter omnibus et singulis iuribus, libertatibus et immunitatibus gaudeant et fruantur perpetuo, quibus alia bona ipsius ecclesie antiquitus gaudere dinoscuntur. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Kalis in octava sancte Agnetis virginis, sub anno Domini millesimo ccc sexagesimo quarto, presentibus hys testibus: Przeczslao palatino Kalisiensi, Wyrzbantha Poznaniensi, Ianussio Bechoviensi castellanis, Thomislao iudice Kalisiensi, et Troyano preposito Poznaniensi, ac domino Ottone cancellario Polonie per cuius manus presens privilegium est datum, aliis quoque multis fide dignis.

Kobilino, *Kobylin.* Witaszyce, Jarocin, Górka, *dziś tak samo.* Czarnocicze, *Czarnotki.* Oczossni, *osada znikła p. m. Zaniemyśl, istniała jeszcze r. 1610.* Głuszyna, Babki, *dziś tak samo.* Kalik, *Kaleje.* Bechoviensis, *de Biechowo.*

Nr. 1515.

Sandzivogius heres de Grodzecz 1364 Febr. 24, s. l.; hereditatem suam Wola, Radossio iure Sredensi exponit ad locandum.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1436.

In nomine Domini amen. Quia vendiciones nec non empciones de levi a memoria labuntur humana, ideo ipsas solent munimine testium sive litterarum confirmare. Igitur nos Sandzivogius heres de Grodzecz nec non de Wola, notum facimus universis et singulis tam modernis quam futuris ad quorum noticiam presentes devenerint, quod cupientes hereditatem nostram dictam Wola in melius reformare, discreto viro et honesto, nomine Radossio, suisque successoribus legittimis vendidimus scolteciam cum altero dimidio manso libero ibidem in Vola pro quarta dimidia marca, iure Sredensi perpetue possidendam, dantes prefixo scolteto unam thabernam, tercium denarium de omni re adiudicata. Concedimus eciam dicto scolteto duo obstacula, que vulgariter iazy dicuntur, ubi vero post nos elegerit. Adiungimus eciam iam dicto scoltheto unam insulam que Luczen nuncupatur, perpetuis temporibus tenendam. Damus eciam prefato scolteto venacionem leporum cum rethe tempore noctis

in prefata hereditate exercere. Insuper damus omnibus kmethonibus ibidem inhabitantibus quinque annorum libertatem. Expirata tamen libertate quinque annorum, prefatus scoltetus tenetur nobis servire in equo pro altera media marca ad expedicionem, extra metas et infra metas Polonie: et quitquid dampni dictus scoltetus in equo nobiscum equitando extra metas habuerit, hoc nostrum erit; sed infra metas, dampnum scolteti erit. Item kmethones ibidem habitantes tenentur nobis annuatim solvere censum, singulis annis in festo beati Martini, de quolibet manso per quinque grossos et per octo mensuras utriusque annone; et hoc, nobis tres grossos, tres mensuras siliginis et tres mensuras avene, plebano autem in Morzislave duos grossos, et duas mensuras siliginis. Item kmethones ibidem de duobus magnis iudiciis in anno, pro prandio nobis quatuor grossos dabunt; et tres dies nobis in anno arabunt. In huius rei testimonium, presentes nostro sigillo appenso fecimus roborari presentibus hiis testibus: Hancone Czechowsky, Gunthero, Pyechone Hanconis, Stanislao Triczesch, civibus Coninensibus, Mathia herede de Caczkowo, Alberto de Chorzna, Martino notario Coninensi, in vigilia beati Mathie apostoli, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quarto.

Grodzecz, *Grojec.* Wola, *Wola podłężna.* Insula Luczen, *nie znana, na rz. Warta.* Morzislave, *Morzysław.* Caczkowo, *w tem miejscu nie odgadnione, może Kaczki; w. Kaczkowo p. m. Żnin, i inne Kaczkowo p. m. Gniewkowo są o kilkanaście mil od miejsca czynności odległe.* Chorzna, *Chorzeń.*

Nr. 1516.

Dominicus heres de Czepovo 1364 Febr. 25, in Uneyow; hereditatem Czepów Petro et Iohanni fratribus exponit, iure de Środa ad locandum.

Pergam. orygin., w którego dolnym, założonym brzegu sznurek z nici jedwabn., zielon., przez dwa wcięcia trójkątne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 167.

In nomine Domini amen. Quoniam ea que geruntur in tempore, simul labuntur cum tempore nisi scripti memoria cum annotacione testium noticie postremorum fuerint commendata, proinde nos Dominicus heres de Czepovo, notum facimus universis tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devenerit scriptum presens, quod cupientes dictam nostram hereditatem Czepovo in melius reformare, ipsam iure Theutonico, Srzedensi videlicet exposuimus ad locandum; vendentes Petro et Iohanni fratribus scolteciam in eadem pro certa pecunie quantitate, dantes eisdem Petro et Iohanni ac eorum liberis ac successoribus legitimis, nomine dicte scoltecie duos mansos liberos, mediam tabernam, et fabrum ex toto et integre, tercium denarium iuramentorum et cuiuslibet iudicati, perpetuis temporibus per ipsos et eorum liberos ac successores legitimos possidenda. Preterea incolis dicte ville qui locati vel locandi fuerint, damus et concedimus a solucione census a data presencium ad octo annos omnimodam libertatem; qua libertate expirata, nobis et nostris liberis ac successoribus legitimis quilibet incolarum predictorum de suo manso in festo beati Martini fertonem grossorum nomine census solvere teneatur. Scoltetus vero in equo pro duabus marcis servicia consueta nobis et nostris liberis ac successoribus legiti-

mis impendere sit astrictus. Et quoniam iura Srzedensia sunt nobis prorsus incognita, omnia iura que dominium et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra reservamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Uneyow anno Domini M.CCC.LXIIII, in die beati Mathie apostoli et ewangeliste, presentibus nobilibus et discretis viris, dominis Iascone Albo de Une, Scarbymyro de Balyno et Nyczkone de Lypnycza heredibus, et Gnewkone cive Uneyoviensi, et aliis pluribus fidedignis.

Czepovo, *Czepów*. Uneyow, *Uniejów*. Une, *nie odgadnione, pewnie wieś Uniejów na przedmieściu miasta tegoż nazwiska*. Balyno, *Balin*. Lypnycza, *Lipnica*.

Nr. 1517.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1364 Mart. 5, in Pysdri; protestatur, Laurentium castellanum de Ląd, molendinum Czartów młyn monasterio de Trzemeszno vendidisse.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci. Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus comendare, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam strenuus miles dominus Laurencius castellanus Landensis, non compulsus, non coactus nec alico vicio aut errore seductus, sed maturo consilio suorum amicorum super eo habito, religioso viro domino Gnewomiro preposito Tremesensi nec non domui seu monasterio ibidem in Tremesno locum ac aream molendini dictam Czartow mlin, ubi Welma est suborta, secundum quod eadem area gadibus circumferencialiter antiquitus est distincta, pro triginta marcis grossorum paratorum vendidit, contulit, ascripsit et resignavit, iure hereditario tytuloque proprietatis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, comutandam et ad usus beneplacitos convertendam, iuxta quod eidem preposito aut suo conventui et capitulo monasterii Trzemesno supradicti melius aut utilius videbitur expedire; promittens, sepedictum dominum prepositum et suum collegium Trzemesno infra tres annos a datis presencium continue sequentes, ab omnibus inquietacionibus, occupacionibus, irritacionibus, cuiuscumque status ac condicionis fuerint, decenter exbrigare. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Pysdri feria tercia proxima post dominicam qua Letare in ecclesiis decantatur, sub anno Incarnacionis Domini m.ccc. sexagesimo quarto, presentibus hys testibus et dominis: venerabili in Christo patre domino Iohanne episcopo Poznaniensi, Pazcone Poznaniensi, Przeczslao Calisiensi palatinis, Vincencio Gneznensi, Andrea Kalisiensi castellanis.

Landensis, *de Ląd*. Welma, *Wełna rzeczka*.

Nr. 1518.

Ludwig genant der Romer und Otte Gebruder Marggraffen zcu Brandenburgk etc. 1364 Apr. 12, zu Pirne; theilen, unter gewissen Abmachungen, die zu ihrer Herrschaft gehörenden Länder.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. Supplementband, p. 35. (Transsumpt potwierdzony przez: Karl Romischer Keiser etc. 1364 Apr. 14, czu Pirne).

Wir Ludwig genant der Romer und Otte Gebruder, von den Gnaden Gotis Marggraffen zcu Brandenburgk und czu Lusitz, des heiligen Romischen Reichs obirsten Camrer, Pfaltzgraffen by Reyn und Herczogen in Beyern, bekennen und thun kunt wissenlich offenlich mit dissim Brieffe allen den die en sehen, horen adir lezen: das wir nach Rate mit Wissenschaft und Gunst des allerdurchlauchtigisten und hochgeborn Fursten unsirs lieben gnedigen Heren, Heren Karls Romischen Keysers, zcu allen Czeiten Merers des Reichs und Koniges zcu Behemen, ouch mit Wisseschaft und wolbedochtem Mute an beyder Seite, nach Rate und Wissen unser getrawem eyner also getaner Besunderunge und Undirscheid allir unsir Furstentum, Herscheffte und Lande der Marggrafschefte zcu Brandenburg und czu Lusitz obir eynkomen sein und undir enander gemacht und gethon haben, in also getaner Weize und Gestalt als hir nach geschreben steet. Das wir vorgenanter Marggraff Otte und unsir Erben haben, besitczen und behalden sullen die ganczen Lande ubir Oder mit allen Herschefften, Manschefften, Eigentume und Lehen, geistlich und wertlich, mit allen iren Rechten, Freiheiten, Nutczen, Gulden und Gutern, ouch mit allen Czollen, Munczen, Geleiten und Gerichten, mit allen Anefallen und Angevellen, Landen und Lewthen, geistlich und wertlich, edelen und unedeln, Burgern und Gebuwern, mit allen Wirden und Czugehorungen, die von Alder dorczu by unsern Vordern und Eldirn und Heren Ludwig unsirs Bruders, den Got genade, Marggrafen czu Brandenburg gehoret haben und gehoren, besucht und umbesucht, und besunderlich disse hirnach geschreben Stete, Manschefften, Vesten und Sloss mit alle den die dy besitczen, innehaben und dorczu gehoren: Konigisberg, Morin, Berinwalde, Custrin, Lantzperg, Bernaw, Fredeberg, Tankow, Drisen das Huss und Stat, ouch die Stete Schowenvlit, Soldin, Lippene, Woldenberg, Arnswalde, Retz, Nurenberg, Nigenberlin, Bernstein Huss und Stat, Calis, Drawenburg und Zantoch. Dorczu die Vesten und Hewser Wedil Hüss und Stat, Clantzk, Guntershagen, Tempelborg, die Crone, Valkenburg, den Thutz, die Hochczeit, den Schivelbin, Granser, Sloppe, Kuretow, Frigenwalde, Melne, Welsickenburg, Sunnenburg, Kunigiswalde, Riczerow, Russow, Cersseburg, Goren, Methelin, Craszig; mit allen Burgen, Steten, Vesten und Slossen und Czugehorungen wie die genant seyn. Dorczu die Stete und Vesten Drossen, Zcullentzk, Rippin, Lagow, Rampitz, Drenzig, Sandow und Oderburg. Is sullen ouch uns vorgenannte Marggraffen Otten bleiben disse hirnachgeschrebene Stete, Vesten und Sloss uff dem Barnym und uff dem Teltow mit allen dem daz dorczu gehoret: die Nygestat, Chorin das Closter; und die Land czu Stolpp, die der alde Herczog von Stetin noch inne hat, ist das also geteidinget: was wir und unsir Bruder Marggrave Ludewig der Romer der selben Lande, Stete und Sloss, Czolle, Gulde und Gut von deme selben Herczogen von Stetin brengen mogen, in welcher Weize das sey, das sullen wir beide gemeine behalden und haben. Vorbas so sal uns vorge-

nanten Marggraven Otten bleiben Bernaw, Landisberg, Strussberg. Das Huss zcum Breten sal unser beider sein gemeyne. Ouch sal unser Marggraven Otten seyn: Wrissen, Moncheberg, Valkenhagen, Vorstenwalde, Lubuss und Frankenford, Capenik, Wusterhussen, Mittenwalde, die Zcossen, Terbin, Buthen, Baruth, Teltow mit der Teltowischen Heide, dor uff doch unsir vorgenanter Bruder behalden sal und beheldet sein Baweholtz und Breweholtz czu alle seinen Bedurfften. Ouch sal unsir Bruder und wir das Ieyhede uff der selben Heide behalden gemeyn. Ouch sullen wir ergenant Marggrave Otte haben die Stete Belitz und Briessen mit allen andern Czugehorungen, die czu den vorgescreben Steten, Vesten und Slossen der Lande czu Drossen, des Barnyms, des Teltows und czu Lubuss gehoren. Dorczu sullen ouch wir Marggrave Otte behalden die Stat czu Coln und was dorczu gehoret uff dem Lande und ouch was die Burger doruff haben, mit dem Halbenteil aller Rente, Gulden und Geldes, die gefallen mogen zcum Berlin und zcu Coln, sie sint an Molen, von der Pflege, vom Geschoss, von Czollen, von Gerichten, von Muntzen und von Guten, ader von welcherley Nutz das sey. Ouch so haben wir egenant Marggrave Otte uns des zcu unserm vorgeschreben Bruder Marggrave Ludewig und her sich widder zcu uns des verpflichtet und unser einer dem andern das geloubet in guten Trewen, das wir Marggrave Otte die Stat zcu Coln und wir Marggrave Ludewig die Stadt Aldem Berlin die weyle wir leben nimmer versetczen noch verkowuffen sullen noch wellen in keyner Weize. Is sullen ouch die Heide czwuschen Berlin und Spandow unsir beide gemeyne seyn. Ouch sullen die grosse Heide, die cleine Heide und die Stupenitz, mit allen Wassirn, mit den Sehen, mit der Wildpan, mit allir Nutz und Gulden die do gevallen mag und dorczu gehoren, bleiben unsir beider gemein. Vorbas sullen uns Marggraven Otten bleiben die ganczen Lande der Marggrafschafft czu Lusitz mit allen Herscheffften, Steten, Vesten, Luten und Guten und mit allen Zugehorungen die dorynne gelegen seyn: die Stat Gubin und das Frawencloster doselbist, Schenkendorff, Sommerfeld Huss und Stadt, der Forst Huss und Stat, der Sar, Kotbus Hus und Stat, das Newehuss, die Peizen, Lubus, Fredeland, Besskow Huss und Stat, Storkaw, Golssin, Richenwalde, Bucholcz, Luckaw Huss und Statt, Berenwolde, Bornsdorff und was der von der Dame hatte das czu dem Lande czu Lusitz gehoret, ouch Sonnenwald Huss und Stat, Ilborg mit alle deme das die von Ilburg haben von uns Marggraven zcu Brandenburgk und czu dem Lande zcu Lusitz gehoret, Calow und was der von Ilborg hat das czu dem vorgenanten Lande czu Lusitz gehoret, Lubin Huss und Stat, Drewekaw, Lubbenaw, Veczow, Sees, der Sas Schidelow, und der Tuptz, und die Closter Nuweczelle und Dobirlug, und mit allen andern Vesten und Hoffen die dorynne gelegen seyn. Ouch sullen wir vorgenanter Marggrave Otte die obster (obgeschreben?) Lande der Marggrafschaft zcu Lusitz lozen umb unsirs selbes Geld von dem allerdurchlauchtigsten unserm vorgenant gnedigen Herren, Hern Karl Romischen Keiser ader seinen Erben Konigen zcu Behemen, vor vunffunddreissig tusint Schock grosser Pfennige Prager Muntz, mit allen andern Pfanden, die in unsirm vorgeschreben Teile gelegen sien und dorczu gehoren und wem die vorsatzt sein; und dasselbe sal ouch thun unser vorgenant Bruder Marggrave Ludewig mit dem Lande der Uker, die her ouch von den von Meienburg (sic) vor achtzeen tusint lotige Mark, und von den iungen Herczogen von Stetin vor dreiczen tusint lotige Margk, und von den von Anhalt vor czehen tusint Brandenburgische Marg, sulch Stucke an Landen, an Steten, an Vesten, die vorsatzt sein, ouch die Molen zcu Premsslaw vor dusint Marg, allis umb sein selbes

Geld. Welchem ouch unser eynem in den vorgenanten Herschefften und Landen, domete wir also gesundert sein, mer Pfand und tewrer zcu lozen geburte, dann dem andern, also vil sal der andere darumb mynner und nicht also vil losete, unser beider rechter und redelicher Schulde der wir schuldig sein, destermer uff sich nemen und die ouch sunderlich gelden und beczalen. Und mit alle dissen obirsten Teidingen und Besunderungen, als die in allen Stucken, Puncten und Artikiln hie vor beschreben und gesatzt sein, haben wir vorgenant Marggraven czu Brandenburg uns mit unsern obgeschreben Vorstentumen, Herschefften, Landen und Luten also gesundirt, durch das, wen is dorczu queme das wir mit unsern Landen geteilt wolden bleiben, das denne unsir itzlicher by sulchen Stucken und Landen czu seinem Teile bleiben soll, do mit wir hir gesundert seyn als obgeschreben ist. Die weile aber wir mit unsern vorgeschreben Landen nicht geteilet wellen sien, so sullen beide in sulcher Eynunge und Ordenunge allir unser Lande Nutz und Gulde also bleiben, als das vor disser Teilunge czwuschen uns gemacht, geteidinget und vorbriefft ist. Wer auch in den Scheiden der obgeschreben Lande, Herrschefte und Gegenden einge Stat, Manschafft, Veste, Hoff adir Sloss, Rente, Gulte, Geld adir Gut gelegen, die dorczu gehoren, die in disser Besunderunge und Brieff nicht genennet were, das sal uns Marggrave Otten an allen Schaden sein, dann is soll unser sein und gleich wol uns bleiben mit all sulchem Recht und Volkomenheit, als ob das mit andern obgeschreben Stucken sunderlich hirynne benennet und beschreben were. Ouch wellen, volborten und gelouben wir unser eyner dem andern in gutten Trewen mit ganczer Meynunge: welcher undir uns obgeschreben Bruder und Marggrave zcu Brandenburgk sturbe und abginge sunder Leibes Erben Männes Geslechte, das denne zcu allen Czeiten, wenne das geschee, des selbin Teil an allen Furstentumen, Herrschefften, Landen und Luten, und mit alle deme das her denne des selben seines Teiles hinger im lesset, lediclich frey und los an den andirn der denne lebendig bleibet und an seine Erben erblich und mit allem Rechte komen und gevallen sall. Lisse ouch der selbige der abginghe eine Tochter adir me, dieselben und eine itzliche die her hinger im lesset, sall der der do lebendig bleibet wirdiclich als Furstenkinder bestaten, also das itzlicher Tochter czehen tusint Schock grosser Pfennige Prager Muntze volgen und mit ir geben werden. Das ouch wir vorgenanten Marggraven von Brandenburg und Gebruder Ludewig der Romer und Otte alle obgeschreben Teidinghe, Meynunge, Stucke und Artikil vaste, stete, gancz und unvorbrochen leisten und behälden wellen und sullen, das haben wir unsir ein dem andern geloubt und geloben ouch in gutten Truwen ane Geverde; und des czu merer Sicherheit, so haben wir beide unsir Insigele hengen lassen an dissin Briff. Obir alle dissin obgeschreben Teidingen und Sachen sint geweezen der hochgeborne Furste Her Rudolff Herczog zcu Sachsen des Romischen Reichs Ertzmarschalk unsir lieber Oheim, die ersamen Heren und Vatir in Got, Her Dieterich Ertzbischoff zu Magdeburg und Her Hinrich Bischoff zcu Lubuss, ouch die edelen Manne Friderich von Lochen Herre czu Boesselinburg, Bote von Turgaw, Otte Wende von Ilburg, Borsse von Rissemberg, Thimo von Colditz und Iohanns von Cotbus, ouch die vesten Manne Kirstan Bosel, Ritter, Herman Moraher, Ritter, Merten von Kunczendorff, Ritter, Gebehard von Alvensleben und Ianeman Holczendorff. Der geben ist zu Pirne nach Gotes Geburt tusint Iar dreihundirt Iar dornach in dem vierundsechczigisten Iare, am Freitag nach dem Sontag als man singet Misericordia Domini.

Konigisberg, *Königsberg N. M.* Morin, *Mohrin.* Berinwalde, *Bärwalde.* Custrin, *Kościerzyn.* Lantzperg, *Landsberg n. W.* Bernaw, *Berneuchen.* Fredeberg, *Friedeberg.* Tankow, *Tankow.* Drisen, *Drzeń.* Schowenvlit, *Schönfliess.* Soldin, *jest podług Baltische Studien XV, Heft 1, p. 184 dawne* Mizlibori; *cnfr. Nr. 216, Soldin.* Lippene, *dawne Lipiagora.* Woldenberg, *dawniéj Dobiegniewo.* Arnswalde, Retz, *dziś tak samo.* Nurenberg, *Nörenberg.* Nigenberlin, *Berlinchen.* Bernstein, Calis, *dziś tak samo.* Drawenburg, *Dramburg.* Zantoch, *Santok.* Wedil, *Wedel.* Clantzk, *Clanzig.* Guntershagen, *dziś tak samo.* Tempelborg, *Czaplinek.* Die Crone, *Wałcz.* Valkenburg, *dziś tak samo.* Der Thutz, *Tuczno.* Hochczeit, Schivelbein, Granser, *dziś tak samo.* Sloppe, *Człopa.* Kuretow, *Kürtow, dawniéj Korytowo.* Frigenwalde, *Freienwalde.* Melne, *Mellen.* Welsickenburg, *Welschenburg, niegdyś zamek p. m. Dramburg.* Sunnenburg, *Sonnenburg.* Kunigiswalde, *Königswalde.* Riczerow, *Rietzig.* Russow, *Rützow.* Cersseburg, *Carsbaum.* Goren, *Göhren.* Methelin, *nie odgadnione.* Craszig, *Cratznik.* Drossen, *dawniéj Ośno.* Zcullentzk, *dawniéj Sulęcin, dziś Zielenzig.* 'Rippin, *Reppen.* Lagow, Rampitz, Drenzig, Sandow, *dziś tak samo.* Oderburg, *Oderberg. Następne miejscowości leżą na lewym brzegu rz. Odra.*

Nr. 1519.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1364 Apr. 27, in Land; protestatur, Dobrocham heram de Wrąbczyn recognovisse, omnem substantiam, quam possideret, esse abbatis de Ląd.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia pieczęci.
Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, universis et singulis quibus nosse fuerit oportunum palam recognoscimus et aperte, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis domina nomine Dobrocha, hera de magna Wronczino, existens sana et incolumis per graciam Ihesu Cristi, recognovit publice protestando: quod omnem substanciam quam habet, tam iumenta indomita quam pecora, cum pecudibus et aliis universis que habet et possidet, hec non sunt eius, sed religiosi viri domini Iohannis divina miseracione abbatis in Land suique monasterii in Landa; ita tamen, quod post mortem eiusdem domine Dobroslawe, nec pueri nec aliquis amicorum suorum habet ius et respectum ad omnem substanciam iam dictam, nisi dominus Iohannes abbas Landensis cum suo monasterio prenotato. In cuius rei testimonium, sigillum nostri tytuli presentibus est appensum. Actum et datum in Land sabbato post diem beati Marci ewangeliste, sub anno Nativitatis Domini m.ccc sexagesimo quarto, presentibus hiis testibus et dominis: Laurencio castellano Landensi, Przesprawo vexillifero Calisiensi, Iohanne de Beganowo, Henrico de Wola heredibus, et aliis multis fidedignis.

Magna Wronczino, *Wrąbczyn.* Land, *Ląd.* Bieganowo, Wola, *dziś tak samo; wsi ostatniego nazwiska znajduje się 5 w okolicy m. Konin.*

Nr. 1520.

Dobeslaus iudex Poznaniens. 1364 Apr. 30, in civitate Poznaniensi; Rolando abbati monasterii de Obra adiudicat, ut molendinum a Swanthomiro herede de Komorowo constructum confringere, structuram vero in palude villae Komorowo adiacenti restaurare possit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Obra, Lib. privil. fol. 40.

In nomine Domini amen. Nos Dobeslaus iudex Poznaniensis, omnibus et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod feria tercia Rogacionum summis terminis in civitate Poznaniensi sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto celebratis, ubi strenuus miles dominus Wirzbentha generalis Poznaniensis capitaneus ceterique eiusdem terre Polonie milites iudicio prefuerunt, ibi veniens religiosus dominus Rolandus, divina paciencia abbas de Obra, in Swanthomiro herede de Komorowo obtinuit iusto et vero iudicio exigente, quod molendinum quod idem Svanthomirus construxit, frangatur; structuram, quam fecit idem abbas per paludinem que transit de Karpicko per Komorowo in Nalco, eandem dominus abbas pro suis usibus reformabit, arenam et rubetum in bonis ipsius Swanthomiri recipiendo. Eciam in molendino Nalco ipsi Svanthomiro et suis successoribus sine metreta molere molendinatores non debent nec tenentur. Nos enim sedentes circa dominum Wirzbentha generalem Polonie capitaneum, omnia suprascripta de consensu, consilio et informacione militum tunc pro tribunali sedencium adiudicavimus et per presentes perpetuis temporibus adiudicamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno, die, loco, quibus supra.

Obra, Komorowo, Karpicko, *dziś tak samo.* Nalco, *Niałek.*

Nr. 1521.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1364 Mai. 8, Gnezne; concordiam confirmat, quam Iohannes abbas de Ląd cum Simone plebano de Lądek ratione quorundam agrorum circa villam Dolany fecerat.

Włocławek. Lib. privilegior. monasterii Ląd, pag. 193.

Nos Iaroslaus divina providentia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad perpetuam rei memoriam cupimus fore notum: quod exorta inter religiosum virum, dominum Iohannem abbatem de Landa conventumque ipsius Ordinis Cisterciensis, parte ex una, et fratrem Simonem plebanum oppidi Lendensis, Ordinis eiusdem, parte ab altera super agris, pratis et pascuis que ad ecclesiam parochialem de iure pertinent, circa Dolany villam monasterii Landensis iacentibus, qui agri sive pascua et prata per cmethones de Dolany villa iam dicta de die in diem vi depascebantur, materia questionis, tandem, cum iidem dominus abbas et conventus ac frater Simon plebanus multimodas controversias intra se habuerunt, visum dicto abbati et conventui extitit, quod conscientie dicti fratris Simonis committerent, quatenus sibi et ec-

clesie sue alios agros equivalentes causa commutationis inveniret. Qui frater Simon iuxta suam conscientiam, Deum solum habendo pre oculis habitaque etiam secum deliberatione et cum aliis, sortem agrorum Magne curie, agris ecclesie Lendensis adiacentem, pro dictis agris circa Dolany recepit ac commutavit, pratum vero quod ab antiquo sue ecclesie Lendensi pertinuit, pro se et ecclesia sua reservando. Tradidit eciam et assignavit idem frater Simon monasterio Landensi iam dicto censum de dimidio manso, duas mensuras siliginis et duas avene, unam tritici et unam hordei, et tres grossos in oppido predicto Lendensi, quem censum plebani et ecclesia annis singulis percipiebant. Et sic concordia inter se solemniter habita, predicti dominus abbas cum conventu et frater Simon plebanus nobis supplicarunt, ut huiusmodi concordiam seu commutacionem nostris literis confirmare dignaremur. Nos igitur, visa iusta domini abbatis et sui conventus ac fratris Simonis supplicacione, ratam et gratam habentes, ipsam in personam dicti fratris Simonis et suorum successorum, qui pro tempore fuerint, in nomine Domini ratificamus, confirmamus perpetuo valituram consilio nobiscum habito iuris peritorum. Datum Gnezne die beati Stanislai martyris et pontificis, anno Domini M.CCC.LXIIII, presentibus honorabilibus viris, dominis Iohanne cantore, Martino archidiacono, Gelczone scolastico, Iohanne custode et Nicolao cancellario Gneznensibus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Landa, *Ląd.* Dolany, *Dolany.* Magna curia, *Wielodwór.*

Nr. 1522.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1364 Mai. 15, Gnezdne; una cum Iaroslao archiepiscopo, dioeceses Gneznensem et Poznaniensem limitat.

Pergam. orygin., u którego dwie pieczęcie przywieszono. Pierwsza biskupa Jana, opisana w Nrze. 1441; napis: S. Iohis. Dei Gracia Epi. Poznanien.; *drugiéj ułamek bez wycisku, zawieszony na pasmie nici jedwabnych, zielonych.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 168.

In nomine Domini amen. Suscitata inter venerabiles in Christo patres, dominos Iaroslaum divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum et Iohannem eadem providencia episcopum Poznaniensem, et eorum ecclesias super limitibus, gadibus et graniciis suarum diocesium in districtu seu territorio quod Paluki vulgariter nuncupatur, nec non super ecclesiis Gostdowo et Oppathowo sitis in districtu Pisdrensi materia questionis, et licet in certas personas et dominos de Gneznensi et Poznaniensi Capitulis honorandos et eciam fidedignos super inquirendis ipsis limitibus, gadibus seu graniciis per eosdem dominos utrinque extiterit compromissum tanquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores, ipsumque compromissum fuerit certa pena vallatum, nequaquam tamen idem arbitri, arbitratores et amicabiles compositores super limitibus, gadibus seu graniciis eisdem in districtibus et locis predictis in unam sentenciam poterant convenire, propter quod memorati domini archiepiscopus et episcopus convenientes pariter et in Gnezdna personaliter constituti, mediantibus dominis, suis fratribus infrascriptis de prefatis Gneznensi et Poznaniensi Capitulis, et de ipsorum consilio et assensu, super prenarratis limitibus,

graniciis iuxta modum subnotatum, volentes parcere laboribus et expensis et sese prosequi favoribus opportunis, amicabiliter concordarunt ac ipsas Gneznensem et Poznaniensem dioceses limitarunt. Cesserunt quidem et applicate sunt Gneznensi diocesi ecclesie in villis infrascriptis in districtu Paluki: in Zun videlicet, in Grilewo, in Golancze, in Choyna et in Iactorovicze cum villis nomine parrochie adiunctis et decimis adscriptis eisdem. In villis eciam intermediis, scilicet in Kovalewo, Lippini et Szamoczino, decime ad Gneznensem ecclesiam et ad mensam archiepiscopi perpetuo pertinebunt, licet heedem tres ville, Kovalewo, Lippini, Szamoczino, de iurisdiccione sint episcopi Poznaniensis et ad ipsius diocesim debeant pertinere. Et ecclesia de Margonino cum villis eciam adiunctis et decimis aliis adscriptis eidem, nec non decime in Prochnowo, ad mensam ipsius episcopi Poznaniensis, ac Szulasszevo ad eius Poznaniensem diocesim et ville alie cum decimis iacentibus versus Poznaniam spectabunt in posterum et sunt iuncte. In districtu vero Pisdrensi, ecclesie in Gostdowo et in Oppathowo cum villis que ad eorum parrochias sunt adiuncte et cum decimis adscriptis eisdem, ad diocesim Poznaniensem perpetuis futuris temporibus pertinebunt. In quibus quidem ecclesiis, villis et locis omnibus supradictis, prefati domini archiepiscopus et episcopus et successores eorum, iuxta limitacionem predictam iurisdiccionem per se vel archidiaconos suos omnimodam et plenariam exercebunt deinceps et faciant exerceri. In quorum omnium evidenciam clariorem, sigilla nostrum dictique nostri Capituli Poznaniensis presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezdne Idus May, sub anno Domini M.CCC. sexagesimo quarto, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Iohanne cantore, Martino archidiacono, Kelczone scolastico, Iohanne custode, Nicolao cancellario, Iohanne Falonis, Preczslao sancti Georgii preposito, Dobeslao et Iohanne officiali, prelatis et canonicis Gneznensibus, nec non nobilibus viris: Paskone palatino Poznaniensi et Vincencio castellano Camynensi, ac Iohanne custode, Stanislao thezaurario, et Nicolao, prelatis et canonicis Poznaniensibus, aliisque pluribus fidedignis testibus ad premissa.

Territorium Paluki, *Pałuki, obszar województwa Kalisk., leżący pom. rzeką Noteć a rz. Wełna.* Zun, *Żoń.* Grilewo, *Grylewo.* Golancze, *Gołańcz.* Choyna, *Chojno.* Iactorovicze, *Jaktorowo.* Kowalewo, Lipiny, *dziś tak samo.* Szamoczino, *Szamocin.* Margonino, *Margonin.* Pruchnowo, Sulaszewo, *dziś tak samo.* Gostdowo, *Gozdowo.* Oppathowo, *Opatowo.* Camynensis, *de Kamień.*

Nr. 1523.

Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Mai. 27, Cracovie; confirmat privilegium, quod dederat monasterio de Lubin: **Wladislaus heres regni Polonie 1318 Iun. 29, apud Pisdir.**

Pergam. orygin. Na sznurze z nici jedwabnych, zielon. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 20.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam plus divinum noscitur esse quam humanum, proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec

non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum esse volumus quibus expedit universis presentibus et futuris, quod in nostra baronumque nostrorum constitutus presentia religiosus vir frater Nicolaus, nomine.. abbatis et fratrum monasterii sancte Marie in Lubin Ordinis sancti Benedicti, quoddam privilegium genitoris nostri, felicis recordationis.. regis Polonie illustris, super donacione hereditatis infrascripte nobis optulit, petens illud humiliter a nostra gratia confirmari. Cuius privilegii tenor sequitur in hec verba: *(Sequitur diploma Nr. 1000).*

Nos itaque peticionibus predicti fratris Nicolai procuratoris monasterii memorati, tamquam dignis (sic), predictum privilegium cum omnibus suis clausulis per omnia ratum habentes et gratum approbantes, ex certa sciencia ratificamus, et duraturum perpetuis temporibus confirmamus harum quibus nostrum sigillum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum Cracovie feria secunda infra octavas Corporis Christi, anno Nativitatis eiusdem millesimo CCC. sexagesimo quarto, presentibus: Wyrzbantha capitaneo Polonie, Zavissa castellano Sandecensi, Andrea subiudice Cracoviensi, Swanthoslao vicethezaurario nostro, Bodzantha procuratore generali, Iohanne de Rzeszow, et aliis multis fide dignis. Datum per manus domini Ottonis cancellarii nostri Polonie.

Lubin, *Lubin.* Sandecensis, *de Sącz.* Rzeszow, *Rzeszów.*

Nr. 1524.

Fr. Gnewomirus prepositus domus Tremesnens. 1364 Iun. 25, in Tremesna; una cum conventu suo protestatur, Michaelem sculteturn hereditatis sui monasterii dictae Popielewo, scultetiam eandem cuidam Martino vendidisse, iuraque eius describit.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte, śladu przywieszenia pieczęci nie masz.
Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran.

In nomine Domini amen. Cum gesta temporalia plerumque per lapsum temporis evanescunt, evidens nobis innuitur argumentum, quod decreta preteritorum memoriam sepius hominum effugiunt modernorum, nisi scripti ac vive vocis testimonio fulciantur. Ob hoc igitur nos frater Gnewomirus, divina paciencia prepositus domus Tremesnensis, una cum toto conventu eiusdem domus omnibus hoc presens scriptum intuentibus de presenti protestamur et per hoc presens scriptum profitemur, quod veniens ad nostram et nostrorum fratrum predictorum presenciam discretus vir Michael tunc scoltetus noster de Popilevo, coram nobis, non coactus, sed sua spontanea voluntate et cum nostra et nostrorum fratrum predictorum speciali benivolencia et favore, scolteciam, quam in nostra hereditate iam dicta Popilevo tunc secundum ius Sredense habere videbatur, discreto ac nobili viro Martino suisque legittimis successoribus vendidit et publice coram nobis resignavit sive donavit, et a se et a suis progenitis sive parentibus sibi eam liberam facere promisit, et hoc pro viginti sex marchis grossorum, perpetuis temporibus possidendam. Nos vero videntes iam dicti Michaelis vendicionem nec non et resignacionem condignam, dictum Martinum iam scoltetum nostrum de eadem scoltecia extunc investivimus et nunc in

presenti investimus, nec non et eadem iura que tunc prenominato Michaeli in eadem scoltecia dederamus, nunc in presenti iam prenominato Martino scolteto nostro damus, sibi et suis legittimis successoribus in perpetuum possidenda: videlicet quatuor mansos liberos, et de omnibus iudiciis, tam in Polonico iure quam in Theutonico in dicta hereditate de gadibus ad gades iudicatis, tercium denarium, et duos pro nostro monasterio reservamus; hoc excepto, quod, si idem scoltetus vel aliquis de sua familia aliquid vicium scrupuli ibidem perpetraverit et iudicialiter in aliquam penam condempnatus fuerit, de hoc ipse nullam penam recipiet, sed totum pro nostro monasterio reservamus. Item damus sibi et suis liberis duos ortos liberos, residuos vero pro nostro monasterio reservamus; et de tabernis que in dicta hereditate esse poterint, eciam tercium denarium, et duos pro nobis reservamus. Damus eciam sibi et suis liberis in nostro lacu ibidem cum his retibus piscari, videlicet cum slampnicicza, venczers et mala vanda, in Polonico sic vocatis, et hoc pro sua mensa speciali. Item damus sibi et suis posteris de omnibus utilitatibus, que ibidem pro glandinibus, lignis et roboribus possent evenire, eciam tercium denarium. Amplius damus sibi et liberis suis de pistriniis, maxellis carnium, fabriciis, sutorys et de aliis quibuscunque officinys tercium denarium, et duos pro nostra domo reservamus. Volumus eciam omnibus esse notum, quod iam sepenominatus scoltetus nobis in predicta hereditate triginta mansos locare tenebitur: pro se et suis liberis, ut supra dictum est, quatuor, pro nobis vero viginti sex; et quidquit ibidem residuum fuerit, totum ad nostrum monasterium videbitur pertinere. Pro decima vero idem scoltetus et sui posteri, de quolibet suo manso libero per tres scotos grossorum nobis quolibet anno in perpetuum dare tenebuntur, et pro prandio magni iudicii tercio, semel in anno sex scotos grossorum nobis dabit. Servicium vero nobis exhibebit, prout alii scolteti in nostris hereditatibus nobis exhibere tenentur. Damus eciam et concedimus omnibus inkolis ibidem, a censu nostro annuali, a data presencium decem annorum libertatem; expirata vero decem annorum libertate, incole iam dicti, quilibet nobis de suo proprio manso quolibet anno in festo sancti Martini per sex scotos grossorum nobis solvere tenebuntur. Decimam vero nobis in suis agris manipulatim dabunt et ducent in curribus suis propriis ad oreum nostrum. Quater in anno in nostris agris arare tenebuntur. Item pro quolibet prandio magni iudicii, bis in anno, cmetones predicti omnes pariter sex scotos grossorum nobis dare tenebuntur. Item in festo Pasche per medium capete ovorum, et in Assumpcione sancte Marie per duos pullos unusquisque de suo proprio manso nobis dabit. Ut autem hec vendicio, resignacio, donacio et nostre protestacionis ordinacio inconvulsa permaneat, nostro et nostri capituli sigillis hoc presens scriptum fecimus appensione roborari. Datum et actum in Tremesna septimo Kalendas Iulii, sub anno Domini **m.ccc.lxiiii**, presentibus hys testibus: comite Martino subdapifero nec non herede de Bozevice, comite Nicolao gladifero Kalisiensi et herede de Wilczina, comite Alberto herede de Poverske, comite Ianusio herede de Starchinovo, comite Ianusio herede de Rugovo, comite Nicolao herede de Sobeiuca, et aliis quam pluribus fide dignis.

Constat michi scriptori de prima interlinea, sub prima linea intuentibus *et de interlinea sub undecima linea:* possent evenire: *quod non feci vicio, sed errore.*

Popilevo, *Popielewo.* Bozevice, *Bożejewice.* Wilczina, *Wilczyn.* Poverske, *Powiercie.* Starchinovo, *Starczanów.* Rugovo, *Rogowo.* Sobeiuca, *Sobiejuchy.*

(Wyrazy intuentibus *i* possent evenire, *są poprawione.)*

Nr. 1525.

Iohannes episcopus ecclesie Poznaniens. 1364 Iul. 1, Poznanie; Nicolao Bleser scultetiam in villa suae ecclesiae dicta Kosowo, iure Sredensi locandam tradit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 132.

In nomine Domini amen. Cum oblivio diuturnitate confundens memoriam humane nature inducat errorem, necessarium est, res sollempniter gestas litterarum et testium adminiculo solidare. Proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus ecclesie Poznaniensis, notum facimus tam presentibus quam futuris presencium tenore litterarum, quod inspecta utilitate nostre ecclesie predicte, duos mansos, quos providus vir Nicolaus dictus Bleser, a nostro predecessore domino Alberto olim episcopo Poznaniensi pro suis fidelibus serviciis de consensu Capituli nostri obtinebat liberos ab omnibus solucionibus episcopalibus, recipientes ab ipso per modum commutacionis eosdem, contulimus sibi in Kossowo villa nostra pro eisdem et pro addicione certe pecunie summe tres mansos cum tribus areis liberos nomine scultecie, quam inibi una cum suis liberis et successoribus legittimis perpetue exnunc cum consensu nostri Capituli predicti obtinebit et habebit. Racione cuius scultecie et locacionis, liberam tabernam, pistrinum, macellum carnium, fabrum, sutorem, piscacionem cum parvis retibus, et ortum si fuerit in mensura tercium, et de qualibet re iudicata tercium denarium libere obtinebit. Insuper permittimus ei, ut possit iumenta et oves habere et pascere pro se extra gregem incolarum, et hoc absque dampno et detrimento frumentorum seu segetum et pratorum in eadem hereditate contentorum. Venacionem eciam leporum, vulpium, luporum et ursorum, ac quiscularum, perdicum ac aliarum avium minutarum habebit exercendi facultatem. Gaudebunt itaque incole ville nostre predicte a data presencium octo annorum omnimoda libertate, et iure Szredensi utentur. Expletaque huiusmodi libertate, nobis et nostris successoribus unum fertonem, duodecim grossos Bohemicales pro fertone computando, et maldratam frumenti triplicis grani, videlicet quinque siliginis, quinque avene et duas ordei mensuras, ad mensuram in Slupcza consuetam, annis singulis in festo beati Martini solvere et ad curiam nostram in Czanszym adducere tenebuntur. Ad maiora eciam iudicia, que ter in anno fiunt, scultetus noster predictus unum prandium et villani duo prandia, aut pro quolibet prandio unum fertonem, numerando pro fertone duodecim grossos ut predicitur, nobis et nostris successoribus dabunt et exhibebunt. Ceterum omnia alia iura et servicia seu soluciones, prout cetere ville nostre Theutonicales eodem iure locate faciunt, nobis solvere et exhibere teneantur. Et quoniam iura Szredensia nobis prorsus sunt incognita, omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra in omnibus reservamus. In cuius rei testimonium, presentes sibi litteras dedimus, nostri et nostri Capituli predicti sigillorum appensione roboratas. Actum et datum Poznanie feria secunda infra octavas beatorum Petri et Pauli apostolorum, presentibus et consencientibus honorabilibus et discretis viris, dominis Troyano preposito, Dithcone decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Henrico dicto Zila cantore, Iohanne custode, Iacobo archidiacono et officiali, Sbiluto preposito Wladislaviensi, Iohanne cantore, Kelczone scolastico, Iohanne custode Gneznensibus, Nicolao dicto

Czibulca, Pribigneo, Andrea, Hancone de Dobrzicze, Nicolao palatini, Alberto, Wiersbentha, Vythkone, et aliis canonicis Poznaniensibus, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto.

Kossowo, *Kosowo.* Slupcza, *Słupca.* Czanszym, *Ciążyń.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Dobrzicze, *Dobrzyca.*

Nr. 1526.

Iohannes episcopus ecclesie Poznaniens. 1364 Iul. 1, Poznanie; Mathiae, dicto Nyeszdzycz, sculteliam in villa Stępocin, iure Sredensi locanda vendit. *Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 85.*

In nomine Domini amen. Cum oblivio diuturnitate confundens memoriam humane nature inducit errores, necessarium est, res sollempniter gestas, litterarum et testium subsidio solidare. Proinde nos Iohannes, divina et apostolice Sedis providencia episcopus ecclesie Poznaniensis, notum facimus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, quod ob meliorem nostrorum bonorum condicionem, sculteciam in villa nostra Stampoczyno vulgariter dicta, iure Theutonico Srzedensi locanda, Mathie dicto Nyeszdzycz de consensu fratrum nostrorum, videlicet de Poznaniensi Capitulo, vendidimus pro certa pecunie quantitate: racione cuius scultecie, idem Mathias cum sua legittima posteritate habebit duos mansos liberos et tercium denarium de re qualibet per ipsum iudicata; tabernam, pistrinum, macellum carnium, fabrum, sutorem perpetuo libere possidebit. Preterea, predictus scultetus et sua legittima posteritas, ad maiora iudicia que ter in anno fiunt, unum prandium, et villani duo prandia, vel pro quolibet prandio unum fertonem, duodecim Bohemicales pro fertone computando, nobis solvent et exhibebunt. Incole vero ville nostre predicte, de quolibet manso nomine census unum fertonem, duodecim grossos ut predicitur Bohemicales pro fertone numerando, et maldratam frumenti triplicis grani: quatuor mensuras siliginis, quatuor avene, duas tritici et duas ordei: nobis et nostris successoribus singulis annis in festo beati Martini solvere, et ad nostram curiam Poznaniensem deducere tenebuntur et sint astricti. Omnia eciam alia iura et servicia seu soluciones, prout cetere ville nostre Theutonicales eodem iure locate faciunt, nobis facere et exhibere teneantur. Et quoniam iura Szredensia nobis prorsus sunt incognita, omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et nostris successoribus ac integra in omnibus reservamus. In cuius rei testimonium, presentes sibi litteras dedimus nostri et predicti nostri Capituli sigillorum appensione communitas. Actum et datum Poznanie feria secunda infra octavas beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, presentibus et consencientibus honorabilibus et discretis viris, dominis Troyano preposito, Dythcone decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Henrico dicto Zela cantore, Iohanne custode, Iacobo archidiacono et officiali, Sbiluto preposito Wladislaviensi, Iohanne cantore, Iohanne custode Gneznensibus, Nicolao dicto Czebulca, Andrea, Pribigneo, Hancone plebano de Dobrcze, Alberto, Nicolao palatini, Wyrzbantha, Vithkone, et aliis canonicis nostris Poznaniensibus.

Stampoczyno, *Stępocin.* Dobrcze, *Dobrzyca.*

Nr. 1527.

Casimirus rex Polonie etc. 1364 Iul. 2, Posnanie; confirmat litteras terminales, quas dederat Ordinibus Theutonicorum et s. Iohannis Ierosolimitani: **Boleslaus dux Polonie etc. 1251 Nov. 19, Poznanie.**

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. A, 24, p. 71. (*Z Oelrich's Beiträge*).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Suadet nobis nostra benignitas, ut eo solertius simus intenti ad amplianda religiosorum virorum commoda, quo obnixius cupimus illum Dominum, per quem regimur (sic) et principamur in terris, pro nobis rogari, et sic bona opera seminare in terris, ut mercedem metere valeamus in celis. Proinde nos Casimirus, Dei gratia rex Polonie nec non terrarum Cracovie Russieque dominus et heres, notitie universorum tam presentium quam futurorum volumus commendare, quod accedentes ad nostram procerumque presentium (sic) legati venerabilis domini Heinrici Kniprade, generalis magistri Ordinis in Prussia legati (sic), et una cum eis religiosus vir Bernhardus de Schulenburg, commendator in Zippelnburgk, in nomine totius Ordinis equestris fratrum Hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani, produxerunt coram nostra celsitudine litteras terminales, a Q. (sic) principe Boleslao, clare memorie Polonie et Cracovie duce, avunculo nostro et antecessore charissimo, Conrado landgravio Hassie et Thuringie, generali magistro Ordinis Prussie datas, quibus undique mutuo consensu decisio et equatio terminorum Nove Marchie terreque Sternebergensis, inter nos, generales magistros Ordinis Prussie, marchiones Brandenburgenses, et fratres Hospitalis S. Iohannis Ordinis equestris Hierosolymitani facta est: humiliter supplicantes, cum dicte littere vetustate fere essent consumte, ut illas de solita maiestatis nostre benignitate innovare, ratificare et confirmare dignaremur: quorum petitionem, ex singulari propensitate quam in eos et Ordinem fratrum Hospitalis S. Ierusalem (sic) habuimus, non denegare voluimus. Quarum litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: (*Sequitur diploma Nr. 297).*

Ratificamus igitur, confirmamus et renovamus ex regia potestate et plenitudine hasce litteras limitatorias, limitationemque ipsam supra narratam et ab antecessoribus nostri regni equatam et continuatam illam perpetuo servandam (sic). In cuius rei fidem, presentes litteras sigilli nostri regii appensione iussimus firmiter communiri presentibus nostris consiliariis et fidelibus: venerabili in Christo patre domino Iohanne episcopo Posnaniensi, et Pascope (sic) Posnaniensi, Ptzesslei etc. (sic). Posnanie, die Visitationis Marie, anno MCCCLXIV.

Zippelnburgk, *Tempelburg, czyli Czaplinek.* Sternebergensis, *de Sternberg. O znaczeniu dyplomatu Nr. 297 cnfr. Nagłówek tegoż. Dodać wypada, że i zamek Czaplinek, zbudowany przez Templarjuszów na obszarze nadanym im dopiero w r. 1286, przeszedł również po zniesieniu tego Zakonu r. 1313 na własność Kawalerów S. Jana Jerozolimskiego.* (*Cnfr. Nra. 570, 679 i 954*). *W końcu, król Kazimierz bawił r. 1364 w miesiącu Lipcu prawdopodobnie w Krakowie; cnfr. Piekosiński, Kod. dyplomat. Katedry Krakowskiéj.*

Nr. 1528.

Iacussius heres de Iakubowo 1364 Iul. 6, in Wrzesna; scoltetiam in Jakubowo, Swanthoslao et Stanislao vendit eisque iura condigna largitur.
Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 25.

In nomine Domini amen. Cunctorum factorum perierit memoria, nisi testibus veridicis ac instrumentis scriptis vel publicis fuerint roborata. Igitur noverint universi tam presentes quam futuri ad quorum noticiam presens scriptum fuerit devolutum, quod nos Iacussius, verus ac legittimus heres de Iakubowo, una cum filiis nostris, sanus et incolumis mente et corpore, non coactus, sed bona deliberacione maturoque de consilio et de nostra omnimoda voluntate discretis viris Swanthoslao et genero suo Stanislao vendidimus scolteciam cum tribus mansis pro quatuor marcis grossorum nostra in hereditate, que vulgariter Iakubovo nuncupatur, ipsis et ipsorum legittimis successoribus natis seu nascendis, iure hereditario in perpetuum possidendam. Addidimus eciam eidem scolteto thabernam locare, sibi et suis successoribus perpetue obtinere; ita tamen, quod nulla alia thaberna debet sini et locari in predicta hereditate, nisi elabentur anni liberales. Item, predictus scoltetus tercium denarium debet habere de iudicio de qualibet pena, de qualibet re iudicata. Item tribuimus et damus prefato scolteto et suis posteris tercium denarium in empcionem cote (sic), quod polonicaliter dicitur wcup, quod potest contineri in metis et gadibus predicte hereditatis prout est circumferencialiter distincta. Item, cum mensurabitur predicta hereditas, quidquid erit de residuitate et superfluitate agrorum seu pratorum, de toto prenominatus scoltetus terciam partem debet perpetue pacifice et liberaliter possidere. Item prefatus scoltetus debet nobis servire in equo valente dimidiam alteram marcam, cui nos in omnibus serviciis nostris pro dampno debemus stare, excepta tantummodo expedicione. Et cum equitabit nobiscum ad expedicionem domini regis, nullas res gravissimas seu armaturas honerosas post nos portabit, videlicet hastam et clipeum, et alia quam plurima ad bellum pertinencia. Item iam dictus scoltetus potest habere et pascere armentum tam ovium quam peccorum et iumentorum in pascuis nostre hereditatis. Item, sepedictus scoltetus potest agere quamlibet venacionem libere, exceptis tantummodo dorcis (sic) et damis et aliis superioribus animalibus, de quibus nobis dare debet duas partes, pro se vero terciam partem tollet. Item predictus scoltetus debet nobis dare tercium iudicium, videlicet quatuor grossos. Item, si nominatus scoltetus infra annos libertatis non collocaret nostram hereditatem, in nullo a nobis inculpabitur. Insuper incolis prefate nostre hereditatis concedimus et damus, a nobis et a nostro rege quatuordecim annos libertatis pro locacione et reformacione nostre hereditatis. Elapsis vero annis liberalibus, incole ville prenominate tenebuntur dare nobis nostrisque successoribus singulis annis pro censu quatuor mensuras siliginis, totidem avene et quatuor scotos grossorum de quolibet manso. Item sepedicti kmethones pro Paschali honore tenebuntur nobis solvere quolibet anno pernam carnium sive sex grossos, de quolibet manso viginti ova. Item prenominati kmethones debent nobis dare pro iudiciali pecunia quatuor scotos grossorum. Insuper supradictis kmethonibus contulimus et damus totum ius terrestricum (sic), prout continetur in totis terris regni nostri. Et ut hec vendicio rata et inviolabilis permaneret, presentem paginam nostri sigilli mu-

nicione duximus roborandam. Actum et datum in Wrzesna sabbato in octava Petri et Pauli apostolorum, sub anno Domini m.ccc. sexagesimo quarto, presentibus hys testibus: Dobrogostio capellano, Bodzantha herede de Wrzesna, Nicolao ministeriali domini regis, Iohanne cive de Wrzesna, Petro Malisza dicto, Micossio herede de Golczevicze, et aliis quam plurimis fide dignis.

Iakubowo, *Jakubowo.* Wrzesna, *Września.* Golczevicze, *Gólczewo.*

Nr. 1529.

Msczyvugius subcamerarius Cracoviens. etc. 1364 Iul. 26, in Bydgostia; protestatur, dominam Ludka de Rucewo a monasterio de Byszewo pretium hereditatis Wyskidno recepisse.

Pergam. orygin. Skrawki pergamin. od przywieszonéj pieczęci.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 98.

Nos Msczyvugius subcamerarius Cracoviensis nec non capitaneus Bydgostensis protestamur in hys scriptis, quod nobilis domina, domina Lutka de Rsuczovo, in die beati Iacobi apostoli in Vladislavia in domo Alberti pellificis, civis eiusdem civitatis, coram Laurencio notario nostro, Nicolao de Solicz advocato, Krsyvosant de Neczisow, Andrea de Sambow, eciam Alberto pellifice iam nominato publica ac viva voce est protestata seu fassa, quod ipsi per dictum Iohannem abbatem de Byssovia pro hereditate Wyskidno centum lx marce grossorum, lx oves plenarie ac totaliter sint persolute. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Bydgostia anno Domini millesimo ccc.lxiiii, in crastino Iacobi apostoli beati.

Rsuczovo, *Rucewo.* Vladislavia, *Inowrocław.* Solicz, *Solec.* Neczisow, *Nieciszewo.* Sambow, *pewnie Dziembowo.* Byssovia, *Byszewo.* Wyskidno, *Wyskidno.*

Nr. 1530.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1364 Aug. 18, in Pysdri; protestatur, Albertum heredem de Targowa Górka, quartam partem eiusdem hereditatis Iohanni castellano de Śrem vendidisse.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Dec. 26, in Pysdri.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 170.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, universis et singulis tam modernis quam futuris quibus patefacta fuerit presencium continencia litterarum publice profitemur, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam Albertus heres de Milesina Gorca, non compulsus, non coactus nec aliquo vicio aut errore circumventus, sed maturo consilio suorum amicorum super eo habito, nobili viro domino Iohanni castellano Sremensi, et per eum suis veris ac legittimis successoribus natis seu nascendis, quartam

partem hereditatis Milesina Gorca vulgariter dicte, cum attinenciis ac hereditatibus Lopino parvum et Brcovo (sic) dictis, ceterisque utilitatibus, quocunque nomine censeantur, ad eandem quartam partem eiusdem hereditatis Milesina Gorca spectantibus, pro trecentis marcis grossorum paratorum et quadraginta vendidit, contulit, ascripsit et resignavit iure hereditario tituloque proprietatis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, commutandam et ad usus beneplacitos convertendam, secundum quod sibi melius et utilius videbitur, exponendam; promittens ipsum exbrigare ab omnibus inquietacionibus, occupacionibus et irritacionibus, cuiuscunque status aut condicionis fuerint, racione supradicte quarte partis hereditatis Milesina Gorca et attinenciis eius Lopino parvum et Borcovo, infra tres annos a data presencium continue subsequentes, iuxta laudum et terre statuta, quando aut quociens et necessarium fuerit seu eciam oportunum. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Pysdri dominico die infra octavas Assumpcionis beate Marie, anno Domini M.CCC.LX quarto, presentibus dominis: Preczslao palatino Kalisiensi, Andrea Kalisiensi, Sandzivogio Naklensi, Laurencio Landensi castellanis, Preczslao Poznaniensi, et Thomislao Calisiensi iudicibus.

Milesina Gorca, *Targowa Górka.* Lopino parvum, Borcovo, *pewnie dziś Mała Górka. Borkowo p. Pyzdrami jest blisko 3 mile odległe.* Naklensis, *de Nakło.* Landensis, *de Ląd.*

Nr. 1531.

Arnoldus canonicus Poznaniens. 1364 Dec. 21, Poznanie; venditionem scultetiae in villa Capituli dicta Starczanów confirmat, ab antiquis eiusdem scultetis Falconi filio Petrziconis resignatae.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Nicolaus Strzeskonis thezaurarius et officialis Gneznens. 1404 Iul. 4, Poznanie. *U oryginaln. pergaminu przywieszona pieczęć Kapituły Poznańskiéj i wzmiankowanego Strzeszka.*

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 13.

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi voce testium vel scriptura fuerint roborata. Igitur nos Arnoldus, canonicus Poznaniensis dominus quoque ville Capituli similiter Poznaniensis que Starczinowo vulgariter nuncupatur, notum facimus presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod ad nostram accedentes presenciam filii quondam Soldre, videlicet Nicolaus dictus Miska, Cosma nec non Mroczko recognoverunt, se suo nomine et aliorum fratrum et sororum absencium sculteciam, quam obtinebant in eadem villa Starczinowo iure Maydburgensi locatam, Falkoni quondam Petrziconis fabri de Budzeiewo pro certa pecunie quantitate vendidisse cum omnibus iuribus et pertinenciis prout inferius annotatur. Quam quidem empcionem et vendicionem ratam et gratam habentes, recepta resignacione a dictis filiis Soldre, dicto Falkoni eandem resignavimus sculteciam, sibi et suis posteris et successoribus legittimis iure hereditario libere et perpetue possidendam; ita tamen, quod si tempore succedente heredes multiplicati fuerint, extunc unus ab aliis redimat, et remaneat solus heres. Cuius quidem scultecie nomine ipse scoltetus habebit tres mansos liberos cum areis ad ipsos inante spectantibus, duos ortos circa transitum

versus Vartam, tabernam circa quam habere poterit fabrum, sutorem, maccellum carnium, panum in areis supradictis, omnia libera; tercium quoque denarium de re qualibet iudicata et omnes denarios iuramenti. Ipse autem scoltetus per se aut ortulanis mediantibus suis in fluvio Vartha habebit piscari in cimba, exceptis omnibus retibus maioribus et minoribus. Habebit eciam predictus scoltetus et sui successores in districtu eiusdem hereditatis facultatem et licenciam lepores prendendi, fasones, pardices, quisculas capiendi, et alias bestiolas et aviculas, que sue utilitati competere videbuntur. De tribus magnis iudiciis annuatim duo prandia kmethones, tercium scoltetus, aut pro quolibet ipsorum fertonem grossorum domino ville dabunt. Incole vero ville eiusdem, domino ville fertonem, et canonico qui pro tempore fuerit, racione census seu decime, alium fertonem annis singulis festo sancti Martini solvere tenebuntur. Pro honoribus vero, ad festum Pasce de manso per quindecim ova, festo beati Petri duos arietes pro quatuor scotis, ad festum Natalis Domini porcum pro fertone incole dicti solvent. Ad quam quidem solucionem honorum, memorati ortulani aut degentes in ortis vel in areis scolteti predicti penitus non trahantur. Ortulani vero spectantes ad dominium solvent de quolibet orto per quatuor grossos et per duos pullos annuatim, et ad honores persolvendos ipsi ortulani dominii villanos de tercio denario sublevabunt. In quorum omnium testimonium, reverendorum dominorum, Capituli videlicet Poznaniensis, nec non honorabilis viri domini Troyani prepositi Poznaniensis ac nostrum sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie die beati Thome apostoli, anno Domini millesimo ccc sexagesimo quarto, presentibus et consencientibus honorabilibus viris, dominis de Capitulo Poznaniensi, videlicet Ditkone decano, Andrea archidiacono, Henrico cantore, Iohanne custode, Iacobo archidiacono et officiali, Nicolao Cibulka, Przibigneo, Alberto, Mszczigneo preposito sancti Spiritus, canonicis Poznaniensibus, et ceteris fide dignis.

Starczinowo, *Starczanów.* Budzeiewo, *Budziejewo.*

Nr. 1532.

Kazimirus rex Polonie etc. 1364 Dec. 26, in Pysdri; confirmat litteram, quam dederat Iankoni castellano Sremensi: **Wyrzbentha castellanus Poznaniensis 1364 Aug. 18, in Pysdri.**

Pergam. orygin., u którego na sznurze z nici jedwabn., czerwon. przywieszony ułamek wielkiéj pieczęci Kazimierza króla.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 170.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam magis divinum noscitur esse quam humanum, proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, notum facimus universis presentibus et futuris, quod ad nostram baronumque nostrorum accedens presenciam nobilis vir Ianko castellanus Sremensis, quandam litteram capitanei nostri Polonie super empcione hereditatis infrascripte nostre magestati obtulit, petens eam confirmari a nostra regia maiestate. Cuius quidem littere tenor sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1530*).

Nos itaque ipsius peticionibus dignis et iustis graciosius annuentes, dictam litteram cum omnibus articulis et clausulis in ea contentis per omnia ratam atque gratam habentes, tenore presencium confirmamus, ratificamus et approbamus graciose harum quibus nostrum sigillum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Pysdri in die beati Stephani prothomartiris, anno Domini M.CCC.LX quarto, presentibus Preczslao palatino Calisiensi, Ottone Polonie, Floriano Lanciciensi, Dytkone Cuyaviensi cancellariis, Andrea castellano Kalisiensi, Preczslao iudice Poznaniensi, et aliis pluribus fidedignis.

Nr. 1533.

Kazimirus rex Polonie 1365 Ian. 1, in Czanzim; incolis villae Pakczyn ab omnibus solutionibus et contributionibus libertatem infra spatium duodecim annorum largitur.

Pergam. orygin. Skrawek pergam. od przywieszenia pieczęci.
Poznań. Archiv. Capituli. IV, 17a.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos Kazimirus Dei gratia rex Polonie, ad instantes peticiones nostrorum fidelium Iohannis et ipsius filiorum, videlicet Nicolai, Iacobi et Iohannis, et aliorum fratrum, scilicet Stephani, Iacussii et Niczkonis, heredum de Paxino, generosius acclinati: ut eo melius villam ipsorum Paxino supradictam sitam in districtu Gneznensi valeant collocare, omnibus et singulis kmethonibus et incolis in villa predicta locatis et locandis, ab omnibus nostris solucionibus, exaccionibus, collectis, contributionibus, laboribus, vecturis, poradlne et sep vulgariter dictis, ac ab universis angaris (sic) et depactationibus (sic) quiscunque (sic), infra duodecim annos datam presencium continue subsequentes plenam, meram et omnimodam concedimus libertatem harum quibus nostrum sigillum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Czanzim in die Circumcisionis Domini, anno eiusdem M.CCC.LX quinto.

Paxino, *Pakczyn.* Czanzim, *Ciążeń.*

Nr. 1534.

Kazimirus rex Polonie etc. 1365 Ian. 13, in Poznania; venditionem hereditatis Lutole, a filiis quondam Alberti de Kozłowo Vincentio de Kępa castellano de Kamień resignatae, ratam habet.

Rogalin. Biblioteka. Paradis, Lib. privil. A, Nr. 92.

In nomine Domini amen. Cum omnes vendiciones, empciones et contractus qualescunque nullum robur firmitatis per se valeant obtinere, nisi authenticis documentis et fidedignorum testimonio testium fuerint perennati, igitur nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod accedentes ad nostram baronumque nostrorum presenciam

nobiles viri Michael et Iohannes fratres germani, filii quondam Alberti de Coslaw, sani mente simul et corpore existentes, non compulsi nec coacti, sed de bona ipsorum animi voluntate vendiderunt hereditatem ipsorum dictam Luthole, sitam in terra Polonie in fluvio decurrenti dicto Obra prope Dzbansin, in perpetuum et coram nobis libere resignaverunt pro centum et decem marcis grossorum Pragensium monete Polonicalis, quadraginta octo grossis pro qualibet marca computatis, strenuo militi domino Vincencio castellano Caminensi, heredi de Kampa, et suis successoribus legittimis. Insuper idem Michael et Iohannes superius nominati promiserunt eidem domino Vincencio pro impedimento omnium sororum et amicorum infra triennium, secundum prescripcionem terre Polonie. Preterea eandem hereditatem vendiderunt cum omni iure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil iuris vel dominii in eadem penitus reservando, cum omnibus utilitatibus, censibus, agris, pratis, silvis, nemoribus, aquis, lacubus, aquarum decursibus, et singulis utilitatibus que nunc ibidem sunt et fieri possunt in futurum; dantes graciose eidem plenam potestatem eandem hereditatem vendendi, commutandi, donandi, prout sibi et suis legittimis successoribus videbitur opportunum. Quam quidem vendicionem, empcionem et resignacionem ratam, gratam ac firmam habentes, tenore presencium graciose approbantes confirmamus ac approbamus. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Poznania in octava Epiphanie, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, presentibus hys testibus: Paschone palatino Poznaniensi, Vincencio Gneznensi, Ianussio de Bechov castellanis, Predslao Poznaniensi, Thomislao Kalisiensi iudicibus, Czema castellano Gdzeczsky, et aliis multis fidedignis.

Coslaw, *Kozłowo.* Luthole in fluv. Obra, *Mokre Lutole nad rz. Obra.* Dzbansin, *Zbąszyń.* Caminensis, *de Kamień.* Kampa, *Kępa.* Bechov, *Biechowo.* Gdzeczsky, *de Giecz.*

Nr. 1535.

Kazimirus rex Polonie etc. 1365 Ian. 14, in Poznania; ratificat duas litteras, quas Peregrino de Karpicko dederat: **Wirzbantha castellanus Poznaniensis n. n. capitaneus terre Polonie 1360 Apr. 14, Poznanie.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Costens. a. 1555, fol. 1022.

In nomine Domini amen. Regum largitas multipliciter commendatur, si ex grata donacione benivola confirmacio subsequatur. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod accedens ad nostram baronumque nostrorum presentiam nobilis vir Peregrinus noster fidelis, heres de Carpisczko, obtulit coram nobis duas litteras patentes sub sigillo strenui militis Wyrbanthe capitanei nostri Polonie, petens per nos easdem ratificari. Quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum per omnia sequitur talis, in hec verba: (*Sequuntur diplomata Nr. 1425 et 1426*).

Nos vero peticionibus strenui viri Peregrini fidelis nostri favorabiliter acclinati, predictas duas literas, scriptas sub sigillo capitanei nostri Polonie, rathas, gratas ac

firmas habentes, de solita nostre regie maiestatis benignitate graciose approbantes confirmamus, innovamus ac perpetuo roboramus. In quorum omnium testimonium ac evidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Poznania in crastino octave Epiphanie, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, presentibus hiis testibus: Pascone palatino Poznaniensi, Vincencio Gneznensi, Ianussio de Bechow, Vincencio Caminensi castellanis, Przedslao Poznaniensi, Thomislao Kalisiensi iudicibus, et aliis multis fidedignis.

Carpisczko, *Karpicko.* Bechow, *Biechowo.* Caminensis, *de Kamień.*

Nr. 1536.

Kazimirus rex Polonie etc. 1365 Ian. 21, Znene; molendinum ecclesiae Gneznens. in Kwieciszewo ab iure castri de Kruszwica absolvit.
Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 32.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russyeque dominus et heres, noticie universorum tam presencium quam futurorum cupimus fore notum, quod licet pro nobis et nostro castro Cruszviciensi in terra Cuyavie predicta situato, ius molendini in molendino in Queczissow opido archiepiscopali quadringentarum mensurarum quolibet anno temporibus vite nostre reservaverimus ius molendi, tamen pro iure eodem, a venerabili in Christo patre domino Iaroslao, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, ad quem predictum opidum cum molendino et eius ecclesiam ab antiquo dinoscitur pertinere, receptis ab ipso archiepiscopo sexaginta marcis grossorum Pragensium, xlviii marcam faciencium, ab eodem iure molendini dominum archiepiscopum et ipsum molendinum absolvimus perpetuo et quittamus; ita, quod de predicto castro molere volentes, ut alii metretam nullo contradicente dare et solvere teneantur, harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum Znene in die beate Agnetis virginis, anno Domini m.ccc.lxv, presentibus: Iohanne Sandomiriensi, Przeczslao Calisiensi palatinis, Wirzbantha Polonie capitaneo, Thomislao iudice Kalisiensi, Sandivogio de Subyn capitaneo Wladislaviensi, et aliis multis fide dignis. Datum per manus domini Ottonis cancellarii nostri terre Polonie, scriptum autem per Iacobum de Ossowa notarium curie nostre regalis.

Queczissow, *Kwieciszewo.* Znena, *Żnin.* Subyn, *Szubin.* Wladislaviensis, *de Inowrocław.*

Nr. 1537.

Urbanus Pp. V 1365 Febr. 24, Avinione; Kazimiro regi Poloniae confirmat, Carolum imperatorem nunquam procuravisse, ut ecclesia Vratislaviensis a subiectione Gneznensis ecclesiae liberetur et Pragensi subiiciatur, neque episcopum de Worms apud Sedem apostolicam contra quandam petitionem ipsius laboravisse.
Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 848.

Urbanus episcopus *etc.* carissimo in Christo filio Kazimiro, regi Polonie illustri, salutem *etc.* Cum ad officii nostri debitum spectet non solum pacificare discordes, sed futuris discordiis et scandalis obviare, et ad audienciam nostram pervenerit, quod quidam maliloqui seminare inter fratres benivolos zizaniam satagentes, tue sublimitati retulerunt, quod carissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum imperator semper augustus, apud Sedem apostolicam procurasset, quod ecclesia Wratislaviensis liberaretur a subiectione ecclesie Gneznensis, cui ut sue metropoli subesse dinoscitur, et subiceretur ecclesie Pragensi, de quo tua sublimitas contra dictum imperatorem dicitur perturbata: nos intendentes in hac parte perhibendo testimonium veritati huiusmodi tuam perturbationem tollere ac omnem inter te et ipsum imperatorem fraternam benivolenciam conservare, celsitudinem tuam certam reddimus per presentes, quod idem imperator nunquam directe vel indirecte apud nos huiusmodi fecit negocium procurari, ad hec adicientes, quod venerabilis frater noster Theodericus episcopus Wormaciensis apud nos nusquam laboravit impedire tuam supplicationem, per quam nobis supplicare curasti, quod electi et postulati ad cathedrales ecclesias regni tui non tenerentur personaliter ad Romanam curiam accedere, sed possent suarum electionum et postulationum negocia per procuratores legitimos promovere. Igitur serenitatem regiam rogamus attente, quod de hiis tuus animus totaliter conquiescat, dictosque imperatorem et episcopum solite dilectionis plenitudine prosequaris. Datum Avinione VI Kalendas Marcii, pontificatus nostri anno tercio.

Nr. 1538.

Kazimirus rex Polonie etc. 1365 Mart. 4, Crusvicie; confirmat privilegium, quod dederat monasterio de Trzemeszno: **Thomislaus iudex Kalisiens. 1363 Mart. 13, in Pysdri.**
Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.
Trzemeszno. Privilegia Convent. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Dignum est, ut bene meriti, in se et in suis principum beneficiis consolentur. Noverint igitur presentes et posteri quibus expedit universi, quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, noticie universorum tam presencium quam futurorum presentibus declaramus, quod accedens ad nostram baronumque nostrorum presenciam religiosus vir, dominus Gnewomirus prepositus de Trzemesno, exhibuit nobis quasdam litteras fidelis nostri domini Thomislai

iudicis Calisiensis, petens a nobis easdem humiliter confirmari; quarum tenor sequitur in hec verba: *(Sequitur diploma Nr. 1489).*

Nos igitur peticionibus ipsius prepositi graciosius acclinati, dictas litteras cum omnibus suis articulis per omnia ratas habentes et gratas, ipsas approbamus, ratificamus, et eidem monasterio incorporantes perpetuo confirmamus harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum Crusvicie feria tercia proxima post dominicam Invocavit, anno Domini mccclx quinto, presentibus: Wirzbentha Polonie, Predborio Cuyavie, Sandzivogio Gnevcoviensi capitaneis, Dobeslao Crusviciensi castellano, Troyano subcamerario et Hectore iudice Cuyaviensibus, et aliis multis fide dignis.

Nr. 1539.

Vyrzbantha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1306 (sic) Mart. 26, in Gnezna; protestatur, Iohannem, Paulum et Petrum, heredes de Kotowo, hereditatem praedictam Iohanni episcopo Poznaniensi iure redemptionis reservato obligavisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 62.

Nos Vyrzbantha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, omnibus et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod accedentes ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobiles viri Iohannes, Paulus et Petrus, heredes de Kothovo, non compulsi, non coacti nec aliquo vicio aut errore circumventi, sed matura deliberacione sui animi prehabita, reverendo in Christo patri ac domino, domino Iohanni divina providencia episcopo Poznaniensi, hereditatem Kothovo vulgariter nuncupatam, cum omnibus et singulis utilitatibus ad eandem hereditatem Kothovo spectantibus in quinquaginta marcis grossorum paratorum obligaverunt; tali nichilominus condicione mediante, quod quandocunque voluerint, parata pecunia redimendi habebunt plenam et omnimodam potestatem. In cuius rei testimonium, sigillum nostri tytuli est presentibus appensum. Actum et datum in Gnezna feria quarta post diem dominicum quo Letare in ecclesiis decantatur, sub anno Nativitatis Domini m.ccc. sexto (sic), presentibus hys testibus et dominis: Pascone Poznaniensi palatino, Vincencio Gneznensi, Sandivogio Naklensi, Ianussio Starogrodensi castellanis, et aliis multis fidedignis.

Kothovo, *Kotowo.* Starogrodensis, *de Starogród.*

Wyraz Kothovo, *jest w obu miejscach skrobany, może ma bydź* Kochowo *p. m. Powidz.*

Nr. 1540.

Urbanus Pp. V 1365 Apr. 21, Avinion; confirmat literas, quas monasterio de Trzemeszno dederat: **Eugenius Pp. III 1147 Mai. 31, Parisiis.**

Pergam. orygin. Brzegi obcięte; śladu przywieszenia bulli nie masz.

Trzemeszno. Privilegia Conventus Canon. Reg. Lateran. — Theiner. Monum. histor. Polon. I, 851.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis preposito et conventui monasterii Tremesnensis per prepositum soliti gubernari, Ordinis sancti Augustini, Gneznensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Vestre devotionis sinceritas promeretur, ut vos et monasterium vestrum paterno prosequentes affectu, petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Tenorem igitur cuiusdam privilegii felicis recordationis Eugenii Pape III predecessoris nostri, eiusdem predecessoris et bone memorie nonnullorum episcoporum, presbyterorum et diaconorum, sancte Romane ecclesie cardinalium qui tunc erant, subscriptionibus et signis consuetis in talibus roborati, quod incipit vetustate consumi et quod inspici et examinari fecimus diligenter, de verbo ad verbum ad vestre supplicationis instantiam, presentibus, absque signis et subscriptionibus predictis, annotari fecimus; qui talis est: (*Sequitur diploma Nr. 15*).

Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, huiusmodi privilegium auctoritate apostolica innovamus et presentis scripti patrocinio communimus; per hoc autem nullum ius alicui de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinion XI Kalendas Maii, pontificatus nostri anno tercio.

Nr. 1541.

Urbanus Pp. V 1365 Iun. 3, Avinione; episcopo Vratislaviensi mandat, ut archiepiscopum Gneznensem a vexatione praepositi et conventus monasterii de Trzemeszno desistere compellat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 854.

Urbanus episcopus *etc.* venerabili fratri.. episcopo Wratislaviensi salutem *etc.* Petitio dilectorum filiorum, Gnevomiri prepositi, et conventus monasterii Tremesnensis per prepositum soliti gubernari, Ordinis sancti Augustini, Gneznensis diocesis, nobis nuper exhibita continebat: quod licet electio prepositi dicti monasterii ad dictos conventum, et confirmatio electionis huiusmodi ad archiepiscopum Gneznensem, qui est pro tempore, etiam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertineat, ipsique conventus eundem Gnevomirum in prepositum eiusdem monasterii tunc vacantis elegerunt, ac venerabilis frater noster Iaroslaus archiepiscopus Gneznensis electionem huiusmodi confirmaverit canonice, ipseque Gnevomirus

dictum monasterium extunc laudabiliter rexerit atque regat, tamen idem Iarislaus archiepiscopus prefatum Gnevomirum prepositum ab eodem monasterio nisus est et nititur pro sue libito voluntatis et absque causa rationabili amovere, et quendam episcopum religiosum in eodem monasterio intrudere seu eidem preposito in coadiutorem deputare, in prioris et conventus preiudicium ac monasterii predictorum lesionem enormem: quare dicti prepositus et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut eis providere super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si vocatis dictis archiepiscopo et episcopo et aliis qui fuerint evocandi, premissa inveneris ita esse, prefatum archiepiscopum, ut a predictis gravaminibus deinceps omnino desistat, auctoritate nostra, appellatione remota, compellas; non obstante, si eisdem archiepiscopo et episcopo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Avinione III Nonas Iunii, pontificatus nostri anno tertio.

Nr. 1542.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1365 Iun. 9, in Gnezna; protestatur, Berwoldum heredem de Runowo, medietatem eiusdem villae Berwoldo etiam de Runowo heredi vendidisse.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć zatarta.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 169.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus commendare, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis vir Bervoldus heres Runowo, non compulsus, non coactus nec aliquo vicio aut errore seductus, sed matura deliberacione sui animi prehabita, nobili viro Bervoldo de Runowo heredi, et per eum suis veris ac legitimis successoribus natis seu nascendis, mediam hereditatem Runowo cum omnibus et singulis utilitatibus ad eandem mediam hereditatem Runowo spectantibus, pro quinquaginta marcis grossorum paratorum vendidit, contulit, ascripsit et resignavit iure hereditario tytuloque proprietatis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, commutandam et ad usus beneplacitos convertendam, iuxta quod sibi melius ac utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium, sigillum nostri signaculi presentibus est appensum. Actum et datum in Gnezna in crastino sancte Trinitatis et individue Unitatis, sub anno Nativitatis Domini M.CCC. sexagesimo quinto, presentibus hiis testibus et dominis: Preczslao palatino, Andrea castellano, Thomislao iudice Calisensibus, Vincencio Gneznensi, Sancziwogio Naklensi, Ianussio Starogrodensi castellanis, et Vito pincerna Poznaniensi.

Runowo, *Runowo.* Starogrodensis, *de Starogród.*

Nr. 1543.

Iacobus archidiaconus et officialis Poznaniens. 1365 Iul. 6, Poznanie; scultetiam villae ecclesiae Poznaniensis dictae Koziegłowy, Heynae Conradi vendit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 197.

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi voce testium vel scriptura fuerint roborata. Proinde nos Iacobus archidiaconus et officialis Poznaniensis, cupientes villam seu hereditatem Poznaniensis Capituli dictam vulgariter Kozeglowi in melius pro viribus reformare, de consensu venerabilium dominorum de Capitulo Poznaniensi, Heyne Conradi, pronunc commoranti in Szrzothca nostri domini episcopi, in eadem villa vendidimus scolteciam iure Maydburgensi dudum expositam, pro certa pecunie quantitate; nomine cuius scultecie ac racione locacionis habebit tres mansos liberos, tres ortos, thabernam, macellum carnium, pistorum, sutorum et fabrum in area attingenti scultecie, tercium quoque denarium iuramentorum et cuiuslibet iudicati per ipsum. Insuper utilitatem piscium in fossato dicto vulgariter Pobeg, quando Vartha fluvius inundabit, habebit idem scultetus cum domino ville per medium dividere. Que omnia idem Heyna cum suis liberis et successoribus legittimis, et extra id dimidium mansum solubilem nomine scultecie predicte iure hereditario libere et perpetue possidebit. Nec ipsam sculteciam idem scultetus habebit vendere, nisi de consensu sui domini speciali; et si heredes scultecie succedente tempore multiplicati fuerint, redimendo unus ab aliis, remaneat solus heres. Incole autem eiusdem ville, racione census et decime quinque scotos, sive decem grossos, quinque mensuras siliginis, quinque avene festo beati Martini de manso quolibet annis singulis solvere, et in Poznan deducere tenebuntur. Pro honoribus vero, in Pascha per grossum et per quindecim ova de manso, festo beatorum Petri et Pauli apostolorum per duos pingues pullos de manso domino ville dabunt. Item tria prandia circa iudicia bannita, quorum unum scultetus, et kmethones alia duo, aut pro quolibet eorum duodecim grossos solvent omni occasione (sic) semota. Et quoniam iura civitatis Maydburgensis, quo locata est villa eadem, prorsus sunt nobis incognita, omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva domino ville et integra reservamus. In quorum omnium testimonium, reverendorum dominorum, Capituli videlicet Poznaniensis, nec non honorabilis viri domini Troyani prepositi Poznaniensis ac nostrum sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie in octava Petri et Pauli apostolorum beatorum, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, presentibus et consencientibus honorabilibus viris, dominis de Capitulo Poznaniensi, videlicet Dythcone decano, Andrea archidiacono, Iohanne custode, Falibogio, Nicolao Cibulka, Przibigneo, Alberto, Myscigneo preposito sancti Spiritus prope Poznaniam, canonicis Poznaniensibus, et ceteris fide dignis.

Kozeglowi, *Koziegłowy.* Szrzothca, *Śródka, stare miasto Poznań na prawym brzegu rz. Warta, dziś przedmieście.*

Nr. 1544.

Troyanus prepositus ceterique prelati et totum Capitulum Poznaniens. ecclesie 1365 Iul. 9, Poznanie; villam suam Biskupice, cum Dąbrowa, hereditate Nicolai de Jaszkowo subpincernae Kalissiensis commutant.

Pergam. orygin. Na sznurku jedwabnym, wyblakł. przywieszona pieczęć Kapituły Poznańskiéj; (pieczęć LV). *Od przywieszenia drugiéj pieczęci pozostały 2 dziurki. Poznań. Archiv. Capituli. IV, 17.*

In nomine Domini amen. Quoniam facta hominum et contractus quilibet in oblivionem veniunt, nisi litterarum apicibus cum subscriptcione testium perhennentur, proinde nos Troyanus prepositus, Dythco decanus, Andreas archidiaconus totumque Capitulum Poznaniensis ecclesie notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod honorabilis vir dominus Nicolaus de Kurnik, cantor eiusdem ecclesie, doctor decretorum, considerans profectum et utilitatem ex permutacione bonorum seu villarum infrascriptarum sibi et ecclesie imminere, mediante honorabili viro domino Iohanne custode Poznaniensi permutacionem bonorum fecit subscriptam. Dedit siquidem villam Byscupicze, prope Bnym sitam, cum omni dominio, redditibus, proventibus et utilitatibus universis, prout in suis limitibus est distincta, nobili viro Alberto subpincerne Kalisiensi, heredi de Iaszcovo, tractatu prehabito diligenti, recipiens ab eodem Alberto racione permutacionis huiusmodi, nomine predicti domini Nicolai cantoris hereditatem Dambrova vulgariter nuncupatam, situatam prope villas seu hereditates dictas Komorniky et Rosnovo, similiter cum totali dominio, redditibus, proventibus et utilitatibus quibuscunque, sicuti est certis gadibus, graniciis et singnis a bonis aliis limitata et distincta; ita, quod deinceps debeat villa Capituli nominari communiter et haberi. Quarum villarum seu hereditatum tradicione, resignacione ac permutacione per personas predictas, videlicet dominum.. custodem et Albertum prefatos, in presencia reverendi in Christo patris ac domini nostri, domini Iohannis divina et apostolice Sedis providencia episcopi ecclesie Poznaniensis antedicte, nec non strenui militis domini Wyrsbanthe castellani Poznaniensis et capitanei Polonie ac aliorum nobilium subscriptorum facta et consumata, ut premittitur, hinc et inde, nos attendentes permutacionem ipsam utrique parti fore utilem et eciam conpetentem, eam ratam et gratam habentes, tenore presencium approbandam duximus et eciam confirmandam. In cuius rei testimonium, presentes litteras memorato Alberto dari fecimus sigillorum Capituli nostri et dicti domini Nicolai appensione munitas. Datum et actum Poznanie die nona mensis Iulii, anno Domini m.ccc.lxv^to^, presentibus honorabilibus viris, dominis: Nicolao scolastico, Iohanne custode, Nicolao Sremensi archidyacono, Iacobo archidyacono et officiali, Damiano cancellario, Stanislao thezaurario, Pribigneo, Andrea, Nicolao, Alberto, canonicis Poznaniensibus, ac strenuis viris, dominis Paskone Poznaniensi, Preczslao Kalisiensi palatinis, Wyncencio castellano Gneznensi, et aliis fide dignis.

Kurnik, *Kurnik.* Biskupice *pod miast. Bnin, nie odgadnione.* Iaszcovo, *Jaszkowo.* Dambrova, *Dąbrowa.* Komorniki, Rosnowo, *dziś tak samo.*

Nr. 1545.

Dobrogost una cum fratribus suis Arnoldo Holrico et Bartholdo comites de Drczen 1365 Iul. 22, Cracovie; castra Santok et Drzeń in feudum a Kazimiro rege Poloniae recipiunt.

Pergam. orygin. Na sznurkach jedwabnych, zielon. przywieszono cztery pieczęcie, z których pierwsze trzy wyobrażają na tarczy trójkątnéj godło rodu Pomorskiego Osten (Klucz stojący piórem do góry, po prawéj stronie pióra 3 Rzeki). Napis pierwszéj S. Dobrogost de Ost; *drugiéj zatarty; trzeciéj* S. Bertoldi de Ost. *Czwarta pieczęć połamana.*

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 1058. — Dogiel. Cod. diplom. Polon. I, pag. 593. — Działyński. Lites ac res gestae I, pag. 88.

In nomine Domini amen. Cum de iure quilibet pocius suo domino naturali quam extraneo fideliter obedienciam in omnibus licitis et honestis exhibere teneatur, noverit igitur tam presens etas quam futura, quod nos Dobrogost una cum fratribus nostris, videlicet Arnoldo, Holrico et Bartholdo, comites de Drczen, vero zelo iusticie inclinati, considerantes gesta progenitorum nostrorum, quomodo et qualiter ipsi cum castris, videlicet Drczen et Santhok ad coronam regni Polonie ab olim pertinebant, et que intra limites eiusdem regni sunt inclusa cum territoriis eis iunctis, eadem castra, videlicet Drczen et Santhok cum adiacentiis ipsorum exnunc ab excellentissimo principe domino nostro, domino Kazimiro illustri rege Polonie in feudum verum recipimus, sibi et sue corone de eisdem castris homagium facientes: promittentes fide bona et absque fraude totius doli, eundem dominum regem et eius successores contra quemlibet hominem iuvare, tueri ac pro viribus defensare, et nusquam deserere in adversis; etiam ad nostra castra intromittere gentem suam volumus et spondemus pro expugnacione civitatum et terrarum sub hostibus degencium, quociens et quando sibi et suo capitaneo videbitur expedire. In cuius rei testimonium, presentes scribi iussimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum et datum Cracovie die beate Marie Magdalene, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, presentibus: Venceslao Nemodliniensi, Henrico Zaganensi magnificis principibus, Iohanne Cracoviensi, Floriano Lanciciensi cancellariis, Andrea palatino Cracoviensi, Wirzbantha Poznaniensi, Sandziwogio Naklensi castellanis, Nicolao dicto Strala de Grzandzen, Predborio de Brzesze et aliis multis fide dignis.

Drczen, *Drzeń, dziś Drezdenko.* Santhok, *Santok.* Nemodliniensis, *de Niemodlin.* Zaganensis, *de Żegań.* Grzandzen, *nie odgadnione.* Brzesze, *Brzezie.*

Nr. 1546.

Sandzivogius capitaneus Iuvenis Wladislavie 1365 Aug. 8, in Gnewkov; protestatur, se a Zbiluto episcopo Cuiaviensi 450 marcas Torunensis monetae recepisse.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Teki Naruszewicza VIII, Nr. 49.

Nos Sandzivogius capitaneus Iuvenis Wladislavie nec non heres de Subino recognoscimus per presentes, a venerabili in Christo patre domino Sbilutho episcopo Wladizlaviensis ecclesie quadringentas marcas Thorunensis monete cum quinquaginta marcis recepisse, quam pecuniam in firlingis mediis Scotensibus a discreto viro Sangnewo canonico Crusviciensi et notario dicti domini Sbiluthi Wladislaviensis episcopi recepimus numeratam. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in Gnewkov die octava mensis Augusti, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto, presentibus nobilibus ac discretis viris, domino Mathia subcamerario Iuvenis Wladislavie, Obolito subcamerarii Kalissiensis heredis de Wapno filio, et Nicolao advocato Gnewkoviensi cum ceteris fidedignis.

Iuvenis Wladislavia, *Inowrocław.* Subino, *Szubin.* Wladizlaviensis, *de Włocławek.* Gnewkov, *Gniewków.* Wapno, *Wapno.*

Nr. 1547.

Wirzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1365 Aug. 9, Konin; protestatur, Wirzbentam heredem de Wardężyn partem hereditatis suae Broniki abbati de Ląd vendidisse.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć przedstawia na trójkątnéj tarczy godło rodu Niesobiów; napis: S. Wirsbentde.

Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

Nos Wirzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus commendare, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis vir dominus Wirzbentha, heres de Wardezino, una cum suo filio legittimo nomine Nicolao, non compulsus, non coactus nec aliquo vicio aut errore seductus, sed ridenti vultu maturoque consilio suorum amicorum super eo habito, provido ac honesto viro domino abbati de Landa partem hereditatis que Bronkovo vulgariter nuncupatur, tam longam, tam latam' prout solus habuit, cum omnibus et singulis fructibus, proventibus ac utilitatibus que nunc sunt aut in posterum poterint suboriri, pro sexdecim marcis paratorum grossorum, viginti quatuor scotos pro marca qualibet, duos grossos pro scoto conputando, vendidit, contulit, asscripsit et resignavit iure hereditario tytuloque proprietatis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, mutuandam, resignandam et ad usus beneplacitos secundum quod ei melius ac utilius videbitur convertendam. In cuius rei testimo-

nium, signaculum nostri sigilli presentibus est appensum presentibus hiis testibus: domino Martino burgravio Koninensi, domino Lasczone subvenatore Landensi, domino Franczkone de Wilcovo, Vilhalmo advocato Koninensi, et aliis multis fidedignis qui ad hoc specialiter fuerunt evocati. Datum Konin vigilia Laurencii gloriosi martiris, anno Domini m.ccc.lx quinto.

Wardezino, *Wardężyn.* Landa, *Ląd.* Bronkovo, *Broniki.* Wilcovo, *Wilkowo.*

Nr. 1548.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1365 Aug. 30, Poznanie; protestatur, Iohannem cantorem Gneznensem et canonicum Poznaniensem Bartkoni molendinatori constructionem molendini in fluvio Cybina in villa Janków commisisse, iuraque ipsius describit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 84.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, ad universorum noticiam deducimus per presentes: quod cum dominus Iohannes cantor Gneznensis nosterque canonicus Poznaniensis, molendinum super fluvio Czybyna construere in Iankovo villa sue prebende Poznaniensis vellet et de nostra voluntate nostrique Capituli aggerem et molendinum littori in nostris bonis Byskupycze applicaret, tunc Barthkoni molendinatori idem molendinum construendum contulit et concessit. In cuius recompensam laboris, terciam metretam cuiuslibet grani frumentorum et brasei predictus Barthko cum suis liberis et successoribus legitimis habebit, ex donacione iam dicti domini cantoris perpetue possidendam et illibate obtinendam. Quod quidem molendinum poterit vendere, commutare et in aliam personam cum beneplacito domini ville Iankowo qui pro tempore fuerit transferre; ita tamen, quod molendinator iam dicti molendini quicunque fuerit, tercium denarium super molaribus ferramentis et aliis necessariis molendini apponet quociens opus fuerit, et dominus ville duos inpendet. Insuper iam dictus molendinator et successores ipsius habebunt de gracia speciali dicti domini cantoris unum ortum liberum, et piscaturam eciam liberam infra molendinum fluvii decurrentis. In cuius rei testimonium, nostrum et nostri predicti Capituli et prelibati domini Iohannis cantoris sigilla presentibus sunt appensa. Datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto, presentibus honorabilibus viris, dominis Troyano preposito, Dythkone decano, Andrea archidiacono, Nicolao scolastico, Nicolao cantore, Iohanne custode, Iacobo officiali, Nicolao archidiacono, Damiano cancellario, Andrea, Nicolao Czebulka, Alberto, Falibogone, Wythkone, canonicis Poznaniensibus.

Fluv. Czybyna, *str. Cybina.* Iankovo, *Janków, na lewym brzegu strum. Cybina.* Byskupycze, *Biskupice, na prawym brzegu strum. Cybina, wprost Jankowa.*

Nr. 1549.

Kazimirus rex Polonie etc. 1365 Sept. 7, in Pysdri; universis incolis civitatis Kalisz concedit, ut omnia iura ipsorum civilia nuspiam, nisi inter se intra murum civitatis quaerere possint, statuitque, ut delictis criminalibus in praedicta civitate accusati, in ceteris civitatibus ab urbe Kalisz iura recipientibus sint proscripti.

Pergam. orygin. W dolnym, szeroko założonym brzegu gruby sznur z nici jedwabnych pomarańczowych, od przywieszonéj niegdyś pieczęci.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Digne convenit regie magestati circa rem publicam, subditorum suorum comoda prospicere ipsosque dignis honoribus et iuribus extollere, per quos fructus et utilitas uberior, famaque honestatis ipsis subsequenter augeatur. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, universe nacioni hominum vite presentis pariter et future tenore presencium declaramus, quod consideratis dignis et multiplicibus serviciis ac benemeritis honestorum virorum, civium Kalisiensium nostrorum fidelium, quibus se nostre magestati hucusque gratos reddiderunt et in futurum dante Domino reddere poterunt prompciores, exnunc in ipsos de maturo nostrorum baronum consilio graciam regiam effundere cupientes, ut civitas Kalis nostra supradicta et omnes habitantes in eadem eo amplioribus proficiant incrementis et sub pociori et salubriori iure valeant respirare: omnibus civibus et incolis civitatis supradicte utriusque sexus tam iuvenibus quam adultis, et universis qui ad gremium civitatis predicte ab antiquo pertinere dinoscuntur, qui hactenus ad iura seu leges Noviforenses suis pecuniis emenda vel emendas iudicium civitatis postponendo se traxerunt, concedimus, damus, tribuimus et incorporamus perpetuis temporibus, omnia iura ipsorum civilia, dum et quando seu quociescunque opus et necessarium fuerit, nullas alibi querere, petere, invenire nec emere, nisi inter se ipsos intra murum civitatis supradicte. Inpertimur eciam aliud consolacionis salubre remedium civitati et civibus nostris prelibatis, statuentes ac precipientes hoc inviolabiliter observari: quod omnes tractatus, evocaciones seu appelaciones, quibus se placitantes extra ipsorum iudicium civile ad nostrum conspectum, curiam, cameram, lectum vel sinum, quibuscunque nominibus vocentur, evocaverint, nullas alias, quam in nostro castro regali Kalissiensi quociens hoc opportunum fuerit iudicentur iudicio Thewtonicali; et sedes seu scampna huiusmodi per civiles scabinos decernimus possideri, ab huiusmodi temeraria acquisicione seu empcione legum extranearum nec non placitacionis evocacione, presumptores frivolos, per has pauperibus gravamina plurima inferentes, revocando verbo nostre regie magestatis. Preterea concedimus supradictis civibus: ut omnes, qui pro criminalibus casibus, puta pro raptu, furto, stupro, incendio et falso crimine in iam dicta civitate nostra talibus proscripcionum annotantur, in aliis civitatibus terrarum nostrarum, iura seu leges a dicta civitate Kalissiensi recipientibus, similiter proscribantur; exceptis tamen nobilibus et militibus regni nostri et hominibus ipsorum universis. Ut autem premissa omnia robur optineant perpetue firmitatis, presentes conscribi iussimus et nostri sigilli munimine communiri. Actum et datum in Pysdri in vigilia Nativitatis sancte Marie virginis glo-

riose, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, presentibus Przeczslao Kalissiensi palatino, Wirzbantha Poznaniensi, Vincencio Gneznensi castellanis, Floriano cancellario Lanciciensi, Przeczslao Poznaniensi, Thomislao Kalissiensi iudicibus, et aliis multis fidedignis, scriptum autem per Iacobum de Ossova, notarium curie nostre regalis.

Nr. 1550.

Kazimirus rex Polonie etc. 1362 (sic) Sept. 12 (sic), in Kalis; dotationem ecclesiae in oppido Powidz confirmat et auget.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1554.

In nomine Domini amen. Ne gesta regalis magnificencie per decursum temporis evanescant, consueta sunt sigillorum munimine nec non litterarum testimoniis roborari. Hinc est quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie et terrarum subsequencium, Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie dominus et dux Pomoranie et heres, cupientes die in extremo vite nostre piis operibus provenire, audientes dictum ewangelicum: Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis in vita eterna: considerantes itaque defectum ecclesie nostre in Povicz, donavimus propter Deum rectori ecclesie ibidem in Povicz, quicunque pro tempore extiterit, decimum piscem tam de magnis quam de parvis, quoscunque in lacubus subsequentibus, videlicet Povicz, Nedzangyel Byale et Czarne, in quibus lacubus debent piscatores domini plebani libere piscari, et duos mansos liberos. Qui piscatores super lacum Povicz quoque possint piscari cum rethibus infrascriptis, scilicet hamis, gulgustriis, lacznicza, mrzeza, prziwloka; excepta magna sagena, cum qua eis licenciam piscandi denegamus. Duo prata na niscepe, vulgariter dicendo Domanova lanka, preterea villam Strzezewo, que fuit per antecessores nostros dudum ecclesie nostre antedicte in Povicz donata, predictam donacionem presentibus confirmantes et ratificantes, cum omni dominio et omnibus utilitatibus et proventibus, prout est in suis gadibus circumferencialiter limitata, dimittimus eam solutam a poradlne, a bove, a vacca, a porco, ab opole; sed eadem villa dicta Strzezevo debet dare rectori ecclesie in Povicz predictas soluciones. Insuper decimum denarium thelonei, et de estivali sagena decimam squillam donamus in predicta Povicz oppido nostro memorate ecclesie sepius antefate. Ut autem hec nostra pia donacio robur optineat perpetue firmitatis, sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Actum et datum in Kalis feria secunda post Nativitatem beate Marie virginis gloriose, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo secundo (sic), presentibus nobilibus regni Polonie, dominis Wirzbantha capitaneo, Preczlao Golutowski palatino, Iohanne castellano Kalissiensi, Dobrogostio vexillifero herede de Potrzikovo, Miczkone dicto Caccowski, Miczkone dicto Strala, Paskone dicto Slodzien, et aliis quam plurimis fidedignis.

Povicz, *Powidz.* Lacus Povicz, *jez. Powidzkie.* Lac. Nedzangyel, *jez. Skorzęcińskie.* Lac. Byale et Czarne, *zapewne dwie połowy powyższego, ciasnym przesmykiem połączone.* Strzezewo, *Strzyżewo.* Squilla, *nieznany dziś gatunek ryb; cnfr. Nr. 176.* Golutowski, *de Gułtowy.* Potrzikovo, *pewnie Piotrkówko p. m. Szamotuły.* Caccowski, *nie odgadnione; Kaczkowo p. m. Kcyń i Kaczkowo p. m. Gniewków są od*

miejsca czynności o kilkanaście mil odległe, wieś zaś Kaczki p. m. Turek leży w województwie Sieradzkiem. Cnfr. Nr. 1515.

Nr. 1551.

Kazimirus rex Polonie etc. 1368 Nov. 2, Gnezne; Martino de Piotrowiec potestatem locandi villam iure Theutonico in silva dicta Stawki largitur.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Iohannes de Ostrorog castellanus Poznaniensis n. n. capitaneus Maioris Polonie general. 1494 Mai. 12, in castro Poznaniensi. *U pergaminu orygin. wisząca na sznurze jedwabnym, niebiesk. i czerwon. dwustronna pieczęć przedstawia po obu stronach godło rodu Nałęczów; oba napisy zatarte.*

Warszawa. Zbiory Rusieckich. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. dipl. Polon. II, 521.

In nomine Domini amen. Noverint quibus expedit universi, quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, utilitates regni nostri per locacionem villarum ampliare cupientes, exnunc provido viro Martino de Pyotrowyecz heredi damus potestatem locandi villam in nostra silva seu merica dicta Stawki, iure Theutunico, sive Sredensi, viginti duos mansos continentem. In qua quidem villa Martino eidem et post eum ipsius successoribus sculteciam vendidimus pro duabus marcis grossorum, assignantes ad dictam sculteciam redditus infrascriptos, videlicet tres mansos liberos, quartum mansum ubi tabernam liberam locabit, nec non tercium denarium de qualibet re iudicata et non iudicata. Licebit eciam dicto sculteto piscari in lacu nostro dicto Nyedzyangel cum sagena estivali, tam bene in hyeme ut estate, ac eciam omnibus aliis instrumentis, et omnibus ibidem morantibus, cum gulgustriis vulgariter szlampnyczamy et hamo. Eciam dicto sculteto in fine lacus nostri Nyedzyangel aquam que vocatur Stawek, cum magno prato dicto Klesczew kyerz, nec non et alia prata circa Stawek iacencia vel quantum seps distat. Deputamus eciam dicto sculteto et damus structuram leporum, capreolorum, videlicet grodze, quantum longius struere potest. In nostra borra utilitatem apum exerceat, in qua eciam borra tercium denarium in convencione habebit; hec et alia omnia sibi et suis successoribus libera perpetue assignamus cum potestate vendendi et quomodolibet convertendi. Eximimus insuper et perpetue liberamus scultetum, kmethones et quoslibet incolas supradicte ville ab omnibus iudiciis et potestatibus omnium palatinorum, castellanorum, iudicum et subiudicum universorum regni nostri ac officialium eorundem; ita, quod coram eis vel eorum aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sangwinis, homicidii, incendii et aliis universis cittati, minime respondebunt, sed tantum kmethones et incole coram ipsorum sculteto, scultetus vero coram nobis vel in nostro iudicio regali sive generali, dum tamen per litteram nostram nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit, tunc de se querulantibus, non alio nisi suo iure Theutonico, scilicet Sredensi respondere sit astrictus. In causis autem capitalibus et criminalibus, supradicto sculteto memorate ville iudicandi, sentenciandi et condemnandi plenam et omnimodam tribuimus facultatem, prout ipsius ius Theutunicum Sredense postulat et requirit. Statuimus eciam, ut sepedictus scultetus et eius legittimi successores nobis et nostris successoribus, expirata libertate, ad quamlibet expedicionem in uno equo pro sexagena debeat servire. Kmethones autem sin-

gulis annis pro censu sex scotos, pro decima vero tres scotos, cui de iure debebunt, solvere tenebuntur. Incole eciam omni festo Pasche mediam capeciam ovorum, tres pullos et pernam carnium pro octo grossis; nec non ter in anno, cum iudicium generale celebratur, kmethones duo prandia scultetus vero unum, seu pro quolibet prandio octo grossos dare et solvere teneantur perpetuis temporibus cum effectu. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum Gnezne in crastino Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto, presentibus: Pascone Poznaniensi, Przeczslao Kalisiensi palatinis, Vincencio Gneznensi, Vincencio Kaminensi castellanis, Preczslao Poznaniensi, Thomislao Kalisiensi iudicibus, et aliis multis fidedignis; scriptum autem per Michalkonem dictum Myeczwyecz, notarium nostre curie regalis.

Pyotrowyecz, *z pomiędzy kilkunastu wsi: Piotrowo, Piotrkowo, Piotrowice, Piotrkowice, nie odgadnione.* Silva Stawki, *las pomiędzy wsiami Skubarczew, Orchowo i Zielątkowo.* Sredensis, *de Środa na Szlązku, z niemiecka Neumarkt.* Lacus Nyedzyangel, *stara nazwa jeziora Skorzęcińskiego.* Stawek aqua, *odpływ jeziora Skorzęcińskiego do rz. Noteć. Osada powstała, jest dzisiejsza wieś Zielątkowo.*

Nr. 1552.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1365 Nov. 15, Znegne; ecclesiae in oppido Kcyń decimas de villis Dobieszewo et Dobieszewko largitur.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1434.

Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, universis quibus nosse fuerit opportunum presentibus declaramus: quod orta inter nos ex una, et Gabrielem rectorem ecclesie de Kczina, parte ab altera super decima in bino Dobyeszevo, Vincencii de Gywno et Dobyeschonis ibidem in Dobyeschewo heredum, materia questionis, tandem sufficientibus approbacionibus acceptis ab eodem Gabriele rectore supradicto, quod eedem decime antedicte ad ecclesiam de Kczin pertinent et pertinebant ab antiquo, eidemque ecclesie in Kczina decimas, videlicet in bino Dobyeschevo villis supradictis, adiungimus, atribuimus et perpetuis temporibus presentibus incorporamus; in cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Znegne sabbato infra octavas beati Martini episcopi et confessoris, anno Domini M.CCC.LXV, presentibus honorabilibus et discretis viris: Boguslao Gneznensis, Iarando Plocensis ecclesiarum canonicis.

Kczina, *Kcyń.* Binum Dobyeschevo, *Dobieszewo i Dobieszewko.* Gywno, *Iwno.*

Nr. 1553.

Wyerzbanta castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1365 Dec. 8, Poznanie; protestatur, Andream heredem de Kunowo, hereditatem ipsius dictam Ryszewo Wlodzimiro, Nicolao, Iohanni, Przeczslao et Alberto, fratribus et heredibus de Studzieniec vendidisse.

Transsumpt potwierdzony przez: Kazimirus rex Polonie etc. 1366 Ian. 16, in Czanzyn.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 64.

Nos Wyerzbanta castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus commendare, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis vir Andreas heres de Kunowo, non compulsus, non coactus nec aliquo vicio aut errore circumventus, sed matura deliberacione animi sui prehabita, nobilibus viris Wlodzimiro, Nicolao, Iohanni, Przeczslao, Alberto fratribus germanis heredibus de Studzenyecz, et per eos eorum veris ac legittimis successoribus, natis seu nascendis, hereditatem ipsius Ryzewo vulgariter nuncupatam, cum omnibus et singulis suis utilitatibus aut usibus, que in eadem hereditate Ryzewo sint vel in posterum in eadem hereditate poterint suboriri, secundum quod dicta hereditas in suis metis aut gadibus circumquaque noscitur esse limitata, pro ducentis marcis grossorum Pragensium xlviii marcam faciencium, iure hereditario vendidit et coram nobis perpetuis temporibus resignavit, per supradictos fratres memoratam hereditatem Ryzewo tenendam, vendendam, habendam et pacifice possidendam, nec non donandam, commutandam ac pro sua suorumque voluntate libere convertendam. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum Poznanie ipso die Concepcionis beate Marie virginis gloriose, sub anno Domini m.ccc.lxv, presentibus his testibus, dominis Pascone palatino Poznaniensi, Vincencio Gneznensi, Nicolao Naklensi, Ianusio Bechoviensi, Woyslao de Santok, Iohanne Kalisiensi castellanis, ac aliis plurimis fidedignis.

Kunowo, *Kunowo.* Studzenyecz, *Studzieniec.* Ryzewo, *Ryszewo.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Santok, *Santok.*

Nr. 1554.

Kazimirus rex Polonie etc. 1365 Dec. 27, Oborniki; confirmat litteras, quas dederat monasterio de Łekno: **Wyrzbyatha heres de Pruszycze 1329 Nov. 2, in Gnezna.**

Wągrowiec. Archiv. monasterii. Protocollum tertium pag. 26. (*Transsumpt potwierdzony przez:* Vladislaus rex Polonie etc. 1402 Apr. 25, Gnezne).

In nomine Domini amen. Quod regum decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Igitur nos Kazimirus, Dei gratia rex Polonie nec non

[illegible] Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod ad nostre magestatis presenciam venerabilis vir Hermannus [illegible] de [illegible] accedens humiliter supplicavit, ut sibi literam [illegible] sigillo appensam et sigillis nobilium virorum [illegible] palatini Poznaniensis et [illegible] iudicis Kalisiensis sigillatam confirmare dignaremur. Cuius quidem litere tenor de verbo ad verbum sequitur sub hac forma. *Sequitur diploma Nr. [illegible].*

Nos vero [illegible] Hermanni [illegible] precibus [illegible] in omnibus suis punctis, clausulis et articulis prout presentibus est inserta approbamus, ratificamus et de nostra regia clemencia confirmamus. Actum [illegible] anno Domini [illegible] presentibus hiis testibus: [illegible] palatino Poznaniensi, [illegible] palatino Kalisiensi, [illegible] Iohanne castellano Kalisiensi, [illegible] Poznaniensi, [illegible] Kalisiensi [illegible] et aliis pluribus nostris fidelibus [illegible]. Datum per manus Iohannis [illegible], scriptum vero per Simonem notarium aule nostre regalis.

Lukna. *Lekna.* [illegible]. *[illegible].* Chornik. *[illegible].*

Nr. 1555.

[illegible] Polonie general. 1333 [illegible] 4. [illegible]: [illegible] Thomislaum heredem de Swa-[illegible] molendinum [illegible] ecclesie Poznaniensi vendidisse.

[illegible] Staats [illegible] Poznaniens. [illegible]

Nos [illegible] castellanus Poznaniensis nec non capitaneus terre Polonie generalis, [illegible] presentibus [illegible], quod accedens ad nostram [illegible] terre Polonie presenciam nobilis vir Thomislaus heres de [illegible] non compulsus, non coactus nec aliquo dolo aut errore circumventus, sed [illegible] deliberacione prehabita, reverendissimo in Christo patri ac domino, domino Iohanni Dei gracia episcopo Poznaniensi [illegible] molendinum [illegible], in fluvio [illegible] cum omnibus et singulis [illegible] et cum [illegible] a Rudky [illegible] usque ad [illegible] nominatum, pro [illegible] marcis grossorum [illegible] et resignavit iure hereditario [illegible] perpetuis temporibus possidendum, tenendum, habendum, vendendum, commutandum et ad usus beneplacitos secundum quod sibi [illegible] ecclesie Poznaniensi melius ac utilius videbitur convertendum. Et dominus episcopus Poznaniensis [illegible] Thomislai ad [illegible] usque ad molendinum supradictum. Insuper [illegible] Thomislaus cum fratre suo Iohanne de [illegible] dominum episcopum Poznaniensem antedictum infra tres annos a data presencium [illegible] et terre statuta,

qum et quociens sibi necessarium fuerit decenter exbrigare. In cuius rei testimonium, signaculum nostri sigilli presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie in octava Innocencium, sub anno Nativitatis Domini m.ccc.lx.vi, presentibus hys nobilibus et dominis: Andrea castellano, Alberto subpincerna Kalisiensibus, Przeczslao iudice Poznaniensi, Naram de Naramovicze, Iacussio de Pawlovicze, et Peregrino de Carpiczsco heredibus.

Fluv. Czibyna, *rz. Cybina.* Rudky, *osada znikła.* Cobilepolye, *Kobylopole.* Crusczino, *Grusczyn.* Naramowice, Pawłowice, Karpicko, *dziś tak samo.*

Nr. 1556.

Ienko heres de Clyeczow 1366 Ian. 12, in Golyna; advocatiam oppidi Kleczew Nicolao Baunvater et Menczlyno vendit, iuraque ipsorum describit.
Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1519.

In nomine Domini amen. Quoniam ea que aguntur in tempore, simul et cum tempore labuntur nisi testimonio seu scriptura fuerint perhennata, notum igitur facio tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis: quod ego Ienko heres de Clyeczow, de consilio et bona voluntate matris mee et amicorum meorum, considerans in iure Theutunico melioracionem et reformacionem bonorum, vendidi advocaciam in Clyeczevo secundum ius et consuetudinem Novi fori honestis viris Nicolao Baunvater et Menczlyno compatri suo, videlicet quinque mansos liberos, pro septuaginta sex marcis grossorum Pragensium, tercium quoque denarium de omni re iudicata sive coram eis propriata. Balneum simul cum domino construant, sed censum per medium inter se dividant. Tercium macellum carnium, tercium scamnum sutorum, tercium scamnum pistorum et terciam cameram in pretorio cum omni libertate tenebunt; tercium ortum, ubi locari poterint, pascua, silvam liberam que dicitur Gozwyn, pro utilitate et communitate civium obtinebunt. Predicti advocati valtrem in domo tenere possunt ad lepores fugandos, et parva animalia cum niso aut accipitre capient. Oves et equos indomitos, cum habere poterint, in predictis bonis servabunt. Iam dicti advocati iudicare habeant omnia iudicia, sicut iudicant alii advocati in civitatibus regis. Et piscatorem eis in loco circa civitatem assignabo, qui piscator in lacu assignato pisces capere habet cum rethe quod dicitur wyenczyersz et wanda, et non cum aliis rethibus. Dicti iam advocati cum suis eciam legittimis successoribus ista omnia prescripta libere et absque omni impedimento in perpetuum possidebunt. Prefati vero advocati cum suis concivibus duodecim annorum libertatem obtinebunt. Expirata libertate, sepe dicti advocati pro expedicione belli, quando vexillum regis transit, in equo valente quinque marcas et in pancerio et cum balista domino suo servicium tenentur, sed in cibis et expensis domini sui. Predictus heres Ienko quadraginta mansos ad civitatem asscribit, et cum aduc plures agros residuos habere potuerit, predicta bona studeat amplificari. Duos mansos plebano suo tenetur adimplere. Finita libertate, quilibet civis de suo manso sedecim scottos grossorum michi et meis posteris in festo sancti Martini, et plebano quattuor scottos racione census tenetur solvere. Infra libertatem, quilibet civis de suo manso plebano dimidiam alteram mensuram siliginis et dimidiam avene in festo sancti Martini, et

hoc pro missalibus solvere non recuset. Cum aliquis predictorum civium tres mansos pro se comparaverit, gregem ovium in predictis bonis pascere poterit sicut ipsi advocati prenominati. Cives, cum aliqua causa de ipsis proposita fuerit, nulli respondere habent nisi coram suo advocato. Et ut hec ordinacio seu vendicio robur obtineat et firmitatem, presentem litteram ipsis conscribere feci et sigillo meo ipsam communivi. Datum et actum in Golyna feria secunda infra octavas Epiphanie, sub anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto, presentibus hiis testibus ydoneis viris, domino Vroczlao herede de Schischyno, et Henrico plebano de Golyna, et Cunrado advocato ibidem, et Petro Arnoldi sculteto de Volya, et sculteto Hankone Sydelman de Kawnycze, Curvo Mathia et communitate civium in Golyna, et Iohanne scriptore, et quam pluribus testibus fidedignis.

Clyeczow, *Kleczew.* Golyna, *Golina.* Schischyno, *Szyszyn.* Volya, *Wola Lądzka, lub też Wola Łaszczowa.* Kawnycze, *Kawnica.*

Nr. 1557.

Kazimirus rex Polonie etc. 1366 (sic) Mart. 21, Gnezne; Iacobo, Valtero et Henningo de Guntersberg possessionem villae Wysoka cum attinentiis confirmat, ipsisque multa privilegia largitur.

Warszawa. Archiw. Główne. Ks. M. 84, p. 33. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae I, Nr. 130. (Taż sama kopja.)

Noverint universi tam presentes quam posteri presencium noticiam habituri, quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie et terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, strenuis et nobilibus militibus, dominis Iacobo, Valtero et Hennigo de Guntersberg, nostris fidelibus, et ipsorum veris et legittimis successoribus in regno nostro Polonie Vyssoka cum villis seu prediis et omnibus attinenciis ad eandem spectantibus et superfluitate nemorum, usque ad locum ubi fluvius Chuda appellatur in wlgari Valny, et de illo loco Valny directe per metas infrascriptas: scilicet in Quyczko, in Lokovo, in Piskorzdol, in Sczodre, in Klaczyno, in Kleparzewlass, in Camyonki, in Palecznyczam, in Radecznyczam, in Ploczyczam, directe in Ococite usque ad prefatum fluvium Chuda: damus et conferimus cum omnibus utilitatibus, solucionibus et serviciis, que nunc sunt et processu temporis possunt exoriri. Concedimus eciam eisdem et ipsorum legittimis successoribus plenam libertatem municiones et firmaciones quascunque edificare et construere in bonis nominatis. Preterea volumus, ut ampliori nostra gracia utantur, prefati Iacobus, Valterus et Hennigus, cum eisdem veris et legittimis successoribus a nostro servicio sint penitus liberi et soluti de bonis nominatis. Ceterum volumus, ut omnibus fluviis, stagnis, lacubus, lignis, pratis, pascuis, molendinis, et huiusmodi similibus integraliter perfruantur, prout eis et eorum successoribus legittimis utilius videbitur expedire. Quas quidem prememoratas nostras donaciones, sicut a nostra et nostrorum predecessorum gratia ipsorum predecessores et parentes hucusque longis temporibus possiderunt (sic), habere volumus, ut pretacti nostri fideles et ipsorum legittimi successores imperpetuum possidebunt (sic). Considerantes vero insuper ipsorum servicia fidelia et nobis utilia, damus et elargimur de gracia nostra speciali, maturo consilio nostrorum nobilium prehabito, pretactis Iacobo, Waltero et Hennigo et ipsorum legittimis successoribus iura infrascripta: videlicet, quod quicunque ipsos vel eorum aliquem,

pro qualibet calumnia vel qualicunque questione evocaverit ad iudicium nostrum, volumus et statuimus decernentes, quod idem evocatus mettercius iuramento suo corporali huiusmodi calumniam evadere tenebitur. Si autem noluerit iuramento corporali, ut expressum est, innocenciam suam declarare, et e converso, etiam habere volumus, quod pretacta iura coram nobis seu nostro capitaneo Maioris Polonie, et non alio iudice in regno nostro Polonie fieri (sic) debeant. In cuius rei testimonium, presentem literam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum Gnezne sabbato ante dominicam Iudica, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto, presentibus magnificis principibus, Henrico Glogovie, Georgio Lywonie (sic) ducibus, Thomislao iudice Chalissiensi, et aliis fide dignis. Per manus domini Ottonis cancellarii Polonie.

Vyssoka, *miasteczko Wysoka.* Fluv. Chuda, *lewy przypływ rz. Noteć, w Nrach 1286, 1290 i jeszcze przez Długosza pisany* Gwda, *z czego powstała dzisiejsza niewłaściwa nazwa Głda.* Locus ubi fluv. Chuda appellatur Valny, *zapewne miejsce, na którem stanęło później miasteczko Lendyk, a gdzie strumienie Czarna, Dobrzynka i Streczna łączą się z Głdą.* Valne, *Falin, jezioro z którego wypływa rzeka Głda, z niem. Vilm See.* Quyczko, *(Kwiecko), według dokumentu z roku 1433 opisującego granice posiadłości Kawalerów Niemieckich z Polską, a drukowanego u Riedla, Cod. diplom. Brandenburgens. IV, p. 133, jest stara nazwa jednego z trzech jeziór, przez które przepływa Dobrzynka, zdaje się, że tego, nad którem leżą wsie Rosenfelde i Kapa.* Lokovo, *Łukowo.* Piskorzdol, Sczodre, *nie odgadnione.* Klaczyno, *Kleszczyn.* Kleparzewlass, *nie odgadnione.* Camyonki, *Kamień, z niem. Hohenfier.* Palecznycza, *nie odgadnione, jest zapewnie, jak powyżéj nie odgadnione, starą zapomnianą nazwą jednego z rozlicznych w téj okolicy jeziór i strumieni.* Radecznycza, *Radzice, lub strumień pod tą wsią płynący, lewy przypływ strum. Łobżonka.* Ploczycza, *Płociska.* Ococite, *w Długosza opisie rzek Wielkopolskich* Otoczyce, *nazwa osady zniknéj, która stała przy ujściu rzeczki Dobrzyca do rz. Głda. Obszar powyższemi granicami objęty zajmuje blisko 18 mil* □; *jeżli zaś nazwa* Lokovo *ma oznaczać Lutowo, a* Camyonki, *Kamionki, byłby wtenczas jeszcze o kilka mil większym.* Lywonie, *mylnie, pewnie zam.* Lythvanie, *a ma oznaczać ks. Jerzego Narymuntowicza. Zadziwiający ten dokument jest, wyjąwszy osoby, prawie dosłownem powtórzeniem Nru 384.*

Nr. 1558.

Nicolaus dictus Poppo comendator domus s. Iohannis ante Poznaniam 1366 Apr. 28, Poznanie; Stanislao Swank privilegium super scultetia villae Rabowice renovat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Posnaniens. a. 1549, fol. 237.

In nomine Domini amen. Cunctorum memoria perierit factorum, nisi voce testium vel scripturarum munimine fuerint roborata. Proinde nos Nicolaus dictus Poppo, comendator domus sancti Iohannis ante Poznaniam Ordinis sancti Iohannis Hierosolimitani, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod veniens discretus vir Stanislaus dictus Swank ad nostram nostrorumque fratrum presenciam, lamentabiliter coram nobis proposuit et humiliter supplicavit, ut sibi privilegium super scultecia sua in Rawowicze hereditate nostra renovari ac ascribi mandaremus, quod privilegium nuper per exusionem civitatis Poznaniensis sibi fuisset concrematum, quam videlicet sculteciam Stanislaus supradictus scultetus noster emit pro viginti marcis

grossorum apud Nicolaum heredem de Iassene, filium Martini dicti Broncowicz, de nostra nostrorumque fratrum voluntate et assensu. Nos vero consideratis suis fidelibus servitiis, que nobis fideliter exhibuit et in posterum Deo adiuvante exhibebit, sibi gratiosius annuentes presentibus duximus innovandum, et nichilominus omnia et singula iura que in priori privilegio continebantur, sibi scribi et ingrossari fecimus ac innovari. Dantes et concedentes sibi et suis legitimis successoribus racione scultecie in eadem hereditate nostra Rawowicze ius Maidburgense, quatuor mansos liberos, quatuor hortos, tabernam, calcipariam, fabrum, macellum carnium et panum. Tercium vero denarium de qualibet re iudicata tam Polonicali iure quam Theutunicali, quicunque excessus villanorum ad noticiam iam dicti sculteti nostri devenerint, si nos vel nostros successores pro eisdem excessibus sine strepitu iudicii pervenirent, scultetus noster tercium denarium habebit. Denarios iuramenti ex integro scultetus percipiet sine briga. Iumenta indomita, sive oves, quas habere poterit, intra gades sive terminos iam dicte hereditatis pascere poterit libere, pacifice et quiete. Venaciones leporum sive aliorum animalium, sive avium cuiuslibet generis, libere exercebit: que omnia idem scultetus et sui liberi ac successores legitimi nostre scultecie predicte, iure hereditario libere, pacifice et quiete ac perpetuo possidebunt. Pignora vero quibuscunque nominibus vocitentur, non alias nisi domum sculteti pellantur sive deducantur. Incole autem hereditatis eiusdem tres mensuras tritici, tres siliginis, tres avene et fertonem grossorum Pragensium de manso quolibet, festo beati Martini racione census annis singulis nobis et nostris successoribus perpetuo solvere et in Poznaniam deducere, ac in domo nostra presentare ac pagare tenebuntur. Pro honoribus vero dominorum, sepedicti incole in Pascha per triginta ova de manso quolibet, et duos caprinos communitas solvet. In festo autem beati Michaelis, per duos pullos nobis et nostris successoribus dabunt perpetuo. Pro honore duo prandia eciam dicti incole, et tercium scultetus prandium, aut pro quolibet ipsorum sex scotos solvent, que circa iudicia bannita ter in anno fieri consueverunt. Incole eciam predicti, ad hiemalia et estivalia arabunt nobis et nostris successoribus, ad meridiem videlicet, ter in anno. Et quia iura civitatis Maidburgensis nobis sunt prorsus incognita, omnia iura que honorem et commodum ac utilitatem dominorum respiciunt, salva nobis et integra reservamus. Scultetus eciam noster qui pro tempore fuerit, nobis et nostris successoribus in equo valente duas marcas servitium exhibebit. Et si, quod absit, in negocio dominorum equum ammiserit, domini ville damnum sibi solvere tenebuntur. Ad expedicionem vero terrestrem, sepedicti incole, secundum quod alie ville solvere consueverunt, ita nobis et nostris successoribus dabunt sine briga. Habebit eciam scultetus noster et sui posteri liberam facultatem vendendi, commutandi, gratis dandi; duntaxat tali, in quem dominus ville consenserit. Et in huius rei testimonium, presentibus sigillum nostrum nostrique conventus duximus appendendum. Actum et datum Poznanie in die beati martiris Vitalis gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, presentibus discretis viris ac honestis: Stanicone sculteto de Szewcze, Thomassio sculteto de Thanaborze, Voicone sculteto de Salassowo, Voislao sculteto de Kruszczyno, Iohanne sculteto de Gothartowo, Michaele sculteto de Iankowo, et aliis quam pluribus fidedignis.

Rawowicze, *Rabowice.* Iassene, *Jasin.* Szewcze, *Szewce.* Thanaborze, *Taniborz.* Salassowo, *Zalaszewo.* Kruszczyno, *Gruszczyn.* Gothartowo, *Gotartowo.* Iankowo, *Janków.*

Nr. 1559.

Bodzantha procurator Cracoviens. 1366 Mai. 4, in Kurzelowo; protestatur, Elizabet consortem Stephani heredis de Tęgobórz, partem hereditatis Widuchowa Procopio et filiastris eius de Bogorja heredibus vendidisse.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczątka przedstawia godło rodu Szeligów, u którego pod ramionami Krzyża litery B. O.; napis w otoku: S. Bodzate de O...

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 171.

In nomine Domini amen. Nos Bodzantha procurator Cracoviensis notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis, quod constituta in presencia nostra nobilis domina, domina Elizabet conthoralis Stephani heredis de Tangoborza, non compulsa, non coacta nec aliquo dolo seu fraude circumventa, sed pura de liberalitate animi, partem hereditatis dicte Wyduchowa site in terra Sandomiriensi, ad ipsam ex successione materna legittime spectantem, cum omnibus iuribus, ortis, tabernis, campis, pratis, pascuis, rubetis, silvis, aquis ac aliis et singulis proventibus, utilitatibus, fructibus, quodquod in dicta parte sunt et possunt orriri, pro CCCtis marcis grossorum Boemicalium, quadraginta octo grossos pro marca qualibet conputando, nobilibus viris Procopio et filiastris ipsius, natis quondam Petri, heredibus de Bogoria vendidit, tradidit ac totaliter a se et a suis legittimis successoribus resignavit, nichil iuris et dominii in parte hereditatis prescripte pro se et successoribus suis reservando, tenendam, habendam, donandam, commutandam, vendendam ac perpetuis temporibus per Procopium et filiastros eius prefatos et ipsorum successores possidendam; promittens una cum marito suo prefato, quod si Procopius et filiastri sui predicti infra spacium trium annorum et sex septimanarum, a data presencium numerandorum, per quempiam super dicta parte hereditatis impedirentur, pro ipsis intercedere eandem partem hereditatis iam dicte exbrigando, harum quibus nostrum sigillum est appensum testimonio litterarum. Actum in Kurzelowo quarta die mensis Maii, anno Domini M.CCC.LX sexto, presentibus: venerabili in Christo patre, domino Iaroslao archiepiscopo sancte Gneznensis ecclesie, ac strenuis viris: Nicolao iudice Cracoviensi, Raphaele subcamerario Sandomiriensi, et honorabilibus viris: Swanthomiro preposito Kalisiensi, Boguslao, canonicis Gneznensibus, Alberto de Zorawa, Semiano de Borzikowo heredibus, et aliis fidedignis.

Tangoborza, *Tęgobórz.* Wyduchowa, *Widuchowa.* Bogoria, *Bogorja.* Kurzelowo, *Kurzelów.* Zorawa, *Żuraw.* Borzikowo, *Borzykowa.*

Nr. 1560.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1366 Mai. 7, in Costan; protestatur, Hesternam heredissam de Śmiłowo, civibus de Poniec praedictam hereditatem vendidisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Vschovens. a. 1608, fol. 270.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus commendare, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie nobilium presenciam reverenda domina nomine Hesterna, heredissa de Smilowa, una cum sua filia nomine Elisabeth, non compulsa, non coacta nec aliquo vitio aut erore seducta, sed ridenti vultu maturaque deliberatione sui animi prehabita, discretis viris omnibus et singulis et singulariter universis civibus civitatis Ponecz, et per eos eorum veris ac legitimis successoribus natis sive nascendis, hereditatem Smilowo vulgariter nuncupatam, cum omnibus et singulis utilitatibus, secundum quod dicta hereditas in suis metis ac gadibus circumferencialiter est distincta vel etiam limitata, pro viginti marcis grossorum paratorum vendidit, contulit, asscripsit et resignavit, iure hereditario tituloque proprietatis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, commutandam, resignandam et ad usus beneplacitos convertendam, iuxta quod eis necessarium fuerit seu etiam opportunum. In cuius rei testimonium, sigillum nostri tituli est appensum. Actum et datum in Costan in crastino beati Iohannis ante portam Latinam, sub anno Incarnacionis Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, presentibus his testibus: domino Vincencio castellano Gneznensi, Iaroslao de Iarognewicze, Pacossio de Kolaccowo, Giwano de Rossnowo, Dominico de Popowo, Boguslao de Brodnicza heredibus, et aliis fidedignis multis.

Smilowa, *Śmiłowo.* Ponecz, *Poniec.* Costan, *Kościan.* Iarognewicze, *Jarogniewice.* Kolaccowo, *Kołaczkowice.* Rossnowo, *Rosnowo.* Popowo, *Popowo Polskie.* Brodnicza, *Brodnica.*

Nr. 1561.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1366 Mai. 11, in Ponecz; tres mansos advocatiae regalis in oppido Poniec Iohanni Faber et Nicloni Gotczalk, civibus eiusdem oppidi vendit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Vschovens. a. 1608, fol. 269.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus comendare, quod cupientes bona ac redditus serenissimi domini nostri Kazimiri, Dei gracia regis Polonie, nostre fidei sub sacramento multipliciter augmentare et augeri, vendidimus tres mansos advocacie civitatis Ponecz cum omnibus et singulis utilitatibus ad eosdem mansos spectantibus, viris providis et honestis Iohanni Fabro et Nicloni dicto Got-

czalk, et per eos eorum veris ac legitimis successoribus natis seu nascendis, pro septem marcis grossorum paratorum, iure hereditario tytuloque proprietatis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendos, tenendos, habendos, vendendos, comutandos, resignandos et ad usus beneplacitos iuxta quod eis melius et utilius videbitur convertendos; dantes et nichilominus eis conferentes a festo beati Michaelis proxime nunc venturo infra quatuor annos continuo sequentes plenariam et omnimodam libertatem. Cessante autem libertate, tunc singulis annis in festo beati Michaelis pro censu domino nostro regi predicto malderatam triplicis grani, videlicet quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis et quatuor avene, uno quoque cum hoc fertone, et uno similiter pro decima fertone usualis monete solvere tenebuntur. In cuius rei testimonium, signaculum nostri sigilli presentibus est appensum. Actum et datum in Ponecz feria secunda Rogacionum, anno Incarnacionis Domini M.CCC. sexagesimo sexto, presentibus hys testibus et dominis: Vincencio Gneznensi, Iohanne Kriwinensi castellanis, Sobkone de Krzekothowicze, Ianussio de Ptascowo, et Peczone de Ianissewo heredibus.

Ponecz, *Poniec.* Kriwinensis, *de Krzywin.* Krzekothowicze, *Krzekotowice.* Ptascowo, *Ptaszkowo.* Ianissewo, *Janiszewo.*

Nr. 1562.

Iohannes abbas et conventus fratrum de Lubyn 1366 Mai. 25, in monasterio Lubinensi; protestantur, Iohannem Warlmul advocatiam oppidi Święciechowa Vincentio castellano Gneznensi vendidisse, eundemque castellanum scultetiam praedictam Nicolao Cordbok genero suo resignavisse.

Pergam. orygin. Dwa pasma nici jedwabnych zielon., od przywieszenia dwóch pieczęci.

Warszawa. Biblioteka Krasińskich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Presentis vite condicio statum habet instabilem, et ea que habent essenciam, cedun (sic) invisibiliter ad non esse. Proinde nos Iohannes divina paciencia abbas, una cum conventu fratrum nostrorum de Lubyn Ordinis sancti Benedicti, universis et singulis ad quos presentes pervenerint cupimus fore notum, quod veniens ad nostram et fratrum nostrorum presenciam predictorum in capitulo consedencium Iohannes dictus Warlmul, advocatus in Swanczechow, suam advocaciam ibidem in Swanczechow, quam ex patre et ex patruo suo iure hereditario possedit multo tempore pacifice et quiete, nobili viro domino Vincencio castellano Gneznensi voluntarie resignavit. Tandem idem dominus Vincencius, ibidem in eodem loco coram nobis omnibus, suo genero Nicolao dicto Cordbok vendendo eandem advocaciam pro sua certa pecunia et parata, resignavit cum omni iure, quo supradictus Iohannes Warlmul et sua antiquitas tenuerunt pacifice et quiete, ut eodem iure et eodem vigore Nicolaus dictus Cordbok et sua posteritas gaudeat gaudeat (sic) de plena possessione libertatis. Cui quidem resignacioni, vendicioni et ordinacioni coram nobis facte graciose consensimus et consentimur (sic), et in huius rei testimonium, sigilla nostra, nostrum et nostri capituli, presentibus sunt appensa. Acta sunt hec in monasterio Lubinensi xxvta die mensis Maii, anno Domini m.ccc.lxvi, pre-

sentibus: reverendo in Christo patre domino Iohanne divina et apostolice Sedis providencia episcopo Poznaniensi, ac strenuis viris, dominis Ianussio Bechoviensi, Michaele Medzirecensi castellanis, Nicolao venatore Gneznensi, Iascone de Dambice, Borzugio de Chlebovo heredibus, et aliis pluribus fide dignis.

Lubyn, *Lubin.* Swanczechow, *Święciechowa.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Medzirecensis, *de Międzyrzecz.* Dambice, *osada znikła w okolicy m. Dolsk, cnfr. Nr. 1477.* Chlebovo, *Chlebowo.*

Nr. 1563.

Wasilo prepositus hospitalis Domus s. Iohannis prope Gneznam etc. 1366 (?) Iun. 12, in Subino; villam sui hospitalis desertam, dictam Witków, et alias adiacentes et lacus prope villas Dziechowo et Piaseczno sitos, cum villa ecclesiae Gneznens. dicta Włokna decimisque in villa Kowalewo commutat.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 58.

Nos Wasilo prepositus hospitalis Domus sancti Iohannis prope Gneznam Ordinis sancti Augustini Domus Iherosolimitane, notum facimus universis quibus aperta fuerit noticia subscriptorum, quod sagaci revolucionem considerantes mente studiosa, Domus nostre sancti Iohannis predicte condicionem meliorem et utiliorem facere satagentes, de voluntate et consensu conventus monasterii Mechoviensis, tanquam nostre Domus principalis, cum venerabili in Christo patre, domino Iaroslao archiepiscopo Gneznensi, commutacionem bonorum vicissim fecisse profitemur infrascriptam. Dantes et assignantes predicto domino archiepiscopo, nomine ipsius ecclesie prescripte, pretextu huiusmodi commutacionis has villas desertas et in densitate nemorum constitutas, sitas in districtu Naklensi, scilicet Vythkovo cum aliis sibi adiacentibus ex integro, ac lacubus qui Sczechowa et Pasky appellantur, et mericis eis plenarie adherentibus, prout in limitibus sunt distincte suis; recipientes ab ipso domino archiepiscopo et suo Capitulo, per modum memorate commutacionis, villam mense ipsius archiepiscopatus Wlokna vulgariter nuncupatam, cum decima et lacubus, nec non omnibus aliis utilitatibus, fructibus et proventibus ac universis obvencionibus, que ibi sunt ad presens vel haberi poterint in futurum, nec non decimam in Kowalewo ex integro, nobis et Domui nostre per ipsum archiepiscopum et Capitulum ipsius commutabiliter assignatam, ac cum toto iure, dominio et universis fructibus, quocunque nomine censeantur. Insuper obligamus nos utrobique pro eviccione bonorum eorundem, si per quempiam infra tempus terrestre approbatum aliquem pro eisdem moveri contingat questionem; promittentes eandem commutacionem, nostro et nostri conventus nomine, ratam et gratam atque firmam tenere et habere ac inconvulsam observare temporibus perpetuis, harum serie litterarum. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum ac dicti nostri conventus Mechoviensis presentibus sunt appensa. Datum et actum in Subino XII die mensis Iunii, sub anno Domini millesimo trecentesimo (*vacuum*) sexto, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Swanthomiro preposito, Clemente archidiacono Kalisiensi, canonicis Gneznensibus, Nicolao canonico Lanciciensi, Bronisio notario, scriptum per manus Petri vicarii ecclesie Gneznensis maioris, ceterisque fide dignis.

Mechoviensis, *de Miechów.* Vythkovo, *Witków.* Sczechowa, *Dziechowo.* Pasky, *Piaseczno.* Włokna, Kowalewo, *dziś tak samo.* Subino, *Szubin.* *Cnfr. Nr. 1447.*

Nr. 1564.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1366 Iun. 20, in Pysdri; protestatur, Milesam heredem in Targowa Górka, partem suam ibidem Iohanni castellano de Śrem certa conditione obligavisse.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Niesobiów; napis: S. Wyrbante d'Panevic.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 172.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, omnibus et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis vir Milesa heres de Milesina Gorca, non compulsus, non coactus, sed bona deliberacione sui animi prehabita, strenuo militi, domino Iohanni castellano Sremensi suam partem hereditatis Milesina Gorka vulgariter nuncupate, cum omnibus et singulis utilitatibus atque atinenciis Polwicze dictis, in quadraginta marcis grossorum paratorum obligavit; tali nichilominus condicione mediante, quod infra quinque annos a datis presencium continue sequentes, redimere non potest partem hereditatis supradicte. Evulso autem spacio quinque annorum supradictorum, tunc, quandocunque voluerit, parata pecunia redimendi habebit plenam et omnimodam potestatem. Insuper prehabitus Milesa aream cum orto, quam prius tenuit, et medium Lampino, que omnia pro se reservavit. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Pysdri sabbato ante diem beati Iohannis Baptiste, sub anno Domini milesimo CCC. sexagesimo sexto, presentibus hiis testibus et dominis: Vincencio Caminenensi, Beniamino de Xanze castellanis, Petro de Strzalcowo, Bronissio de Wysnewo et Venceslao de Chwalibogowo heredibus.

Na pieczęci: Panevic, *Panowice.* Milesina Gorca, *Targowa Górka.* Polwicze, Lampino, *osady pewnie dziś objęte we wsi Mała Górka; Pulwice p. m. Zaniemyśl są o 4 mile odległe.* Caminenensis, *de Kamień.* Xanze, *Książ.* Strzalcowo, *Strzałkowo.* Wysnewo, *Wiśniewa.* Chwalibogowo, *dziś tak samo.*

Nr. 1565.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1366 Iul. 2, Poznanie; Goslaum rectorem ecclesiae de Wyskoć in canonicum ecclesiae suae recipit, et loco eius vicarium perpetuum in Wyskoć instituit.

Pergam. orygin. Sznurki jedwabne zielone, od przywieszenia dwóch pieczęci.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 19.

In nomine Domini amen. Quoniam gesta hominum facile a memoria dilabuntur nisi fuerint scripture testimonio cum annotacione testium posterorum notitie

commendata, hinc est, quod nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, notum facimus universis presentibus et futuris ad quos pervenerit scriptum presens, quod cultum divinum nec non canonicorum et prebendarum numerum in dicta nostra Poznaniensi ecclesia augeri desiderabiliter cupientes, attendentes eciam fidelia servicia discreti viri domini Goslay procuratoris nostri, nobis et ecclesie nostre exhibita et impensa, ac propter eius merita probitatis, in persona ipsius domini Goslay canonicatum et prebendam in dicta nostra Poznaniensi ecclesia de consensu et voluntate fratrum nostrorum, scilicet Poznaniensis Capituli, de novo instituendos duximus et creandos, dictumque Goslaum quondam rectorem ecclesie de Viscocze, in ipsa Poznaniensi ecclesia per fratres nostros, prelatos et canonicos ipsius ecclesie, in canonicum recipi fecimus et in fratrem, sibique stallum in choro et vocem in Capitulo cum plenitudine iuris canonici assignari. Redditus et proventus ecclesie de Viscocze, cuius ad nos ius patronatus, provisio et collacio pertinere dinoscitur, ut infra submittitur, pro corpore prebende de novo creande scindendos censuimus seu eciam dividendos. Habebit namque et eciam retinebit racione prebende sue predicte dictus Goslaus in villis infrascriptis census et decimas, videlicet in Viscocze, in Chorina, in medio Golambino et in Wronovo, de agris cultis et de novalibus quibuscunque, prout dicte ville in suis limitibus sunt distincte. Quarum villarum redditus et proventus omnes et singulos, in censibus et decimis ut premittitur consistentes, nec non agros omnes qui primitus ad eandem ecclesiam pertinebant, preter mansum unum, qui vicario perpetuo in Viscocze debebitur et ad illum racione agriculture spectabit, predicte prebende de novo create contemplacione seu intuitu dicti Goslay annectimus, adiungimus et ascribimus perpetuo in hiis scriptis, eos a proventibus, obvencionibus et iuribus aliis memorate de Viscocze ecclesie totaliter separantes; pro vicario vero, qui vice et loco eiusdem Goslay et successorum ipsius in dicta Poznaniensi ecclesia deserviet, sicut consuetum est fieri per vicarios alios officiis in divinis, decimam in Domaslavicze atribuimus, ascribimus ac eciam assignamus. Ut autem vicarius perpetuus, per nos inibi eciam noviter ad presentacionem dicti Goslay institutus, et successores sui qui pro tempore fuerint, incumbencia onera memorate in Viscocze ecclesie possint et valeant facilius et commodius supportare deserviendo ipsi ecclesie in divinis, pro sustentacione ipsius ac successorum suorum decimas alias, binum videlicet Rogaczevo, Sculino, Raczsati in insula, et alias decimas post militum araturas, cum frumentis missalibus in villis parrochialibus ad eandem ecclesiam spectantibus, mansum predictum et areas, pro ipso vicario perpetuo et clerico, in dote ecclesie eiusdem ac suis successoribus, similiter qui pro tempore fuerint, iungimus, ascribimus et perpetuis futuris temporibus tenore presentium assignamus. In cuius rei testimonium, nostrum et Capituli nostri predicti sigilla presentibus sunt appensa. Datum Poznanie die beatorum Processi et Martiniani martirum, anno Domini m.ccclxvi, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Troyano preposito, Dythcone decano, Andrea archidyacono, Iohanne custode, Nicolao archidyacono Sremensi, Iacobo archidiacono Pczevensi, Ianussio cantore, Martino archidiacono, Gneznensibus, Iohanne de Dobrzicza, Nicolao Czebulca, Pribignevo, canonicis Poznaniensibus.

Viscocze, *Wyskoć*. Chorina, *Choryń*. Golambino, *Golembin*. Wronovo, *Wronowo*. Domaslavicze, *osada znikła*. Binum Rogaczevo, *Rogaczew, Rogaczewek*. Sculino, *osada znikła*. Raczsati in insula, *Racot*. Pczevensis, *de Psczew*. Dobrzicza, *Dobrzyca*.

Nr. 1566.

Przeczlaus iudex Poznaniensis 1366 Iul. 7, in Srzem; una cum ceteris iudicibus partem hereditatis Motholewo monasterio Lubinensi contra petitionem Iaszkonis de Dambicze adiudicat.

Pergam. orygin. Wcięcia od przywieszenia jednéj pieczęci.

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 16. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. 102.

Nos Przeczlaus iudex Poznaniensis, universis et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod cum in Srzem tertia feria post octavas beatorum Petri et Pauli apostolorum in iudicio regali sedissemus sub anno Domini MCCCLX sexto, ubi etiam nobiles terre Polonie iudicio prefuerunt: Przibislaus Drozinensis, Czema Geczski castellani, Martinus Lodzski, Ywan de Rosnowo et Dassius iubiudex Poznaniensis, ibi veniens religiosus vir Nicolaus, procurator et causidicus ex parte conventus de Lubin, citatus per Iaszkonem de Dambicze coram nobis, iusto et vero iudice (sic) exigente, partem hereditatis Motholewo dicte, prenominatum Iaszkonem contingentem, iudicialiter optinuit ac eciam acquisivit. Nos itaque ex informatione prescriptorum nobilium prefatam sortem conventui in Lubin adiudicavimus possidendam. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum die et loco, quibus supra.

Srzem, *Śrem.* Drozinensis, *de Drużyn.* Geczski, *de Giecz.* Lodzski, *de Łódź.* Rosnowo, Lubin, *dziś tak samo.* Dambicze, Motholewo, *znikłe osady okolicy m. Dolsk.*

Nr. 1567.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1366 Aug. 12, in Mossina; protestatur, Sbroslaum heredem de Pucołowo, medietatem hereditatis praedictae Mlodotae, Nicolao et Rzącziwogio de Chaławy vendidisse.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 18.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie generalis, noticie presencium memorieque futurorum presentibus cupimus comendare, quod accedens ad nostram aliorumque terre Polonie militum presenciam nobilis vir Sbroslaus heres de Puczolowo, non conpulsus, non coactus nec aliquo vicio aut errore circumventus, sed maturo consilio suorum amicorum super eo habito, nobilibus viris Mlodote, Nicolao et Rzǿcziwogio heredibus de Chalawi, et per eos eorum veris ac legitimis successoribus natis seu nascendis, mediam hereditatem, Puczolowo vulgariter nuncupatam, cum omnibus et singulis utilitatibus ad ipsam spectantibus, pro quinquaginta tribus marcis grossorum paratorum vendidit, contulit, ascripsit et resignavit iure hereditario tytuloque proprietatis quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, comutandam, resignandam et ad

usus beneplacitos, iuxta quod eis melius aut utilius videbitur convertendam. In cuius rei testimonium, signaculum nostri sigilli presentibus est appensum. Actum et datum in Mossina feria quarta infra octavas beati Laurencii martyris, sub anno Incarnacionis Domini m.ccc. sexagesimo sexto, presentibus hys testibus et dominis: Vincencio castellano Gneznensi, Dassio subiudice Poznaniensi, Martino de Locza, Mroczkone de Gywno, Boguslao de Brodnicza, Andrea de Karczewo heredibus, et aliis multis fide dignis.

Puczolowo, *Pucołowo.* Chalawi, *Chaławy.* Mossina, *Mosina.* Locza, *Łódź.* Gywno, *Iwno.* Brodnica, Karczewo, *dziś t. s.*

Nr. 1568.

Com. Andreas heres de Cunowo 1366 Sept. 27, s. l.; scultetiam in hereditate sua Ryszewo, Phalconi cuidam in ius Sredense vendit.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran. Lib. privil. fol. 7.

In nomine Domini amen. Cum acta delet oblivio nisi litterarum serie cum annotacione testium fuerint perhennata, noverint igitur universi tam presentes quam futuri presentem litteram inspecturi, quod nos comes Andreas heres de Cunowo, cupientes bona nostra peramplius augmentare, vendidimus viro discreto Phalconi suisque legittimis successoribus scolteciam pro septem marcis grossorum in hereditate nostra dicta Ryssewo in vulgari, in ius Srzedense, videlicet Novi fori, cum tercio denario iudiciali, ita tamen, prout dicta hereditas in suis gadibus est distincta, libere tenendam, habendam et vendendam. Cui videlicet scolteto ad suam scolteciam in ipsa hereditate spectant duo mansi decem latitudinis virgarum liberi, cum una area et duobus ortis liberis. Damus vero nominato scolteto et kmethonibus qui in ibidem locati fuerint, a regali exaccione et a nostra omni solucione sex annos de libertate. Dum autem in predicta hereditate thaberna fuerit, sive faber, aut sutor, sive sartor, aut qualiscunque vendicio fuerit panis aut carnium, de omnibus istis pretactis, de thaberna et de aliis, ipse scoltetus sibi tercium denarium recipiet, et nobis duos dabit. Similiter et de omni gagyo tercium denarium recipiet, dum in predicta hereditate occurrerit. Causas vero, quas ipse scoltetus iudicabit, de ipsis causis sibi tercium denarium recipiet, et nobis duos dabit. Vendidimus eciam nominato scolteto et suis liberis per medium lacum cum toto ibidem prato, sicut se extendit a dicto lacu usque ad viam que ducit in Galaszowo. Iumenta vero et boves dum habuerit, pascat in predicta hereditate sine dampno kmethonum; lepores vero comprehendat, sed non cum rethibus. Obstaculum vero ipse scoltetus pro venacione dum faciet circa Charzewo, totum fructum de ipso nobiscum per medium dividet. Et eciam ipse scoltetus servicium nobis exhibebit; dum autem per legacionem kmethonum equitaverit, et ad noctem domum non redierit, kmethones sibi de expensis provideant. Incole vero qui in sepedicta hereditate locati fuerint, pro censu nobis, exspirata libertate, ad diem sancti Martini per octo grossos, ad Assumpcionem beate Marie per duos pullos, per medium capete ovorum ad diem Pascarum dabunt, et per sex grossos ipse scoltetus pro suo prandio iudiciali tercio nobis exhibebit, et ipsi kmethones similiter pro suis duobus. Et quia alia iura Novi fori prorsus sunt

nobis incognita, ideo pro nobis sana et integra reservamus. Et eciam ipsi kmethones tres dies in anno arare nobis tenebuntur. In rei testimonium omnium premissorum, nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Actum et datum quinto Kalendas Octobris, anno Domini millesimo ccc.lx. sexto, presentibus reverendis testibus: comite Grzymyslao herede de Parvo Rysszewo, comite Michaele herede de Dambrowka, comite Sbiluthone herede de Palandze, domino Nicolao plebano de Vyelathowo, domino Llaurencio plebano de Mogylno, et Alberto scolteto ibidem de Mogylno, et aliis quam pluribus fide dignis.

Cunowo, *Kunowo.* Ryssewo, *Ryszewo.* Galaszowo, *Gałęzowo.* Charzewo, *nie odgadnione, pewnie* Chorelino *Nru. 11.* Parvum Rysszewo, *Ryszewko.* Dambrowka, *Dąbrówka.* Palandze, *Palędzie.* Vyelathowo, *Wilatowo.* Mogylno, *Mogilno.*

Nr. 1569.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1367 Mart. 16, in Oppathow; litem inter consules civitatis Kalisz et Swanthomirum praepositum sanctae Mariae ibidem, super solutione cuiusdam decimae suscitatam, amicabiliter componit.

Pergam. orygin., u którego na sznurze z nici jedwabn., pomarańczowych przywieszona podługowata pieczęć arcybiskupa Jarosława; cnfr. Nra. 1234, 1312.
Kalisz. Archiw. Rządowe. Diplomata.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, universis quibus expedierit volumus fore notum, quod cum pridem coram nobis inter honorabilem virum dominum Svanthomirum prepositum sancte Marie in Kalis, ex una, ac providos viros consules civitatis Kallisiensis, parte ab altera, super recepcione et solucione census annui de quindecim mansis ante muros eiusdem civitatis locatis, nomine litis, simpliciter et de plano, absque strepitu, figuracione iudicii controversia fuisset suscitata, prefato domino Svanthomiro sic contra ipsos iudicialiter proponente: quod de huiusmodi xv mansis, ei racione decime septem marcas grossorum cum media annis singulis solvisse debent: quorum consulum in oppositum responsio in hunc modum extitit consecuta: quod quatuor suis predecessoribus, et hactenus, non nisi sex marcas grossorum cum fertone, tanquam ex debita ordinacione, pro censu annuo de prefatis mansis solvere consuevissent. Dictus vero dominus Svanthomirus, audita eorum tali responsiva, id ipsum detulit ipsorum consciencie et honori, quod non plus, nisi tantum ut prefertur predictis prepositis et hactenus dare sunt consueti; qui immediate super eorum consciencias et honorem deposuerunt, se non plus, quam sex marcas predictas cum fertone, ab olim suis quatuor predecessoribus et usque hunc solvere et solvisse. Nos vero audita et considerata determinacione huiusmodi controversie, de voluntate et consensu utriusque partis, super solucione et recepcione dicti census pro prefatis xv mansis sic duximus statuendum et eciam ordinandum, quod deinceps et inantea prefati consules Kalissienses, perpetuis temporibus, singulis annis in festo beati Martini confessoris dicto domino Svanthomiro suis cum successoribus qui pro tempore fuerint, sex marcas grossorum cum fertone dare et solvere sint astricti, harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum (sic). Datum et actum in Oppathow

XVI die mensis Marcii, sub anno Domini millesimo CCC sexagesimo septimo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis: fratre Iohanne officiali Gneznensi, Nicolao et Mathia canonicis Lanciciensibus, et aliis pluribus fide dignis. Scriptum per manus Iarandi protunc curie nostre notarii.

Oppathow, *Opatówek.*

Nr. 1570.

Fr. Hermannus abbas in Lukna 1367 Mart. 25, s. l.; cuidam Paulo sultetiam villae sui monasterii dictae Kobylniki vendit.

Wągrowiec. Archiv. monasterii Cisterciens. Protocollum quartum, fol. 16.

In nomine Domini amen. Quoniam oblivioni perpetue traduntur ea que in tempore fiunt, si non testimonio litterarum fuerint roborata, proinde nos frater Hermannus, divina paciencia abbas in Lukna, totusque noster conventus notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, quod vendidimus famoso et honesto Paulo filiisque suis ac posteris perpetuo possidendam sculteciam in nostra villa Kobelnica vulgariter nuncupata, pro sex marcis grossorum latorum, condicionibus infrascriptis. Inprimis dictus scultetus habebit duos mansos liberos, de quibus nobis debet servire in equo proprio duas marcas valente, sed nostris in expensis, tantum in regno Polonie, cum a nobis fuerit requisitus. Et si missus fuerit extra regnum, in suo equo ibit nostris in expensis; quod si equus suus destructus fuerit sive obierit, valorem equi persolvemus. Proprium prefatus scultetus equum suum nobis, quocies fuerit opportunum, dare est obligatus; et si apud nos in aliquo lesus fuerit, de illa lesura predicto sculteto satisfacere tenebimur. Item scultetus pro decima suorum mansorum sex scotos grossorum latorum in festo beati Martini episcopi nobis singulis annis dare tenetur. Ad prefatum scultetum medietas thaberne pertinebit, et de omni iudicio Polonicali seu Theutonicali quod ibidem fuerit iudicatum, tercium habebit pro se denarium. Eciam scultetus pratum circa villam situm possidebit libere; quod si destructum fuerit forte propter molendinum ibi edificandum, sibi promittimus de meliori vel equali providere. Ceterum memoratus scultetus habere poterit indomita sex iumenta, nobis nec cmethonibus nostris dampnum aliquod illatura. Sepedictus scultetus potest habere canes venaticos, quibus venabitur parvas feras, de quibus nobis penitus nichil dabit; sed si magnas feras venatus fuerit, partem maiorem dabit nobis. Eciam scultetus piscari potest tantum cum parva sagena, slempnicza dicta, et cum parvis hamis et gulgustris in lacu prope villam adiacente, sue mense tantum pro utilitate. Item scultetus tercium habebit hortulanum, et totum quid cesserit de iuramento. Item sepedictus scultetus dabit nobis annis singulis unum prandium et kmethones ville duo; quod si noluerint, tunc sex scotos pro quolibet prandio nobis dabunt. Predicti vero kmethones in festo sancti Martini nobis sex scotos annis singulis dare tenentur pro censu. Item kmethones tenebuntur singulis annis in Nativitate beate virginis Marie duos dare pullos, et in festo Pasche quilibet eorum viginti ova. Insuper kmethones memorati semel in anno nobis arabunt, seminabunt et arpicabunt nostris in agris, ubi eis fuerit imperatum. Cum hoc, singulis annis debent sine ulla contradiccione nobis in duabus peticionibus obedire. In cuius rei testimonium, presentes confici

fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum et actum in die Annunciacionis beate Marie virginis gloriose, sub anno Domini M.CCC.LXVII, presentibus hiis testibus: Bodzatha de Sedlec, Andrea plebano de Leckna, et Thomislao quodam nobili, et aliis personis fidedignis.

Lukna, *Łekno.* Kobelnica, *Kobylniki.* Sedlec, *Siedleczko.*

Nr. 1571.

Grzimislaus heres de Proczino 1367 Apr. 4, in Gambicze; ratione molendini super rivulum Różanna siti, cum conventu de Trzemeszno concordiam facit.
Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 49.

In nomine Domini amen. Cum ea que aguntur in tempore, ne per lapsum temporis a memoria hominum dilabentur, scripturarum testimonio perhennantur: ad noticiam igitur universorum tam presencium quam futurorum volumus devenire, quod nos Grzimislaus heres de Proczino nostrique successores, parte ex una, et religiosus vir dominus Gnyewomirus prepositus Trzemeschnensis suusque conventus, parte ex altera, fecimus inter nos concordiam infrascriptam pro molendino, quod est situatum sive constructum super rivulum dictum vulgariter Roszenna, inter villam nostram Proczino et villam dicti prepositi et conventus Camenevo; videlicet, quod idem dominus prepositus et suus conventus habet et habebit que ad idem molendinum pertinent, tam de lapidibus quam de ferreamentis et aliis necessariis, per medium nobiscum comparare; aggerem eciam ipse per medium a parte sua usque ad rotam, et nos eciam a parte sua usque ad rotam similiter reformare. Pontem vero ipse cum suo conventu ibidem ante rotam debet edificare propriis in expensis, ita, quod nos non debemus in aliquo eum impedire nec aliquis ex parte nostra; et si aliqui cmetones undecumque voluerint cum suis frumentis transire ad molendina ipsi prepositi et conventus, eos non retinebimus. Molendinatorem vero habemus simul iudicare, et penam per medium ab eodem recipere. Lacus eciam et piscinam et aquam totam ante molendinum et retro, sicut transit predictus rivulus Roszenna inter partem nostram Proczino et partem prepositi Camenevo usque ad gades de Gambicze, habet et habebit nobiscum per medium temporibus perpetuis amicabiliter et concorditer et sine omni dolo et fraude possidere. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Gambicze die dominica Iudica, sub anno Domini **m.ccc.lx.vii**, presentibus testibus: nobili viro Wroczslao subvenatore ac herede de Sziscino, Andrea subvenatore ac herede de Gambicze, Thoma herede de Marczevo, Laurencio herede de Carniszewo, Stanislao rectore ecclesie de Gambicz, et aliis quam pluribus fide dignis.

Proczino, *Proczyn.* Roszenna rivulus, *dziś Różanna, odpływ jezior Skorzęcińskiego i Kamienieckiego do rz. Noteć, zwany w dalszym biegu* Kwieciszewnica. Camenevo, *Kamionek.* Gambicze, *Gębice.* Sziscino, *Szyszyn.* Marczevo, *Marszewo.* Carniszewo, *Karniszewo.*

Nr. 1572.

Urbanus Pp. V 1367 Apr. 9, Avinione; officiali Poznaniensi mandat, ut causam rectoris parochialis ecclesiae s. Michaelis Gneznensis dioecesis contra Swanchonem canonicum de certis decimis audiat et decidat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 867.

Urbanus episcopus *etc.* dilecto filio.. officiali Poznaniensi salutem *etc.* Exhibita nobis pro parte dilecti filii Iohannis dicti Pertes, rectoris parrochialis ecclesie sancti Michaelis Gneznensis diocesis, petitio continebat, quod licet perceptio omnium decimarum provenientium ex fructibus excrescentibus in agris ville dicte Goltzevo eiusdem diocesis, ad rectorem ipsius ecclesie pro tempore existentem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertineret, et tam idem Iohannes rector, quam predecessores sui rectores dicte ecclesie qui fuerunt pro tempore, fuissent in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi decimas huiusmodi a tempore cuius contrarii memoria non existit, tamen quondam Iohannes dictus Czartek canonicus ecclesie Gneznensis, falso asserens predictas decimas ad se ratione prebende quam in dicta Gneznensi ecclesia obtinebat pertinere, eundem rectorem super hoc, petendo sibi dictas decimas adiudicari et dicto rectori super eis perpetuum silentium imponi, coram quondam Mathia dicte ecclesie Gneznensis scolastico, cui venerabilis frater noster Iaroslaus archiepiscopus Gneznensis causam huiusmodi audiendam commiserat et fine debito terminandam, fecit ad iudicium evocari, idemque scolasticus, cognitis huiusmodi cause meritis et iuris ordine observato, pro dicto rectore, et contra dictum canonicum diffinitivam sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem transivit iudicatam, promulgavit. Cumque postmodum Swancho dictus Longus, canonicus dicte ecclesie Gneznensis, cui, prefato Iohanne canonico defuncto, de dicta prebenda provisum fuerat, falso pretendens dictas decimas ad prefatam prebendam pertinere, fructus huiusmodi decimarum per dictum rectorem recollectos de facto arrestasset et per secularem potentiam partium earundem cultoribus dictorum agrorum inhiberi fecisset, ne huiusmodi fructus decimarum per dictum rectorem portari permitterent, prefatus rector eundem Swanchonem, petendo eum compelli ut ipsum rectorem huiusmodi fructibus suis gaudere permitteret, coram dilecto filio Iohanne de Lyndenow, canonico monasterii sancte Marie in Arena Ordinis sancti Augustini, Wratislaviensis dyocesis, cui prefatus archiepiscopus causam huiusmodi auctoritate ordinaria audiendam commiserat et fine debito terminandam, huiusmodi commissionis vigore fecit ad iudicium evocari: idemque Iohannes de Lyndenow, cognitis huiusmodi cause meritis et iuris ordine observato, pro dicto rectore diffinitivam sententiam promulgavit, a qua prefatus Swancho, eam iniquam asserens, ad dictum archiepiscopum appellavit, dictumque rectorem fecit in causa huiusmodi appellationis coram dilecto filio Martino archidiacono dicte Gneznensis ecclesie, cui prefatus archiepiscopus causam appellationis huiusmodi audiendam commiserat et fine debito terminandam, huiusmodi commissionis pretextu ad iudicium evocari, ac petiit dictum rectorem, qui predictos fructus receperat, declarari in excommunicationis sententiam latam in raptores decimarum vigore constitutionum synodalium, quas alias minime exprimebat, incidisse; et quod prefatus archidiaconus sua, ut dicebat, sententia declaravit, dictum rectorem in huiusmodi excommunicationis sententiam incidisse, eumque

in dicta Gneznensi et nonnullis aliis ecclesiis mandavit et fecit excommunicatum publice nuntiari, dictus rector, sentiens exinde indebite se gravari, ad Sedem apostolicam appellavit, idemque archidiaconus huiusmodi appellatione, infra cuius prosecutionis tempus, de quo non modicum supererat, idem rector existebat, contempta, eundem rectorem de predicta Gneznensi ecclesia, in qua quondam vicariam obtinebat prout obtinet, tanquam excommunicatum eiecit. Quare pro parte dicti rectoris nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere ei super premissis de benignitate apostolica dignaremur. Cum autem dictus rector, sicut asserit, dicti Swanchonis potentiam merito perhorrescens, eum infra civitatem seu diocesim Gneznensem nequeat convenire secure: nos ipsius rectoris supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii appellatione remota decernas, faciens quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Avinione V Idus Aprilis, anno quinto.

Goltzevo, *Gulczewo. Str. 292, wiersz 7 od d. zam.* Martino, *Th. ma Morano; cnfr. Nra. 1499, 1521.*

Nr. 1573.

Kazimirus rex Polonie etc. 1367 Mai. 13, in Kalis; venditionem triginta mansorum agrorum in Nowe Przyczyny ratam habet, quos Tamo de Schellendorf Guntero et Petro fratribus de Falkenhayn resignaverat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Fraustadt, Lib. privil. fol. 5v.

In nomine Domini amen. Iuri congruit et est consonum rationi, ut contractus inter vendentes et ementes literarum apicibus roborentur. Eapropter noverint tam presens etas quam successura posteritas, quod nos Kazimirus, Dei gratia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notificamus quibus expedit universis, quia in nostra nostrorumque baronum presencia constitutus strenuus ac nobilis vir Tamo, quondam Thamonis de Schellendorff militis, sanus mente et corpore, non coactus nec compulsus aut improvide, sed voluntarie suorumque fratrum et amicorum consensu accedente, triginta mansos agrorum in villa que dicitur in Polonico Novi Przyczyn in districtu Vschovensi sitta, cum omni iure et dominio, utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus, obventionibus, agris, pratis, silvis, mericis, rubetis, melificiis, piscinis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, ac aliis pertinentiis universis quas memoratus dominus Thamo miles hactenus tenuit et possedit, et prout dicti triginta mansi in suis metis et graniciis circumferencialiter sunt distincti, strenuis ac nobilibus viris, Gunthero et Petro fratribus uterinis dictis Falkenhayn ipsorumque heredibus et successoribus legitimis, tenendos, habendos, vendendos, alienandos, commutandos, donandos, in usus ipsorum beneplacitos convertendos, et pacifice perpetuis temporibus duraturis possidendos per ipsos Guntherum et Petrum eorumque heredes et successores legitimos, ut predicitur pro centum quinquaginta marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri, quadraginta octo pro marca qualibet computando, rite et racionabiliter vendidit et coram nobis iure hereditario resignavit. Quas quidem vendicionem et emptionem ratas, gratas atque firmas habentes, approbamus, ratificamus et vir-

tute presentium confirmamus; in cuius rei testimonium, sigillum nostrum duximus appendendum. Actum in Kalis proxima quinta feria post festum sancti Stanislai martyris gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, presentibus: Preczslao palatino, Iohanne castellano Kalisiensibus, Virbanta Poznaniensi castellano et capitaneo nostro Polonie generali, Nicolao castellano Naclensi, Preczlao Poznaniensi, Thomislao Kalisiensi iudicibus, ac aliis pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow cantoris Vladislaviensis nostri vicecancellarii, scriptum vero per Simonem notarium aule nostre regalis.

Novum Przyczyn, *nie wiadomo, Górne czy Dolne Przyczyny.* Vschovensis, *de Wschowa.* Czarnkow, *Czarnków.* Vladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1574.

Andreas abbas et conventus de Mogilno 1367 Mai. 19, in monasterio Mogilnensi; cum monasterio de Lubin fraternitatem ineunt.

Poznań. Königl. Staats Arch. Antiquitates monasterii Lubinensis.

Honorabilibus viris spectabilibusque amicis religiosissimis, venerabilibus in Christo patri, domino, domino Iohanni miseracione divina abbati, Bartholomeo priori totique conventui Ordinis sancti Benedicti ecclesie sancte Marie in Lubin, Andreas eadem miseracione abbas, Mathias prior totusque conventus monasterii Mogilnensis veram in Domino charitatem cum oracionibus indefessis, cum omni affeccione animi. Religiosa proborum virorum sit societas appetenda Psalmista attestante, qui dicit: Ecce quam bonum etc. Cum eciam ex duplici confirmacione, cuiuslibet rei condicio firmior, beatam familiaritatem dudum in vos et nos habitam subalternam, dilectione cupimus renovare ac mutua ac inseparabili haritatis constancia ampliare. Unde, cum vestre benevolencie super beneficiis nobis ac nostris confratribus sepius impensis nequeamus aliter respondere, vobis et vestris confratribus tam presentibus quam futuris plenam in nostro monasterio, in horo, refectorio, dormitorio ceterisque locis fraternitatem conferimus hys scriptis tanquam nostris confratribus, qui in nostro monasterio ab infancia sunt nutriti, vos eciam bonorum operum, que in nostra nunc ecclesia et in perpetuum fient, participes statuendo; rogantes humiliter, ut communionem nostri maxime consorcii non despiciatis, sed dictam fraternitatem propter Dominum placite acceptetis. Dum vero aliquem fratrem conventus vestri prefati viam universe carnis contigerit ingredi, extunc nos et vos pro ipsius anima Tricenariam simul cum Vigiliis tenebimur suplere. Ne autem huiusmodi fraternitas tempore dilabente oblivionis rubigine dissolvatur, presentem vobis direximus cartulam sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum in monasterio Mogilnensi decimo quarto Kalendas Iunii, sub anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo.

Lubin, *Lubin.* Mogilnensis, *de Mogilno.*

Nr. 1575.

Kazimirus rex Polonie etc. 1367 Mai. 21, Gnezne; venditionem partis hereditatis Targowa Górka ratam habet, quam Milessa Iohanni castellano Kalissiensi resignaverat.

Pergam. orygin., którego jeden bok przetlały. Na sznurze nici jedwabn. zielon. wisi spód wielkiéj pieczęci, któréj wycisk odłupany.
Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 173.

In nomine Domini amen. Dignum esse dinoscitur, ut vendiciones, empciones et contractus qualescunque coram regum magnificencia factos, sollempnis roboret titulus litterarum. Eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cu.. (*8 lit. des.*) Russieque dominus et heres, noticie universorum tam presencium quam eciam futurorum declaramus, quod ad nostram et baronum nostrorum (*15 lit. des.*) Mylessa heres de Mylessina Gorca, sanus mente et corpore existens, non coactus neque aliquo dolo circumventus, (*15 lit. des.*) deliberacione sui animi prehabita, amicorum suorum consilio accedente, partem suam hereditatis supradicte Mylessina Gorca (*13 lit. des.*) termini sunt isti: videlicet, transeundo a iam dicta villa versus Srodam, a manu sinistra totum usque ad silvam (*12 lit. des.*) sinistra cum tota silva Cozacin supradicta usque ad primam viam, dictam przechod, intrando in parvo Lampino (*10 lit. des.*) dictam clyn in vulgari, inter vias antiquam scilicet et duas novas iacentem, cum omni iure et dominio ac pertinenciis (*8 lit. des.*) ..tibus, puta agris, pratis, censibus, redditibus, aquis et utilitatibus universis, que nunc sunt vel esse poterunt quomodolibet in futurum, strenuo militi domino Iohanni castellano Kalisiensi pro centum quinquaginta marcis grossorum Pragensium, XLVIII marcam faciencium, vendidit et perpetuo libere resignavit, per ipsum dominum Iohannem castellanum Kalisiensem et ipsius legittimos successores perpetuis temporibus memoratam partem hereditatis tenendam et habendam, nec non vendendam, donandam, commutandam et quovis titulo libere convertendam seu alienandam. Quas quidem vendicionem, empcionem et resignacionem sic rite atque racionabiliter factas approbantes, ratificamus ac confirmamus perpetuis temporibus valituras. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris est appensum in robur perpetue firmitatis. Acta sunt hec Gnezne feria sexta proxima post dominicam Cantate qua in Dei Ecclesia decantatur, sub anno Incarnacionis Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, presentibus hiis testibus: reverendo in Christo patre domino Iaroslao archiepiscopo, Nicolao preposito ecclesie Gneznensis, Wyrzbentha Poznaniensi, Nicolao Naklensi, Dobrogostone Czarncoviensi castellanis, Iancone subpincerna Poznaniensi, et aliis multis fidedignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarncow cantoris Wladislaviensis, vicecancellarii nostri.

Mylessina Gorca, *Targowa Górka.* Sroda, *Środa.* Parvum Lampino, *osada znikła.* Czarncoviensis, *de Czarnków.*

Nr. 1576.

Kazimirus rex Polonie etc. 1367 Mai. 25, Poznanie; commutationem villae Capituli Poznaniensis dictae Biskupice ratam habet, quam Nicolaus cantor eiusdem ecclesiae cum villa Alberti subpincernae Kalisiensis, dicta Dąbrowa commutaverat.

Pergam. orygin. Na sznurze z nici jedwabnych, zielon. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 20.

In nomine Domini amen. Ut commutaciones hereditatum inter subditos facte robor obtineant perpetue firmitatis, consonum est et iuri congruit, ut litterarum apicibus et fide dignorum testimonio roborentur. Hinc est quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod in nostra nostrorumque baronum presencia constituti, nobilis vir Albertus subpincerna Kaliziensis, parte ab una, nec non honorabilis vir dominus Iohannes custos ecclesie Poznaniensis, nomine domini Nicolai de Curnyk cantoris et canonici eiusdem ecclesie, parte ab altera, commutacionem cum hereditatibus subscriptam voluntarie inierunt: videlicet, idem Albertus, recipiens a memorato domino Iohanne custode villam dictam Byscupicze, sitam prope Bnyn, de consensu speciali .. Capituli ecclesie Poznaniensis pretacte prout ex litteris ipsius .. Capituli plenius videbitur contineri, cum omni iure et dominio, utilitatibus, fructibus, censibus, agris, pratis, sylvis, rubetis, mericis, mellificiis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscinis, ac aliis pertinenciis, (sic) quibus pretactus dominus .. custos nomine dicti domini Nicolai de Curnyk memoratam villam Byscupicze hactenus tenuit et prout ipsa est in suis graniciis limitata, pro se suisque heredibus et successoribus legittimis tenendam, habendam, vendendam, alienandam, conmutandam et pacifice perpetue possidendam, prelibato domino Iohanni custodi villam suam dictam Dambrowa vulgariter, sitam prope villas seu hereditates dictas Komornyki et Rosnovo, eciam cum totali iure et dominio, utilitatibus et fructibus prout superius sunt descripte et prout in suis graniciis est distincta, tenendam, habendam et pacifice perpetuis temporibus per dictum dominum Iohannem nomine pretacti domini Nicolai Curnyk aut ipsius successores possidendam dedit, donavit et coram nobis iure hereditario conmutacionis tytulo resingnavit. Quas quidem commutacionem et resingnationem ratas, gratas atque firmas habentes approbamus, ratificamus et benivole confirmamus; in cuius rei testimonium, sigillum nostrum duximus appendendum. Actum Poznanie proxima tercia feria ante festum Ascensionis Domini, sub anno eiusdem millesimo ccc.lx. septimo, presentibus: Pazek Poznaniensi, Preczlao Kalisnaniensi palatinis, Wirzbantha Poznaniensi, Iohanne Kaliziensi castellanis, Preczlao Poznaniensi et Thomislao Kaliziensi iudicibus, et aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow cantoris Wladislaviensis, nostri vicecancellarii, scriptum vero per Symonem notarium aule nostre regalis.

Curnyk. *Kurnik.* Biskupice. *osada znikła. cnfr. Nr. 1544.* Bnyn. *Bnin.* Dambrowa. *Dąbrowa.* Komorniki. Rosnowo. Czarnków. *dziś tak samo.* Wladislaviensis. *dr Włocławek.*

Nr. 1577.

Kazimirus rex Polonie etc. 1367 Mai. 28, Poznanie; Iohanne episcopo Poznaniensi petente confirmat litteras, quas dederat Thomislao heredi de Swarzędz: **Wirzbantha castellanus Poznaniens. 1366 Ian. 4, Poznanie.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Relation. Poznaniens. a. 1775 II, fol. 625.

In nomine Domini amen. Dignum esse dinoscitur, ut ea que coram regum et principum peraguntur magestate, solemni literarum titulo et fidedignorum testium testimonio ad perpetuam memoriam deducantur. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum volumus devenire, quia in nostra et procerum nostrorum constitutus presencia reverendissimus in Christo pater dominus Iohannes episcopus Poznaniensis, consiliarius noster dilectus et devotus, quandam litteram patentem, sigillo strenui militis domini Wirzbanthe castellani Poznaniensis ac capitanei Polonie generalis sigillatam nostre exhibuit magestati, supplicans, ut ipsam approbare nostra dignaretur regia celsitudo. Cuius quidem littere tenor sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1555*).

Nos vero dignis, iustis ac racionabilibus memorati domini episcopi peticionibus annuentes, supradictam litteram cum omnibus punctis, clausulis et articulis in ea contentis, graciose per omnia approbantes confirmamus perpetuis temporibus valituram, harum nostrarum sub testimonio litterarum. Actum Poznanie in crastino Ascensionis Domini, anno Nativitatis eiusdem m.ccc.lx septimo. Testes huius rei sunt strenui milites: Preczlaus Kalisiensis, Pascho Poznaniensis palatini, Vincencius Gneznensis, Iohannes Kalisiensis castellani, et alii multi. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow cantoris Vladislaviensis, vicecancellarii nostri, scriptum vero per Michalconem Medvecz canonicum Cracoviensem, notarium aule nostre regalis.

Czarnkow, *Czarnków.* Vladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1578.

Capitulum ecclesie Poznaniens. 1367 Mai. 28, Poznanie; assensum praebet, ut Iohannes episcopus Poznaniensis una cum Iaroslao archiepiscopo Gneznensi amicabiles arbitratores ad dislimitandum Poznaniensem et Gneznensem dioeceses eligant.

Pergam. orygin., u którego na paskach pergamin. przywieszono dwie pieczęcie. Pierwsza Jana biskupa przedstawia pod bogatem cymborium siedzącego i błogosławiącego biskupa, pod którego stopami klęcząca pod okrągłym łukiem mniejsza postać biskupa zwrócona w prawo; po obu jéj stronach trójkątne tarcze z godłem rodu Doliwów. Napis: S. Iohis. Dei Gra. Epi. Poznanien. *Drugiéj wycisk odłupany, oprócz napisu:* . . apituli Eccle . .

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 174.

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli presentes litteras inspecturi, quod nos Troyanus prepositus, Nicolaus scolasticus, Andreas archidyaconus,

Nicolaus et Andreas canonici ecclesie Poznaniensis, ceterique ibidem canonici presencium Capitulum representancium ad sonum campane capitulariter congregati, unanimiter, consensu et voluntate communi omnium nostrorum ad hoc accedente, pro bono statu ecclesie Poznaniensis iam dicte, ex certa scientia et non per errorem, de lite et controversia que vertitur super limitacione dyocesum Poznaniensis et Gneznensis inter reverendos et venerabiles patres, dominos Iohannem divina et apostolice Sedis providencia Poznaniensem episcopum, parte ex una, et Iaroslaum Gneznensem archiepiscopum ecclesiarum, ex altera, et generaliter de omnibus questionibus, litibus, controversiis, seu quocunque modo occasione premisse limitacionis verti possunt inter eos, concorditer consentimus de alto et basso, et expressum prebemus consensum et eidem domino nostro.. episcopo adheremus, ut possit per se vel alium seu alios, cum memorato domino Iaroslao Gneznensi archiepiscopo eligere arbitros seu arbitratores, compromissarios ac amicabiles compositores, personas ecclesiasticas vel seculares, coniunctim et divisim, secundum quod sibi videbitur expedire, super dividenda et distinguenda dyocesum limitacione predictarum; ratum et gratum habentes perpetuis temporibus et firmum, quidquid per dictum dominum venerabilem patrem nostrum.. episcopum actum et ordinatum in premissis, et circa premissa factum fuerit sive gestum. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, sigilla nostra, domini.. episcopi videlicet sepedicti et nostri Capituli presentibus sunt appensa. Datum Poznanie V Kalendas Iunii, anno Domini M.CCC.LXVII^{mo}, presentibus discretis viris, dominis Nicolao vicecustode, Walthcone altarista Poznaniensibus, et Lodwico notario castri Pysdrensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Nr. 1579.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1367 Mai. 28, in Poznania; una cum Iaroslao archiepiscopo Gneznensi communes amicos statuit, ut dioeceses Poznaniensem et Gneznensem limitent.

Pergam. orygin., w którego dolnym, założonym brzegu pasek pergaminowy, przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony. Pieczęci nie masz.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 175.

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli presentes litteras inspecturi, quod nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus ecclesie Poznaniensis, nostro et ecclesie nostre nomine, Capituli nostri expresso ad hoc accedente consensu prout in litera super hoc confecta lacius continetur, super omnibus litibus et controversiis, que super limitacione et finibus dyocesum Poznaniensis et Gneznensis ecclesiarum inter nos et venerabilem patrem dominum Iaroslaum archiepiscopum Gneznensem iam dudum vertebantur, pro bono pacis et statu communi ecclesiarum Poznaniensis et Gneznensis predictarum, volentesque vicissim hincinde amicabiliter in antea vivere, concorditer et unanimiter compromittimus et consentimus de alto et basso in nobiles et famosos viros ac circumspectos: Paszconem Poznaniensem, Przeczslaum Kalisiensem palatinos, Vincentium Gneznensem et Ianussium Caminensem castellanos, tanquam in arbitros, compromissarios, arbitratores seu amicabiles compositores et communes amicos, presentes et in se sponte hoc arbitrium suscipientes: dantes eisdem et concedentes plenam et liberam potestatem, super dicta

limitacione ut possint simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii examinare et cognoscere, et accedere ad loca limitacionis et videre, quis inter nos sit pocior et que diocesis ius habeat, diffinire, laudare, arbitrari, precipere alte et basse sicut eis videbitur expedire. Quodque dicti arbitri in octava Petri et Pauli apostolorum proxime instantis (sic) nunc, in locis vicinis et circumiacentibus dictarum dyocesum, de quibus est questio, debeant convenire, et dictam limitacionis causam terminare et finire. Promittimus insuper nos Iohannes episcopus supradictus, nostro et Capituli nostri antedicti nomine, stare, parere, obedire dictorum arbitrorum laudo, dicto, arbitrio, pronunciacioni, precepto seu preceptis per eos facto, et mox eis prolatis emologare (sic), approbare et in nullo contravenire quacunque racione vel causa sive modo, de iure vel de facto, verbo vel opere, per nos vel interpositam personam; quodque contra eorum preceptum, laudum, pronunciacionem seu arbitrium, non appellabimus nec appelacionem prosequemur, ullum rescriptum vel privilegium per nos vel per alium impetrabimus nec impetratis utemur, ullam excepcionem opponemus, restitucionem in integrum non petemus. Quodque non utemur cuiuscunque legis vel canonis, statuti seu consuetudinis beneficio, quod viciet seu viciare vel infirmare valeat huiusmodi compromissum seu arbitrium, in totum vel in partem, seu ex personis arbitrorum sive ex personis compromittentium, sive ex forma compromissi vel arbitrii, seu ex limitacione supradicta de qua est compromissum, sive quacunque alia racione. Quod si faceremus, vel in aliquo contra premissa vel aliquod premissorum veniremus, promittimus sollempniter ad invicem, quod pars arbitrium seu laudum in toto vel parte non servans, parti servanti dabit et solvet pene nomine centum marcas grossorum Polonicalis numeri, quamlibet marcam pro XLVIII grossis computando, reficere et resarcire sibi omnia dampna, expensas et interesse, que vel quas ipsam facere contigerit vel eciam sustinere, sicut suo declarabit iuramento; cui, sine aliis probacionibus, nobis placet plenam fidem adhiberi. Que omnia et singula promittimus sub pena premissa, sub obligacione omnium bonorum nostrorum presencium et futurorum fideliter observare; hoc nichilominus adiecto, quod pena predicta semel et pluries, quocies contra predicta vel aliquod predictorum a quocunque nostrorum actum fuerit, vel prefatum laudum seu dictum integre observatum non fuerit in omnibus et singulis capitulis, in solidum commitatur et commissa exigatur. Qua soluta vel non soluta et expensis et interesse resarcitis vel non, predicta omnia et singula et predictum compromissum, laudum seu arbitrium in sua maneant firmitate, et laudo seu dicto eciam rato manente, pena nichilominus peti possit; renunciantes omni beneficio et auxilio iuris, privilegii et statuti, rescripti, consuetudinis, appellacionis et integre restitucionis, emendacionis et correccionis seu excepcionis, per quod possent in totum vel in parte a pena seu observacione predicti arbitrii seu precepti, seu arrestacione dampnorum, expensarum et interesse quomodolibet liberari. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Poznania V^to^ Kalendas Iunii, sub anno Domini M.CCC.LXVII, presentibus discretis viris, dominis Zavissa canonico Cracoviensi, Walthcone altarista Poznaniensi, Stephano rectore ecclesie de Sobotha, Swenthoslao notario curie nostre, et testibus ad premissa.

Caminensis, *de Kamień*. Sobotha, *Sobota*.

Nr. 1580.

Kazimirus rex Polonie etc. 1367 Mai. 28, Poznanie; litteram patentem confirmat, quam Sbroslao heredi de Pucołowo dederat: **Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1366 Aug. 12, in Mossina.**

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 24.

In nomine Domini amen. Dignum esse dinoscitur, ut ea que coram principum peraguntur maiestate, sollempni litterarum tytulo et fide dignorum testimonio ad perpetuam memoriam reducantur. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum volumus devenire, quod in nostra et procerum nostrorum constitutus presencia reverendus in Christo pater dominus Iohannes episcopus Poznaniensis, consiliarius noster dilectus et devotus, quandam litteram patentem, sigillo strenui militis domini Wirzbanthe castellani Poznaniensis ac capitanei terre Polonie generalis sigillatam, nostre exhibuit maiestati, supplicans, ut ipsam approbare et confirmare nostra dignaretur regia celsitudo; cuius quidem littere tenor sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1567*).

Nos vero dignis, iustis ac racionabilibus memorati domini episcopi peticionibus annuentes, supradictam litteram cum omnibus punctis, clausulis et articulis in ipsa contentis graciosius per omnia approbantes, ratificamus ac confirmamus perpetuis temporibus valituram harum nostrarum sub testimonio litterarum. Actum Poznanie in crastino Ascensionis Domini, anno eiusdem millesimo ccc.lx.vii. Testes huius rei sunt strenui milites: Przeczslaus Kalisiensis, Pascho Poznaniensis palatini, Vincencius Gneznensis, Iohannes Kalisiensis castellani, Przeczslaus Poznaniensis, Thomislaus Kalisiensis iudices, et alii multi. Datum per manus domini Iohannis de Czarncow cantoris Wladislaviensis, vicecancellarii nostri, scriptum vero per Michalconem Medvecz canonicum Cracoviensem, notarium aule nostre regalis nobis fidelem, devotum et dilectum.

Czarncow, *Czarnków*. Wladislaviensis, *de Włocławek*.

Nr. 1581.

Fr. Iohannes abbas in Lynda 1367 Iun. 28, s. l.; scultetiam in Wola Lądzka Petro Arnoldi vendit, iuraque eiusdem describit.

Pergam. orygin. Na sznurach jedwabnych, zielon. przywieszono dwie pieczęcie bardzo zatarte. Pierwsza podłużna, przedstawia osobę stojącą pod cymborium; napis zupełnie zatarty. Druga okrągła z wyobrażeniem N. Panny z Dzieciątkiem na tronie; napis: S . . . nda.

Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Ne res cum tempore simul cum pretericione temporis evanescant, expedit, ut quilibet tractatus qui debent in posterum retractari, lit-

terarum apice ac fidedigna testium subscripcione firmiter roborentur. Hinc est quod nos frater Iohannes abbas in Lynda monasterio Ordinis Cisterciensis, Gneznensis dyocesis, scire volumus quoslibet inspectores tam posteros tam (sic) modernos, quod communi consensu nostri conventus prehabito, vendidimus et presencium testimonio vendimus honesto viro Petro Arnoldi dicto suisque legitimis successoribus sculteciam in villa nostri monasterii Vola dicta, iure Theutonicali dudum exposita et locata, pro certa pecunie quantitate, iure hereditario perpetuo possidendam sub condicionibus infra scriptis. In primo videlicet, quod idem Petrus suique successores in eadem nostra hereditate quinque mansos libere possidebunt, ac tercium denarium de omni iudicio ibidem iudicato, cum taberna, macello, pistrino, fabrica, sutorio atque stuba ipsi Petro suisque successoribus asscribimus atque damus. Insuper scultetus cum suis posteris omni gaudebit libertate, qua sculteti in Polonia constituti frui hactenus consueverunt, ac nobis ad omnia servicia obligatur, que sculteti baronum, comitum nec non militum terre Polonie suis dominis facere sunt astricti. Insuper kmethones in dicta nostra hereditate residentes secundum primam exposicionem eiusdem ville, de quolibet manso dabunt annis singulis duodecim mensuras siliginis et totidem avene mensure Pysdrensis, ac sex grossos monete Pragensis infra octavam beati Martini solario fratrum in claustro vectura propria presentabunt. Insuper tribus diebus in anno nobis arabunt, de quolibet manso unum aratrum cum suis attinenciis assignantes. In nostris vero molendinis tam scultetus quam incole predicte ville sua frumenta molere tenentur atque debent. Cum autem necessitas abbatis exegerit qui fuerit pro tempore, dicti incole de singulis quindecim mansis cum uno curru duobus equis adiunctis, vectore proprio adhibito obsequentur. Insuper in tribus magnis iudiciis, que secundum communem consuetudinem terre annis singulis observantur, scultetus qui pro tempore fuerit unum prandium, et kmethones duo ipsi abbati aut iudicio presidenti ministrabunt, aut pro quolibet prandio sex scotos, quod abbatis opcioni committetur. Insuper, ut omnis disceptacio in posterum super servicio et libertate kmethonum funditus subtrahatur, ad omnia ad que kmethones militum sunt astricti, kmethones memorate nostre ville nobis modo simili obligantur. In horum omnium testimonium perpetue firmitatis et munimen, presentem litteram cum nostro ac nostri conventus sigillis dedimus communitam, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, in vigilia apostolorum Petri et Pauli beatorum, presentibus viris religiosis fratribus domus nostre: Gothfrido priore, Tylmanno suppriore, Hermanno portario, Conrado magistro magne curie, Iohanne notario, ac ceteris pluribus fidedignis.

Lynda, *Ląd.* Vola, *Wola Lądzka.*

Nr. 1582.

Wirzbentha Polonie capitaneus general. s. a. Sept. 23, in Kalys; cives de Wrocław de quodam negotio inter Petirlinum nepotem suum et Elizabeth socrum ipsius perfecto certiores facit.

Wrocław. Staedt. Arch. Nudus Laurentius, Nr. 877, fol. 114, (ad ann. 1367).

Wirzbentha Polonie capitaneus generalis, salutis incremento cum efficaci desiderio premissis.

Sagacitati vestre presentibus notificamus, quod domina Elyzabet socrus nostri nepotis Petirlini, omnia queque cum eo disposuit et quecunque sibi promisit, omnia adimplevit ac amicabiliter concordavit. Insuper et literis nostris dulcifluiter conscripsit, quod discrecioni vestre presentibus recognoscentes profitemur. Datum in Kalys feria quinta post diem beati Mathei apostoli et ewangeliste.

Nr. 1583.

Nicolaus iudex et Andreas subiudex generales terre Cracoviens. 1367 Sept. 30, Cracovie; ad petitionem Iaroslai Gneznensis archiepiscopi, Tomkonem heredem de Bieganów ad exbrigandum hereditatem Komparzów ab Iaraczio de Pilica iudicialiter condemnat.

Pergam. orygin. przetlały. W dolnym, założonym i poprzedzieranym brzegu szczątki dwóch pasków pergaminowych przez wcięcia poprzeczne przewleczone.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 176.

Nos Nicolaus iudex et Andreas subiudex generales terre Cracoviensis, notum facimus quibus expedit universis, quod cum inter reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum metropolitanum, actorem ex una parte, et Thomkonem heredem de Beganow, reum parte ex altera, pro impedimentis seu defectibus imminentibus in hereditate Camparzow materia questionis coram nobis fuisset exorta; tandem, cum eadem causa sive controversia in multos et varios terminos volveretur, in termino vero peremptorio, in colloquio generali utrique parti per nos posito et assignato, idem dominus archiepiscopus per discretum virum dominum Pirkonem rectorem parochialis ecclesie in Kurzelow, suum verum et legittimum procuratorem, cui suam causam in totum commiserat terminandam, privilegiis, videlicet unius ipsius Thomkonis, et alterius excellentissimi principis domini Kazimiri Dei gracia regis Polonie illustris, quo ipsum privilegium ipsius Thomkonis ipse dominus rex confirmavit, evidentissime approbavit, quod: si quas iniurias seu dampna vel aliquos defectus ipse dominus archiepiscopus in predicta hereditate Camparzow quoquomodo, a quocunque vel a quibuscunque personis et quibuscunque temporibus quod absit perceperit, ipse Thomko et sui pueri vel eius successores legittimi sibi domino archiepiscopo pro eisdem inexcuse reddere satisfaccionem de suis propriis hereditatibus sint astricti. Nos vero pro tribunali sedentes una cum baronibus et assessoribus protunc nobis circumsedentibus, de maturo ipsorum consilio predictum Thomkonem et suos posteros legittimos, ad exbrigandam ipsam hereditatem Camparzow iam dicto domino archiepiscopo sentencialiter diffiniendo adiudicavimus, et specialiter: ab omnibus iniuriis et dampnis, quas vel que ipse dominus archiepiscopus a Iaraczio herede de Pilczia in predicta hereditate Camparzow percepit vel percipiet, idem Thomko et sui posteri eundem dominum archiepiscopum ab eodem et a qualibet alia persona debent exbrigare, nichilominus, si per quam vel per quas personas in predicta hereditate Camparzow abstractum sive amotum fuerit, ipse Thomko et sui posteri de suis hereditatibus propriis tantum idem (sic) in mensura (*6 lit. des.*) teneantur. In quorum evidenciam, nostra sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum Cracovie in crastino sancti Michaelis archangeli, anno Domini millesimo CCC. sexagesimo septimo, presentibus

hiis nobilibus: Iohanne Cracoviensi (*9 lit. del.*) Pascone Beczeciensi (*12 lit. del.*).. lanis, Ottone preposito Gneznensi, Andrea subcamerario Cracoviensi, et aliis multis personis (*12 lit. des.*).

Beganow, *Bieganów*. Camparzow, *Komparzów*. Kurzelow, *Kurzelów*. Pilczia, *Pilica*. Beczeciensis, *de Biecz*.

Nr. 1584.

Urbanus Pp. V 1367 Oct. 29, Rome; iudicibus mandat, ut causam quorundam oppidorum et villarum contra episcopum Poznaniensem audiant et decidant, indulgetque, ut eadem secundum rei statum ab excommunicatione absolvere possint.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 870.

Urbanus episcopus *etc.* dilectis filiis.. decano et.. archidiacono Dobrinensibus, ac.. scolastico ecclesie Plocensis salutem *etc.* Exhibita nobis pro parte Wola, Polikow, Moscka, Mlotzini, Mochotow, Wawrisew, Sochaczew et Cirvonk, villarum ruralium universitatum Poznaniensis diocesis petitio continebat, quod licet perceptio omnium decimarum, provenientium ex fructibus excrescentibus in dictis villis et earum prediis, ad rectorem parrochialis ecclesie de Sgerz Plocensis diocesis pro tempore existentem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertineat, et tam dilectus filius Bronislaus ipsius ecclesie rector quam predecessores sui, rectores eiusdem ecclesie qui fuerunt pro tempore, fuerint in possessione pacifica vel quasi iuris percipiendi huiusmodi decimas a tempore cuius contrarii memoria non existit, ac incole dictarum villarum huiusmodi decimas predicto rectori pro tempore preterito solverint et parati sint solvere in futurum: tamen venerabilis frater noster Iohannes episcopus Poznaniensis, minus veraciter pretendens huiusmodi decimas ad se pertinere, dictos incolas monuit, ut sibi dictas decimas solverent antedictas, et demum in eos diversas excommunicationis sententias promulgavit dictasque villas ecclesiastico supposuit interdicto, prefatusque rector occasione dictarum decimarum predictos incolas multipliciter molestavit: quare pro parte dictarum universitatum nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere eis super premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, prefatis incolis, si hoc humiliter postulaverint, receptis tamen prius ab eis cautionibus ydoneis super eo pro quo excommunicati habentur, quod: si sententias easdem in eos tibi constiterit iuste latas, vestris et Ecclesie mandatis parebunt: eos ab huiusmodi excommunicationum sententiis absolvere et prefatum interdictum relaxare, si et prout iustum fuerit procuretis, ac auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra, firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante compellatis veritati testimonium perhibere. Non obstante, si eisdem episcopo et rectori vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facien-

tes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Rome apud sanctum Petrum IIII Kalendas Novembris, anno quinto.

Wola, *Wola*. Polikow, *Pulków*. Moscka, *Mościska*. Mlotzini, *Młociny*. Mochotow, *Mokotów*. Wawrisew, *Wawrzyszew*. Sochaczew, *Sochaczew*. Cirvonk, *Czerwonka*. Sgerz, *Zgierz*.

Nr. 1585.

Urbanus Pp. V 1367 Nov. 5, Rome; iudicibus mandat, ut electionem Goffridi in abbatem de Łekno canonice factam defendant.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 871.

Urbanus episcopus *etc.* dilectis filiis .. de Grisovia et .. de Henrichow monasteriorum abbatibus Wratislaviensis diocesis, salutem *etc.* Exibita nobis pro parte dilecti filii Goffridi abbatis monasterii de Lokna Cisterciensis Ordinis, Gneznensis diocesis, petitio continebat, quod licet dilecti filii Iohannes de Landa et Iohannes de Bessovia, eiusdem Ordinis dicte Gneznensis et Wladislaviensis diocesium monasteriorum abbates, in ipsum Goffridum abbatem nullam haberent iurisdictionem ordinariam seu etiam delegatam, tamen iidem abbates de Landa et de Bessovia monasteriorum, de mandato ut dicebant carissimi in Christo filii nostri Kazmiri regis Polonie illustris et ad suggestionem dilecti filii Hermanni cellerarii dicti monasterii de Lokna et quorundam aliorum ipsius cellerarii complicum, dictum Goffridum abbatem predicto suo monasterio de Lokna de facto privarunt ipsumque Hermannum in ipso monasterio de Lokna intruserunt, ipseque Hermannus eundem Goffredum abbatem predicto monasterio in Lokna spoliavit seque in eo intrusit, illudque occupavit et detinet ut detinuit indebite occupatum fructus percipiendo ex eo: quare pro parte dicti Goffredi abbatis nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere ei super premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque supplicationibus huiusmodi inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, etiam simpliciter et de plano et sine strepitu et figura iudicii, appellatione remota decernatis, facientes quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerunt nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante compellatis veritati testimonium perhibere. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri, qua cavetur: ne quis *etc.* Datum Rome apud sanctum Petrum Nonis Novembris, pontificatus nostri anno quinto.

Grisovia, *dziś Grüssau*. Henrichow, *Heinrichau*. Lokna, *Łekno*. Landa, *Ląd*. Bessovia, *Byszewo*. Wladislaviensis, *de Włocławek*.

Nr. 1586.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1367 Nov. 12, Poznanie; Maczkoni subagazoni, titulo venditionis scultetiam in villa ecclesiae suae dicta Sułkowice confert.
Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 367.

In nomine Domini amen. Cum antiquorum perit memoria gestorum nisi scripture presidio aut testium adminiculo fuerit roborata, proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, consideratis diligenter fidelibus et utilibus serviciis Maczkonis nostri subagazonis que nobis a tempore nostre promocionis multipliciter ac utiliter impendit, cupientesque facta factis digna compensacione retribuere sibi, sculteciam liberatam nostra pecunia et ad nos cum omni iure in Sulconis villa devolutam, quam de voluntate et consensu nostri Poznaniensis Capituli reconvenimus aliquali quantitate pecunie, sibi eandem dedimus sub titulo vendicionis et donamus. Racione cuius scultecie debet habere quatuor mansos liberos, thabernam liberam, item hortum ac denarium tercium de re qualibet iudicata, maccellum carnium, fabrum, pistorem et sutorem, ac oves suas extra gregem villanorum et kmethonum pascere absque eorum quovis et nostro impedimento; que omnia idem Maczko cum suis liberis ac legittimis successoribus libere tenebit, possidebit et habebit perpetuis temporibus ac eciam inconcusse. Preterea incole hereditatis iam dicte, in festo quolibet sancti Martini pro censu solvent nobis et nostris successoribus annis singulis quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis et quatuor avene ac fertonem argenti, duos grossos pro scoto computando, duos pullos et viginti ova de quolibet manso, vaccam et porcum; bis iudiciales denarios pro prandio omnes insimul kmethones, et scultetus semel, consuetos per singulos annos nobis solvere tenebuntur. Et quoniam iura Theutonicalia nobis sunt prorsus incognita, omnia iura et servicia que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra in omnibus reservamus. Ut autem hec nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, ipsam presentibus litteris nostris in testimonium presencium et futurorum roboramus et nostro nostrique Capituli sigillis communimus. Datum et actum Poznanie in crastino sancti Martini gloriosi confessoris, anno Domini m.ccc.lx.vii, presentibus honorabilibus viris, dominis Troyano preposito, Dytcone decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Iohanne custode, Nicolao, Damiano cancellario, Nicolao Czebulka, Alberto de Bandlewo, Pribigneo, Nicolao palatini Lanciciensis, Andrea, Withcone, Vyslao, Vincencio, Stanislao, Walthkone, prelatis et canonicis Poznaniensibus.

Villa Sulconis, *Sułkowice.* Bandlewo, *Będlewo.*

Nr. 1587.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1368 Ian. 2, Poznanie; advocatiam oppidi Śródka Nicloni dicto Iohannis Saramonis vendit.

Pergam. orygin. Na sznurkach z nici jedwabnych, wypłowiałych przywieszono dwie pieczęcie. Pierwsza ucięta; druga Kapituły Poznańskiéj; (pieczęć LV).

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 21b.

In nomine Domini amen. Ne longinquitate temporis obscuretur vel evanescat condicio veritatis cum labilis sit memoria hominum, convenit, ut gesta ipsorum seu temporis, tam scripto quam testium annotacione roborentur. Proinde nos Iohannes, divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, ad perpetuam rei memoriam presencium et futurorum deducimus per presentes, quod cupientes civitatem nostram Srodkam in usus fertiliores convertere et ipsam ampliare, advocaciam eiusdem civitatis nostre ad nos legitime cum omni iure devolutam, viro provido Nicloni dicto Iohannis Saramonis vendidimus de voluntate et consensu nostri Capituli Poznaniensis pro certa pecunie quantitate, cum area advocacie, cum duobus ortis retro eandem aream sitis ab antiquo; et tercium denarium de re qualibet iudicata, ac tercium denarium seu lapidem sepi de maccellis carnificum quotquot inibi fuerint, nec non et tercium denarium de ortis omnibus qui nobis censum solvere tenebuntur: que omnia idem Niclo cum suis liberis et successoribus legitimis libere et exempte pacifice tenebit et possidebit perpetuis temporibus pro sue et suorum successorum verorum libito voluntatis. In quorum omnium testimonium, nostrum nostrique Capituli predicti sigilla presentibus sunt appensa. Datum Poznanie in crastino Circumcisionis Domini, anno Domini millesimo ccc.lx. octavo, presentibus honorabilibus viris, dominis Troyano preposito, Ditkone decano, Nicolao scolastico, Andrea archidyacono, Iohanne custode, Nicolao archidyacono Sremensi, Damiano cancellario, Pribigneo, Nicolao, Andrea, Alberto, Nicolao palatini, Vincencio Cuczka, Vitcone et Stanislao, canonicis Poznaniensibus, et aliis pluribus fide dignis.

Śródka, *dziś przedmieście m. Poznań.*

Nr. 1588.

Kazimirus rex Polonie etc. 1368 Ian. 8, in Kalis; venditionem hereditatum Polskie et Niemieckie Suchorzewo nec non Piekarzewo, a Sulcone herede de Zawidowice Vincentio de Kępa subcamerario Kalisiensi resignatarum ratam habet.

Pergam. orygin. Sznur z nici jedwabnych zielonych od przywieszenia pieczęci.

Poznań. Archiwum Miejskie. Diploma Nr. 16.

In nomine Domini amen. Cum vendiciones, empciones resignacionesque coram regum magnificencia facte nullum robur perpetue firmitatis valeant optinere, nisi scripturis auctenticis et fide dignorum testimonio ad perpetuam memoriam reducantur, eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis, quod ad nostram

et baronum nostrorum accedens presenciam nobilis vir Sulek heres de Zavidzicze, sanus mente et corpore existens, non compulsus nec errore aliquo circumventus, sed spontanea voluntate et bona deliberacione sui animi prehabita, hereditates suas infrascriptas, scilicet Nemeczske Suchorzewo nec non totam partem in alia hereditate Polske Suchorzewo et hereditatem Pekarzewo vulgariter dictas, cum omnibus iuribus, dominio et pertinentiis universis, videlicet agris, pratis, pascuis, silvis, borris, mericis, rubetis, aquis, aquarum decursibus, censibus, redditibus, et generaliter cum utilitatibus et obvencionibus ad iam dictas hereditates quomodolibet spectantibus que nunc sunt vel esse poterunt in futuro universis, secundum quod eedem hereditates sunt in suis circumferentiis et limitibus antiquitus limitate, strenuo militi domino Vyncencio subcamerario Calisiensi heredique de Campa pro ducentis quinquaginta marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, XLVIII grossos pro qualibet marca computando, vendidit et perpetuo libere resignavit, per iam dictum dominum Vyncencium subcamerarium et ipsius legitimos successores perpetuis temporibus nomine hereditario tenendas et pacifice possidendas, atque vendendas, donandas, commutandas et secundum quod sibi et suis posteris utilius videbitur libere convertendas. Quam quidem vendicionem, empcionem et resignacionem, tanquam racionabiliter factam, ratam habentes atque gratam, presentibus approbantes ratificamus et confirmamus perpetuis temporibus valituram harum quibus nostrum sigillum maius presentibus est appensum testimonio literarum. Actum in Kalis sabbatho intra octavas Epifanie Domini, sub anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus: Paschone Poznaniensi, Preczslao Calisiensi palatinis, Vyncencio Gneznensi, Iohanne Calisiensi, Ianussio Caminensi, Laurencio Landensi castellanis, et aliis pluribus fidedignis. Datum per manus honorabilis viri, domini Iohannis de Czarncow archidiaconi Gneznensis, vicecancellarii regni nostri, scriptum vero per Michalconem Medzvedz cantorem Vladislaviensis et canonicum Cracoviensis ecclesiarum, notarium aule nostre regalis nobis fidelem, devotum et dilectum.

Zavidzicze, *Zawidowice*. Nemeczske, Polske Suchorzewo, *Suchorzewo*. Pekarzewo, *Piekarzewo*. Campa, *Kępa*. Caminensis, *de Kamień*. Landensis, *de Ląd*. Czarncow, *Czarnków*. Vladislaviensis, *de Włocławek*.

Nr. 1589.

Kasimirus rex Polonie etc. 1368 Ian. 16, in Czanzyn; privilegia ratificat, quae dederant monasterio de Trzemeszno: **Premisl secundus dux Polonie 1292 Oct. 21, in Tremesna,** et: **Premisl dux Polonie 1251 Apr. 25, in Poznan,** bonaque eiusdem conventus novis immunitatibus locupletat.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte wraz z dolną połową dziurek od przywieszenia pieczęci.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Quod magnifica regum maiestas facere decrevit, maxime ad utilitatem regni sui, debet esse firmum et stabile roburque perpetue firmitatis optinere. Proinde nos Kasimirus, Dei gracia rex Polonie et terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranieque dominus et heres, universis

tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris volumus esse manifestum, quod venientes ad nostram presenciam religiosi fratres ecclesie beati Adalberti monasterii Trzemescensis Ordinis sancti Augustini nobis humiliter et devote supplicarunt, ut privilegium a serenissimo principe Przemysl secundo, duce Polonie, ipsis datum et optentum innovare et confirmare dignaremur. Cuius privilegii tenor sequitur et est talis: (*Sequuntur diplomata Nr. 687 et Nr. 292.*)

Nos itaque Kasimirus ipsorum fratrum iam dicti monasterii iustis precibus favorabilius inclinati, prescriptum privilegium cum omnibus articulis et clausulis in eodem descriptis ratum, gratum atque firmum habentes confirmamus, approbamus, innovamus et ratificamus. Ampliori autem gracia predictos fratres prosequi cupientes, opidum ipsorum Trzemeszno cum omnibus villis inferius descriptis per nos nostrosque predecessores propter Deum collatis, videlicet Wyelatowo, Niewolno, Luben, Popelewo, Schydlowo, Lososznyky, Wthorek, Camenecz, Ostrowythe, Stodoly, Byeslyno, Lubochnya, Herczugowo, Welma, Gansawa, Lysynino, Cunrathowo, Oczweka, Schelewo, Robakowo, Brischky, Cossyno, Gora, Mlodaczewo, omnes inhabitores incolasque opidi et villarum iam dictarum absolvimus et per presentes liberavimus ab omnibus vexacionibus, exaccionibus, taxacionibus, a podvorove, a podvoda, a theloneis, a laboribus, vecturis, castrorum seu civitatum a vigiliis, municionibus ac reformacionibus, et aliis universis serviciis quocunque nomine censeantur, in toto relaxamus. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum duximus presentibus appendendum. Actum in Czanzyn in die beati Marcelli martiris gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus: venerabili in Christo patre, domino Iohanne Dei gracia episcopo Poznaniensi, Pascone palatino Poznaniensi, Vyrzbentha capitaneo Polonie, Vincencio Gneznensi, Iohanne Calisiensi castellanis, et aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarkow vicecancellarii regni Polonie, scriptum autem per Iohannem canonicum Plocensem notarium aule nostre regalis.

Trzemescensis, *de Trzemeszno.* Wyelatowo, *Wielatowo.* Niewolno, *Niewolno.* Luben, *Lubin.* Popelewo, *Popielewo.* Schydlowo, *Szydłowo.* Lososznyky, *Łösośniki.* Wthorek, *Wturek.* Camenecz, *Kamieniec.* Ostrowythe, *Ostrowite Trzemeszyńskie.* Stodoly, *Stodoły.* Byeslyno, *Bieślin.* Lubochnya, *Lubochnia.* Herczugowo, *Arcugowo.* Welma, *Wełna.* Gansawa, *Gąsawa.* Lysynino, *Łysinin.* Cunrathowo, *Komratowo.* Oczweka, *Oćwieka.* Schelewo, *Szelejewo.* Robakowo, *osada znikła, już r. 1567 deserta.* Brischky, *Bryski.* Cossyno, *Kosin.* Gora, *Góra.*' Mlodaczewo, *Młodocin.* Czanzyn, *Ciążeń.* Czarkow, *Czarnków.*

Nr. 1590.

Kazimirus rex Polonie etc. 1366 (sic) Ian. 16, in Czanzyn; ratam habet literam, quam dederat Wlodzimiro fratribusque eius: **Wyerzbanta castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie general. 1365 Dec. 8, Poznanie.**

Trzemeszno. Privilegia Convent. Canon. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 64.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque domi-

nus et heres, ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum volumus devenire, quod ad nostram et baronum nostrorum accedens presenciam nobilis vir Wlodzimirus, nomine aliorum fratrum suorum germanorum nostre humiliter supplicavit maiestati, ut litteram quandam domini Wyrzbanthe castellani Poznaniensis, Polonie capitanei, suo vero sigillo roboratam, ratificare ac innovare dignaremur. Cuius quidem littere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: (*Sequitur diploma Nr. 1553.*)

Nos itaque supradictorum fratrum, ipsorum nomine per prefatum Wlodzymirum ipsorum fratrem peticionibus dignis et iustis graciosius inclinati, predictam litteram eiusdem domini Wyrzbanthe castellani Poznaniensis, cum omnibus articulis in ipsa contentis ratam et gratam habentes, ipsam de benignitate nostre celsitudinis approbamus, ratificamus, innovamus et confirmamus perpetuis temporibus duraturam, harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Czanzyn in die beati Marcelli martiris gloriosi, sub anno Domini **m.ccc.lx.vi** (sic), presentibus: venerabili in Christo patre domino Iohanne Dei gracia episcopo Poznaniensi, Pascone palatino Poznaniensi, Wyrzbanta capitaneo Polonie, Vincencio Gneznensi, Iohanne Kalisiensi, Vincencio Bechoviensi castellanis, et aliis multis quam pluribus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow, vicecancellarii regni Polonie ac archidiaconi Gneznensis.

Czanzyn, *Ciążeń.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Czarnkow, *Czarnków.*

Nr. 1591.

Urbanus Pp. V 1368 Ian. 25, Avinione; (Ianussio) decano ecclesiae Cracoviensis mandat, ut Nicolao de Kurnik praeposituram eiusdem ecclesiae conferendam curet.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 874.

Urbanus episcopus *etc.* dilecto filio decano ecclesie Cracoviensis salutem *etc.* Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Dudum siquidem omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica quorumcumque notariorum Sedis apostolice tunc vacantia et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Cum itaque postmodum prepositura ecclesie sancte Marie Cracoviensis, que sine cura existit et quam quondam Bertrandus Bertrandi ipsius ecclesie prepositus, dicte Sedis notarius, dum viveret obtinebat, et per ipsius Bertrandi obitum, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacare noscatur ad presens, nullusque preter nos hac vice de ipsa prepositura disponere potuerit neque possit, reservatione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes dilectum filium Nicolaum de Curnik canonicum Cracoviensem, decretorum doctorem, qui ut asseritur carissimi in Christo filii nostri Kazimiri regis Polonie illustris cancellarius existis, horum intuitu favore prosequi gratie specialis, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinationem eundem Nicolaum de Curnik ad hoc ido-

neum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, preposituram predictam sic vacantem, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Nicolao conferas et assignes auctoritate nostra, inducens per te vel alium seu alios eundem Nicolaum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prepositure ac iurium et pertinenciarum predictorum, et defendens inductum, ammoto exinde quolibet detentore, faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi preposituram in dicta ecclesia ut est moris admitti, sibique de ipsius prepositure fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus *etc.* Datum Avinione VIII Kalendas Februarii, anno sexto.

Curnik, *Kurnik.*

Nr. 1592.

Otto Markgraf von Brandenburg 1368 Febr. 15, Dravenburg; verweist den Komthur von Czaplinek mit Schloss und Stadt an den König Kazimir von Cracau.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. A 24, p. 80. (*Kopja*).

Wir Otto *etc.* bekennen offenlich, das wir vorwiset haben und vorwysen ouch mit dessem Brive unsen liben und duchtigen, den Kunptur zcu Tempelberge, der itzundt ist odir yn zcukunftigen Zticzen da werden magk, mit dem Huse unde mit der Stadt czu Tempelberghe an den durchluchtigen Fursten Hern Kazimirus Kunge zu Crakowe, mit allen Rechten und yn sulcher Mosse, als ez der Orden und derselbe Kumptur van des Orden wegen hat van unss gehabt und besessen. In cuius *etc.* Datum Dravenburg feria III ante Esto michi, anno Domini M.CCC.LXVIII.

Tempelberge, *Czaplinek.* Dravenburg, *Dramburg.*

Nr. 1593.

Wyrzbentha castellanus Poznaniens. n. n. capitaneus Polonie 1368 Mart. 20, in Gnezna; protestatur, Rainoldum paratum esse de possessione partis hereditatis Balczewo cedere, quamprimum pecunia ipsi ab Ottone dicto Przechod persoluta fuerit, in qua idem Otto praefatam hereditatem dicto Rainoldo obligaverat.

Pergam. orygin., bardzo wypełzły, w którego dolnym założonym brzegu skrawek pergaminowy, przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 177.

Nos Wyrzbentha castellanus Poznaniensis nec non capitaneus Polonie, universis et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod honestus vir Rainoldus veniens ad nostram plurimorumque nobilium presenciam, bona voluntate, sanus mente et corpore, partem hereditatis Belczewo (*12 lit. des.*) Ottonis dicti Przechod racione obligacionis in quindecim marcis tenet, ex toto, nichil pro se penitus excipiendo,

prenominato Ottoni dicto Przechod renunciavit totaliter (*4 lit. des.*) parte sibi cedendo, quandocunque quindecim marce per ipsum Ottonem fuerint persolute prefato Rainoldo. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in Gnezna in crastino dominice Letare, sub anno Domini M.CCC.LX octavo, presentibus hiis testibus, dominis Alberto palatino Cuyaviensi, Iohanne castellano Kalisiensi, Lasczone subvenatore Koninensi, Andrea Drzeczkowski.

Belczewo, *Balczewo.* Drzeczkowski, *de Drzeczkowo.*

Nr. 1594.

Kazimirus rex Polonie etc. 1368 Apr. 14, Cracovie; villas monasterii de Wąchock dictas Kazimierz, Prawęcice, Babice et Prusinowice, pro melioratione earum ad tempus vitae suae in curam et gubernationem recipit.

Pergam. orygin. Dwie dziurki od przywieszenia pieczęci.
Trzemeszno. Privil. Convent. Canon. Regul. Lateran.

In nomine Domini amen. Cum prudencium disponentumque tam cauta debet esse racio, quod a presentibus laudando commendatur (sic) et a futuris detrahendo non vituperatur (sic), proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, ad noticiam universorum tam presentium quam futurorum volumus devenire, quod considerantes quasdam villas, in terra Lanciciensi predicta situatas et ad monasterium de Wanchoczsko dudum spectantes, adeo a retroactis temporibus fuisse et esse desolatas et fere totaliter in malam condicionem redactas, desolatas et destructas, ita quod nulla prorsus abbati et conventui monasterii predicti utilitas dinoscebatur provenire: volentes itaque et intendentes ex submissis melioracioni ipsarum prospicere, ad honorem igitur Dei omnipotentis et ad laudem gloriose genitricis eius semperque virginis Marie, ac ob remedium salutis nostre et in remissionem omnium nostrorum peccaminum nec non omnium antecessorum nostrorum (sic), quam ad monasterium predictum nostra plenius gerit celsitudo, ad instantes peticiones venerabilis viri fratris Nicolai divina paciencia abbatis et conventui (sic) monasterii predicti de Wanchoczsko graciosissime inclinati, predictas villas, videlicet Kazimirs, Prawancicze, Babicze et Rusinowicze, in nostram tuicionem, gubernationem et defensionem specialem recipimus et tenutam, cum omnibus iuribus, dominio et pertinenciis universis, puta agris, pratis, silvis, nemoribus, paludinibus, mericis, rubetis, gagiis, mellificiis, molendinis, piscinis, lacubus, aquis, aquarum decursibus, censibus, reditibus, fructibus, proventibus et obvencionibus universis, que nunc in predictis villis sunt vel in posterum quomodolibet poterint suboriri, prout dicte ville in suis limitibus longe lateque noscuntur distincte; ita, quod nominatas villas seu hereditates tenebimus, possidebimus, quamdiu fuerimus in humanis, ipsas tamquam nostras tenendo, meliorando et reformari iubendo in condicionem et formam ac prerogativam specialem. Nobis vero humanis exempto, prelibate ville cum omnibus suis pertinenciis, ac specialiter cum omni dispositione, melioracione, augmentacione, dilatacione et qualibet accrescentia rerum mobilium et immobilium, que tempore tenute nostre quocunque modo aucta fuerint et per nos ipsis villis incorporata, ad monasterium de Wanchoczsko et

ad abbatem ipsius ac fratres ipsius monasterii, tamquam ad veros dominos et legittimos possessores omnia libere et pacifice revertentur, contradiccione et inpedimento quorumlibet penitus non obstante. In quorum omnium testimonium, ad evidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Cracovie feria sexta infra conductum Pasche, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus: Iohanne Cracoviensi, Wilczkone Sandomiriensi castellanis, Petro Sandomiriensi, Dobeslao Cracoviensi palatinis, Iohanne subcamerario Cracoviensi, Petro castellano Sandecensi, et aliis multis fide dignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow vincecancellarii regni Polonie, decani Wladislaviensis, scriptum autem per Iacobum notarium curie nostre regalis.

Wanchoczsko, *Wąchock*. Kazimirs, *Kazimierz*. Prawancicze, *Prawęcice*. Babicze, *Babice*. Rusinowicze, *Prusinowice*. Sandecensis, *de Sącz*. Czarnkow, *Czarnków*. Wladislaviensis, *de Włocławek*.

Nr. 1595.

Fr. Neplach abbas Opathowycensis 1368 Apr. 20, in Opathowicz; nomine sui conventus Ordinis s. Benedicti, fraternitatem cum conventu de Lubin renovat.

Pergam. orygin. Dziurki od przywieszenia dwóch pieczęci, z których jedna znikła; ułamek drugiéj, podłużnéj, osobno zachowany, okazuje w górnéj połowie Anioła klęczącego przed stojącą przed nim osobą, w dolnéj zaś górną połowę osoby w infule i ułamek pastorału. Napis: S. Ne . . . Opatovien . . .

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 15.

In nomine Domini amen. Noverint universi tam presentes quam posteri ad quorum noticiam presens scriptum devenerit, quod nos frater Neplach Dei et apostolice Sedis gracia abbas monasterii Opathowycensis totusque conventus ibidem Ordinis sancti Benedicti, Pragensis dyocesis, attendentes devocionem et affectum pie dileccionis dominorum et fratrum, domini videlicet Iohannis abbatis et conventus ipsius in Lubyn Ordinis eiusdem, Poznaniensis dyocesis, quam pridem ad nos et monasterium nostrum habent et habuerunt, quod per litteram ipsorum manifeste comperimus, quia fraternitatem nobiscum contraxerunt: nos igitur eandem renovare et karitative approbare cupientes, damus et concedimus eis petitam fraternitatem et participacionem omnium bonorum, que in presenti per nos fiunt et per subiectos nobis ac successores nostros, videlicet in missis, vigiliis, oracionibus, elemosinis, ieiuniis et aliis operibus et exerciciis spiritualibus, que divina clemencia per nos ac fratres nostros dignabitur operari usque ad consumacionem seculorum. Hec insuper addicientes: ut quicumque alicuius de monasterio ipsorum obitus nunciatus nobis fuerit, extunc nos tenebimur Vigilias cum Novem Lectionibus pro abbate, et pro quolibet fratre conventuali cum tribus, in choro dicere et in crastino missam solempniter decantare, et quilibet laycorum fratrum quinquaginta Pater noster et totidem Ave Maria pro remedio anime ipsius tenebitur dicere et complere. In huius rei testimonium, presentem litteram fieri et nostrorum sigillorum, abbatis et conventus appensione fe-

cimus communiri. Datum in Opathowicz anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, vicesima die mensis Aprilis.*

Opathowycensis, *de Opatowice w Morawji.* Lubyn, *Lubin.*

Nr. 1596.

Kazimirus rex Polonie etc. 1368 Mai. 10, Poznanie; confirmat privilegium, quod dederant civitati Wałcz: **Otto, Conradus, Iohannes, Waldemarus marchiones de Brandenborch etc. 1303 Apr. 23, Lyvenwalde.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Valcens. a. 1681, fol. 10. — Liber civium a. 1610, fol. 153.

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum volumus devenire, quod accedentes ad nostram, baronum, procerum et aliorum nobilium regni nostri presenciam honesti ac sagaces viri, consules nomine universitatis nostre civitatis Welcz terre Polonie, nostri fideles et dilecti, quandam litteram serenissimorum principum marchionum Brandenburgensium, fratrum nostrorum amitalium benivolorum illustrium, nostre produxerunt magestati, humiliter et obnixe supplicantes, ut ipsam cum omnibus suis clausulis in ipsa contentis, tanquam benignus dominus graciose innovare, confirmare et ratificare dignaremur. Cuius littere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: (*Sequitur diploma Nr. 865*).

Nos itaque peticionibus dignis dictorum consiliariorum universitatis predicte nostre civitatis Welcz graciosius annuentes, antecedens privilegium et omnia et singula contenta in eodem, cum omnibus suis clausulis, punctis, articulis et sentenciis, prout ipsius tenor presentibus est insertus, de innata nobis clemencia approbamus, innovamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus; volentes et decernentes, ipsa et eorum quodlibet obtinere perpetue roboris firmitatem, omniaque iura, dominia, possessiones et alias quascunque obvenciones, que quondam fundatores ex donacione predictorum marchionum Brandemburgensium in dicta civitate seu bonis et prediis habebant seu possidebant quovis modo, pro nostro dominio et nostris successoribus perpetuo reservantes. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Poznanie feria quarta post diem beati Stanislai de mense Mai martyris gloriosi, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus reverendissimis in Christo patribus, dominis Iaroslao sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, Iohanne Poznaniensi, Stanislao Plocensi episcopis, Pascone Poznaniensi, Preczlao Kalisiensi palatinis, Ianussio decretorum doctore cancellario Cracoviensi, et aliis multis fidedignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow vicecancellarii regni Polonie decani Vladislaviensis, scriptum autem per Iacobum canonicum Plocensis et sancti Georgii castri Cracoviensis ecclesiarum, nostre curie notarium.

Welcz, *Wałcz.* Czarnkow, *Czarnków.* Vladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1597.

Kazimirus rex Polonie etc. 1368 Mai. 12, in Srem; venditionem tractus sagenae maioris in fine lacus de Błożejewo ratam habet, quam Petrus Suczka heres de Osłonino Iaroslao heredi de Błożejewo resignaverat.

Pergam. orygin. Spodnia połowa wielkiéj pieczęci przywieszona na grubym sznurze nici jedwabnych niebiesk., żółt. i czerwonych.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam plus esse noscitur divinum quam humanum, eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis, quod ad nostram baronumque veniens presenciam Potrko dictus Szuczka heres de Slonino, non compulsus, non coactus nec aliquo dolo et fraude seductus, sed de mera ipsius voluntate consilioque prehabito, unum spacium aque seu tractum sagene maioris in fine lacus Blozeyewske nuncupato, qui vulgariter Thona dicitur, prout in aqua ad ambas ripas sive lyttora et usque ad terram longe lateque dinoscitur pertinere, ipsum legittime contingentem, in terra Polonie prope Bnin situm, cum omnibus utilitatibus exinde provenientibus, videlicet piscibus, piscaturis, et communiter cum fructibus universis qui nunc in dicta Thona habentur vel haberi poterint quomodolibet in futurum, nichil iuris et dominii pro se aut suis propinquis quibuslibet inibi reservando, nobili Iaroslao heredi in Blozeyovo et suis posteris pro viginti quatuor marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos marca pro qualibet computando, vendidit et coram nobis perpetuis temporibus resignavit, per iam dictum Iaroslaum et suos successores legittimos prefatum tractum sagene tenendum, habendum, possidendum, commutandum, vendendum et pro suo ipsiusque posterorum libitu voluntatis quovismodo convertendum. Quam quidem empcionem, vendicionem et resignacionem ratas, gratas habentes et firmas, ipsas sic rite et racionabiliter factas approbamus, roboramus et ex certa sciencia nostra perhenniter confirmamus; dantes hanc litteram nostram, nostro sigillo maiori sigillatam in signum et testimonium perpetue firmitatis. Actum et datum in Srem feria sexta proxima post sancti Stanislay martyris gloriosi, anno Domini m.ccc. sexagesimo octavo, presentibus: venerabili in Christo patre domino Iohanne episcopo Poznaniensi, Wyrzbantha castellano Poznaniensi et capitaneo Polonie, Woyslao castellano Santhocensi, Preczslao iudice Poznaniensi, Ianussio castellano Bechoviensi et Michaele castellano de Medzirzecz. Datum per manus domini Iohannis de Czarncowo vicecancellarii regni nostri, scriptum autem per Clementem dictum Iastrambecz de Lubnicza, notarium aule nostre.

Slonino, *Osłonino.* Blozeyewske, *de Błożejewo.* Bnin, *Bnin.* Srem, *Śrem.* Santhocensis, *de Santok.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Medzirzecz, *Międzyrzecz.* Czarncowo, *Czarnków.* Lubnicza, *Lubnica.*

Nr. 1598.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1368 Mai. 12, Gnezne; procuratores instituit, ut arbitros pro limitatione dioecesis Gneznensis et Poznaniensis electos moneant et requirant.

Pergam. orygin., u którego na paskach pergaminowych dwie pieczęcie przywieszono. Pierwszéj już nie masz; z drugiéj pozostał okrągły ułamek pieczęci Kapituły Gnieźnieńsk. (pieczęć XXIV).

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 178.

Nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, una cum Capitulo nostro ecclesie predicte Gneznensis facimus, statuimus et prout melius possimus ordinamus honorabiles ac discretos viros, Adam prepositum Rudensem, Vincencium ecclesie rectorem de Gosticzyna, presentes et mandatum sponte suscipientes ambos in solidum, quod non sit melior condicio, sed quod unus ceperit, alter prosequi valeat et finire, nostros veros ac legitimos procuratores, actores, factores ac nuncios speciales; dantes et concedentes eisdem nostris procuratoribus plenam et liberam potestatem ad monendum, petendum et requirendum nobiles ac famosos viros, dominos Paskonem Poznaniensem, Predslaum Kalisiensem palatinos, Vincencium Gneznensem, Ianusium Caminensem castellanos, tamquam arbitros, compromissarios arbitratores seu amicabiles compositores limitacionis nostrarum Gneznensis et Poznaniensis dyocesum, pro et super examinacione, cognicione et diffinicione dyocesum predictarum: promittentes rata et grata perpetuo tenere et habere, que per dictos nostros procuratores ordinata fuerint in premissis et quolibet premissorum. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti nostri Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum Gnezne duodecima die mensis May, anno Domini M.CCC.LX octavo, presentibus honorabilibus et discretis viris: Iohanne cantore Lanciciensi, Mathia thezaurario nostro, Iarando notario curie nostre, Nicolao nostro procuratore Zneynensi, et aliis pluribus fide dignis.

Rudensis, *de Ruda.* Gosticzyna, *Gostyczyna.* Caminensis, *de Kamień.* Zneynensis, *de Żnin.*

Nr. 1599.

Wirzbantha castellanus Poznaniens. n. n. Polonie capitaneus general. 1368 Iun. 23, s. l.; protestatur, Sandivogium heredem de Głęboczek Nicolao Kerstani, civi Posnaniensi, quatuor mansos in hereditate Manieczki obligavisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 45.

Nos Wirzbantha castellanus Poznaniensis nec non Polonie capitaneus generalis, universis et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod nobilis vir Sandivogius cum sua uxore, heres de Glamboczko, accedens ad nostram plurimorumque nobilium presenciam, bona voluntate habita, sanus mente et corpore, quatuor mansos possessos sive locatos in Manczicze, cum censu et singulis utilitatibus ad ipsos man-

sos spectantibus, discreto viro Nicolao Kerstani civi de Poznania in viginti marcis grossorum paratorum obligacione assignavit. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in vigilia beati Iohannis Baptiste, sub anno Domini m.ccc.lx.viii, presentibus hys testibus: Wyscota Crziwinensi, Vincentio castellano Gneznensi, Lasczone subvenatore Coninensi, Daszone subiudice Poznaniensi.

Glamboczko, *Głęboczek*. Manczicze, *od połowy XV wieku do dziś Maniecki*. Wyscota, *heres de Wyskoć*. Crziwinensis, *de Krzywin*. Coninensis, *de Konin*.

Nr. 1600.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1368 Iul. 19, in Czansino; promittit, se omnia rata habiturum, quaecunque arbitratores electi de dislimitatione dioecesis Poznaniensis et Gneznensis statuerint.

Warszawa. Biblioteka Uniwersytecka. Foljant Nr. 632, fol. 37. (Z pergaminu orygin., który był w części zniszczony i bez pieczęci).

In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem M.CCC.LX.VIII, Indictione VI, XIX die mensis Iulii, hora Tertiarum vel quasi, super sala habitacionis reverendi in Christo patris, domini Iohannis divina et apostolice Sedis providencia episcopi Poznaniensis, in Czansino, in mea publici notarii infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia, personaliter constitutus reverendus in Christo pater, dominus Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis supradictus, promisit bona fide: omnia et singula rata et grata atque firma tenere perpetuo et habere, quecunque per nobiles et famosos viros, dominos Paskonem Poznaniensem, Preczslaum Kalisiensem palatinos, Vincencium Gneznensem, Ianussium Caminensem castellanos, tanquam arbitros compromissarios et legitimos arbitratores ac commissarios speciales, acta, facta, ordinata, limitata, determinata seu eciam diffinita fuerint circa limitacionem Gneznensis et Poznaniensis diocesium, prout in literis compromissariis, super predicta limitacione per prefatum dominum episcopum et reverendum in Christo patrem dominum Iaroslaum divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum et Capitula ipsorum confectis, plenaliter et expresse continetur: super quo idem dominus episcopus a me notario publico infrascripto hoc presens publicum instrumentum confici postulavit. Acta sunt hec anno, Indictione, die, mense, hora, loco, quibus supra, presentibus discretis viris, dominis ... Poznani. Iohanne plebano de Poltowsco, Vincencio ... capellano ... (sic).

(Caetera desiderantur).

Czansino, *Ciążeń*. Caminensis, *de Kamień*. Poltowsco, *pewnie Pułtusk, w tym roku przez Litwinów spalony.*

Nr. 1601.

Semovitus dux Mazovie etc. 1368 Iul. 25, in Sochaczovia; cum Iohanne Poznaniensi episcopo, ratione solutionis decimarum de villis sui ducatus compositionem facit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 13.

Noverint universi tam presentes quam futuri quibus aperta fuerit notitia subscriptorum, quod nos Semovitus Dei gratia dux Mazovie Cyrnensisque dominus et heres, cum venerabili in Christo patre et domino, domino Iohanne divina providencia Poznaniensi episcopo, super solucione censuum racione decimarum de nostris villis iam de novo seu noviter locatis, in diocesi Poznaniensis ecclesie consistentibus, et presertim de hiis villis quarum nomina subsecuntur, videlicet Rybno, Rozlazlowo, civitas Sochaczow, Cyrwonka, Magna Vola Warszoviensis, Mostky sive Povanscky, Vavrziszewo, Mloczini, Libertas Grodensis, Bantkowska Wola, et de aliis omnibus nostris villis si que sunt locate, de verbo ad verbum talem fecimus ordinationem. Nam incole villarum nostrarum iam dictarum, qui eidem domino episcopo antea decimas manipulares non solvebant, de quolibet manso culto et locato, per sex grossos monete currentis singulis annis ad tempora vite nostre in die sancti Martini confessoris eidem domino episcopo Poznaniensi racione decime solvere tenebuntur. Illi vero incole villarum nostrarum iam dictarum, qui predicto domino episcopo et ecclesie sue decimas manipulatas (sic) exsolvebant, similiter decimam manipulatim singulis annis solvere sint astricti. Preterea per nos extitit ordinatum et decretum, quod si aliquas villas in nostro ducatu de novo locare contingat ad nostram mensam ducalem spectantes, extunc incole villarum earundem, elapsis annis libertatis, similiter per sex grossos monete currentis ad diem sancti Martini confessoris singulis annis eidem domino episcopo et suis successoribus racione decime, similiter ad tempora vite nostre, ut superius est expressum de quolibet manso locato et possesso solvere teneantur; dantes cum domino episcopo prenominato incolis villarum, videlicet in Kaczkovo, Gomolky et Smarkowska Wola, coniuncta manu et insolidum omnimodam libertatem per spacium annorum, qui eisdem incolis pro locacione per nos fuerant primitus dati et concessi, harum quibus nostrum sigillum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Sochaczovia in die sancti Iacobi apostoli gloriosi, anno Domini M.CCC. sexagesimo octavo, presentibus testibus infrascriptis, dominis Dobrogostio preposito et canonico Cracoviensi decretorum doctore ac cancellario nostro, Nemerza castellano Sochaczoviensi, Iohanne Cirnensi, Andrea Ravensi et Sochaczowiensi subcamerariis, Iohanne Sglesz Cirnensi, Wlodimirio Warszeviensi subdapiferis, Stephano capitaneo Gostiniensi et Czechonowiensi, et aliis quam plurimis fide dignis testibus ad premissa.

Cyrnensis, *de Czersk.* Rybno, Rozlazłowo, Sochaczew, Czerwonka, Wola Warszawska, Powązki, Wawrzyszew, Młociny, *dziś tak samo.* Libertas Grodensis, *Wola Grodzicka.* Bantkowska Wola, *pewnie Wola Biskupia p. m. Będków.* Kaczkovo, Gomolky, Smarkowska Wola, *nie odgadnione.* Ravensis, *de Rawa.* Gostiniensis, *de Gostyń.* Czechonowiensis, *de Ciechanów.*

Nr. 1602.

Semovitus dux Mazovie etc. 1368 Iul. 25, in Sochaczowia; villam Kukały cum villa ecclesiae Poznaniensis dicta Biskupice et area Koszczelisko commutat.

Pergam. orygin. Na sznurku jedwabnym zielonym, przywieszona pieczęć okrągła przedstawia Orła rozpostartego, zwróconego w prawo, bez korony. Napis: S'S. moviti... ucis: Mazovie: et: Dni: Cirne...

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 21.

In nomine Domini amen. Labilis enim est humana memoria, ideo ei litterarum testimonio subvenitur. Proinde noverint universi tam presentes quam posteri litterarum presentium noticiam habituri, quod nos Semovitus Dei gracia dux Mazovie Cyrnensisque dominus et heres, de bona nostri animi deliberacione nec non baronum nostrorum consilio accedente, villam nostri ducatus et dominii que Kukali vulgariter nuncupatur, sitam in districtu Cyrnensi, cum venerabili in Christo patre et domino, domino Iohanne episcopo Poznaniensi duximus commutandam, et exnunc tenore presencium commutamus pro quadam alia villa viliori seu peiori ecclesie Poznaniensis, que Byskupicze dicitur, situata in eodem districtu Cyrnensi, et pro quadam area Koszczelisko vulgariter dicta, ex opposito nostri castri Cyrnensis consistente, et pro quibusdam debitis racione decimarum, in quibus eramus eidem domino episcopo et ecclesie Poznaniensi obligati. Unde, racione debitorum iam dictorum et dampnorum alias per nos iam dicto domino episcopo et ecclesie Poznaniensi prenotate illatorum seu irrogatorum, villam nostram Kukali iam dictam memorato domino episcopo et ecclesie Poznaniensi prefate appropriamus, ascribimus et incorporamus habendam et tenendam, nec non pacifice et quiete perpetuis temporibus irrevocabiliter possidendam cum omni iure et emunitate, quibus omnes et singule alie ville dicte ecclesie Poznaniensis gaudent et fruuntur, nec non cum omnibus utilitatibus et proventibus singulisque aliis omnibus fructibus et questibus, quibuscunque vocentur nominibus, eidem ville adiacentibus et annexis, qui pro nunc inibi sunt aut in posterum per industriam hominum poterunt inveniri, prout eadem villa in suis terminis et gadibus ab antiquo est metata circumferentialiter et distincta; promittentes eidem domino episcopo et ecclesie Poznaniensi memorate eandem villam dictam Kukali exbrigare et liberam facere apud omnes heredes eiusdem ville seu alios quoscunque, si per quospiam questio fuerit mota, qui dicent: in eadem villa se ius habere: quocienscunque et quandocunque fuerit oportunum. Ut autem hec commutacio nostra robur perpetue firmitatis valeat optinere, presens privilegium scribi, et sigilli nostri maioris appensione fecimus roborari in testimonium omnium premissorum. Actum et datum in Sochaczowia in die sancti Iacobi apostoli gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus honorabilibus et nobilibus viris, dominis Dobrogostone preposito et canonico Cracoviensi doctore decretorum ac cancellario nostro, Nemerza castellano Sochaczoviensi, Andrea Rawensi et Sochaczoviensi, Iohanne Cyrnensi subcamerariis, Iohanne dicto Sglesz Cyrnensi, Wlodimiro Warszoviensi subdapiferis, Stephano capitaneo Gostiniensi et Cechonoviensi, et aliis quam pluribus fide dignis. Scriptum per manus Iacobi plebani de Bala, notarii curie nostre.

Cyrnensis, *de Czersk.* Kukali, *Kukały.* Byskupicze, Koszczelisko, *osady w miejscu oznaczonem dziś nie istniejące.* Sochaczowia, *Sochaczew.* Gostiniensis, *de Gostyń.* Cechonoviensis, *de Ciechanów.* Bala, *Biała.*

Nr. 1603.

Kazimirus rex Polonie etc. 1368 Nov. 30, Poznanie; confirmat literas, quas dederat fratribus Militiae Templi: **Premisl secundus dux Polonie et Cracovie 1286 Nov. 19, Pyser.**

J. Chr. Beckmann. Beschreibung d. ritterlich. Johanniter-Ordens, Anhang.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Suadet hoc nobis innata benignitas, ut religiosorum virorum commodis ampliandis eo sollercius debeamus intendere, quo volumus, ut eum, per quem regimus et principamus in terris, pro nobis intimius interpellent, et sic bona opera seminare in terris, ut mercedem eternam metere valeamus in celis. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, noticie universorum tam presencium quam futurorum volumus comendare, quod accedens ad nostram, procerum baronumque nostrorum presenciam religiosus vir frater Bernhardus de Schulenborg, commendator de Czaplyn, Ordinis fratrum Hospitalis sancti Iohannis Ierozolymitani, vir devotus et fidelis, quoddam privilegium clarissimi principis domini Premyslai secundi, clare memorie Polonie et Cracovie ducis, avunculi nostri et antecessoris nostri karissimi, vetustate consumptum coram nostra produxit celsitudine, supplicans humiliter et devote, ut dictum privilegium de solita nostre magestatis benignitate innovare et ratificare, ac in debitum modum privilegiorum transsumi dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: (*Sequitur diploma Nr. 570*).

Nos itaque ipsius Bernardi commendatoris votivis inclinati supplicacionibus, dictum privilegium memorati ducis Premislai, avunculi et antecessoris nostri carissimi, hiis nostris literis insertum et omnia in eo contenta innovamus, ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio de pietatis largicione confirmamus. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Poznanie in die beati Andree apostoli, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus venerabili in Christo patre, domino Iohanne Dei gracia episcopo Poznaniensi, Passcone Poznaniensi, Przeczlao Kalisiensi, Petro Sandomiriensi palatinis, Wyrzbantha Poznaniensi, Vincencio Gneznensi castellanis, et aliis multis fide dignis. Datum per manus honorabilis viri domini Iohannis de Czarnkow vicecancellarii regni Polonie, decani Wladislaviensis ecclesie, scriptum vero per Iacobum canonicum Plocensem et sancti Georgii castri Cracoviensis ecclesie, notarium aule nostre regalis.

Czaplyn, *Czaplinek, z niemiecka Tempelburg.* Czarnkow, *Czarnków.*

Nr. 1604.

Nicolaus prepositus ecclesie Gneznens. 1368 Dec. 10, Gnezdne; villam Capituli Gneznensis dictam Parlinek de iure Polonico in ius Theutonicum transfert, et scultetiam eiusdem Laurentio filio Sdeslai certis conditionibus vendit.

Pergam. orygin. Na sznurkach z nici jedwabn. czerwon. przywieszono dwie pieczęcie. Pierwsza Kapituły Gnieźn.; (pieczęć XXIV). *Druga okrągła przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Bogorjów, napis zatarty.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 179.

In nomine Domini amen. Ne in dubium veniant que in tempore decurrenti geruntur, ratihabitio ea debet pro securitate contrahencium solidare. Proinde nos Nicolaus prepositus ecclesie Gneznensis notum facimus quibus expedit universis, quod volentes Dei auxilio suffulti villam Capituli ecclesie Gneznensis predicte dictam Minus Parlino, quam ad presens obtinemus, sitam in districtu Zneynensi, in meliorem transformare condicionem, de iure Polonico in ius Theutonicum, quod Sredense dicitur, de consensu et asensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli transferimus per presentes, vendentes sculteciam in eadem provido viro Laurencio olim Sdeslai pro sedecim marcis grosorum Pragensium, quadraginta octo grosos pro qualibet marca conputando. Nomine cuius scultecie idem Laurencius et sui legittimi successores habebunt duos mansos liberos, terciam partem cuiuslibet iudicati, iuramentum ex integro, unum maccellum carnificum, duos ortos in quibus fabros vel alios operarios quos sibi placebit locabit, medietatem tabernarum. Item habebunt pratum situatum penes lacum qui dicitur vulgariter Dwecony, et in eodem lacu piscaturam cum minoribus retibus, et clausuram que yas vulgariter dicitur, sine tamen nostro vel dicti lacus preiudicio vel dampno. Damus insuper sibi liberam facultatem servandi oves, yumenta indomita, ac venacionem leporum infra gades hereditatis iam dicte. Predictus quoque scultetus tenebitur in eadem hereditate mansos, quanto plures demensurari poterint, locare; de hiis, aut mansis liberis, de quolibet per tres socos (sic) monete usualis dabunt nomine decime, presertim servicia et alia iura, secundum quod alii sculteti villarum Capituli predicti, omnimode exhibendo. Preterea, ut eadem villa celerius collocetur, incolis iam antea locatis sex annis, locandis quoque septem annis plenam et omnimodam concedimus libertatem; ita tamen, quod durante huiusmodi libertate, de agris cultis prefati incole solvant decimam in campis, de agris vero incultis quarto anno ad solucionem huiusmodi decime sint astricti. Qua quidem libertate sic ut premittitur exspirata, memorati incole decimam manipulatim in campis ac fertonem usualis monete singulis annis in festo sancti Martini confessoris, triginta ova in festo Pasche et duos pullos in die Assumpcionis beate Marie virginis gloriose de quolibet manso solvere, et tres dies, unum ad hyemalia et alium ad estivalia, tercium vero pro seminibus arare nobis et nostris successoribus tempore perpetuo tenebuntur. Et quoniam iura Sredensia nobis prorsus sunt incognita, ideo omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva et integra nobis et nostris successoribus reservamus. In cuius rei testimonium, sigilla prefati Capituli ac nostrum presentibus sunt appensa. Datum et actum Gnezdne decima die mensis Decembris, anno Domini millesimo CCC.LXVIII, presentibus honorabilibus ac discretis viris, dominis Ianussio cantore, Kelcone scolastico, Clemente canonico Gne-

znensis, Nicolao scolastico Wladislaviensis ecclesiarum, et aliis pluribus fidedignis. Scriptum per manus Martini de Rava, et transivit per manus Bronislai canonici Plocensis et Curzeloviensis ecclesiarum.

Minus Parlino, *Parlinek.* Zneynensis, *de Żnin.* Sredensis, *de Środa na Szląku, z niemiecka Neumarkt.* Lacus Dwecony, *jezioro Wiecanowskie.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Curzeloviensis, *de Kurzelów.*

Nr. 1605.

Kazimirus rex Polonie etc. 1368 Dec. 18, in Cruswicia; monasterio de Byszewo petente, possessionem ei villarum in territorio de Nakło sitarum earumque libertates confirmat.

Pergam. orygin. Na sznurze z nici jedwabnych zielonych przywieszona pieczęć majestatyczna Kazimierza króla.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 103.

In nomine Domini amen. Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Cuyavie, Syradie, Lancicie, Pomeranie Russieque dominus et heres, ad perpetuam rei memoriam. Etsi regie maiestatis circumspecta benignitas universos fideles ipsius quos nostrum ambit regnum Polonie pio favore conplectitur, ad illorum tamen profectus et commoda speciali quadam prerogativa vigilanter intendit, qui sub professione et habitu regulari, seculari vanitate dimissa, nituntur Altissimo in simplicitate mentis et corporis iugiter famulari. Sane Iohannis abbatis et conventus virorum religiosorum monasterii Byssoviensis Ordinis Cysterciensis, diocesis Wladislaviensis, oblata supplicacio continebat, quatenus Iohanni abbati, conventui et monasterio supradictis iura, donaciones, libertates, largiciones et exempciones super villis infrascriptis in terra Polonie predicta et districtu Naclensi situatis, et sortibus ac universis et singulis pertinenciis earundem, ipsis per recolende memorie illustres principes predecessores nostros, et progenitorem nostrum carissimum Wladislaum quondam regem Polonie et nos in remedium animarum suarum indultas, datas et concessas, ratificatas et confirmatas, prout hoc in privilegiis et litteris eorundem plenius et lucidius continetur, approbare, innovare, ratificare, gratificare et confirmare de solita benignitate regia dignaremur. Nos igitur ad ipsorum supplicacionis instanciam, ob reverenciam et honorem omnipotentis Dei et intemerate Virginis matris eius, cuius dictum monasterium Byssoviense vocabulo fore dinoscitur insignitum, et presertim, cum iuste petentibus non est denegandus assensus: villas de quibus supra fit mencio, scilicet Virkoczino cum sortibus et bonis ad ipsam pertinentibus, videlicet Rybino et Popelowo, Comorsa, Luczime, Mancowarzco, Zedno, Landzco Magnum et Landzco Novum vulgariter Wylcze nominatum, cum sortibus suis Ossek, Ruskam cum toto lacu dicto Wyskydnicza, Wyskydno, Dzeligoscz, Wylcow et Lachow, cum pratis nec non universis et singulis utilitatibus earum et fructibus, prout dicte ville et quelibet earum in suis metis et limitibus circumferencialiter sunt distincte, de plenitudine potestatis regie ac matura nostra ac consiliariorum et fidelium nostrorum deliberacione et consilio precedente, et ex certa nostra sciencia innovamus, approbamus, ratificamus, gratificamus et presentis scripti patrocinio et auctoritate

regia confirmamus; decernentes et volentes predicta et quodlibet predictorum perpetuis temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem, et ipsos Iohannem abbatem, conventum et monasterium in villis predictis eo iure, quo in villis eciam superius expressatis ex largicione progenitorum nostrorum gaudebant, gaudere libere et quiete. Nulli ergo hominum regni nostri, cuiuscunque status aut condicionis extitent (sic), liceat hanc nostre innovacionis et confirmacionis graciam infringere aut ei presumpcione temeraria contraire, prout indignacionem nostram ac penam gravissimam voluerit evitare. In cuius rei testimonium, presentes litteras scribi et nostri sigilli fecimus roborari munimine. Actum in Cruswicia proxima feria secunda post diem beate Lucie virginis et martiris, anno Domini m.ccc. sexagesimo octavo, presentibus: Alberto Cuyaviensi, Mosczicz Gnewcoviensi palatinis, Dobeslao castellano Cruswiciensi, Iohanne subcamerario Brestensi, Sandzyvogio capitaneo Gnewcoviensi, et Ectore iudice Cuyaviensi, et aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis archidiaconi Gneznensis, nostri vicecancellarii, scriptum autem per Symonem de Riskow (sic), notarium nostre aule regalis.

Byssoviensis, *de Byszewo.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Naclensis, *de Nakło.* Virkoczino, *Wierzchucin.* Rybino, *osada znikła.* Popelowo, *Popielewo.* Comorsa, *osada znikła.* Luczime, *Luczmin.* Mancowarzco, *Mąkowarsk.* Zedno, *Dzidno.* Landzco Magnum, *Łącko wielkie.* Wylcze, *Wilcze.* Ossek, *Osiek.* Ruska, *osada znikła; cnfr. Nr. 1372, 1376.* Wyskydnicza lacus, *dziś Głusza jezioro.* Wyskydno, *Wyskidno.* Dzeligoscz, *osada znikła; cnfr. Nra. 1372, 1376.* Wilkowo, Lachowo, *dziś tak samo.* Gnewcoviensis, *de Gniewkowo.* Brestensis, *de Brześć Kujawski.* Riskow, *zwykle pisane* Ruskow.

Nr. 1606.

Kazimirus rex Polonie etc. 1368 Dec. 18, in Cruswicia; monasterio de Byszewo petente, possessionem villarum eius in territorio Naklensi confirmat, eisque amplissima privilegia largitur.

Pergam. orygin. Na niciach jedwabnych, czerwonych i zielonych przywieszona pieczęć majestatyczna Kazimierza króla.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 105.

In nomine Domini amen. Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Cuyavie, Syradie, Lancicie, Pomeranie Russieque dominus et heres, ad perpetuam rei memoriam. Etsi regie maiestatis circumspecta benignitas universos fideles ipsius quos nostrum ambit regnum Polonie pio favore complectitur, ad illorum tamen profectus et commoda speciali quadam prerogativa vigilanter intendit, qui sub professione et habitu regulari, seculari vanitate dimissa, nituntur Altissimo in simplicitate mentis et corporis iugiter famulari. Sane Iohannis abbatis et conventus virorum religiosorum monasterii Byssoviensis Ordinis Cysterciensis, dyocesis Wladislaviensis, oblata supplicacio continebat, quatenus Iohanni abbati, conventui et monasterio supradictis iura, donaciones, libertates, largiciones et exempciones super villis infrascriptis in terra Polonie predicta et districtu Naclensi situatis, et sortibus ac universis et singulis pertinenciis earundem, ipsis per recolende memorie illustres

principes predecessores nostros, et progenitorem nostrum carissimum Wladislaum quondam regem Polonie et nos in remedium animarum suarum indultas, datas et concessas, ratificatas et confirmatas, plenius et lucidius approbare, innovare, ratificare, gratificare et confirmare de solita benignitate dignaremur. Nos igitur ad ipsorum supplicacionis instanciam, ob reverenciam et honorem omnipotentis Dei et intemerate Virginis matris eius, cuius dictum monasterium Byssoviense vocabulo fore dinoscitur insignitum, et presertim, cum iuste petentibus non est denegandus assensus: villas de quibus supra fit mencio, scilicet Wyrkoczino cum sortibus et bonis ad ipsam pertinentibus, videlicet Rybino et Popelowo, Comorsa, Luczime, Mancowarzco, Zedno Magnum et Zedno Parvum, Landzco Magnum et Landzco Parvum, et Landzco Novum vulgariter Wylcze nominatum, cum sortibus suis Ossek, Ruskam, Zeligoscz, Wyskydno cum toto lacu adiacente, Wylcow, et Lachow cum pratis adiacentibus inter fluvium Dbra et Sampolnam ab antiquo limitata cum hereditate Pruschze, nec non universis et singulis utilitatibus earum et fructibus tam sub terra quam super terram, prout dicte ville et quelibet earum in suis metis et limitibus circumferencialiter sunt distincte, de plenitudine potestatis regie ac matura nostra ac consiliariorum et fidelium nostrorum deliberacione et consilio precedente et ex certa nostra sciencia innovamus, approbamus, ratificamus, gratificamus et presentis scripti patrocinio et auctoritate regia confirmamus. Damus eis potestatem locandi iure Theutonico quod Maydburgense vulgariter dicitur, vel alio quocunque, prout eis videbitur melius expedire; ita, ut ab omnibus laboribus, exaccionibus, expedicionibus, solucionibus, serviciis, vecturis, araturis, a przewod, a podworowe, a podwolowe, a powoz, a wywoz, a narzaz, a wymoth, a nastana, a wesnicza, a mostne, a poradlne, a stroza, a bove, a vacca, a porco, et aliis universis gravaminibus quocunque nomine censeantur, ab omnibus eciam angariis et perangariis cum hominibus eorum absoluti sint penitus et exempti. Insuper plenissimam iurisdicionem ac ius integrum et iudicium in omnibus omnino locis bonorum hereditatumque predictarum, et eciam in viis publicis ac semitis et viis privatis. Insuper castra et pontes non edificabunt nec emendabunt, nec alicui iurisdicioni castellanorum, palatinorum, iudicum, subiudicum, officialium aut camerariorum, nec eorum iudiciis subiacebunt, nec ad eos citabuntur, nec coram ipsis pro aliqua hereditate seu possessione vel pro causa qualicunque conparere debeant aut respondere; sed tantum coram nobis, cum per litteram nostram nostro sigillo sigillatam citati fuerint pro hereditate seu possessione, comparebunt et in iure Theutonico quod Maydburgense dicitur respondebunt. Damus eciam, siquidem minus expresse datum foret per predecessores nostros, in omnibus bonis supra memoratis cum omni iure et iurisdicione eidem monasterio liberas possessiones in villis, in molendinis, in tabernis, in agris cultis et incultis, in fluminibus, stagnis, rivis, pratis, lacubus, silvis, pascuis, et paludibus, rubetis, nemoribus, mellificiis, piscacionibus, castoribus; et venaciones tam magnarum quam parvarum ferarum inter terminos predictorum bonorum eisdem donamus ac hominibus eorum, quibus tamen ab ipsius monasterii abbate et fratribus concessum fuerit, et nulli alii ius relinquimus, nisi nobis, cum personaliter illuc venerimus ad venandum. Habebunt eciam prenotati fratres ac eorum homines ius venandi in omnibus bonis eorum cum quibuslibet instrumentis, videlicet retibus et canibus, laqueis et pedicis. Omnia quoque bona quocunque titulo a nostris subditis nobilibus seu popularibus acquisita, sive per donacionem seu per empcionem seu commutacionem, sepedicto monasterio et fratribus inibi degentibus cum graciis, libertatibus et iuribus presen-

cium patrocinio similiter confirmamus; decernentes et volentes predicta et quodlibet predictorum perpetuis temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem, et ipsos abbatem, conventum et monasterium in villis predictis eo iure, quo in villis eciam superius expressatis ex largicione progenitorum nostrorum gaudebant, gaudere libere et quiete. Nulli ergo hominum regni nostri, cuiuscunque status aut condicionis exstiterit, liceat hanc nostre innovacionis et confirmacionis graciam infringere aut ei presumpcione temeraria contraire, prout indignacionem nostram ac penam gravissimam voluerit evitare. In cuius rei testimonium, presentes litteras scribi et nostri sigilli fecimus munimine roborari. Actum in Cruswicia proxima secunda feria post diem beate Lucie virginis, anno Domini millesimo ccc. sexagesimo octavo, presentibus: venerabili in Christo patre domino Sbyluto episcopo Wladislaviensi, Alberto Cuyaviensi, Mosczicz Gnewcoviensi palatinis, Dobeslao castellano Cruswiciensi, Sandzywogio capitaneo Gnewcoviensi, et Ectore iudice Cuyaviensi, et aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis archidyaconi Gneznensis, vicecancellarii nostre aule regalis.

Byssoviensis, *de Byszewo.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Naclensis, *de Nakło.* Wyrkoczino, *Wierzchucin.* Rybino, *osada znikła.* Popelowo, *Popielewo.* Comorsa, *osada znikła.* Luczime, *Luczmin.* Mancowarzco, *Mąkowarsk.* Zedno Magnum et Zedno Parvum, *Dzidno i Dzidzinek.* Landzco Magnum et L. Parvum, *Wielkie Łącko i Małe Ł.* Wylcze, *Wilcza.* Ossek, *Osiek.* Ruska, Zeligoscz, *osady znikłe; cnfr. Nra. 1372 i 1376.* Wyskydno, *Wyskidno.* Wylcow, *Wilkowo.* Lachow, *Lachowo.* Fluv. Dbra, *rz. Brda.* Fl. Sampolna, *rz. Sępolna, prawy przypływ Brdy.* Pruschze, *Pruśce, z niem. Prust.* Gnewcoviensis, *de Gniewkowo.*

Nr. 1607.

Wirzebenth Hauptman des Königr. zu Polan 1368 Dec. 24, zu Drawenburg; schliesst im Namen Kazimirs, Königs von Polen, mit dem Grafen Heinrich von Schwarzburg, welcher im Namen Otto's des Markgrafen von Brandenburg auftritt, einen Vergleich in Betreff der Streitigkeiten zwischen beiderseitigen Unterthanen an der Neumärkischen Gränze ab.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. B 2, p. 491. (*Kopja*).

Wir Wirzebenth Hauptman des Königreichs zu Polan bekennen offentlichen, daz wir uns umb alle Kriege, Zwietracht und Ufflöffe, die zwischen den hochgebornen Fursten, Herren Cazmir Könge zu Polane uff ein Syte, und Herren Otten Marggraffen zu Brandenburg uff die andere Syte bishere gewest sind, mit dem edeler Manne Graff Heinrich von Swarczburg Here zu Arnstette also vereynet haben: daz unser Herre der Konge uff ein Syte des blieben sol by zweyn siner Manne, als Hern Iohannse dem Techande zu Cracove und Hern Petern palatino, und der Marggraff von Brandenburg uff die andern Site bi zween siner Manne, als Hern Hansen von Rochowe und Hern Zacherizen von Turgelowe, mit Fruntschaft und mit dem Rechten zu entscheiden. Und wer es daz der vyeren einer oder zwenne abegiengen, so sall man bynnen eynem Monden ander zwene wider kysen an der stat die abegegangen sind. Weres aber das sich die vorgenannten vyere zweyten und nicht

könden eyns werden, so sollen wir und der ergenente von Swartzburg Oberlute sin sy uff beide Syten zu entscheiden mit Fruntschaft oder mit dem Rechten, by unser Zelin und Sanewitzkeit. Zweyten wir uns aber mit dem Swartzburg und könden nicht mit em uber einkommen, so sullen wir den allerdurchlauchtigsten Fursten, unsern gnedigen Herrn den Keyser, zu einem Obermann kysen uff beyde Syten; und wie sy der entscheydet mit Fruntschaft oder mit Rechte, daz sullen sie uff beyde Syten gentzlichen und unverbrochen alzo halden, umb alle Czweytracht von der von Wedel wegen, und auch von dez Kuniges und des Marggraffen Manne wegen, wie die gewest ist und gescheen. Weres ouch das wir unsers Herrn des Keysers da by nicht gehaben möchten, als daz er daby nicht möcht gesin, so sullen alle Tedinge daby bliben, als sy vorbegriffen sind. Weres ouch daz die Teding an dem Marggraffin scheltin und nicht gehalden worden als vorgeschriben stet, so sullen die Burgen die hier nach geschriben steen: Iacob von Gunthersperg, Walther von Gunthersperg, Henning Kenstil, Henning von Bornne, Syfrid von Bornne, Hennig von der Marwitz, Tyle von Bornne und Hasse von Wedel, die vor den Marggraffen gelobt haben, ryten in die Statt zu Pozna darnach bynnen vierzehen Tagen wenn sie gemant werden, ane Vorgezock, und nicht wider doruss, es sie danne alle Tedinge gar gehaldin oder sy mit unserm Willen. Ouch sollen die Iene die uff diese Syte vor den König gelobt haben, die hiernach geschrieben sten: Hasse von Valkenburg Ritter, Czulisch, Heinrichs Sone von Wedel, Czulisch von Wedel, Hennig, Hansen Sone von Wedel, Ludke von Wedel zu Tütz, Ebil Runge, Dirske Truchtzes des Kunges von Polan, und Merten von Loze, inryten keigen Woldenberg, wenne sy gemant werden bynnen vierzehn Tagen, ane Verzog, und nicht weder daruss, es sie danne alle Tedinge gehalden oder sye mit irem Willen. Ouch ist gerett, daz unser Herre der König dem Marggraffen von stadan antwortten soll uff die vorgenannten Tedinge und Sune Retz Hus und Statt; und darvor sol der Marggraff den Kumpturer mit Tempelburg und mit Draheym und mit dem daz darzu gehört wider an den Konig wysen, als daz vorbegriffen ist an den Tedingen. Weres auch daz der Marggrave gerobet werde von des Koniges Mannen, so solde er dem Marggraven Glichs oder Rechtes helffen bynnen vier Wochen; könde er des nicht getun, so solde er ir Vynde sin one Argliste. Dorzu solde ime der Marggraff beholffen sin, und der König sol sich mit den nyemer gesunnen, dem Marggraffen sye danne widerfaren Glich oder Recht. Wer es ouch das dieselben Rober Schlosser hettin in des Konges Lande, oder von ime zu Lehen giengen: gewonne er die, damit sol er Macht haben zu tunde und zu lassen waz er wil. Desglichen sol der Marggraff dem Könige wider tun one allerley Argliste. Wer es ouch das die Sune yemand breche, so solden die vorgenanten Herren einer dem andern beholffen sin uff sine eygne Koste und Schaden. Wer es ouch daz man Fromen neme ane Vordingnisse ader ane Gefangen, den Fromen sollen sy teilen nach der Manne Zale under enander. Ouch sollen alle Gevangen ledig und lose sin uff beide Syten, ussgezogen Herrn Iacob von Debitz und alle dy mit ime gevangen sind, und Her Vycke Munt. Ouch sullen die vorgenannten Fursten vier Wochen nach Ostern keigen enander komen, der Konig zu Vyllen, und der Marggraff zu Woldenberg. Wer es aber das sy nicht gegen eynander quemen, so sollen irer beyder hochsten Ratgebern uff denselben Tag gegen eynander komen, zu entscheiden alle Schelung und Zweytracht der vor genanten Herren als vorgeschriben stet. Und wir vorgeschriben: Hasse von Valkinburg Ritter, Czulisch, Heinrichs Sone von Wedel, Czulisch von Wedel, Hennig, Hansen Sone von

Wedel, Ludek von Wedel zu Tutz, Ebel Runge, Dirsske Truchtzes des Konigs von Polan, und Mertin von Loze, bekennen, daz wir dem hochgebornen Fursten, dem vorgenanten Marggraffen zu Brandenburg und sinem Rate gelobt haben und geloben in diesem Brieffe, alle dise vorgeschriben Stucke, als sie von uns vorgeschriben stend, stete und veste zu halten wen wir von in gemant werden, one alle Widerrede. Des zu Urkunde haben wir unser Insigel ane diesen Brieffe lassen hencken, der geben ist zu Drawenburg nach Gottes Geburte Tusend Iare, dryhundert Iare, darnach in dem achten und sechssigisten Iare, des Sontages als man singet Exurge quare.

Valkenburg, *Falkenburg*. Tütz, *Tuczno*. Loze, *nie odgadnione*. Woldenberg, *dawniéj Dobiegniewo*. Retz, *Retz, w XIII w. Riddisce*. Tempelburg, *Czaplinek*. Draheym, *Drachim*. Vyllen, *Wieleń*. Drawenburg, *Dramburg*.

Nr. 1608.

Consules Koninenses 1369 Ian. 3, Konin; protestantur, Halussam relictam Wilhelmi advocati de Konin, macella panum et sutorum in civitate praedicta Thomassio advocato de Brześć Kujawski certis conditionibus obligavisse.

Pergam. orygin. Na skrawku pergam. przywieszona pieczęć miasta Konin; (pieczęć LVI).

Warszawa. Biblioteka prywatna. Diplomata.

Nos consules Koninenses, videlicet Niczco advocati magister civium, Cuncza carnifex, Iasco dictus Czegla, Anderlinus sartor, notum facimus omnibus et singulis quibus expedit, quod veniens ad nostram presenciam Halussa relicta Wilhalmy quondam advocati Koninensis, non coacta, non compulsa, sed bona deliberacione honesto viro et discreto domino Thomassio advocato in Brescze obligavit et proposuit macellas (sic) panum nec non sutorum in Konin ad suam advocaciam pertinentes, in decem et octo marcis grossorum; tali quoque obligacione mediante et interposita, quod predicta advocatissa in festo Corporis Christi proxime venturo novem marcas grossorum solvere tenetur. Si vero prefixa advocatissa prenotato Thomassio prefixas novem marcas ad predictum diem non solverit, extunc sexagenam grossorum racione census prenominato Thomassio solvet et dabit, residuas vero novem marcas super Nativitatem Christi solvere sit astricta. Quod si non dederit, aliam sexagenam racione census similiter dabit et tenetur. Insuper, omnia, quod absit, si prenominata advocatissa iam dicto Thomassio ad prefatos duos terminos ut est scriptum superius non solverit, extunc de anno ad annum duas sexagenas grossorum racione census dabit et solvere tenetur, et hoc quamdiu non redimerit nec solvet. Super omnia, si aliquis iam sepe dictum Thomassium in prefixa obligacione inpediret, hoc dicta advocatissa cum suo genero et cum suis pueris liberare conpromittit et promisit presentibus hiis testibus: domino Wenczslao thesaurario ac herede in Cuchari, et aliorum quam plurimorum fidedignorum (sic). Datum Konin in octava sancti Iohannis ewangeliste, sub anno Domini millesimo CCC. sexagesimo nono.

Brescze, *Brześć Kujawski*. Cuchari, *Kuchary borowe*.

Nr. 1609.

Fr. Albertus abbas monasterii Lubinens. 1369 Mart. 12, in Lubin; Iacobo, qui una cum fratre suo defuncto scultetiam in Świączyn monasterio de Lubin resignaverat, mansum liberum in eadem villa donat.

Pergam. orygin. Skrawki pergamin. od przywieszenia dwóch pieczęci.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 21.

In nomine Domini amen. Nos frater Albertus, Dei gracia abbas monasterii Lubinensis, cum conventu fratrum suorum notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod Mathias felicis memorie quondam scoltetus de Swacecz, cum fratre suo uterino Iacobo se et suam videlicet scolteciam cum omni iure, videlicet duos mansos ibidem, pro suarum suorumque remedio animarum dudum ante annos monasterio tradiderunt, hoc quoque nostro tempore idem prefatus Iacobus dictam scolteciam cum omni iure, videlicet duos mansos in predicta villa Swaczecz, voluntarie ac omnimode nobis et monasterio resignavit. Nos siquidem dicti Iacobi sinceram erga nos voluntatem abentem considerantes, sibi, suis pro usibus, temporibus perpetuis tantum dedimus mansum, quem tenuit Nicolaus pastor liberum villa in prefata: facientes dictum Iacobum racione donacionis nostre ab omnibus solucionibus et exaccionibus nostris et aliorum quorumcunque absolutum, ut ad solucionem et exaccionem per villanos vicinos suos non trahatur; cuius post vitam, idem mansus demum ad dominium monasterii devolvetur. In cuius rei testimonium, presentem literam sibi dari fecimus, sigillis, nostro scilicet et conventus nostri roboratam. Actum et datum in Lubin in die sancti Gregorii Pape gloriosi, presentibus testibus: Iohanne priore, Iacobo antiquo, Vito custode, Ianczone cantore, Michale quondam preposito de Gostin, Iohanne herede de Irka, et quam pluribus fide dignis, anno Domini M.CCC.LXIX.

Swacecz, *Świączyn.* Lubin, Gostyń, Irka, *dziś tak samo.*

Nr. 1610.

Thomislaus iudex Kalisiens. 1369 Mart. 12, in civitate Gnezna; Alberto palatino Brestensi adiudicat, ut Boguslaus de Pilatowo et Henricus de Rynarzewo molendinum inter villas Pilatowo et Obielewo existens destruant, protestaturque, Albertum praedictum demonstravisse, nemini licitum esse in fluvio Noteć inter villam Ptur et oppidum Łabiszyn pontem, aggerem, molendinum construere vel navigium exercere.

Transsumpt potwierdzony przez: Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Iun. 13, Poznanie.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Bidgostiens. a. 1539, fol. 40.

Nos Thomislaus iudex Kalisiensis omnibus et singulis presencium noticiam habituris declaramus publice protestantes: quod feria secunda post dominicam Letare sub anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo nono summis terminis in civitate

Gnezna celebratis, ubi eciam strenui milites Preczlaus palatinus Kalisiensis, Preczslaus iudex Poznaniensis, Vincencius Gneznensis, Laurencius Landensis castellani, ceterique milites iudicio regali presidebant, ibique veniens strenuus miles dominus Albertus palatinus Brestensis, optinuit in Boguslao de Pilatowo et Henrico de Rinarzewo, quia molendinum quod fecerunt inter Pilatowo et Obylewo, debent perpetualiter destruere et anichilare iusto et vero iudicio exigente. Plurimum vero iure militari demonstravit: quod nullus hominum cuiuscunque condicionis existat, pontem, aggerem, molendinum, navigium inter Ptur villam et Labyssino oppidum facere et locare habebit. Nos vero, de consensu et informacione militum protunc pro tribunali sedencium, prefato domino Alberto palatino Brestensi prelibatam causam adiudicavimus et per presentes adiudicamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum est appensum. Actum et datum anno, die, loco, quibus supra.

Landensis, *de Ląd.* Pilatowo, Rynarzewo, *dziś tak samo.* Obylewo, *Obielewo.* Ptur, *Ptur.* Labyssino, *Łabiszyn.*

Nr. 1611.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1369 Apr. 13, Lovicz; ecclesiam parochialem a Nicolao decano ecclesiae de Kielce in villa Chludno fundatam dotat, parochiamque eius instituit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. proventuum fol. 44v. (Foljant pisany ręką XVI wieku). Kopja z pergaminu orygin. opatrzonego pieczęciami.

Noverint quibus expedit universi, quod nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, fundata ecclesia nove plantacionis in Clodno nostre diocesis prope Skrzin ad honorem Dei omnipotentis eiusque matris sancte Marie virginis gloriose, et presertim ob merita ac beneplacita honorabilis viri domini Nicolai decani ecclesie Kilcziensis, fundatoris et patroni ecclesie eiusdem, nobis multipliciter impensa, pro sustencione et victu rectoris ipsius ecclesie qui pro tempore fuerit, ut eo melius quo comodius facultate temporali superportatus predicte ecclesie valeat famulari, sub ratihabicione fratrum nostrorum, Gneznensis videlicet Capituli, decimas mense nostre infrascriptas, sitas in districtu Radomiensi, videlicet ipsum Clodno, Brudnowo, et Bukowiec prope Opoczno, memorate ecclesie in Clodno perpetuis temporibus damus, attribuimus et vigore presencium incorporamus. Preterea, cupientes ut laus divina in eadem ecclesia amplietur, villas inferius annotatas, nomine parrochie ipsi ecclesie in Clodno, videlicet ipsum Clodno, Iablonica, Rykow et Kochanow attribuimus assignando; decernentes, ut exnunc incole villarum supradictarum non alias, quam in sua ecclesia parrochiali divina audiant et ecclesiastica percipiant Sacramenta. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum ac dicti nostri Capituli presentibus est appensum. Datum et actum Lovicz tredecima die mensis Aprilis, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono, presentibus honorabilibus ac discretis viris, dominis Boguslao canonico Gneznensi, Adam preposito Rudensi, Iohanne cantore et Nicolao archidiacono Lanciciensibus, Mathia thesaurario et Paulo procuratore Loviciensi, et aliis pluribus fidedignis. Scriptum per manus Iarandi protunc curie nostre notarii.

Clodno, *Chludno.* Skrzin, *Skrzynno.* Kilcziensis, *de Kielce.* Radomiensis, *de Radom.* Brudnowo, *Brudnów.* Bukowiec, *Bukowice.* Opoczno, *Opoczno.* Iablonica, Rykow, Kochanow, *dziś tak samo.* Rudensis, *de Ruda p. m. Wieluń.*

Nr. 1612.

Preczlaus palatinus Calissiens. etc. 1369 Iun. 9, Srzode; sculteto villae regalis Murzynowo, dicto Czessek, unum mansum liberum vendit et quaedam privilegia concedit.

Warszawa. Archiw. Główne. Ks. M. 93, fol. 423 v. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae I, Nr. 131.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos Preczlaus palatinus Calissiensis et capitaneus Polonie generalis, cupientes, ut tenemur, bona et servicia serenissimi principis Cazimiri Dei gracia regis Polonie augere in quantum possumus, Czessek alias Lassek sculteto antiquo in villa Murzynowo, ad suos duos mansos scultetie ibidem unum mansum liberum illis duobus iungentes, pro decem marcis grossorum ad utilitatem eiusdem domini nostri regis vendidimus, (sibi) et sue posteritati legitime perpetue possidendum, tenendum et habendum, suoque pro libitu commutandum. Adiicientes eidem Czessek et suis sequacibus tercium denarium de qualibet re iudicata seu iudicanda, tabernam, macellum, sutorem, saretorem (sic) et pistrinum cum horto libere tenere, nec non pratum inter gades hereditatum Capisicze et Drzeberki cum fabro. Agros, ubi aptum fuerit, eligere habet. Incole autem ipsius hereditatis pro censu domini regis ad festum beati Martini marcam grossorum, quolibet anno de cuiusvis manso, et fertonem plebano ibidem solvere tenebuntur. Ad festum autem Pasche duo latera carnium, vel duodecim scotos grossorum, et per triginta ova quilibet cmetho solvent (sic) indilate. Die Assumptionis beate virginis Marie, duos per capones ipsorum quilibet presentabit. Pro adventu autem domini regis, quilibet pullos per duos. Iudicionalia (sic) infra annum tria, quodlibet per fertonem, cmethones duo et scoltetus unum solvere annuatim sunt adstricti. Serviet itaque scultetus pretactus et sui sequaces ad quevis negotia domini regis vel eius capitanei in equo tres marcas valente. In cuius rei testimonium, presentes scribi iussimus et nostri appensione sigilli roborari. Insuper damus perpetuo eidem Czessek et liberis suis venationem cum niso squiscularum, et iumenta in communitate suorum vicinorum servare. Datum et actum Srzode sabbato post octavas Corporis Christi, anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo nono, presentibus dominis: Ianussio Bochoviensi castellano, Thoma Gneznensis ecclesie canonico et plebano Srzedensi, Mroczkone de Zaganczkowo, Henrico Gayconis, Wlodzymiro de Borzymowo et Mikolacz Oczosna, et multis aliis fide dignis.

Murzynowo, *Murzynowo.* Capisicze, *Kopaszyce.* Drzeberki, *Zberki.* Bochoviensis, *de Biechowo.* Zaganczkowo, *Zajączkowo.* Borzymowo, *Borzykowo.* Oczosna, *Ciosnia.*

Nr. 1613.

Petrus episcopus Lubucens. 1369 Iun. 25, Cracovie; sententiae a iudicibus in causa suae ecclesiae contra Kazimirum regem Poloniae latae renunciat, eumque verum patronum ecclesiae praedictae recognoscit.

Pergam. orygin. W dolnym, założonym brzegu wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci. Przy końcu, obok poświadczeń, dwa Signa notariorum publicorum pod sobą narysowane.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 563. — Dogiel. Cod. diplom. Poloniae I, pag. 594.

In Christi nomine amen. Nos Petrus Dei et apostolice Sedis gracia episcopus Lubucensis, ad universorum noticiam deducimus per presentes, quod orta dudum inter dominum Henricum bone memorie episcopum Lubucensem, predecessorem nostrum, et Capitulum suum Lubucense, ab una, ac serenissimum principem dominum Kazimirum regem Polonie illustrem, parte ab altera, materia questionis super occupacione, detencione seu spoliacione bonorum, villarum, iurium, iurisdicionum ecclesie nostre Lubucensis in ipsius regis Polonie dominio et regno constitutis, et in Romana curia diucius ventilata: quamvis pro predicto predecessore nostro et Capitulo ipsius, ac contra dominum regem predictum lata fuerit sentencia difinitiva per reverendissimum patrem dominum Nicolaum olim episcopum Tusculanum, cardinalem, cui eadem causa tum per sanctissimum patrem dominum Innocentium Papam VI, tum per dominum Urbanum Papam V immediatum successorem suum fuerat delegata, tamen, quia appellatione interposita pro parte dicti domini regis ad Sedem apostolicam ab eadem, ipsa sentencia multipliciter videbatur impugnari, nos una cum Capitulo nostro volentes nobis et ecclesie nostre consulcius providere, mediantibus reverendis patribus, dominis Iaroslao archiepiscopo Gneznensi nec non Floriano Cracoviensi et Iohanne Posnaniensi episcopis, per concordiam in Kalis quarta feria infra octavas Epyphanie Domini sub anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus et consentientibus dominis Iacobo Engilgeri, Petro de Loslavia, Iohanne Conoplath, Nicolao de Bork et Nicolao Baran, canonicis ecclesie et procuratoribus Capituli Lubucensis factam, et sub sigillis regalibus serenissimorum principum, dominorum regum Hungarie et Polonie, nec non nostris et Capituli nostri Lubucensis predicti roboratam, omnem materiam questionis duximus sopiendam. Verum quia per oblivionem in dicta concordia de infrascriptis articulis mencio aliqualiter non habetur, per quod timetur dicto domino nostro regi Polonie vel ipsius regnicolis in futurum, de quo toto corde doleremus, posse preiudicium generari: promittimus tenore presentium et spondemus, dictum dominum regem ac ipsius terras et homines, cuiuscunque condicionis existant, [illegible] vigore dicte sentencie nullo unquam tempore impetere, molestare vel quomodolibet impedire; ymmo predicte sentencie renunciavimus et renunciamus expresse per presentes. Item recognoscimus dictum dominum regem Polonie, nostrum et ecclesie nostre Lubucensis racione bonorum in regno et dominio dicti domini nostri regis constitutorum, verum dominum et patronum; et ideo precepta [illegible] omnia et singula ac expensas ad quas dictus dominus rex nobis et Capitulo nostro predicto per dictam sentenciam fuerat condempnatus, ponimus in graciam consciencie domini regis, sperantes indubie, ipsum [illegible] media-

tis sue, etiam non coactum nos et ecclesiam nostram magnificentia regia consolari; qui etiamsi nichil faceret, quod non credimus, pro eisdem, ipsa tamen percepta et expensas ab eodem domino rege petere nolumus in vita vel in morte, nec notamus eundem propter hoc, vel suos homines sive terras, incidisse in aliquas suspensionis, excommunicacionis vel interdicti sententias, latas ab homine, canone vel statuto; et si forte notari possint incidisse quoquomodo, consentimus ipsum, homines et terras suas ab eisdem absolvi, eciam ad cautelam, per quemlibet superiorem ydoneum, et interdictum huiusmodi relaxari. In quorum omnium evidentiam pleniorem, presentes literas in forma publici instrumenti per notarium publicum infrascriptum scribi fecimus et nostri sigilli appensione muniri. Actum et datum Cracovie in domo habitationis reverendi in Christo patris, domini Iaroslai divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, die XXV mensis Iunii, hora Vesperarum vel quasi, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono, Indictione VII, presentibus reverendis patribus et dominis: prefato domino Iaroslao archiepiscopo Gneznensi, Dobrogostio decretorum doctore preposito, Arnaldo de Caucina scolastico Cracoviensi, Kelczone scolastico Gneznensi, Clemente archidiacono Kalisiensi, Gneznensis diocesis, Iohanne de Lessik preposito Lubucensi, Stanislao de Skrzyn canonico Cracoviensi, et aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Lubucensis, *de Lubusz.* Loslavia, *z niemiecka Loslau, na Górnym Szląźku.* Skrzyn, *Skrzynno.*

Nr. 1614.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1369 Iun. 30, Poznanie; villam Kozłów biskupi Stanislao de Rozlazłowo iure de Magdeburg ad locandum exponit.
Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 334.

In nomine Domini amen. Illud humani sensus fragilitas exigit et requirit, ut gestarum rerum eventus, memorie hominum scripture et testium testimonio comprobetur. Proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod cupientes bona nostra et nostre ecclesie in melius pro viribus reformare, hereditatem nostram Kozlovo dictam in vulgari, sitam in terra Mazovie, de voluntate fratrum nostrorum Poznaniensis videlicet Capituli et consensu, provido viro Stanislao de Rozlazowo filio Martini exposuimus iure Theutonico scilicet Maydeburgensi ad locandum, vendentes sibi sculteciam in eadem pro certa pecunie quantitate. Racione cuius scultecie et locacionis, habebit quatuor mansos liberos, tabernam liberam, fabrum, sutorem et piscatorem, ac tercium denarium de re qualibet iudicata. Piscari eciam potest idem scultetus cum reticulo, quod cloma dicitur, pisces in fluvio Bzura ibidem defluenti, et feras, videlicet lupos, vulpes nec non et lepores, una cum aviculis parvis usque ad perdices et grues, capere potest pro sua voluntate. Insuper addimus sibi pratum speciale quod dicitur Ossek obtinendum, cum aliis iuribus superius expressis pertinentibus sue scultecie, perpetuo libere cum suis liberis et successoribus legitimis perpetuo possidenda. Preterea incole hereditatis iam dicte, expleta libertate, pro censu et decima novem grossos, quatuor mensuras siliginis et duas avene quolibet anno in festo

sancti Martini, bis iudiciales denarios, et scultetus vice unica, nobis et nostris successoribus solvere tenebuntur. Insuper et vaccam, duos pullos, decem ova, ter arare in anno, falcare fenum semel et cumulare, nec non et aggerem reformare quocies opus fuerit, et plebano suo pro missalibus de quolibet manso mediam mensuram siliginis et mediam avene solvere perpetuo sint adstricti. Et quoniam iura Maydeburgensis civitatis nobis prorsus sunt incognita, omnia iura et servicia que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra in omnibus reservamus. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti nostri Capituli sigilla presentibus duximus appendenda. Datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini M.CCC.LX nono, presentibus honorabilibus viris, dominis Troyano preposito, Victore decano, Andrea archidiacono, Nicolao scolastico, Iohanne custode, Damiano cancellario, Nicolao Sremensi, Nicolao Pczewensi archidiaconis, Pribigneo, Vincentio Kaczka, Stanislao, canonicis Poznaniensibus, et aliis quam plurimis fidedignis.

Kozlovo, *Kozłów biskupi.* Rozlazowo, *Rozlazłowo.* Fluv. Bzura, *Bzura rzeka.* Pczewensis, *de Pszczew.*

Nr. 1615.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1369 Iun. 30, Poznanie; Iohanni dicto Sobana de Młodojewo, mericam Kochowo iure de Środa ad locandum in villam exponit, scultetiamque ibidem vendit.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Andreas episcopus Poznaniens. 1469 Iul. 4, Poznanie; *u pergaminu oryginalnego wiszą na sznurach jedwabnych wypłowiałych pieczęcie Andrzeja biskupa i Kapituły Poznańskiéj. Pismo miejscami wytlałe.*

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 22.

In nomine Domini amen. Multis incommodis prudenter occurrimus, cum etatis nostre negocia scripture et testium munimine roboramus. Proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, attendentes mediante inspiracione divine clemencie quod ex densis nemoribus nullus fructus potest derivari humane necessitati, unde cupientes mericam mense nostre, Chochewo dictam in vulgari, redigere ad culturam, constitutam prope Maczewo, ipsam viro provido Iohanni dicto Sobana de Mlodugewo exposuimus iure Theutonico, videlicet Sredensi ad locandam, vendentesque sibi sculteciam in eadem merica nuncupata Chochowo pro pecunia competenti. Racione cuius scultecie et locacionis, habebit tres mansos liberos, thabernam liberam, pistorem, sutorem et carnificem, ac tercium denarium de re qualibet iudicata, tercium ortum quotquot inibi mensurari poterint, et unum pratum circa lacum dictum Powyczszkye. Venari eciam aves poterit et lepores, vulpes et lupos, nec non oves suas pasci in eadem hereditate absque kmetonum dampno et impedimento. Preterea, incolis in eadem merica iam locatis et locandis, a solucione census cuiuslibet plenam et omnimodam infra spacium sedecim annorum, a data presencium computando, concedimus libertatem; qua evulsa, nobis et nostris successoribus pro censu anno quolibet in festo sancti Martini de manso decem scotos integraliter persolvant, et duo prandia iudicialia, seu denarios consuetos pro prandiis, et tercium

scultetus quolibet anno propagabunt (sic). Insuper et porcum, pernam lardi, omnes incole, sed quilibet ipsorum de manso suo unum pullum, decem ova cum uno caseo debitis temporibus dare curabunt cum effectu. Ceterum declaramus, quod predictus scultetus cum suis liberis et successoribus legittimis, omnia iura superius expressata concessa et donata sue scultecie debet et habet tenere et habere perpetuo et libere possidere. Sed quoniam iura Sredensis civitatis nobis sunt prorsus incognita, omnia iura et servicia que honorem respiciunt dominorum, salva pro nobis reservamus. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti nostri Capituli sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum Poznanie in Commemoracione beati Pauli apostoli, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo nono, presentibus honorabilibus viris, dominis Troiano preposito, Nicolao scolastico, Andrea Poznaniensi, Nicolao Srzemensi, Nicolao Pczewensi archidiaconis, Iohanne custode et officiali, Iohanne cantore Gneznensi, Ciborio archidiacono Ploczensi, Damiano cancellario, Pribigneo, Stanislao, Petro et Hancone, canonicis Poznaniensibus, et aliis pluribus fide dignis.

Chochewo, *Kochowo.* Maczewo, *Marczewo.* Mlodugewo, *Młodojewo.* Sredensis, *de Środa na Szlązku, czyli Neumarkt.* Lacus Powyczszkye, *jezioro p. m. Powidz.* Srzemensis, *de Śrem.* Pczewensis, *de Pszczew.*

Nr. 1616.

Berwoldus prepositus et conventus Trzemeschnens. 1369 Aug. 10, in Trzemeschna; protestantur, nobilem Nicolaum heredem quondam in Karsewo, scoltetiam villae Wełna monasterii sui propriae cuidam Andreae vendidisse, in eumque iura dicto Nicolao concessa transfundunt.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 23.

In nomine Domini amen. Ne res gestas aboleat processus temporum, confirmat illas sollempnis titulus litterarum. Sciat ergo presens etas et noscant posteri hanc presentem litteram inspecturi, quod nos frater Berwoldus divina paciencia prepositus monasterii Trzemeschnensis, una cum toto nostro conventu per hoc presens scriptum protestamur, quod veniens ad nostram presenciam nobilis vir Nicolaus heres condam de Karssowo, discreto viro Andree suisque legittimis successoribus, non coactus nec compulsus, sed sua spontanea voluntate vendidit scolteciam in villa nostra, Welma vulgariter nuncupata, pro novem marcis grossorum, perpetuis temporibus possidendam tali iure, prout a nobis per modum empcionis videbatur possidere. In qua videlicet scoltecia pro melioracione dicte ville dederamus eidem Nicolao, et nunc supradicto Andree iam scolteto nostro et suis liberis damus duos mansos in ewum possidendos, et duos pro dominio nostro reservamus; ita, quod idem scoltetus de eisdem mansis decimam manipulatim non dabit, sed tantum per tres scotos grossorum de quolibet in festo beati Martini, eciam appositis quatuor scotis pro prandio magni iudicii, annuatim nobis solvere tenebitur. Damus eciam sibi de quolibet iudicio Theutunicali et Polonicali, qualecunque in dicta villa iudicatum fuerit, tercium denarium, duos pro nostro dominio reservantes; hoc excepto, quod, si idem scoltetus vel aliquis de sua familia legittima aliquid vicium scrupuli, seu crimen ho-

micidii, incendii, furti, vel aliud quodcunque malum perpetraverit, totam penam pro nobis reservamus. Damus eciam sibi et sue posteritati de thabernis tercium denarium, duos ortos, duos pro nobis reservando; hoc excepto, quod in suis ortulanis penam non recipiet, nisi tercium denarium. Piscinam eciam damus sibi construere in valle que transit ad molendinum quod dicitur in Polonico Kszǿzy mlyn, et in riwulo qui transit ab eodem molendino in parte nostra. Omne genus piscandi, damus eciam sibi venacionem leporum et aliarum ferarum. Declaramus insuper, quod idem Andreas et sui posteri nobis servicium exhibebit, prout alii scolteti in nostris hereditatibus exhibent et exhibere tenentur, et hoc in Polonia et in Cuyavia, alias non. Kmethones vero qui in sepedicta hereditate collocabuntur, pro censu nostro, quilibet de suo manso, per sex scotos grossorum annuatim in festo beati Martini nobis solvere tenebitur. Decimam manipulatim in suis agris nobis dabunt et ducent ad oreum nostrum ibidem. Quater in anno in nostris agris arabunt. Pro prandio magni iudicii, bis in anno, pariter sex scotos grossorum nobis dabunt. In festo Pasche per medium capete ovorum, et in Assumpcione beate Marie virginis per duos pullos, quolibet anno, in perpetuum nobis solvere tenebuntur. Ut autem hec vendicio, donacio et nostre confirmacionis ratificacio inviolata permaneat, nostro et nostri capituli sigillis mandavimus appensione roborari. Datum et actum in Trzemeschna quarto Ydus Augusti, sub anno Domini **m.ccc.lx.ix**, presentibus hys testibus: nobilibus viris Nicolao herede de Scoropanic, Iohanne filio eiusdem Nicolai, Stephano herede de Gorinyno, Przybislao herede eciam de Gorinyno, et aliis quam pluribus fide dignis.

Karssowo, *Karsewo.* Welma, *Wełna.* Scoropanic, *zapewne mylnie, może zam. Kopanina.* Gorinyno, *Goranin.*

Nr. 1617.

Nicolaus heres de Wola et Orchovo 1369 Oct. 23, in Orchovo; una cum consorte sua Katarina ecclesias in hereditatibus suis dictis Wola et Orchowo erigit et dotat.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Iohannes et Stanislaus fratres indivisi heredes in Orchowo 1446 Ian. 5, in Orchowo.

Orchowo p. m. Wilczyn. Własność kościoła parafjalnego.

In nomine Domini amen. Noverint universi hanc paginam inspecturi tam presentes quam futuri, quod nos Nicolaus heres de Wola et Orchovo, una cum consorte nostra legitima Catharina ereximus ecclesiam in hereditate nostra dicta Wola, in spem salutis nostre et predecessorum nostrorum, et donavimus dicte ecclesie duos mansos ibidem in Wola cum piscina ibidem, et hortum iacentem inter piscinam predictam ac ecclesiam. Item dedimus rectori ecclesie, in omnibus nostris hereditatibus, tam in Wola quam in Orchowo, ita longe et late ut transit in gadibus et terminis suis, libere pascere oves et boves et indomita ac pecora diversi generis. Eciam dedimus rectori eiusdem ecclesie, libere sibi ducere ligna sive rubeta in his hereditatibus suprascriptis. Post hoc vero fundavimus ecclesiam in civitate nostra dicta Orchovo. Iterumque dedimus alios duos mansos ibidem in civitate nostra, et hortum latum decem virgis, circumfossatum. Eciam dedimus rectori dicte ecclesie in

lacu nostro piscaturam libere venare sibi cum parvis retibus, scilicet cum slampnicza et lacznicza et cum parvo hamo et wenczerzonibus. Item dedimus de magna sagena, quando piscatur in lacu nostro, decimum piscem sive decimum denarium. Eciam dedimus de nostris indomitis decimum pullum, et dedimus iumentum unum pro dicta ecclesia, et fecimus maturo consilio et bona deliberacione perpetuo duraturum. Item fundavimus ecclesias istas super decimis post aratro nostro (sic). Datum in Orchovo in die sancti Severini coram hiis testibus: Premislao herede in Procino, Nicolao herede in Linowecz. In fidem maiorem premissorum, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum anno Domini M.CCC.LXIX.

Wola, *Wulka Orchowska.* Orchovo, *Orchowo.* Procino, *Proczyn.* Linowecz, *Linowiec.*

Nr. 1618.

Kazimirus rex Polonie etc. 1369 Nov. 4, in Chanczin; civitatem Koźminek cum quatuor villis adiacentibus, amplissimis privilegiis munitas, Barthussio de Wezenburg confert.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Pstrokoński, Mnscrpt.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam magis esse noscitur divinum quam humanum, proinde nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum harum (sic) intuencium in perpetuum volumus devenire, quod inspectis consideratisque multiplicibus operosis meritis, nobis nostreque maiestati per fidelem nostrum nobilem ac strenuum militem, dominum Barthussium de Wezenburg heredem de Nabiszice, fideliter, ferventius atque constanter impensis et adhuc in futurum dante Domino exhibendis, nos itaque volentes nostros fideles ad nostra servicia in presenti reddere promptos et in futurum prompciores, eidem Barthussio de Wezemburg, et per eum suis heredibus legittimisque successoribus civitatem nostram Cosszmynecz dictam, cum quatuor villis nostris predicte civitati Cossmynecz adiacentibus, puta Ossuchov, Choduplum, Naquassino et Slotnik, sittas in districtu nostro Calisiensi, cum omnibus predicte civitatis Cossmynecz atque villarum suprascriptarum pertinenciis, utilitatibus, fructibus, proventibus, et aliis quibusvis, videlicet agris cultis et incultis, pratis, silvis, borris, mellificiis, gaiis, rubetis, molendinis, piscinis, piscaturis, aquis, aquarum decursibus, stagnis, lacubus, paludibus, et generaliter cum universis censibus et obvencionibus quecunque inibi sunt aut in posterum quocunque modo mediante provisione meliori poterint suboriri, quibuscunque nominibus vel vocabulis possint nominari, nullo penitus excluso, quemadmodum predicta civitas Cossmynecz cum eisdem quatuor villis superius nominatis in suis graniciis longe lateque sunt distincte circumferencialiter et limitate, nil penitus dominii vel proprietatis pro nobis in eisdem reservatis, dedimus, donavimus, contulimus et iure perpetuo incorporamus, et cum omni eo iure ac dominio, quibus nos eandem civitatem Cossmynecz cum predictis quatuor villis hactenus habuimus et possedimus, per ipsum quidem Barthussium de Wezenborg, heredes et legittimos ipsius successores habendum, tenendum et in perpetuum pacifice et quiete

possidendum, nec non vendendum, donandum, commutandum et obligandum et alio quovis alienacionis tytulo libere convertendum, quemadmodum sibi sueque posteritati competencius videbitur expedire. Et nichilominus idem Barthussius habeat omnimodam sua cum posteritate potestatem, in predictis suis videlicet civitate et villis excessus corrigere, ut est suspendere, decollare, mutilaciones facere parvas et maiores, et iura quevis talia cum maleficis et excedentibus peragere, ut quemadmodum nostris in singulis civitatibus consueta sunt haberi. Damus insuper eidem Barthussio sueque legittime posteritati in predicta civitate Cossmynecz diem fori singulis septimanis, videlicet omnibus feriis terciis, veluti ex antiquo est constitutum. Salem vero ibidem adducentes et vendentes, de quolibet curru unum quartale salis racione thelonei predicto domino Barthussio et suis successoribus dare debeant et tenentur. Theloneum vero habeat ibidem, prout nos soli habuimus, de equo duos per denarios. Volumus insuper, ut homines Barthussii, videlicet cives civitatis iam dicte atque villani villarum prescriptarum, a théloneo simul et a solucione forensi, dicta targowe, in nostris civitatibus videlicet in Kalis, Syradz et in Wartha, ac eciam alias, ubi et quando ulterius die una per terras nostras attingere possint, omnino fiant liberi et soluti. Ulterius autem dum per terras nostras transibunt, ubique medium theloneum solvant, et de medio fiant omnino absoluti. Addimus eciam omnino volentes, ut nulla thaberna ad unum milliare distans ab eadem civitate Cossmynecz in preiudicium predicte civitatis fieri debeat nec construatur. Damus eciam eidem Barthussio et sue posteritati liberam venacionem, omne genus ferarum, nullum penitus excludendo, in et super predictis suis hereditatibus et alias ubicunque voluerit pro sua voluntate agitare, quocies et quando sibi fuerit opportunum. Ceterum damus eidem Barthussio, heredibus et successoribus ipsius legittimis, ad vasallatum sibi faciendum longitudinem et latitudinem quatuor milliarium; ita, ut quitquid et quam plurimum a predicta civitate Cossmynecz per distans ad duo milliaria hinc et inde et in utrisque partibus predicte civitatis ubi (sic) de vassallis et omagialibus, suis peticionibus, videlicet per peticiones, emptiones atque extirpaciones ad se adiungere, avertere poterit seu adducere quovismodo voluerit, libere, licite debeat atque potest omni sine impedimento nostrorum successorum. Qui quidem sui vasalli, quos ipse sibi comparabit, nulli alteri quam ipsi Barthussio sueque posteritati, vel saltem cui eos committet obedire debeant atque servire. Tribuentes eidem Barthussio suisque legittimis sequacibus: ut quando vel quocies nos iura nostra regalia, utpote pobor, poradlne, przewod, podworove, et alia quevis iura que in terris nostris fieri consueverunt, recipere contingat, idem Barthussius a suis vasallis, civitate atque villis supradictis predicta iura omnia recipere debeat nemine impediente; a nobis vero sui vasalli, cives atque villani, et a quibusvis nostris iuribus regalibus omnino fiant liberi et quieti. Absolvimus nichilominus eosdem ab omnibus solucionibus, serviciis, angariis et preangariis universis. Damus eciam predicto Barthussio et sue legittime posteritati: quod si ad presenciam nostri capitanei vel iudicis Calisiensis quospiam fuerit citatus, volumus, ut non compareat coram eisdem vel nostris coram officialibus; nisi coram nobis unicuique iuri pareat ibidem in districtu Calisiensi, et non aliunde, dum annullo nostro prius ad nostram presenciam fuerit evocatus. Suique vasalli, cives civitatis prescripte atque universi incole, nullatenus alias citati compareant, quam coram ipso Barthussio aut sua coram posteritate; a citacione vero nostri castri aut castellani omnino fiant absoluti. Eciam, si predicti Barthussii homines supradicti, racione contencionis sive cuiusvis necessitatis die fori vel aliis diebus in nostris ci-

vitatibus vel ubique alias in regno nostro fuerint detenti, volumus, ut ibidem non iudicentur, sed ad ipsum Barthussium cum universis penis, si que sunt vel fuerint, remittantur. Homicidium autem inter ipsos vasallos et incolas perpetratum, omnem utilitatem ex eo provenientem, eidem Barthussio suisque sequacibus ex pleno assignamus. Eciam si acciderit, quod homines prescripti Barthussii coram capitaneo, iudicibus vel quibusvis nostris nobilibus super alienos homines seu extraneas personas querulaverint, et in penam seu culpam exinde inciderint, volumus omnino, ut ad ipsum Barthussium penis cum eisdem dirigantur; utilitatem vero ex eo provenientem eidem Barthussio ex integro assignamus. Ut autem hec nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus communiri. Actum in Chanczin proxima die dominica post diem Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono, presentibus nostris fidelibus: Wirzbantha capitaneo Polonie et castellano Poznaniensi, Wilczkone castellano Sandomiriensi, Ieszcone Kolczek, Spitcone Kolczek fratribus, Andrea Zaramba, Iohanne de Czarnkow vicecancellario nostro, et Iacobo de Osowa notario nostro qui presencia habuit in commissis.

Sub fine huius diplomatis legitur:

Że powyższą kopją przywileju roku 1369 wydanego wypisałem z oryginału pergaminowego, w archiwum dziedzica dóbr Koźminka miasteczka w powiecie Kaliskim położonego będącego, świadczę.

Sieradz dnia 23 Września 1813 roku. *Pstrokoński,*
pisarz aktowy P. Sieradzkiego.

(*N. b. późniéj archiwarjusz archiwu Sieradzkiego, a następnie w tymże charakterze do Kalisza przeniesiony*).

Nabiszice, *Nabyszyce p. m. Odolanów.* Cosszmynecz, *Koźminek.* Ossuchov, *Osuchów.* Choduplum, *Chodupki.* Naquassino, *Nakwasin.* Slotnik, *Złotniki.* Syradz, *Sieradz.* Wartha, *Warta.* Chanczin, *Chęciny.* Czarnkow, *Czarnków.*

Nr. 1619.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1369 Nov. 12, Poznanie; altaristae altaris s. Stanislai in ecclesia maiori, iam ab Andrea archidiacono Poznaniensi quodam prato et molendino Czehorzewsky dotato, decimas de villa Krzeszkowice confert.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 22 a. (Karta papieru, pismo XVIII wieku). — Archiv. Consistorii, A. C. anni 1419.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, ad noticiam singulorum deducimus per presentes, quod cupientes vota votis aggregare, et bono proposito fidelium, Domino adiuvante operam pro viribus ministrare iuxta dictum apostoli: Bonum facientes non deficiamus ad omnes: et quia vir honorabilis dominus Andreas, archidiaconus Poznaniensis et heres de Choinicza, desiderans pro lucris temporalibus metere dona celestia, exposuit nobis et nostris fratribus de Capitulo Poznaniensi, qualiter, affectus devocione ad altare in honorem sancti Stanislai martyris gloriosi fundatum ante sacristiam nostre

ecclesie, et comparavit pro octoaginta marcis grossorum VII sortem seu partem hereditatis in Choinicza cum uno prato et molendino, dicto Czehorzewsky, a nobili viro Nicolao suo filiastro, prout ipsi ex porcione contingebat paterna ibidem. Quam sortem hereditatis predictam sic emptam, fratri suo Alberto et suis liberis allectus amore carnali donavit et in perpetuum resignavit; molendinum vero nuncupatum Czehorzewsky et eciam pratum modo predicto comparatum, de voluntate et permissione fratris sui Alberti iam dicti et suorum liberorum, altari predicto sancti Stanislai et altariste, qui eidem servierit in officiis divinis pro tempore, donavit ex iure testamenti, et resignando in regali iudicio et coram nobis, predictum pratum et molendinum in perpetuam elemosinam pro eodem altari et altarista reliquit et in totum pro anime sue remedio legavit. Nosque considerantes eiusdem domini archidiaconi tante devocionis fervorem noc non et permoti ipsius peticionis permaxima instancia, eidem altari sancti Stanislai, cui nos specialiter recommendare tenemur propter beneficia plurima ab eius ecclesia Cracoviensi percepta, decimam nostre mense sitam circa Othorowo, nomine Krzestkowicze, de consensu pariter et voluntate fratrum nostrorum, Poznaniensis videlicet Capituli, contulimus, et titulo donacionis perpetuo altariste, qui idem altare cum fideli devocione in missis debitis iuxta disposicionem predicti domini archidiaconi officiaverit, percipiendam et habendam condonamus. Ita tamen, quod ad idem altare idem dominus archidiaconus habebit altaristam, quoad vixerit, per nos investiendum presentare, et missas que sibi placebunt in eodem altari celebrari, sub excommunicacionis pena mandare; post cuius decessum, nos et nostri successores pro libito nostre voluntatis habebimus de eisdem altari et altarista temporibus perpetuis disponere ac eciam ordinare. In quorum omnium evidenciam pleniorem et robur perpetue firmitatis, presentes scribi fecimus, et nostro nostrique Capituli, ac predicti domini archidiaconi et sui fratris Alberti heredis de Choinicza sigillis fecimus communiri. Actum et datum Poznanie in crastino sancti Martini pontificis gloriosi, anno Domini millesimo ccc.lx nono, presentibus viris honorabilibus, dominis Troiano preposito, Dithkone decano, Nicolao scolastico, Iohanne custode, Nicolao Srzemensi et Nicolao Pczevensi archidiaconis, Damiano cancellario, Stascone thezaurario, Alberto, Stanislao, Petro, Nicolao, Wlostcone, canonicis nostris Poznaniensibus, Swantoslao notario, Floriano capellano nostre curie, et aliis presentibus fide dignis.

Chojnica, Otorowo, *dziś tak samo*. Krzestkowicze, *Krzeszkowice*. Srzemensis, *de Śrem*. Pczevensis, *de Pszczew*.

Nr. 1620.

Iaxa capitaneus Syradiens. 1369 Dec. 22, in Syradia; ecclesiae Gneznensi contra petitionem Iohannis heredis de Mikoszyce antiquos limites inter praedictam villam et villam Parzno adiudicat.

Pergam. orygin. Na pasku pergam. przywieszona okrągła pieczątka przedstawia na tarczy trójkątnej godło rodu Gryfów, napis zatarty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 181.

Nos Iaxa capitaneus Syradiensis, publice recognoscimus quibus oppertunum expedit universis presentibus et posteris presentem litteram inspecturis, quod accedens

ad presenciam illustrissimi principis, domini Kazimiri regis Polonie, honorabilis vir Stanislaus plebanus de Kamensko nec non economus et procurator reverendi patris Iaroslai archiepiscopi ecclesie Gneznensis, optinuit granicias seu gades inter hereditatem Parzsno limitatas et veraciter assignatas et inter Mikorzino, in Iohanne herede de eadem hereditate Mikorzino, iusto iudicio, secundum a diutino tempore erant et protunc sunt undique circumferencialiter limitate. Unde nos capitaneus Syradiensis sedens circa dominum regem, suffultus consilio et auxilio domini regis demum baronum circumsedencium, adiudicavimus eius inviolatas et intactas easdem granicias seu gades perpetim ac eviterne, quovis scrupulo eo nomine postnegato per ipsum sepefatum Iohannem et per ipsius successores legittimos, omnimodam taciturnitatem et perpetuum silencium eidem Iohanni pro eisdem graniciis assignantes. Quam quidem acquisicionem ita coram domino rege factam, nos ex mandato domini regis aprobamus, ratificamus, confirmamus harum quibus nostrum sigillum est annexum testimonio litterarum. Datum et actum in Syradia in presencia domini regis, in crastino beati Thome apostoli gloriosi, anno Domini m.ccc.lxix, presentibus hys strenuis militibus dominisque: comite Andrea subiudice Cracoviensi, domino Petro castellano Spicimiriensi, domino Iacussio dapifero Kalisiensi, domino Spitkone dapifero Syradiensi, domino Petrassio subvenatore Syradiensi, domino Sandziwogio subcamerario Syradiensi, et aliis quam plurimis fide dignis.

Kamensko, *Kamieńsko.* Parzsno, *Parzno.* Mikorzino, *Mikoszyce.* Spicimiriensis, *de Śpicimierz.*

Nr. 1621.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Ian. 14, Poznanie; commutationem hereditatis Ryszewo Nicolai et fratrum eius germanorum, heredum de Studzieniec propriae, cum villa monasterii de Trzemeszno dicta Jabłowo ratam habet, eique privilegia ceterarum villarum praedicti monasterii largitur.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran. Lib. privil. fol. 60.

In nomine Domini amen. Ut commutaciones facte hereditatum robur obtineant perpetue firmitatis, convenit eas litterarum apicibus et fidedignorum testimonio roborare. Eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres, notum esse volumus quibus expedit universis, quod in nostre maiestatis baronumque nostrorum presencia fideles nostri Nicolaus, Marcussius, Iohannes, Przeczslaus ac Albertus fratres germani, heredes de Studzyenyecz, personaliter constituti, hereditatem ipsorum dictam Rizowo, sitam in terra Polonie predicta et districtu Gneznensi, cum universis suis iuribus, dominiis, censibus, fructibus, obvencionibus, proventibus, agris, pratis, silvis, rubetis, quercetis, mericis, mellificiis, molandinis, piscinis, aquis et earum decursibus, ac aliis utilitatibus et pertinenciis ad dictam hereditatem quomodolibet pertinentibus, prout in suis limitibus circumferencialiter est distincta, religioso viro fratri Bervoldo preposito monasterii Trzemeschnensis Ordinis sancti Augustini eiusque conventui, racione commutacionis pro villa Iablowo eciam in terra Polonie sita, iure hereditario resignaverunt nil iuris vel dominii sibi et successoribus

suis in eadem reservando, per prepositum qui pro tempore fuerit et conventum monasterii predicti perpetuis temporibus tenendam, habendam, possidendam, vendendam, commutandam, donandam, alienandam, et in usus suos beneplacitos convertendam. Quas quidem commutaciones et resignaciones, ratas, gratas atque firmas habentes, utilitate monasterii prefati pensata, approbamus, ratificamus, ascribimus, annectimus, incorporamus et eciam certa sciencia confirmari volumus, et edicto perpetuo declaramus, ut villa dicta Riszewo eisdem iuribus, privilegiis, consuetudinibus, exempcionibus et libertatibus gaudeat atque fruatur, quibus relique ville prepositi et monasterii Trzemeschnensis predicti gaudere ab olim sunt consuete, harum sub nostro sigillo appenso testimonio litterarum. Actum Poznanie proxima secunda feria post octavas Domini Epiphanie, anno millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus Pascone Poznaniensi, Preczslao Calisiensi palatinis, Laurencio Poznaniensi, Iohanne Calisiensi et Nicolao Naklensi castellanis, et aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis archidiaconi Gneznensis, nostri vicecancellarii, scriptum autem per Swantoslaum scribam eiusdem vicecancellarii.

Studzyenyecz, *Studzieniec.* Rizowo, *Ryszewo.* Iablowo, *Jabłowo.*

Nr. 1622.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Ian. 14, Poznanie; confirmat privilegium, quod dederat civitati Poniec: **Comes Dirsco heres de Ponecz 1309 Iun. 23, in Ponecz,** villamque Śmiłów eidem incorporat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Vschovens. a. 1608, fol. 269.

In nomine Domini amen. Quod regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo tempore permanere. Proinde nos Kazimirus, Dei gratia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod fidelium nostrorum, advocati, consulum, iuratorum et scabinorum nec non tocius universitatis oppidi nostri dicti Poniecz, nuper maiestati nostre oblata supplicatio continebat, quatenus ipsis et dicto oppido Poniecz literam domini Dirsconis pie recordacionis olim comitis et heredis de Poniecz, ipsius sigillo sigillatam, sanam et integram omnique prorsus suspicione carentem, tenoris subscripti, approbare, innovare, ratificare et confirmare de benignitate solita dignaremur. Cuius tenor sequitur sub hac forma: (*Sequitur diploma Nr. 924*).

Nos vero dictorum suplicationibus advocati, consulum, iuratorum et scabinorum nec non totius universitatis oppidi Poniecz predicti graciosius inclinati, supradictam literam ac omnia et singula contenta in ipsa approbamus, innovamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Et ut dicti advocatus, consules, iurati et scabini nec non tota universitas dicti oppidi de nostra libertatis gratia commodum se reportasse cognoscant, villam dictam Smilow, situatam prope memoratum oppidum, emptam per ipsos apud dominam Esternam relictam Iohannis quondam advocati de Srzoda et pueros ipsius pro quadraginta marcis grossorum latorum Pragensium, ipsis et prefato oppido Poniecz incorporamus, ascribimus, annectimus et

unimus perpetuis temporibus duraturum harum quibus nostrum sigillum est appensum testimonio literarum. Actum Poznanie secunda feria post octavas Epiphaniarum Domini, anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus: Paszek Poznaniensi, Preczslao Kalisiensi palatinis, Laurentio Poznaniensi, Iohanne Kalisiensi et Nicolao Naklensi castellanis, et aliis multis fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow archidiaconi Gneznensis, nostri vicecancellarii, scriptum autem per Sventoslaum scribam eiusdem vicecancellarii.

Poniecz, *Poniec.* Smilow, *Śmiłów.* Czarnkow, *Czarnków.*

Nr. 1623.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Ian. 14, Poznanie; Petro episcopo de Lubusz concedit, ut in oppido eius Kazimierz forum septimanale et ius Magdeburgense instituatur.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Pstrokoński, Mnscrpt.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam, Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres. Quamvis de universorum statu fidelium nostrorum manutenendo prospere suscepti nos cura regiminis imaginacione cottidiana sollicitet, precipue tamen ad ea que regie benignitatis innata clemencia uberiori favore prosequitur dignanter intendit, que ministeriorum Dei et sanctarum ecclesiarum profectum commodum respiciunt et honorem. Sane reverendi in Christo patris domini Petri divina providencia episcopi Lubucensis clare devocionis insignia et oracionum devotarum suffragia, quibus pro nostra, progenitorum et predecessorum nostrorum salute Dei omnipotentis misericordiam iugiter invocare non desinit, graciosius intuentes, in oppido suo et ecclesie sue Lubucensis dicto Kazimiria, sito prope Conin in terra Polonie predicta, forum secunda feria in hebdomada qualibet decernimus perpetuo celebrandum; dantes et concedentes universis et singulis mercatoribus ac aliis hominibus, cuiuscunque status, condicionis aut linguagii extiterint, venientibus ad dictum oppidum Kazimiriam omni secunda feria ut prefertur, plenam et omnimodam facultatem, merces et res, cuiuscunque generis aut speciei fuerint, libere emendi vendendique, eisdem forizandi, disponendi ac alia mercimonia exercendi iuxta ipsorum et cuiuslibet eorum libidinis voluntatem. Demum affectantes condicionem memorati oppidi Kazimiria, intuitu dicti domini episcopi et ob personarum in ipso residencium merita probitatis, regalibus presidiis fieri meliorem, dicto oppido Kazimiria ius Theutonicum videlicet Maydburgense damus et concedimus perpetuis temporibus duraturis, omnes modos, consuetudines et iura Polonicalia, que ipsum ius Theutonicum impedire seu perturbare consueverunt, penitus in dicto oppido removentes. Absolvimus eciam et perpetuo eximimus advocatum, oppidanos et incolas universos ipsius oppidi, ab omnibus potestatibus, iudiciis et citacionibus omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum, et ministerialium eorundem; ita, quod coram ipsis aut eorum aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, ut puta furti, homicidii, incendii, sanguinis ac aliis quibusvis causis citati, minime respondebunt; sed tantummodo cives et incole dicti oppidi, coram ipsorum advocato qui

est aut qui fuerit pro tempore, advocatus vero suique heredes et successores, coram memorato domino episcopo eorum domino et suis successoribus, non aliter, nisi iure ipsorum Theutonico Maydburgensi respondere cuilibet ad obiecta perpetuo sint astricti. In causis autem criminalibus et capitalibus supradicto advocato sentenciandi, iudicandi, puniendi damus plenariam facultatem, prout hoc idem ius Theutonicum Maydburgense in omnibus suis punctis, clausulis, sentenciis et articulis postulat et requirit. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Poznanie proxima secunda feria post octavas Epiphanie Domini, anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus Pasek Poznaniensi, Preczslao Calisiensi palatinis, Laurencio Poznaniensi, Iohanne Kalisiensi, Nicolao Naklensi castellanis, et aliis multis nostris fidelibus fide et honore dignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow archidiaconi Gneznensis, nostri vicecancellarii, scriptum autem per Sventoslaum scribam eiusdem vicecancellarii.

Sub fine diplomatis legitur:
Lectum cum originali 26 Iulii 1817 in Błaszki.

Lubucensis, *de Lubusz.* Kazimiria, *Kazimierz.* Conin, *Konin.* Naklensis, *de Nakło.* Czarnkow, *Czarnków.*

Nr. 1624.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Ian. 14, Poznanie; confirmat privilegium, quod dederat monasterio de Łekno: **Premisl dux Polonie 1253 Mai. 20, in Pogorolicia.**

Pergam. orygin. Na niciach jedwabnych zielon. wisi ułamek pieczęci wielkiéj Kazimierza króla.
Poznań. Königl. Staats Arch. Łekno Nr. 5.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam, Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russieque dominus et heres. Quamvis de universorum statu fidelium nostrorum manutenendo prospere suscepti nos cura regiminis ymaginacione cottidiana sollicitet, precipue tamen ad ea que regie benignitatis innata clemencia uberiori favore prosequitur dignanter intendit, que ministeriorum Dei et sanctarum ecclesiarum profectum comodum respiciunt et honorem. Sane religiosorum Hermanni abbatis et conventus monasterii Lyknensis Ordinis Cysterciensis nuper oblata nostre magestati reverenter supplicacio continebat, quatenus ipsis privilegium serenissimi principis domini Przemysl, progenitoris et avunculi nostri carissimi felicis recordacionis olim ducis Polonie, ipsiusque et fratris sui domini Boleslai eciam cognati nostri sigillis appensis sigillatum, sanum et integrum omnique suspicione carens, tenoris subscripti, innovare, approbare, ratificare et confirmare de benignitate solita dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor sequitur sub hac forma: (*Sequitur diploma Nr. 315*).

Nos itaque, ad dictorum abbatis et conventus monasterii antedicti supplicacionis instanciam, ob reverenciam omnipotentis Dei et intemerate virginis Marie matris ipsius, et presertim cum iuste petentibus non est denegandus assensus, supradictum

privilegium ac omnia et singula contenta in ipso, in omnibus suis punctis, clausulis, summis et articulis, prout ipsius tenor presentibus est insertus, approbamus, innovamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Demum, ob singularis devocionis affectum quem ad dictos abbatem et conventum monasterii Lyknensis predicti gerimus, ipsis lacum qui dicitur Strzalcowo, uti ipsum abbas et conventus predicti possidebant et possident, incorporamus, annectimus, ascribimus et unimus perpetuis temporibus duraturis. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Poznanie feria secunda post octavas Epiphanie Domini, anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus Passek Poznaniensi, Preczslao Kaliziensi palatinis, Laurencio Poznaniensi, Iohanne Kaliziensi et Nicolao Naklensi castellanis, et aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarncow archidiaconi Gneznensis nostri vicecancellarii, scriptum autem per Swentoslaum scribam eiusdem vicecancellarii.

Lyknensis, *de Łekno.* Lacus Strzalcowo, *było albo jedno z jeziór pod wsią Kaliszany, albo pod wsią Szczodrochowo; (cnfr. Nr. 315).* Naklensis, *de Nakło.* Czarncow, *Czarnków.*

Nr. 1625.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Ian. 14, Poznanie; confirmat litteram, quam dederat Czosconi sculteto de Murzynowo: **Preczlaus palatinus Kalisiens. 1369 Iun. 9, Srzode.**

Warszawa. Archiw. Główne. Ks. M. 93, f. 423 v. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae I, Nr. 131.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quod regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Proinde Kazimirus Dei gratia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod fidelis nostri Czossek alias Lassek, scolteti antiqui de Murzynowo, nuper nostre maiestati oblata supplicacio continebat, quatenus sibi literam fidelis nostri, domini Przeczlai palatini Calissiensis et capitanei Polonie generalis, ipsius sigillo appenso sigillatam, sanam et integram omnique prorsus suspicione carentem, tenoris subscripti, approbare, innovare, ratificare et confirmare de benignitate solita dignaremur. Cuius quidem litere tenor dignoscitur esse talis: (*Sequitur diploma Nr. 1612*).

Nos eiusdem autem Czossek alias Lassek peticionibus favorabiliter inclinati, supradictam literam ac omnia et singula contenta in ipsa, in omnibus suis punctis, clausulis et articulis, prout ipsius tenor presentibus est insertus, approbamus, innovamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio literarum. Actum Poznanie proxima secunda feria post octavas Epiphanie Domini, anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus Passek Poznaniensi, Przeczlao Calissiensi palatinis, Laurencio Poznaniensi, Iohanne Calissiensi, Vincentio Gneznensi et Nicolao Naklensi castellanis, ac aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus domini Iohannis

de Czarnkow archidiaconi Gneznensis nostri vicecancellarii, scriptum vero per Swiętoslaum scribam eiusdem vicecancellarii.

Murzynowo, *Murzynowo*. Naklensis, *de Nakło*. Czarnkow, *Czarnków*.

Nr. 1626.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Ian. 25, in Sneno; villam Osiecko, quam monasterium de Zemsko a civibus de Frankfurt emerat, eidem monasterio incorporat, conceditque, ut iuribus et libertatibus ceterarum possessionum dicti monasterii frui possit.

Pergam. orygin. Na niciach jedwabnych zielon. przywieszona pieczęć majestatyczna Kazimierza króla.

Poznań. Königl. Staats Arch. Blesen Nr. 15.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam, Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Cuyavie, Pomeranie, Lancicie Russieque dominus et heres. Quamvis de universorum statu fidelium more manutenendo prospere suscepti nos cura regiminis ymaginacione cottidiana sollicitet, precipue tamen ad ea que regie benignitatis innata clemencia uberiori favore prosequitur dignanter intendit, que ministeriorum Dei et sanctarum ecclesiarum profectum comodum respiciunt et honorem. Sane venerabilis patris domini Nicolai abbatis et conventus monasterii de Zambrsko Ordinis Cysterciensis clare devocionis insignia et oracionum devotarum suffragia, quibus pro nostra, progenitorum et predecessorum nostrorum salute Dei omnipotentis misericordiam iugiter invocare non desinunt, graciosius intuentes, villam dictam Magnum Ossecz, emptam et comparatam per abbatem et conventum monasterii antedicti apud cives Frankinfordenses pro centum sexagenis grossorum Pragensium, sitam prope Mezericz castrum et in districtu ipsius, memoratis abbati, conventui et monasterio Zambrsco de nostre solite benignitatis gracia speciali incorporamus, asscribimus, annectimus et unimus perpetuis temporibus duraturis; decernentes et edicto perpetuo sanccientes, ut memorata villa Magnum Ossecz cum omnibus suis utilitatibus, fructibus, censibus ac aliis pertinenciis ad ipsam quolibet pertinentibus, et prout in suis metis et circumferentiis est distincta, extunc in antea omnibus iuribus, consuetudinibus, honoribus, libertatibus, quibus alie ville memorati monasterii Zambrsco hactenus freti sunt, perpetuo gaudere debeant et potiri. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum in Sneno ipso die Conversionis beati Pauli apostoli, anno Domini millesimo CCC septuagesimo, presentibus: reverendo in Christo patre domino Iaroslao divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, Preczlao palatino Kaliziensi et capitaneo Polonie generali, Nicolao preposito Gneznensi, Nicolao castellano Naclensi, Preczlao Poznaniensi et Thomislao Kaliziensi iudicibus, ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow archidiaconi Gneznensis nostri vicecancellarii, scriptum autem per Symonem de Ruskow notarium aule nostre regalis.

Zambrsko, *Zemsko*. Magnum Ossecz, *Osiecko*. Frankinfordensis, *de Frankfurt n. O.* Mezericz, *Międzyrzecz*. Sneno, *Żnin*. Naclensis, *de Nakło*. Czarnkow, *Czarnków*.

Nr. 1627.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Ian. 26, in Sneno; villam Gogółkowo, quae sibi vigore statuti interdicentis: ne quis profugos et malefactores in villa sua fovere presumat: fuerat devoluta, cum villis ecclesiae Gneznens. dictis Konotopia et Ulesie commutat.

Pergam. orygin. Na sznurku jedwabn. zielon. przywieszóna pieczęć wielka Kazimierza króla.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 182.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum quilibet princeps terrarum suarum et subditorum suorum commodum et profectum debeat prospicere et in illis condicionem suam semper facere meliorem, eapropter nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus universis et singulis presencium noticiam habituris, quod cum iam dudum per quoddam statutum de consilio et consensu baronum nostrorum factum duxerimus ordinandum, decernentes: ut hy, qui profugum nostrum dominiis et regnicolis nostris dampnosum, in suis villis conservare, occultare seu fovere ausu temerario presumerent, eedem ville nostris et successorum nostrorum dominiis ac usibus forent irrevocabiliter applicate et ascripte ipso facto: verum quia, dum quidam Michael de Czacz miles, quondam Andree Pyscze, profugus noster et insidiator vite nostre, in regno nostro Polonie predicto dampna quam plurima, homicidia, incendia, mutilaciones membrorum hominibus nostris et alia enormia ac illicita diversis temporibus intulisset crudeliter perpetrando, accidit itaque, quodam tempore ipso Michaele profugo predicto circa quoddam spolium vulnerato letaliter, Nicolaus germanus suus, cantor Lanciciensis, in Gogolcowo predio patrimonii sui prope Sneno pluribus diebus occultavit eundem, fovendo temere contra nostre prohibicionis edictum et statutum, prout idem Nicolaus coram nostre maiestatis celsitudine baronumque nostrorum presencia publice tunc temporis fatebatur; ex cuius confessione, nobiles barones regni in unanimi colloquio super hys celebrato, hereditatem prefatam Gogolcowo dominiis nostris nostrorumque successorum vigore statuti predicti applicarunt, sepefato Nicolao cantori et suis legittimis heredibus super eandem perpetuum silencium imponentes. Demum, licet villam predictam, cuius medietas, videlicet a Grogolczi kers et Mostek ab olim ad nos dinoscebatur pertinere, postquam aliquot annis in eius totali possessione pacifica fuissemus, reverendo in Christo patri domino Iaroslao, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, ipsius fidelitate pensata, consiliario nostro dilecto, cum omnibus usufructibus ad tempora vite sue concesseramus tenendam: considerantes tamen commodum ecclesie Gneznensis predicte, quod ex vicinitate predicte ville, que Sneno adiacet civitati, possit et poterit verisimiliter provenire, dictam villam Gogolcowo totalem, cum ea parte que nobis et nostro dominio propter infidelitatis crimen et excessum ut premissum est appropriata fuerat et ascripta, cum omnibus censibus, fructibus, redditibus, proventibus, obvencionibus, lacubus, stangnis, piscinis, molendinis, aquis et earum decursibus, aquis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, quercetis, mellificiis, viis et inviis, paludinibus, borris, ac aliis quibuscumque utilitatibus universis, subtus et infra ac supra, que infra limites dicte hereditatis existunt

ad presens vel in antea fieri poterunt, et prout ipsa hereditas longe lateque in suis greniciis circumferencialiter est distincta seu limitata, nil iuris aut dominii nobis in eadem ac nostris successoribus reservantes, memorato patri domino Iaroslao archiepiscopo et sue Gneznensi ecclesie, racione ac tytulo commutacionis pro aliis duabus villis, videlicet Conothopa prope Nakel in Polonie et Wslecza circa Seczemyn Cracovie terris, predictis cum censibus et decimis earundem, veluti dicte hereditates et quelibet earum in suis terminis circumferencialiter sunt distincte, damus, ascribimus, annectimus et incorporamus, virtute presencium per iam dictum dominum archiepiscopum ac suam Gneznensem ecclesiam et successores suos universos qui pro tempore fuerint tenendam, habendam, commutandam, vendendam, donandam, alienandam, in usus suos et dicte ecclesie sue beneplacitos convertendam et perpetuis temporibus possidendam. Insuper decernimus edicto perpetuo declarantes, ut prenominata villa Gogolcowo, exnunc et in antea eisdem iuribus, libertatibus, exempcionibus, privilegiis, consuetudinibus, graciis et honoribus, quibus cetere ville ecclesie Gneznensis prefate hactenus frete sunt et fruuntur, libere perpetuis temporibus gaudere debeat et potiri. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, presentes litteras scribi mandavimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum in Sneno in crastino Conversionis beati Pauli apostoli, anno Domini millesimo CCC. septuagesimo, presentibus: Preczlao de Golutowo palatino Kaliziensi et capitaneo Polonie generali, Nicolao de Chomanza Naklensi, Ianussio de Starczinow Kamynensi castellanis, Preczlao de Prussinowo Poznaniensi, Thomislao de Colancza Kaliziensi iudicibus, Sandziwogio de Schubino subcamerario Poznaniensi, et Ianusszio doctore decretorum decano et cancellario Cracoviensi, et aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus domini Iohannis de Czarnkow archidiaconi Gneznensis nostri vicecancellarii, scriptum autem per Simonem de Ruskow notarium nostre aule regalis.

Czacz, *Czacz.* Gogolcowo, *Gogółkowo.* Sneno, *Żnin.* Mostek, Conothopa, *osady znikłe.* Wslecza, *Zwlecza.* Seczemyn, *Secemin.* Golutowo, *Gułtowy.* Chomanza, *Chomiąża.* Starczinow, *Starczanów.* Kamynensis, *de Kamień.* Prusinowo, Gołańcza, Szubin, Czarnków, *dziś tak samo.*

Nr. 1628.

Kazimirus rex Polonie etc. 1369 (sic) Febr. 4 (sic), Pysdri; Stephano de Kraszyce villam Chrosna tunc temporis desertam donat.

Pergam. orygin., w którego dolnym szeroko założonym brzegu sznur z nici lnianych czerwon., przez dwa wcięcia przewleczony, nie okazuje śladu przywieszenia pieczęci. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 180.

In nomine Domini et individue Trinitatis amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Russyeque dux et heres, ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum cupimus presentibus devenire, quod inspectis fidelitatibus et serviciis fidelibus ac utilibus, que nobis nobilis vir Stephanus heres de Craysszino fideliter et constanter inpendit et in futurum inpendere et exhybere est paratus tanquam vero domino et heredi, ipsiusque beneficio volentes beneficiis obviare,

in subsidium et recompensam ipsius meritorum, de speciali consilio et consensu nostrorum baronum adiungimus in restauracionem et melioracionem ville dicte Gosczeyewo, eius hereditati, nostram hereditatem desertam Chrosti vulgariter nuncupatam, sitam in terra Cuyavie prope dictam villam Gosczeyewo. Cui memorato Stephano et eius successoribus legittimis antedictam hereditatem Chrost conferimus, tradimus et donamus, a via decurrenti de Polanovicz in Cosczeszicze eundo, ab eadem via in dextram manum versus Gosczeyewo villam memoratam, ipsam cum omni iure Theutunicali perpetuis temporibus et omni dominio videlicet agris, pratis, rubetis, pascuis et aliis utilitatibus et usufructibus qui nunc sunt vel esse poterint in futuro, libere et licite tenendam, habendam, vendendam, donandam, commutandam, prout sibi et eius posteritati legittime salubrius et utilius videbitur expedire convertendam, sicuti ibidem est in suis metis limitata. Ut autem hec nostra donacio, de maturo consilio et de solita nostre pietatis clemencia facta, robur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras scribi fecimus et ipsas presencium patrocinio confirmamus perpetuis temporibus duraturas. In quorum omnium testimonium ad evidenciam clariorem, presentibus nostrum sigillum est appensum. Actum Pysdri dominico die proximo post diem Purificacionis Marie virginis gloriose, sub anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo nono, presentibus Passcone Poznaniensi, Preczslao Kalisiensi, Petro Neorza Sandomirie palatinis, Laurencio Poznaniensi, Iohanne Kalisiensi castellanis, Vincencio subcamerario Kalisiensi, et aliis militibus fidedignis. Datum per manus honorabilis viri domini Iohannis de Czarnkow vicecancellarii regni Polonie decani Vladislaviensis, scriptum autem per Iacobum de Ossova notarium aule nostre regalis.

Craysszino, *Kraszyce.* Gosczeyewo, *osada znikła.* Chrosti, *Chrosna.* Polanovicz, *Polanowice.* Cosczeszicze, *Kościeszki.* Czarnkow, *Czarnków.* Vladislaviensis, *de Włocławek.*

Dokument powyższy położony w tem miejscu, ponieważ król Kazimierz nie mógł r. 1369 w miesiącu Lutym przebywać w Wielkopolsce. Cnfr. Piekosiński, Kod. dypl. Małopolski.

Nr. 1629.

Bogufalus heres de Scudla 1370 Febr. 7, in Kalis; nomine uxoris suae Sczyscze et proximiorum ipsius protestatur, progenitores eorundem ecclesiae Gneznensi hereditatem Borowo vendidisse.

Pergam. orygin. z wcięciami poprzecznemi od przywieszenia dwóch pieczęci. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 183.

In nomine Domini amen. Noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos Bogufalus heres de Scudla, nomine uxoris nostre Sczyscze et sororis ipsius videlicet Katherine puerorumque ipsius, puta Iohannis, Predslay nec non Stephani, non coacti, non compulsi nec aliquo dolo aut fraude circumventi, sed bona animi nostra voluntate publice recognoscentes profitemur, quod progenitores dicte uxoris nostre et sororis eius, videlicet Dobesz, Potrko, Iasko nec non Ianusius dicti Szelenogy, hereditatem Borowo dictam, sitam inter Opatow et Tlokynam ac Solecz in suis limitibus circumferencialiter, a multis annis retroactis ecclesie Gneznensi ven-

diderunt pro certa summa pecunie quantitate cum omnibus utilitatibus, fructibus, appendiis et obvencionibus qui tunc fuerunt et poterunt esse in futurum, nichil iuris aut dominii sibi vel pueris aut eciam successoribus suis inibi retinentes. Etiam, quum scientes talem vendicionem legittime fore factam, tum eciam considerantes ne salus predictorum vendencium violaretur, promittimus expresse per presentes, quod infra tres annos a data presencium computandos, de iure vel de facto ecclesiam Gneznensem predictam, in iudicio vel extra iudicium, per se vel per alium quocumque modo non impedire vel eciam inpugnare; pro quibus omnibus, et ut protestacio supradicta inviolabiliter observetur, obligamus Iohannem fratrem nostrum dictum Szcudla, qui in se honus fideiussorie caucionis sponte presencialiter suscipiens, pro omnibus supra missis nobiscum manu iuncta se promittens obligavit. In cuius rei testimonium, presentibus sigillum nostrum nec non dicti fideiussoris est appensum. Actum et datum in Kalis septima die mensis Februarii, anno Domini millesimo CCC. septuagesimo, presentibus discretis viris, domino Iohanne preposito Conynensi, Erkamboldo herede de Kalinowa, Meczslao herede de Choynow, et aliis quam plurimis fide dignis.

Scudla, *Szkudła.* Borowo, *Borowo.* Opatow, *Opatówek.* Tlokyna, *Tłokinia.* Solecz, *Solec.* Conynensis, *de Konin.* Kalinowa, *Kalinowa.* Choynow, *Chojno.*

Nr. 1630.

Peregrinus iudex Siradiens. 1370 Febr. 19, in Schadek; Iaroslao archiepiscopo Gneznensi contra petitionem heredum de Żeronice antiquam limitationem inter hereditates Przykuna et Żeronice adiudicat.

Pergam. orygin., u którego na paskach pergaminowych dwie pieczęcie okrągłe przywieszono. Pierwsza przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Nabramów; napis: Secr. Pereg... Iudicis Siradien. *Z drugiéj pozostał odłamek bez wycisku.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 184.

Nos Peregrinus iudex, (*4 lit. des.*).. lco subiudex Siradiensis, recognoscimus tenore presencium litterarum, quod venerabilis in Christo pater dominus Iaroslaus sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopus, per Andream procuratorem suum de Uneyow nec non causidicum, in Sulislao et in suo filiastro, heredibus de Zyronyce, gades inter hereditatem Przycuna et inter Zeronicze, et dampnum quod ultra gades fecerunt, acquisivit coram nobis in Schadek in terminis generalibus iure et obtinuit: quas granicias seu gades inter hereditates predictas, iuxta primam et antiquam limitacionem et distinccionem graniciarum predicto domino archiepiscopo decernentes, iudicialiter adiudicavimus perpetuis temporibus pacifice tenere; in cuius rei testimonium, sigilla nostra sunt annexa. Datum in Schadek tercia feria ante diem Kathedre sancti Petri, anno Domini m.ccc.lxx, presentibus hys testibus: domino Zemc capitaneo, domino Petro castellano, domino Nycolao pincerna, Stascone vexillifero, domino Tome venatore Syradiensibus, domino Iacussio filio condam Chebda palatini, et aliis multis quam fidedignis.

Uneyow, *Uniejów.* Zyronyce, *Żeronice.* Przycuna, *Przykuna.* Schadek, *Szadek.*

Nr. 1631.

Iaroslaus s. ecclesie Gneznens. archiepiscopus 1370 Mart. 16, Zneyne; divisionem proventuum ecclesiae parochialis in villa Łekno confirmat, quam Andreas et Dobeslaus rectores eiusdem inter se fecerant.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1488.

Nos Iaroslaus divina providencia sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopus, notum esse volumus quibus expedit universis, qualiter in nostra presencia constituti discreti viri Andreas et Dobeslaus rectores ecclesie de Lekna, dę bona ac unanimi ipsorum voluntate talem hereditatum, decimarum et omnium aliarum obvencionum ecclesie sue predicte fecerunt divisionem sub hac forma. Primo, videlicet pro parte dicti Andree, hereditas Mancharzevo cum omnibus proventibus, et decima in Kedrovo, in agris civitatis et heredis de Lekna, decima in Zidowo, decima post kmethones in Laszkovnycza, in Domaborze, in Kolypki, in Racovo, in Vyrkovo et in Kedrovo et hereditate de Lekna, sepultura, columbacio et alie utilitates cesserunt et sunt aplicate. Pro parte vero Dobeslai memorati, decima in Lekna in parte Dobrogostii et in campo circa piscinam in Szedlcze bino, decima post araturam militum et kmetonum in Breszno, in Lukov, in bino Myeruczino, sepultura, columbacio et omnis alia utilitas, et hereditas deserta cum lacu, cum duabus tracturis, debent pertinere. Columbacionem vero, sepulturam et alias omnes obvenciones ecclesie predicte de civitate Lekna, de Kanyno et de Bracholino provenientes, prescripti Andreas et Dobeslaus inter se divident per medium equaliter, modo quo poterunt meliori. Quam quidem divisionem ratam et gratam habentes, ad peticionem dictorum plebanorum approbamus, rathificamus et confirmamus perpetuis temporibus duraturam; in cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Zneyne sabbato proximo ante dominicam Oculi, anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo, presentibus honorabilibus viris Clemente canonico Gneznensi nec non archidiacono Kalisiensi, Iohanne cantore Lanciciensi, Thoma penitenciario, Laurencio vicethezaurario, Iacobo capellano curie nostre, et aliis pluribus fidedignis.

Lekna, *Łekno.* Mancharzevo, *Micharzewo.* Kedrovo, *Kiedrowo.* Zidowo, *nie odgadnione.* Laszkovnycza, *Laskownica.* Domaborze, *Danabórz.* Kolypki, *Kolibki.* Racovo, *Rakowo.* Vyrkovo, *Werkowo.* Szedlcze, *Siedleczko.* Breszno, *Brzeźno.* Lukov, *Łukowo.* Binum Myeruczino, *Wielkie i Małe Mirkowice.* Kanyno, *Konin.* Bracholino, *Bracholin.* Zneyna, *Żnin.*

Nr. 1632.

Nicolaus prepositus ecclesie Gneznens. 1370 Apr. 24, Gnezne; villas Capituli dictas Korytkowo et Oldrzychowo, Laurentio Lyssarz ad locandum iure de Środa exponit.

Pergam. orygin., u którego na sznurkach jedwabnych jasnoniebieskich dwie pieczęcie przywieszono. Pierwsza okrągła przedstawia na trójkątnéj tarczy godło rodu Bogorjów, napis: S. Nicolai Prepo ... *Druga Kapituły Gnieźnieńskiéj;* (pieczęć XXIV).

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 185.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam divinum magis esse noscitur quam humanum, proinde nos Nicolaus, prepositus ecclesie Gneznensis, notum esse volumus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris, quod villas Capituli eiusdem ecclesie Gneznensis, dictas vulgariter Korithkowo in Polonie et Oldrzychowo in Cuyavie terris situatas, in ius Theutunicum exposuimus quod Sredense dicitur in vulgari, vendentes sculteciam in eisdem providis viris Laurencio dicto Lyssarz et filio suo Petro et filiis Pauli quondam filii sui, et ipsorum legitimis successoribus pro certa pecunie quantitate; dantes ac perpetuo ascribentes predictis scultetis et eorum legitime posteritati nomine prefate scultecie in Korithkowo dimidium alterum mansum in Oldrzichowo, vero eciam alterum dimidium mansum et pratum circa limites ville militalis dicte Glogovecz situatum sex currus feni in se continens, terciam partem tabernarum, ortorum, pistorum, fabrorum, iuramentorum et cuiuslibet iudicati, habenda, donanda, vendenda, sub ratihabicione fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli eciam perpetuis temporibus ascribentes et incorporantes libere possidenda. Preterea dictis scultetis et eorum successoribus legitimis, in lacu dictarum villarum diebus ieiunis cum slampnicza et aliis parvis retibus licitum sit piscaturam exercere. Eciam prefati sculteti fertonem usualis monete et eorum successores legitimi domino villarum predictarum pro prandio, quod obedne dicitur, singulis annis perpetuo solvere teneantur, servicia more aliorum scultetorum villarum Capituli predicti exhibendo. Insuper kmethones villarum iam dictarum, de quolibet manso fertonem grossorum Pragensium, singulis annis temporibus perpetuis in festo beati Martini confessoris domino earundem villarum solvere et decimam manipulatim in campis dare sint astricti. Et quoniam iura Sredensia prorsus nobis sunt incognita, omnia iura que quomodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva et integra dominis villarum predictarum qui pro tempore fuerint reservamus. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne vicesima quarta die mensis Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Ianussio cantore, Vyrzbanta custode, Nicolao cancellario, Iohanne Phalonis, Swethomiro preposito, Clemente archidiacono Kalisiensibus, Thoma ecclesie rectore de Sroda, canonicis Gneznensibus, et aliis pluribus fidedignis.

Korithkowo, *Korytkowo.* Oldrzychowo, *Oldrzychowo.* Glogovecz, *Głogowiec.* Sroda, *Środa.*

Nr. 1633.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1370 Apr. 24, Gnezne; advocatiam in civitate Kamień a pluribus advocatis redimit, et denuo Hermanno dicto Templyn vendit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 58 v.

In nomine Domini amen. Cum omnes vendiciones et contractus qualescunque nullum robur firmitatis valeant obtinere, nisi litteris autenticis et fide dignorum te stimonio sollempniter roborentur, noverint igitur presentes et posteri quibus expedit universi, quod nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, redempta integraliter advocacia pro certa pecunie quantitate in civitate nostra dicta Camen, in terra Polonie in districtu Naklensi situata, a Nicolao, Simone, Alberto fratribus filiis Thomasii de Radzim, Nicolao de Nowa, eciam Elizabeth sua conthorali, Brunone de Frydland et Harthkone dicto Benstok, de Camen quondam advocatis, nobisque dicta advocacia per ipsos advocatos totaliter in iudicio resignata, eandem advocaciam provido viro Hermano dicto Templyn suisque liberis et successoribus legittimis, sub ratihabicione fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli, pro centum sexaginta marcis monete seu pagamenti Thorunensis vendidimus et presentibus resignavimus; attribuentes eidem advocacie et advocato qui pro tempore fuerit iure Culmensi, decem mansos liberos cum duabus areis in civitate eidem advocacie deputatis, totum iuramentum, medium tocius census maioris et minoris in ipsa civitate cum civibus per medium dividendum, terciam partem iudicii et cuiuslibet iudicati, per ipsum advocatum et successores ipsius legittimos cum supradictis iuribus perpetuo tenendam et pacifice possidendam, donandam, commutandam, vendendam, nostro tamen et successorum nostrorum de consensu. Damus eciam predicto advocato cum suis posteris, ter in qualibet septimana, videlicet feria quarta, sexta et sabbato, in piscina nostra, pro sua mensa dumtaxat, et non ad vendendum, cum parvo rethi piscandi liberam facultatem. Qui quidem advocatus et sui succedanei, nobis et successoribus nostris racione predicte advocacie servicia more iuris Culmensis exhibere perpetuo tenebuntur. Et quoniam iura Culmensia nobis prorsus sunt incognita, omnia que commodum et utilitatem dominorum respiciunt, nobis et successoribus nostris salva et integra reservamus. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem, sigilla, nostrum et predicti nostri Capituli presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in crastino sancti Adalberti martiris et pontificis gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus honorabilibus viris et dominis: Nicolao preposito, Ianussio cantore, Kelczone scolastico, Wyrzbanta custode, Nicolao cancellario Gneznensibus, nec non Iohanne Albi Falonis, Clemente, Boguslao, Thoma, eiusdem ecclesie canonicis tunc in Capitulo congregatis, et aliis quam pluribus fide dignis.

Camen, *Kamień.* Radzim, *Radzimin.* Nowa, *Nowe, z niemiecka Neuenburg.* Frydland, *Friedland.* Culmensis, *de Chełmno.*

Nr. 1634.

Iohannes capitaneus Lanciciens. 1370 Iun. 12, Lancicie; inter villas Prądzewo et Tum limites statuit.

Pergam. orygin. Na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczątka przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Półkoziców, napis zatarty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 186.

Nos Iohannes capitaneus Lanciciensis, universis presentibus et futuris quibus expedit publice recognoscimus per presentes, quod cum nobilis vir dominus Phylippus subcamerarius Lanciciensis, ad faciendum et distingwendum limites inter hereditates infrascriptas, videlicet Prandzewo et villam dictam vulgariter Cosczelnawesz in terra Lancicie situatas, per nos nec non dominum Iohannem palatinum, Stephanum iudicem, Wladimirum subiudicem ceterosque nobiles iudicio terre Lanciciensis presidentes specialiter fuisset destinatus, ibique secundum consuetudinem terre officium suum exercens insignia graniciarum prospexisset: extunc Iohannes cum Kelczone genero suo, et eciam nomine Hancze, Cyrpcze germanarum, et Dopcze patruelis sororum suarum, heredes iam dicte hereditatis Pranczewo, licet quedam prata iacencia ex hac parte fluvii dicti Brzura, nomine pene homicidii, pro quo sex marcas solverunt, aliquid annis retroactis possedissent, tamen eadem prata coram nobis et dicto domino subcamerario ad prefatam villam Cosczelnawesz antiquitus pertinere benivole sunt confessi, recognoscentes expresse, quod incipiendo a primo limite dicte ville Prandzewo, usque ad ultimum limitem sepedicte ville Cosczelnawesz, verus processus graniciarum per medium fluvii predicti Brzura directe protenditur ac eciam designatur; ita, quod quitquid ex hac parte fluvii, ad ecclesiam Lanciciensem reflectendo ipsumque fluvium per medium dividendo pratorum seu quarumvis aliarum utilitatum iacet et consistit, hoc ad predictam villam Cosczelnawesz, veluti iam dicti heredes pro suis sororibus predictis promittentes coram nobis recognoverunt, nosque certis insigniis graniciarum una cum predicto domino subcamerario designare mandavimus, perpetuis temporibus adiacebit. Quam quidem limitacionem taliter per sepedictum dominum subcamerarium factam, nos ad peticionem reverendissimi in Christo patris, domini Iaroslai sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, sigilli nostri munimine mandavimus roborari. Datum Lancicie in vigilia Corporis Christi, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus nobilibus viris: Nicolao vexillifero, Wszeborio pincerna, Wlotkone subdapifero Lanciciensibus, Yczkone castellano Breznensi, Iaczcone herede de Iaczkovicz, ac Sulyslao decano Wladislaviensi tunc notario Lanciciensi, per cuius manus presens littera transivit.

Prandzewo, *Prądzewo.* Cosczelnawesz, *Tum.* Brzura fluv., *rz. Bzura.* Breznensis, *de Brzeziny.* Iaczkovicz, *Jacków.* Wladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1635.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Iun. 13, Poznanie; confirmat literam, quam dederat Alberto palatino Brestensi: **Thomislaus iudex Kalisiens. 1369 Mart. 12, in civitate Gnezna.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Bidgostiens. a. 1539, fol. 40.

In nomine Domini amen. Omnis calumpnie via precluditur, cum id quod agitur, scriptis authenticis fidedignorumque testimonio roboratur. Quam ob rem nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus quibus expedit universis, quod accedens ad nostram baronumque nostrorum presenciam fidelis noster, dominus Albertus palatinus Brestensis, optulit nobis quandam literam patentem Thomislai iudicis nostri Kalisiensis, quandam sentenciam diffinitivam continentem, petens a nobis eandem confirmari. Cuius litere tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis: (*Sequitur diploma Nr. 1610*).

Nos itaque dictam literam ratam per omnia habentes et gratam, ad peticionem prefati palatini ipsam aprobamus, ratificamus et perpetuo duraturam confirmamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie in die Corporis Christi, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus strenuis militibus: Preczlao Kalisiensi, Pascone Poznaniensi palatinis, Dobeslao castellano Cruswiciensi, Iancone Poznaniensi, Alberto Kalisiensi subpincernis, et aliis multis fidedignis. Scriptum per Nicolaum de Czehow plebanum, notarium nostre curie regalis.

Nr. 1636.

Preczslaus palatinus Calisiens. n. n. capitaneus Polonie general. 1370 Iun. 23, in Pysdri; protestatur, Iarkemboldum, natum Nicolai de Brudzewo, hereditatem Cielcze Iankoni heredi de Czerlejno vendidisse.

Pergam. orygin. Na skrawku perg. zawieszona pieczątka starosty Przecława. (pieczęć LVII).

Poznań. Własność Józefa Lekszyckiego.

Nos Preczslaus palatinus Calisiensis nec non capitaneus Polonie generalis, omnibus et singulis palam recognoscimus protestantes, quod accedens ad nostram plurimorumque terre Polonie nobilium presenciam nobilis vir Iarkemboldus natus Nicolai de Brudzewo, non compulsus, non coactus nec aliqua fraude aut specie dolositatis seductus, sed bona sui animi prehabita deliberacione, nobili viro Iankoni heredi de Cirznelino suisque veris ac legittimis successoribus hereditatem suam vulgariter nuncupatam Czelcze, in districtu Kxanszensi sitam, pro ducentis marcis grossorum paratorum Pragensium vendidit, contulit, asscripsit et resignavit, iure hereditario tytuloque proprietatis perpetuis temporibus quiete et pacifice eternaliter tenendam, habendam, possidendam, vendendam, commutandam, obligandam et ad usus benepla-

citos convertendam, secundum quod dicto Iankoni aut ipsius successoribus melius ac utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Pysdri in vigilia sancti Iohannis Baptiste, anno Domini M.CCC.LXX^{mo}, presentibus: Wirzbentha custode Gneznensi, Iohanne castellano Kalisiensi, Bervoldo preposito Tremesensi, Pribislao Prematensi, Derskone subdapifero, Michaele Nogay, et aliis multis fidedignis.

Brudzewo, *Brudzewo.* Cirznelino, *Czerlejno.* Kxanszensis, *de Książ.* Prematensis, *de Przemęt.*

Nr. 1637.

Przeczslaus capitaneus Polonie general. etc. 1370 Iun. 26, in Oborniki; Aegidio sculteto de Nowawieś molendina regalia ante oppidum Oborniki sita certis sub pactionibus vendit.

Warszawa. Archiwum Główne. Ks. M. 93, fol. 452 v.

In nomine Domini amen. Que aguntur in tempore, simul elabente tempore omnia collabuntur. Nos igitur Przeczslaus capitaneus Polonie generalis ac Calissiensis palatinus, cupientes bona et hereditates regni in melius mutare nostrum secundum posse, molendina ante oppidum Oborniki in fluvio dicto Welma, (videlicet) primum molendinum supremum cum tribus rotis et quarta rota pannos abluens, inferius vero molendinum cum rotis duabus pro domini regis mensa reservantes, honesto viro Egidio sculteto de Nova Villa ante Wronki et sue legitime posteritati in evum pro trecentis quippe marcis grossorum et totidem marcis usualis monete, suis atque fratribus, puta Mikosio, Valentino, Alberto vendidimus; donantes eisdem plenam et omnimodam potestatem, si plura molendina constructa fuerint, tunc non alibi, nisi in maiori molendino regali quatuor rotarum, vigore regio volumus singula brasea debent et tenentur moliri in eodem maiori molendino, sub pena trium marcarum. Quod si aliquis molendinator preter maioris molendinì (molendinatorem) in tali facto excesserit, extunc nobis penas trium marcarum, molendinatori vero maioris molendini metretam restituere tenebitur, nisi urgente necessitate. Insuper damus dicto molendinatori in eodem fluvio liberam piscaturam, superius et inferius, cum singulis instrumentis, prout melius uti poterit. Eciam in sinistra parte concessimus insulas pro duobus hortis, eundo ex oppido in molendina. Equidem sepedictus vel dicti molendinatores possunt fovere pecudes, peccora ac porcos, prout melius poterint. Eciam potestatem habebunt molendina iam dicta tenendi, possidendi, commutandi, vendendi, prout ipsis melius videbitur expedire. Nos vero aut ille qui pro tempore fuerit capitaneus, ad aggeres et domorum edificia ad molendina pertinencia, lapides molares ac eciam ad ferramenta, duos denarios, molendinator autem tercium dare insimul sumus obligati. Insuper, de omnibus usibus terciam metretam, et tercium denarium de pannificis (sic) rotis prelibatus molendinator possidebit. Et ne per aliquos nostros sequaces nostra donacio infringatur, dedimus dicta hec signaculo nostri sigilli munimineque roborari. Actum et datum in Oborniki die Iohannis et Pauli martirum, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus nobilibus testibus, dominis Nicolao Naklensi castellano, Zavissio herede de Rogovo,

Franczkone de Czerkvicza Calissiensi pincerna, Iohanne subpincerna, Gerwardo subvenatore, et Dzierzcone subagazone Poznaniensibus, et aliis quam pluribus fidedignis.

Oborniki, *Oborniki.* Fluv. Wełma, *rz. Wełna.* Nova Villa ante Wronki, *Nowawieś p. m. Wronki.* Rogovo, *Rogowo.* Czerkvicza, *Cerekwica.*

Nr. 1638.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1370 Iul. 1, Poznanie; Panczslao et Iacobo privilegium super sculteția ipsorum in villa ecclesiae Poznaniensis dicta Góra largitur.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Capitulum ecclesie Cathedralis Posnaniens. 1527 Nov. 13, Poznanie. *U pergaminu orygin. przywieszona na sznurze jedwabnym pieczęć Kapituły Poznańskiéj.*

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 23.

In nomine Domini amen. Ut ea que in tempore utiliter facta sunt roboris firmitate fulciantur, consueta sapientum disposicione debent scripture testimonio perennari. Proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, ad noticiam singulorum deducimus per presentes, quod considerans honorabilis vir dominus Iohannes, cantor Gneznensis et noster canonicus Poznaniensis, scoltetos de villa Gora Capituli Poznaniensis, Panczslaum et Iacobum, privilegium super ipsorum scoltecia non habere, et exinde plura iura que scoltetos conpetit (sic) pro se usurpare, consilio salubri et discretione prehabita, eisdem suis scoltetis omnia iura obtinenda nomine scoltecie, et cmetonibus soluciones ac servicia de nostra voluntate et consensu nostri Capituli in hunc modum limitavit: videlicet quod idem scolteti, eorum liberi et successores ipsorum legittimi, debent habere et perpetuo obtinere duos mansos liberos cum medio, tabernam liberam, maccellum carnificum, sutorum, pistorum, et unum fabrum, ac tercium denarium de re qualibet per ipsos iudicata. Insuper et hortos, quotquot poterint, in eorum agris locare habeant potestatem. Piscari eciam in lacu Gorensi cum parvo rethi, quod slampicza dicitur, licenciam habeant pro mensa scoltetorum predictorum de gracia speciali. Preterea incole iam dicte ville Gora solvent pro censu eidem domino cantori canonico nostro, et aliis dominis de Capitulo Poznaniensi canonicis qui pro tempore fuerint, quatuor mensuras siliginis, quatuor avene, duas tritici et duas ordei, ac fertonem argenti, duos grossos pro scoto numerando, in festo sancti Martini quovis anno; et duo prandia iudicialia, et scolteti tercium. Ceterum cmetones in festo Natalis Christi octo scotos pro porco, in festo Pasche de quolibet manso quindecim ova, et in festo beati Petri apostoli per duos pullos dare teneantur. Specialiter addicientes, quod si dominus ville eiusdem Gora agros voluerit colere, tunc cmetones ter in anno suos annos (sic) sint astricti exarare. Et quoniam iura Srzedensis civitatis, in quo dicta villa Gora iure Theutonico est locata, nobis sunt prorsus incognita, omnia iura et servicia que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva et integra eidem domino cantori et suis successoribus in omnibus reservamus. In quorum omnium evidenciam pleniorem, nostrum, nostri Capituli, et nominati domini Iohannis cantoris et canonici Poznaniensis sigilla presenti privilegio duximus appendenda. Datum

Poznanie in crastino Commemoracionis sancti Pauli apostoli, anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo, presentibus viris honorabilibus, dominis Troyano preposito, Dihtcone decano, Nicolao scolastico, Andrea Poznaniensi, Nicolao Szremensi archidiaconis, Iohanne cantore Gneznensi, Iohanne custode, Nicolao archidiacono Szremensi, Damiano cancellario, Stanislao thezaurario, Pribigneo, Andrea, Alberto, Stanislao, Petro, Walthcone et Nicolao, canonicis nostris Poznaniensibus, et aliis pluribus testibus fide dignis.

Gora, *Góra.* Srzedensis civitas, *Środa na Szląꞩku, z niem. Neumarkt.* Szremensis, *de Śrem.*

Nr. 1639.

Poray et Ianussius heredes de Thokarzewo 1370 Iul. 25, Gnezne; hereditatem Kozłowo cuidam Chwalimiro in ius Szredense locandam exponunt.

Trzemeszno. Privilegia Convent. Canon. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 24.

In nomine Domini amen. Ut facta labilia mortalium robur in posterum firmitatis optineant, sanxit auctoritas, litterarum serie cum annotacione testium fide dignorum ad memoriam transferre posterorum. Noverint igitur quibus nosse fuerit opportunum, quod nos Poray et Ianussius heredes de Thokarzewo, cupientes nostram in melius reformare hereditatem que Koszlowo vulgariter nuncupatur, exposuimus in ius Theutunicum Srzedense ad locandum, in eadem scolteciam Chwalimiro (vendentes) pro certa pecunie quantitate, pro capete grossorum, lx grossorum computando; dantes ei et eius liberis ac successoribus legittimis racione locacionis tres mansos liberos, duos ortos, thabernam liberam, oves pascere segregatim, iumenta indomita. Habeat eciam in eadem thabernam, macellum carnium, sartorem, fabrum, tercium denarium iudicii, cuiuslibet iudicati et profugii (sic). Scoltetus vero ad necessitatem heredum equum valentem duas marcas, de silvis, de mericis, de quercetis fructum, de omnibus tercium denarium habebit. Incolis vero hereditatis eiusdem xvi annorum damus libertatem. Elapsa itaque libertate, octo grossos pro censu, quatuor mensuras siliginis, quatuor avene in festo sancti Martini, duos pullos in die Assumpcionis Marie, viginti ova in Pascha quilibet eorum dare tenebuntur. Iudicialia duo, et tercium scolteto per octo grossos. Cum autem ingrueret aliquid exercicium contra Lythwanos, per sex grossos; cum autem ad aliam partem, preter currus per duos grossos nobis ac nostris successoribus legittimis perpetuis annis solvere tenebuntur. Eciam vero kmethones nostri in nostra hereditate supradicta quatuor dies in anno arare tenebuntur, et quilibet eorum super festum Nativitatis Christi ligna per currum unum portare oportent (sic). Actum Gnezne in die beati Iacobi apostoli, sub anno Domini m.ccc.lxx, nostri sigilli munimine solidatum presentibus hys testibus: Strzeschkone herede de Strzezewo, dominis Ianussio, Petro, Alberto, vicariis et altaristis ecclesie maioris Gneznensis.

Thokarzewo, *Tokarzewo.* Koszlowo, *Kozłowo.* Strzezewo, *Strzyżewo Paskowe.*

Nr. 1640.

Dobrogostius verus etc. heres de Mylessyna Gorka 1370 Aug. 29, Gnezne; allodium in Targowa Górka Iacussio Mlynek genero suo quadam conditione obligat.

Pergam. orygin., w którego dolnym szeroko założonym brzegu pasek pergaminowy, przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 187.

Noverint quibus expedit universi ad quorum audienciam presens scriptum fuerit devolutum, quod nos Dobrogostius verus ac legittimus heres de Mylessyna Gorka, Iacussio dicto Mlynek nostro genero nostrum allodium ibidem cum toto dominio, et eo iure quo solus utebamur, in octo marcis cum XV scotis pecunie usualis obligavimus; tali condicione interserta, quod eundem (sic) allodium nos seu nostri progenitores, nullo spacio annorum assignato, sed quando habebimus oportunitatem, redimendi habebimus facultatem. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Gnezne in die Decollacionis sancti Iohannis Baptiste, minoribus terminibus (sic) celebratis, anno Domini M.CCC.LXX, presentibus hys testibus: Czonssanthe subiudice Kalisiensi et Buthkone vices suas gerenti, ac domino Ioseph burgrabio Posznaniensi, et aliis fidedignis.

Mylessyna Gorka, *Targowa Górka.*

Nr. 1641.

Iohannes capitaneus Lanciciens. 1370 Sept. 9, Grzegorzow; confirmat commutationem villae ecclesiae Gneznens. dictae Słupeczka, cum villa Chebdae et Miklonis propria, nomine Raducz.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Sept. 16, in Radossicze.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 188.

Nos Iohannes capitaneus Lanciciensis, universis quibus expedierit publice profitendo protestamur, quod in nostra ceterorumque baronum inferius annotatorum presencialiter constituti, videlicet reverendus in Christo pater et dominus, dominus Iaroslaus sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ac nobiles viri Chebda et Miclo heredes de Radolucz, sani mente et corpore, non compulsi nec coacti, sed de bona ac mera ipsorum voluntate ad hoc omnimode accedente, bona eorum infrascripta commutaverunt sub hac forma; scilicet idem dominus archiepiscopus dedit, tradidit et perpetuis temporibus tytulo commutacionis eisdem Chebde et Micloni, fratribus germanis, ac ipsorum posteritati villam ecclesie sue Gneznensis nomine Slupczam, in terra Lanciciensi sitam, pro villa dicta Radolucz cum libertate dicta Wola, similiter in terra Lanciciensi sitas (sic); quas eciam villas prefati fratres eidem domino archiepiscopo et sue ecclesie, nomine eiusdem permutacionis, secundum quod sunt signis certis graniciisque per eosdem demonstratis circumferencialiter distincte et designate.

Hoc specialiter ex utraque parte addicientes, quod dominus archiepiscopus, suas et sui Capituli litteras super eadem hereditate Slupcza promisit totaliter exbrigare; ipsi vero similiter pro eorum parte promiserunt, quitquid dominus archiepiscopus dampni infra presignacionem eiusdem hereditatis per eos factam sustineret, extunc ea, que duo probi viri pro parte domini archiepiscopi, et alii duo pro parte ipsorum arbitrabuntur pro eadem diminucione, illa idem Chebda cum fratre suo debebunt omnimode reformare et resercire (sic). In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Grzegorzow in crastino sancte Marie Nativitatis virginis gloriose, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus strenuis viris: Iohanne palatino, Wseborio pincerna Lanciciensibus, Luca subpincerna Siradiensi, Stanislao fratre ipsius de Cusnew, Nicolao de Grocow heredibus, et me Sulislao decano Wladislaviensi, protunc notario Lanciciensi, per cuius manus hec littera transivit.

Radolucz, *Raducz.* Slupcza, *Słupeczka.* Grzegorzow, *Grzegorzewo.* Cusnew, *Kuszniów.* Grocow, *Grochów.* Wladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1642.

Kazimirus rex Polonie etc. 1370 Sept. 16, in Radossicze; confirmat litteras, quas dederat ecclesiae Gneznensi: **Iohannes capitaneus Lanciciens. 1370 Sept. 9, Grzegorzow.**

Pergam. orygin. Na sznurze jedwabn. żółt. przywieszona pieczęć wielka Kazimierza króla.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 188.

In nomine Domini amen. Quod magnifica regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque firmum debet perpetuis temporibus permanere. Hinc est quod nos Kazimirus, Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, notum facimus tenore presencium quibus expedit universis, quod reverendi in Christo patris domini Iaroslai, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, nuper nostre maiestati oblata peticio continebat, quatenus sibi litteram fidelis et dilecti nostri domini Iohannis capitanei Lanciciensis, ipsius sigillo appenso sigillatam, sanam et integram omnique prorsus suspicione carentem, tenoris subscripti, approbare, innovare, ratificare et confirmare de solita nostre maiestatis clemencia dignaremur; cuius quidem littere tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis: (*Sequitur diploma Nr. 1641*).

Nos vero eiusdem.. archiepiscopi peticionibus favorabiliter annuentes, supradictam litteram ac omnia et singula in eadem, prout ipsius tenor presentibus est insertus, in omnibus suis punctis et articulis approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus; volentes supradictam litteram ac omnia et singula contenta in ipsa, obtinere inviolabilis roboris firmitatem, decernentes et edicto perpetuo statuentes, ut ipse ville Radolucz et Wola, omnibus et singulis iuribus, libertatibus, honoribus, consuetudinibus et graciis, quibus omnes alie ville pretacte Gneznensis ecclesie sunt frete, hactenus gaudere debeant et potiri, presencium sub no-

stre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Actum in Radossicze proxima secunda feria post diem Exaltacionis sancte Crucis, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus: Stanislao Malogostensi castellano, Ottone de Pilcia, Iohanne subcamerario Sandomiriensi, Predborio subdapifero Cracoviensi, Cristino capitaneo Chancinensi, et Sbiscone de Lappanow heredibus (sic), et aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis Iohannis de Czarncow archidiaconi Gneznensis, nostri vicecancellarii.

Radolucz, *Raducz*. Wola, *osada znikła*. Radossicze, *Radoszyce*. Malogostensis, *de Małogoszcz*. Pilcia, *Pilica*. Chancinensis, *de Chęciny*. Lappanow, *Łapanów*. Czarncow, *Czarnków*.

Nr. 1643.

Lodovicus Hungarie et Polonie rex 1370 Dec. 8, Gneznie; capitaneo de Kalisz mandat, ut civitatem praedictam in omnibus libertatibus, quibus tempore Kazimiri regis fruebatur conservet, literasque eidem civitati ab aliis regibus et principibus concessas, per omnia observet.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin., z którego pieczęć znikła.
Warszawa. Biblioteka prywatna. Diplomata.

Nos Lodovicus Dei gracia Hungarie et Polonie rex, vobis fidelibus nostris dilectis capitaneis civitatis nostre Kalisiensis, nunc constituto et constituendis in futurum, damus firmis in mandatis: quatenus fideles nostros, dilectos consules et communitatem dicte civitatis nostre Kalis, in omnibus hysdem libertatibus, consuetudinibus et immunitatibus ac graciis debeatis immutabiliter conservare, in quibus tempore condam incliti principis domini Kazimiri regis Polonie, fratris nostri carissimi pie memorie, gavisi atque freti extiterunt, litterasque et privilegia eorundem super memoratis libertatibus ipsorum, sub sigillis ipsius olim domini Kazimiri regis Polonie et aliorum regum nostrorum predecessorum ac principum confectas et emanata, quoad omnes suas continencias et clausulas, gratas atque rata studeatis inviolabiliter observare: et aliud, sicut nostram graciam habere desideratis, in hys non facturi. Datum Gneznie in festo Concepcionis Virginis gloriose, anno Domini millesimo CCC septuagesimo.

Nr. 1644.

Otto Marggraff zu Brandenburg etc. 1370 Dec. 16, zu Spandow; nimmt das Kloster Paradyż unter seinen Schutz auf.

Rogalin. Biblioteka. Paradis. Lib. privil. A, Nr. 93.

Wir Otto von Gottes Gnaden Marggraff zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs Oberster Cämmerer, Pfalzgraffe beim Rein und Hertzogk in Bayern, bekenne offentlichen mit diesem Briefe vor Allen denen die ihn sehen oder hören lesen alleine, dasz zu dieser Zeit Zwytracht, Irrunge und Kriege entstanden sindt zwi-

schen dem Könige von Cracov und uns und auch den Baueren an beiden Seiten; doch so haben wir angesehen den Kummer, Armut und Noht, die das Closter zu dem Paradysz, der Abbt darselbst und alle des Closters Guet davon gelitten haben und noch leiden, und haben den ehrwirdigen geistlichen Vater, Herrn Andreas den Abbt des ehrgenannten Closters zu dem Paradysz, das Closter und auch des Closters Gut, wo die gelegen sindt, in unseren Schirm, Hegunge und Schutz genommen und nehmen auch mit diesem Briefe: also dass wir ihn, dass ehrgenannte Closter und alle sein Guet hegen, beschirmen, vertheidigen, schützen und schirmen sollen und wollen, wo wir mögen oder können, und auch alle Baueren, Amtsleute, Meyer und Diener. Darum so gebieten wir allen Baueren, Voigten, Ambtleuten, Meyern und Dienern, und allen denen die durch unseren Willen thun und lassen wollen, dass sie das Closter zu dem Paradysz, den Abbt vorgenanndt und alle sein Guet beschirmen, schützen und vertheidigen, so sie allerbeste mögen, und in keiner Weise hindern sollen, bei unserer Hulden, das ist uns von ihme sonderlichen Wol zu dancken. Das zu Urkundt, haben wir unser Insiegel hengen lassen an diesen Brief. Gegeben zu Spandow nach Gottes Geburt dreizehnhundert Iar darnach in dem siebenzigstem Iahre, am Montage vor dem heiligen Tage Thome apostoli.

Paradyż, Spandow, *dziś tak samo.*

Nr. 1645.

Bervoldus prepositus et Iacobus dict. Zavisa fratres monasterii de Tremesna 1371 Ian. 24, in Grzegorzewo; nomine sui monasterii lacui de Ostrowite in rem ecclesiae Gneznensis renuntiant.

Pergam. orygin. U końca, obok poświadczenia „notarii publici“ *narysowane Signum tegoż.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 190.

In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo CCC. septuagesimo primo, Indiccione nona, vicesima quarta die mensis Ianuarii, hora Terciarum vel quasi, in Grzegorzewo opido, in domo habitacionis reverendi in Christo patris domini Iaroslai divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, in mei publici notarii infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia personaliter constituti religiosi viri Bervoldus prepositus et Iacobus dictus Zavisa, fratres monasterii de Tremesna Ordinis sancti Augustini, quadam concordia et composicione mediantibus super litys ac controversiis de lacu domini archiepiscopi predicti dicto Ostrovithe, sito in districtu Gneznensi, inter ipsos ac dominum archiepiscopum predictos diucius suscitatis, suo ac conventus sui nomine cesserunt ac totaliter renunciaverunt omni iuri, possesioni, et utilitati, quod vel quas pro se et suo monasterio in eodem lacu, licet minus iuste, ex quadam ignorancia usurpare et vendicare nitebantur; renunciantes et expresse cedentes de possesione huiusmodi lacus et iurium ac utilitatum omnium, sic, quod dictus dominus archiepiscopus et sua ecclesia, memoratum lacum Ostrovithe cum pleno iure ex integro temporibus optinebunt perpetuis. Prescriptus vero dominus archiepiscopus eisdem fratribus et monasterio ipsorum de quodam angulo prefati lacus, a vado dicto Paseczni brod

directe ad partem hereditatum eorum protenso, cessit bona fide; super qua renunciacione, iam dicti fratres, prepositus et Iacobus, litteras sub sigillis suis et conventus ipsorum appendentibus domino archiepiscopo supradicto dare promiserunt. Eciam memorati dominus archiepiscopus et fratres, prepositus et Iacobus, nomine quo supra, super dampnis in dicto lacu eidem domino archiepiscopo per iam dictos fratres et conventum eorum annis retroactis illatis, arbitrio proborum virorum se irrevocabiliter submiserunt: sic, quod dominus archiepiscopus predictus pro sua parte dominos Ianusium cantorem Gneznensem et Ianusium castellanum Caminensem, et prefati fratres Iohannem castellanum Kalisiensem et Grimislaum heredem de Rissewo in arbitros animo irrevocabili elegerunt consenciendo unanimiter in eosdem: taliter, quod si aliquis ex ipsis arbitris huiusmodi arbitrio interesse non posset, extunc alter quilibet loco ipsius adduci poterit et elegi; partes vero pro se et suis per solempnem stipulacionem paciscentes, promiserunt eandem composicionem et concordiam inter se firmiter tenere et perpetuo observare, renunciantes voluntarie omni iuri, excepcioni, doli (sic), accioni, condicioni, ac omnibus aliis iuris auxiliis et cautelis, per que predicta vel aliquod predictorum possent aliqualiter in posterum impediri. Acta sunt hec anno, Indiccione, mense, die, hora, loco, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris: Boguslao canonico Gneznensi, Thoma, Iacobo, Siffrido, predicti domini archiepiscopi capellanis, testibus advocatis specialiter et rogatis ad premissa.

Et ego Bronislaus Viti de Strzalkowo, clericus Poznaniensis diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, predictis renunciacioni, composicioni et aliis premissis una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque dum sic agerentur et fierent vidi et audivi, et in hanc publicam formam redegi meis nomine et signo consuetis consignando, rogatus per iam dictum dominum archiepiscopum, in testimonium omnium premissorum.

Grzegorzewo, *Grzegorzewo.* Tremesna, *Trzemeszno.* Lacus Ostrovithe, *jezioro Ostrowickie p. Trzemesznem.* Caminensis, *de Kamień.* Rissewo, *Ryszewo. O stósunku klasztoru Trzemeszeńskiego do wzmiankowanego jeziora cnfr. Nr. 176.*

Nr. 1646.

Cunradus dictus Zchyphorn advocatus de civitate Schova 1371 Mart. 11, in Swecechow; una cum ceteris testibus protestatur, altercationes inter monasterium de Lubin et Iohannem Walrmul, advocatum de Święciechowa, occasione advocatiae oppidi praedicti exortas, ab arbitris amicabiliter esse sopitas.
Pergam. orygin. Paski pergamin. od przywieszenia dwóch pieczęci.
Warszawa. Biblioteka Krasińskich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Noverint universi ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos Cunradus dictus Zchyphorn advocatus de civitate Schova, Nicolaus magister civium eiusdem civitatis, Cunradus Fames, Cunradus de Sedlnicz, Velcellinus Romug, nec non Nicolaus de Stinavia civis ibidem, dominus Otto plebanus de Sedlnicz, dominus Iacobus plebanus de Swecechov, dominus Iohannes plebanus de Lasoczicz ac Nicolaus de Swecechov, publice fatemur in hiis scriptis: quod cause et altercaciones, que vertebantur una ex parte inter venerabilem virum dominum Alber-

tum abbatem nec non totum conventum de Lubin, altera ex parte Iohannem Walrmul advocatum de Sweczechow et Margaretam relictam Heynrici Walrmul, per arbitros ab utraque parte altercancium electos rite et constitutos, viros veridicos, discretos et honestos, more testium, videlicet Ottonem de Swecechow, Opeczconem civem de Swecechow vel fabrum, et Cunradum Pulcrum sutorem de dicta civitate Schova amicabiliter sunt sopite et unite. Hinc est, quod nos arbitri iam dicti ordinavimus, fecimus, constituimus atque adiunximus advocacie in sepedicta civitate, scilicet Swecechow, duos mansos agri pro allodio, septimum mansum racione locacionis, ubicumque septimus mansus ceciderit ex divisione, quatuor maccella carnium, tercium ortum, tercium denarium iudicii, tercium denarium de areis et balneum, libere et solute; ita ut premissum ex utraque parte teneatur perhenniter firmum, inviolabile, ratum et acceptum, omni sine dolo. In cuius rei evidenciam, sigilla venerabilis viri domini Alberti abbatis de Lubin et conventus ibidem fratrum omnium sunt appensa. Datum in Swecechow sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, in vigilia beati Gregorii Pape. Testes huius ut supra.

Schova, *Wschowa.* Sedlnicz, *Świdnica.* Stinavia, *Ścieniawa, z niemiecka Steinau.* Swecechov, *Święciechowa.* Lasoczicz, *Lasocice.* Lubin, *Lubin.*

Nr. 1647.

Stasca abatissa nec non cum toto conventu Gneznensi 1371 Apr. 14, Gnezne; protestatur, Arnoldum civem Gneznens. una cum sororibus ipsius, scultetiam villae sui monasterii dictae Woźniki nobili viro Gotczoni advocato de Gniezno vendidisse.

Pergam. orygin. W dolnym założon. brzegu wcięcia poprzeczne od przywieszenia pieczęci.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 191.

Nos Stasca abatissa nec non cum toto conventu Gneznensi notum esse cupimus universis et singulis tam modernis quam futuris presencium noticiam habituris, quot accedentes ad nostram presenciam discretus vir Arnoldus civis Gneznensis et sorores ipsius nomine Margareta et Reisinia, non compulsi aut coacti nec aliqua spe fraudis seducti, sed maturo consilio super eo habito, nobili viro Gotczoni advocato Gneznensi, per eosdem (sic) suis veris ac legitimis successoribus scolteciam in villa nostra Vosniky vendiderunt cum omnibus utilitatibus et proventibus, ut in alio privilegio continetur, pro quadraginta marcis grossorum paratorum, pro qualibet marca quadraginta octo grossos computando: nam eiusdem scoltecie medietatem prefatus Goczco Arnoldo et sororibus eius pretactis ante ea dederat redimendo ab eisdem partem advocacie in Gnezna: eidem contulerunt et perpetuis temporibus resignaverunt. In cuius rey testimonium, sigillo nostro et comunitatis tocius iussimus litteram roborari. Actum et datum Gnezne feria secunda post Conductum Passce, sub anno Domini M.CCC.LXX primo, presentibus hiis testibus: Iohanne proconsule, Thoma, Petro dictus (sic) Rayco, Hano, consulibus Gneznensibus, et aliis quam plurimis fide dignis.

Vosniky, *Woźniki.*

Nr. 1648.

Preczslaus palatinus Kalisiens. n. n. capitaneus Maior. Polonie general. 1371 Apr. 24, Gnesne; scultetiam villae Pławce Swentoslao sculteto de Sokolniki vendit, iuraque eiusdem describit.

Poznań.. Königl. Staats Arch. Inscription. Poznaniens. a. 1558, fol. 228.

In nomine Domini amen. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, solent testimonii subsidio quasi aminiculo roborari. Nos igitur Preczslaus palatinus Kalisiensis nec non capitaneus Maioris Polonie generalis, (sic) quod exinde sculteciam in quadam hereditate nostra dicta Plowcze discreto viro Swenthoslao sculteto de Sokolniki ac suis veris legitimisque sequacibus pro quinquaginta marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, quadraginta et octo pro qualibet marca computando, vendidimus; adicientes eidem sculteto tres mansos liberos cum tribus hortis liberis, suum iudicium et proventuum pertinentem (sic). Circa quos hortos tabernam sibi locabit, et in ea taberna liberam facultatem habebit macellum carnium, pistorum, sutorum, fabrorum (sic), molendinum ventuale, omnia iura que ibidem in dicta hereditate pertinentia liberam vendicionem (sic) et tercium denarium de omni causa Polonicali sive Theutonicali addidimus eidem sculteto in suis veris ac liberis dictis mansis sylvas sive insula et inter dictas insulas quoque quod tenet inicium a paludine ville usque ad granicies Vegierskie et Staniszcwo, in sylvula ibidem situata agros vero pro se meliores percipiet eliget (sic). Legaciones itaque scultetus predictus suique successores in equo pro duabus marcis versus Posnaniam sive Srzodam et in Pisdri, non ulterius; et si dominus suus mittet ultra unum diem, dans dicto sculteto totas expensas, pro equo damnum promittens mittet eum (sic). Opilionem nichilominus ovium tum iumentorum, peccudum sive peccorum cum omni congregatione specialiter pascet in eadem hereditate dicta voluntarie absque damno (sic). Addimus etiam antedicto sculteto sive liberis suis legitimis venationem omnium ferarum sive volucrum in eadem dicta hereditate libere pacientur (sic). Preterea scultetus et incole eiusdem ville gaudebunt annorum sex libertate data a presentibus, qua elapsa (sic). Dedimus eidem sculteto de divisione cmethonum tertiam ovem sibi cedat (sic). Predicti vero cmethones de quolibet manso quilibet marcam nobis tenetur dare pecuniariam usualem per terram decurrentem, et unum fertonem ad ecclesiam dictam in Thulcze duobus plebanis ibidem soli eligant pro decimis (sic). Prefatus vero scultetus tenetur nobis censum dictum colligere sive congregare, nostro vero castellano (sic) oppidi Srzedensis, ulterius non (sic). Predicti vero cmethones tenentur nobis per duos pullos ad diem Assumptionis beate Marie virginis de quolibet manso, et per ova triginta ad festum Pasche. Item iudicialia prandia tria in anno, quorum cmethones duo et scultetus tertium, vel sex grossos omnes solvent. In cuius rei testimonium, sigillum tituli nostri est appensum. Actum et datum Gnesne in crastino beati Adalberti martiris Domini nostri Iesu Christi, sub anno Domini Nativitatis millesimo trecentesimo septuagesimo primo, presentibus his testibus: Vincentio castellano Gnesnensi, Ianussio Crzivinensi, Przibislao Przemethensi, Nicolao Nakielnensi, Ianussio Biechoviensi, Ianussio herede de Vagovo, et aliis quam plurimis fidedignis.

Plowcze, *Pławce.* Sokolniki, *zap. Sokolniki p. m. Kostrzyn.* Vegierskie, *Węgierskie.* Staniszewo, *Staniszewo.* Thulcze, *Tulce.* Crzivinensis, *de Krzywin.* Przemethensis, *de Przemęt.* Nakielnensis, *de Nakło.* Biechoviensis, *de Biechowo.* Vagovo, *Wagowo.*

W téj nader niedbale sporządzonéj kopji zmienionem tu zostało: wiersz 3 od g. Poznaniensis *na* Kalisiensis; *wiersz 8 od d.* indienalia *na* iudicialia prandia; *wiersz 2 od końca* Ugono *na* Vagovo.

Nr. 1649.

Albertus abbas Lubinens. 1371 Iun. 14, Lubin; scultetiam in hereditate Bieżyn cuidam Alberto vendit, ut eam iure Theutonico locet.

Pergam. orygin. Na sznurkach jedwabnych, wypłowiał. przywieszono dwie podługowate pieczęcie. Pierwsza wyobraża opata w infule, błogosławiącego, pod którego stopami tarcz trójkątna z godłem rodu Pałuków; (pieczęć XLVII). *Druga klasztoru Lubińskiego;* (pieczęć LIX).

Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 22.

In nomine Domini amen. Humani generis acciones perpetua memoria indigent et plerumque ab hominum memoria labuntur, si scripturarum testimonio non fuerint commendata. Noverint igitur universi presentes et posteri presentem litteram inspecturi, quod nos Albertus divina paciencia abbas una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis, ex bona deliberacione vendidimus pro locacione scolteciam in hereditate nostra, que Bezan vulgariter nuncupatur, pro XIIII marcas (sic) grossorum, iure Theutunico locandam, videlicet super magnos mansos, viro provido et discreto Alberto suisque filiis legittimis natis ac nascendis libere perpetuo possidendam. Ad quam scolteciam habebit duos magnos mansos liberos et duos ortos, tabernam; in qua sibi et suis legittimis concedimus singulis annis generalia et parva iudicia celebrare. Item pistrinum, maccellum, fabrum, sutoriam, de iudicio tercium denarium, resignaciones, iuramenta ex integro, et pratum disiunctum in suis graniciis, a via que ducit in Czichow usque ad gades Potrconis de Lagowo. Assignamus eciam eidem Alberto scolteto et suis legittimis molendinum ventosum, ubi sibi melius et convencius videbitur expedire. Damus eciam eidem scolteto et suis posteris C.C.C.C^as^ oves libere pascere preter gregem ville, agitare leporem cum precincto et cum duobus canibus venaticis qui dicuntur viszli, aves capere, swasones et perdices; sibi eciam damus venacionem in lacu pro mensa sua cum reticulis minoribus, que dicuntur gulgustra, hamus, wanczerz et mrzesa. Ipse vero scoltetus et sui posteri nobis et successoribus nostris servient cum equo valente duas marcas grossorum; cum autem idem equus scolteti predicti aliquo evenienti casu in servicio nostro et monasterii quod absit decederet, extunc nullius dampnum, nisi nostrum et monasterii, tamdiu, donec ipsi scolteto predicto et suis posteris pro equo predicto satisfactio exibetur. Incolis vero ville predicte damus libertatem XIIII^or^ annorum; expirata autem libertate, solvent nobis de quolibet magno manso maldratam quadruplicis frumenti, quatuor mensuras siliginis, IIII^or^ avene, duas tritici, duas ordeacei et fertonem grossorum usualis monete, et alium fertonem pro decima. Arabunt nobis tres dies in anno, et ad finem optabunt (sic). Honorabunt nos iam dicti incole singulis annis de quolibet manso XXX ova et unum latus carnium pro octo scotis ad diem

Pasche, ad Nativitatem beate virginis Marie per duos pullos. Tria generalia iudicia ibidem celebraturi sumus singulis annis, in quibus nobis kmethones duo prandia dare tenebuntur, scoltetus vero unum, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum persolvent. Preterea incole ibidem de quolibet manso mensuram humuli dare tenebuntur. Intendentes eciam ampliare eandem hereditatem, addicimus eidem hereditati agros et rubeta, que vulgariter nuncupantur Lagovecz ex una parte et Slubecz parte ex altera; et nichilominus partem habeant agrorum et rubetorum de gadibus hereditatis Lubinensis. Unde ne aliqua possit oriri calumpnia sive ignorancia vel invidia nostram vendicionem seu scolteti empcionem aliquis volens obfuscare, vel aliquo casu malicie tenebitur inpedire, ad cuius regi (sic) testimonium, hanc litteram nostri et nostri capituli sigillorum impressione fecimus roborari. Datum et actum Lubin in vigilia sancti Viti, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, per manus Nicolay clerici curie domini episcopi Wladislaviensis, presentibus nobilibus et discretis viris: Pribislao castellano Premontensi, Petro de Malpino, Dirslao herede de Rambino, iudice, Nadmiro herede de Belowo, Petro herede de Morca, Nicolao decano ibidem de Morca et aliis quam plurimis fidedignis.

Lubinensis, *de Lubin.* Bezan, *Bieżyn.* Cichowo, Łagów, *dziś tak samo.* Lagovecz, *pola przyległe wsi Łagów.* Slubecz, *nazwa znikła.* Premontensis, *de Przemęt.* Małpin, Rąbin, *dziś tak samo.* Belowo, *Bielewo.* Morca, *Mórka.*

Nr. 1650.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1371 Iun. 30, Poznanie; molendinum super fluvium Warta in villa Rogusko a Staskone molendinatore constructum, eidem Staskoni quibusdam conditionibus tradit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 164.

In nomine Domini amen. Multis incommodis prudenter occurrimus, cum etatis nostre negocia litterarum et testium munimine roboramus. Proinde nos Iohannes divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, ad noticiam singulorum deducimus per presentes, quod cupientes bona nostra et nostre ecclesie in melius annuente Domino reformare, molendinum de novo in nostra hereditate dicta Rogosco supra fluvium Warta dedimus Staskoni molendinatori nostro ad construendum; quo constructo idem Stasko peciit humiliter a nobis, ut intuitu sui laboris aliqua mercede congrua consolaretur. Nos itaque volentes mercenarios digna retribucione gaudere, eidem Staskoni terciam metretam omnium frumentorum et brasei de molendino nostro predicto damus et conferimus cum suis liberis et successoribus legittimis percipiendam perpetuo et habendam, cum divisio facta fuerit per nostrum procuratorem frumentorum. Alias non presumat frumenta recipere obveniencia de dicto molendino sine nostro divisore. Ceterum iam dictus molendinator, pro reformacione molendini predicti, pro ferramentis molaribus et ceteris necessariis molendini quibus indigebit, cum nos duos denarios impendemus, ipse tercium et ipsius successores singuli absque excusacione apponere tenebuntur. Item duos porcos nostros et suum tercium nutriet ut melius poterit, quociens nobis placebit, ac eciam inpinguabit in eodem molendino aut in sua domo circa molendinum. Insuper concedimus sibi

et suis posteris, quod poterit pascere suam substanciam ibidem circa molendinum et alibi in nostra hereditate, ita, quod non inferrat nostris hominibus damnum et impedimentum. Et ligna pro reformacione nostri molendini excidere poterit necessaria in nostris borris, ac eciam recipere alia pro igne in molendino faciendo. Preterea, pro meliori sustentacione sua et suorum tribuimus sibi unum pratum prope iam dictum molendinum, nuncupatum w okolu; quod quidem pratum nominatus molendinator cum totali sua posteritate, et alia iura superius in hoc expressata et concessa privilegio, de voluntate et consensu fratrum nostrorum, Poznaniensis videlicet Capituli tenebit et habere debebit perpetuis temporibus duratura. In quorum omnium evidenciam pleniorem, nostrum et predicti nostri Capituli sigilla duximus presentibus appendenda. Datum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, presentibus viris honorabilibus, dominis Troyano preposito, Ditkone decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Iohanne cantore Gneznensi, Iohanne custode et officiali, Nicolao Srzemensi et Nicolao Pczevensi archidiaconis, Damiano cancellario, Pribignevo, Staskone, Nicolao, Petro et Waltkone, canonicis nostris Poznaniensibus, ac aliis pluribus fidedignis.

Rogosco, *Rogusko.* Pczevensis, *de Psczew.*

Nr. 1651.

Velislaus proconsul cum consulibus de Gostin 1371 Oct. 6, in Gostin; ratione debiti triginta marcarum, molendinum Hanconis Grymar Iohanni episcopo Poznaniensi in eadem summa obligant.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 155.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod cum ego Velislaus proconsul cum consulibus, videlicet Barthcone, Hanczlone sutore, Martino Bodzewsky, Niczkone Flys et Hancone Grymar, ac cum communitate civium de Gostin debuissemus solvere triginta marcas grossorum ex adiudicacione iudicii regalis honeste domine relicte bone memorie Nicolai de Sdzecz heredis, occisi in Gostin nostra civitate, et fratri eiusdem domine domino Visschothe et Iohanni heredi de Novecz ante festum sancti Michaelis proxime preteritum, et non valentes habere et solvere easdem triginta marcas predicte domine et suis amicis prius expressis pro occisione sui mariti, supplicavimus humiliter et instanter reverendo in Christo patri et domino, domino Iohanni episcopo Poznaniensi, ut pro eisdem triginta marcis se constitueret et faceret se pro nobis fideiussorem usque ad festum sancti Michaelis predictum. Et quia ipsum non potuimus liberare in dicta pecunia licet debuissemus, et obligati sibi fuimus pro eadem pecunia ad omnia dampna et usuras et penas excommunicacionis et interdicti in civitatem nostram et personas nostras proferendas, unde sibi, de voluntate et consensu libero nostri concivis domini Hanconis Grymar, obligavimus in eisdem triginta marcis molendinum dictum Kunowsky, communiter et liberaliter, per neminem compulsi aut coacti. Et exnunc a die sancti Michaelis anno Domini **m.ccc.lxx** primo tunc currenti, per presentes nostras litteras obligamus, quod cum (sic) molendinum predictum a dicto domino episcopo nostro redimere et liberare tenebimur et debemus usque ad diem Circumcisionis Domini proxime affuturum in pecunia pre-

narrata; alias si facere neglexerimus, extunc nominatum molendinum Hanconis Grymar et suorum filiorum debebit et debet perpetue cum omni iure et proprietate penes dominum episcopum et suam ecclesiam remanere. In huius rei testimonium, nostre civitatis sigillum presentibus est appensum. Datum in Gostin feria secunda post diem sancti Francisci, anno Domini m.ccc.lxx primo, presentibus nobilibus viris, dominis Donyn et Bytburg militibus, Thomasio et Iohanne heredibus de Yezow, Ianussio Stanchowsky burgrabio de Gostin, et aliis pluribus testibus presentibus ad premissa.

Gostin, *Gostyń*. Sdzecz, *Zdziesz*. Novecz, *Nowiec*. Kunowsky, *prope* Kunowo. Yezow, *Jeżewo*. Stanchowsky, *de Stankowo*.

Nr. 1652.

Gregorius Pp. XI 1371 Oct. 19, Avinione; abbati monasterii s. Mariae in Arena in Wrocław mandat, ut in causa appellationis Capituli ac vicariorum perpetuorum ecclesiae de Kraków a sententia Iaroslai, Gneznensis archiepiscopi, ad Sedem apostolicam, inquirat et decernat.

Transsumpt potwierdzony przez: Iohannes abbas monasterii s. Marie in Arena etc. 1372 Apr. 21, Wratislavie.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 204.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio .. abbati monasterii sancte Marie in Arena extra muros Wratislavienses salutem et apostolicam benediccionem. Sua nobis dilecti filii Capitulum ecclesie Cracoviensis ac universi perpetui .. vicarii ipsius ecclesie peticione monstrarunt, quod licet perceptio omnium oblationum, que fiunt pro tempore super altaribus in eadem ecclesia sitis vel alibi infra ipsam ecclesiam, eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine ad ipsos dumtaxat communiter pertineat, et tam iidem Capitulum et .. vicarii, quam predecessores eorum qui fuerunt pro tempore fuissent in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi oblationes huiusmodi, a tempore cuius contrarii memoria non existit: tamen olim venerabilis frater noster Iaroslaus archiepiscopus Gneznensis, loci metropolitanus, minus veraciter pretendens, quod nonnulle pecuniarum summe, vasa argentea, panni serici ac lanei, tapecia et res alie, per carissimum in Christo filium nostrum Lodwicum, regem Polonie illustrem, tempore coronationis sue eidem ecclesie et super altaribus in eadem ecclesia sitis oblata, ad ipsum .. archiepiscopum pro eo quod ipsum regem coronaverat pertinebant, prefatos Capitulum et .. vicarios per suas litteras monuit et mandavit eisdem, ut huiusmodi pecuniarum summas, vasa, pannos, tapecia et res alias per dictum regem oblata, eidem .. archiepiscopo traderent et assignarent, alioquin in singulares personas dictorum Capituli et .. vicarios predictos excommunicationis sententiam promulgabat, ipsosque mandabat excommunicatos publice nunciari, licet de facto; propter quod pro parte Capituli et .. vicariorum predictorum sentientium exinde indebite se gravari, fuit ad Sedem apostolicam appellatum. Quo circa discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas, faciens quod decreveris auctoritate nostra, firmiter

observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione XIIII Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno primo.

Nr. 1653.

Otto de Pilcz Polonie capitaneus general. 1371 Dec. 7, Poznanie; protestatur, Sandivogium subcamerarium Poznaniensem hereditatem Kamieniec cum villa monasterii de Łekno dicta Pińsk commutasse.

Wągrowiec. Archiv. monasterii Cisterciens. Protocollum tertium, pag. 45.

Nos Otto de Pilcz Polonie capitaneus generalis, omnibus et singulis presenti scripto cupimus fore notum, quod venientes ad nostram plurimorumque terre Polonie nobilium presenciam nobilis ac strenuus dominus Sandivogius, Poznaniensis subcamerarius nec non capitaneus Gnevcoviensis, et honorabilis vir dominus Hermannus abbas Luknensis totusque conventus monasterii predicti, non compulsi, non aliqua fraude aut spe dolositatis seducti, sed libera ipsorum animi deliberacione prehabita, cambium verum et legittimum et debitum invicem fecerunt tali condicione: quia dominus Sandivogius predictus, domino abbati villam ac hereditatem dictam Kamienca dedit pro Pinsko. Quam quidem villam dictam Kaminca dedit Sandivogius sepedictus cum omnibus limitibus, graniciis et gadibus, et cum omnibus censibus, fructibus et redditibus, et penitus cum omnibus utilitatibus, que in villa predicta sunt vel esse poterunt in futurum, et cum lacu, pratis, pascuis et nemoribus, et penitus nichil excipiendo, nisi sicut ipsam dominus Sandivogius ab antiquo habere se demonstrabat, coram nobis et nobilibus terre rite et racionabiliter resignavit in perpetuum; quibus ad maiorem caucionem, sigillum nostrum duximus appendendum. Actum et datum Poznanie in crastino sancti Nicolai confessoris, presentibus hiis testibus: venerabili domino Iohanne episcopo Poznaniensi, domino Predslao Kalisiensi, Woycechone Cuyaviensi palatinis, et domino Nicolao subcamerario Kalisiensi, et Franczkone dicto Czesnikovicz, sub anno Domini millesimo CCC. septuagesimo primo.

Pilcz, *Pilica.* Gnevcoviensis, *de Gniewków.* Luknensis, *de Łekno.* Kamienca, *Kamieniec.* Pinsko, *Pińsk.*

Nr. 1654.

Otto de Pilcz Polonie capitaneus general. 1371 Dec. 7, Posnanie; protestatur, Hoczvinum heredem de Rakówko, una cum matre ipsius Eufrosina hereditatem praedictam monasterio de Lubin resignasse.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 14.

Nos Otto de Pilcz Polonie capitaneus generalis, omnibus et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod venientes ad nostram plurimorumque terre Polonie nobilium presenciam honorabilis vir dominus Hoczvinus heres de Racovicz,

una cum matre sua Iawroska, non coacti, non compulsi nec aliqua fraude aut specie dolositatis seducti, sed bona ipsorum animi deliberacione prehabita, religioso viro domino Alberto abati Lubinensi nec non totique conventui monasterii Lubinensis villam aut hereditatem dictam Racovicz, in omnibus graniciis, gadibus et limitibus, eciam cum omnibus censibus, fructibus et redditibus, et penitus cum omnibus utilitatibus que in eadem hereditate sint vel esse poterint in futurum, in centum marcis latorum grossorum numeri Polonicalis Pragensisque monete rite et racionabiliter in perpetuum resignaverunt; quam (sic) ad maiorem cautionem, sigillum nostrum duximus apendendum. Actum et datum Posnanie crastina die sancti Nicolai confessoris, sub anno Domini m.ccc. septuagesimo primo, presentibus hys testibus: domino Iohanne episcopo Posnaniensi, domino Vincencio Posnaniensi, domino Prziczlao Calisiensi pallatinis, domino Zanczivogio subcamerario Posnaniensi, domino Prziczlao iudici (sic) Posnaniensi, domino Thomislao iudici Calisensi, et aliis fidedignis.

Pilcz, *Pilica.* Racovicz, *Rakówko.* Lubinensis, *de Lubin.*

Nr. 1655.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1371 Dec. 24, Gnezdne; declarat, se appellationi, a fr. Iohanne monasterii Ląd nomine Petri presbyteri in re ecclesiam parochialem oppidi Lądek concernente contra se interpositae, adhaerere.

Pergam. orygin., na którym przy końcu, obok oświadczenia notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 192.

In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo CCC.LXX primo, Indiccione nona, mensis Decembris die XXIIII[ta], hora nona vel quasi, Gnezdne in domo habitacionis reverendi in Christo patris ac domini, domini Iaroslai divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, in mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presencia, idem reverendus in Christo pater quendam Petrum Nicolai de Wrowstat, asserentem se presbiterum dyocesis Wratislaviensis, monuit et sufficienter requisivit, ut sibi de suis litteris et processibus, per quos et quas eundem dominum archiepiscopum ad execucionem sue gracie de ecclesia parochiali in opido Landensi faciendam requirebat, sibi per quendam Nicolaum Strosberg cantorem Poznaniensem, ut asserit, datos et concessos, de cuius iurisdicione et tenore mandati omnino hesitaret, per originalia faceret plenam fidem: quia non bene conveniret eum, propter dubium et suspicionem, ad nudum et simplex mandatum et privatas cartulas, rescripto mandati apostolici eis non inscripto, in suo facto aliquid attemptare. Dictus vero Petrus sic respondit: quod de iure non deberet neque vellet huiusmodi litteras et processus suos per originalia probare, dicens, se forte in curia vel alias ea obtinere et habere. Ad quod idem dominus archiepiscopus sic respondit: si non in presenti, saltem recepto termino competenti huiusmodi suorum processuum per originalia faceret fidem: ipse vero id facere renuit et recusavit. Protestatus est insuper idem dominus archiepiscopus: quod huiusmodi responsivam sibi non finali sua intencione protunc dedisset,

sed ei pro ultima et finali responsiva sextam diem eiusdem mensis Decembris immediate sequentem pro termino assignavit; quo die idem Petrus non expectato, clandestine recessit. Ipsa vero die, scilicet penultima die mensis Decembris veniente, idem dominus archiepiscopus, videns eundem Petrum nec aliquem alium loco sui comparere volentem, facta coram me protestacione: quod nullus ad audiendam sue intencionis responsivam in predicto termino compareret: appellacioni per religiosum virum fratrem Iohannem monasterii Landensis Ordinis Cysterciensis, rectorem capelle sancti Nicolai in opido Landensi, a processibus, monicionibus et sentenciis pro parte eiusdem Petri fulminatis interposite adhesit, et ei adherendo, ipsam per omnia nomine suo ratificavit et eciam approbavit. Super qua adhesione et ratificacione dicte appellacionis et aliis omnibus et singulis superius expressis, idem dominus archiepiscopus peciit fieri sibi publicum presens instrumentum. Acta sunt hec anno, Indiccione, mense, loco, die et hora, quibus supra, presentibus honorabilibus ac discretis viris, dominis Nicolao preposito, Ianussio cantore, Iohanne archidiacono, Kelczone scolastico, Virzbantha custode Gneznensibus, testibus ad premissa, et aliis pluribus fidedignis.

Et ego Iarandus quondam Nicolai, clericus dyocesis Wladislaviensis, publicus auctoritate imperiali notarius, dictis protestacionibus et responsionibus appellacionisque adhesioni et ratificacioni et aliis omnibus superius expressis una cum prefatis testibus presens fui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, et in formam publicam reddegi, meis signo et nomine consuetis in testimonium premissorum consignando.

Wrowstat, *Wschowa.* Wratislaviensis, *de Wrocław.* Opidum Landense, *Lądek.* Monasterium Landense, *klasztor Ląd.*

Nr. 1656.

Sandiwogius heres de Szubyn capitaneus Gnewcoviens. 1372 Ian. 8, in Byssovia; solutionem decimae monasterio de Byszewo de villa sua Dębowo ordinat.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 109.

In Christi nomine amen. Noverint universi tam presentes quam futuri quorum nosse opportunum fuerit, quod nos Sandiwogius heres de Szubyn, capitaneus Gnewcoviensis, presentibus recognoscimus, quod cum fratre Iohanne abbate de Byssovia et cum toto capitulo eiusdem claustri Ordinis Cysterciensis concordacionem fecimus pro decima in villa nostra Dambowo vulgariter nuncupata, que decima spectabat ad claustrum predictum Byssovia, que villa in se continet octoginta mansos; de quibus nos et nostri legittimi successores duodecim mansos pro aratro nostro, scoltetus quatuor, plebanus vero duos absque decima observavimus. De residuis vero sexaginta duobus mansis, kmethones in predicta villa residentes, de quolibet manso locato, ad festum beati Martini confessoris et episcopi dicto domino abbati et monasterio supradicto tres grossos pro decima ipsorum solvere sunt astricti; hoc eciam apponentes, ut si nos aut nostri legittimi successores predictos duodecim mansos, quos pro aratro no-

stro recepimus, kmethonibus locabimus seu locabuntur, extunc dicti mansi solvent ut ceteri; et sic inter cetera loquendo: ubicunque nos aut nostri successores de quocumque manso in predicta villa Dambowo censum recipiemus seu recipient, predictus dominus abbas cum monasterio sepedicto eciam tres grossos pro decima recipiet. Hoc autem predictus dominus abbas cum toto capitulo eiusdem claustri fecerunt causa amicicie nostre et promocionis et tuicionis, quam semper sibi et monasterio sepedicto exhibuimus et adhuc exhibemus, et ad tempus vite nostre una cum nostris successoribus et amicis predictum claustrum Byssovia promittimus promovere. Ne autem aliquis nostrorum successorum dictam ordinacionem et perpetuam confirmacionem infringat, presentes scribi iussimus nostro sigillo subappenso. Datum et actum in Byssovia sub anno Domini m.ccc.lxxii, feria quinta infra octavas Epiphanie, presentibus nobilibus viris quam plurimis.

Szubyn, *Szubin.* Gnewcoviensis, *de Gniewków.* Byssovia, *Byszewo.* Dambowo, *Dębowo.*

Nr. 1657.

Consules Nove Landisbergk 1372 Mart. 30, Landisberge; curiam monasterii Paradyż propriam in suoque oppido sitam emunt, et cum monasterio praedicto pactionem vicinalem faciunt.

Rogalin. Biblioteka. Paradis, Lib. privil. A, Nr. 94.

In nomine Domini amen. Coram universis et singulis presentem seriem visuris seu eciam audituris, nos consules Nove Landisbergk tam posteri quam presentes recognoscimus publice protestantes, quod curialem sive curiam, quam dominus abbas nec non conventus monasterii de Paradiso hactenus in nostro oppido longe anteactis temporibus possessione legittima tenuerunt, pro octuaginta sexagenis Pragensium monete et numeracionis comparavimus, nostro usui prout nobis videbitur expedire penitus coaptandam; unde sibi et fratribus conventus sui satisfecimus sic, quod debeant in perpetuum contentari. Idemque burgenses ville Carnin telonii perpetuis temporibus a dacione debent esse liberi et exempti: sed pontem circa aggerem iacentem, qui vulgariter dicitur pons monachorum, debent restaurare, eciam si opportunum fuerit, de novo facere et tenere; sin autem, extunc a donacione telonei minime erunt liberi et exempti. Et tam nos quam dominus abbas et sui conventus fratres, in limitibus et graniciis quas ipsi et nos hucusque et possident et possiderunt, debemus utrique irrefragabiliter permanere: videlicet de duabus arboribus mel habentibus, usque ad Wartham, et ante pratum Roswese et Lagodin, usque Ulim per fossatum ibunt a dictis arboribus in directum. Ista pars nobis proxima, nostre civitatis usibus adherebit: excepto, quod tractus in Wartha iuxta Roster et tres lacus, Marthse, Orle, Vincenton, in fratrum plenarie profectibus permanebunt; lacus autem Retsin, nostrorum ipsisque, id est nostris piscatoribus et ipsorum sit communis. Item, ubicunque fratrum piscatores sive nostri speciales piscaturas sibi fecerint, eisdem specialiter contententur. Item arbores nunc mel habentes, nullas faciendo amplius, obtinentur. Item a festo Michaelis fratrum equi et peccora nostram partem, et nostra iumenta ipsorum sortem mutuo subintrabunt precaute, ne eorum fruges per nostra peccora aliquatenus deleantur. Item iumenta fratrum in palude, tribus exceptis pratis, videlicet Roszwese, Lagodzin, Bertwese, assidue pasci possunt, a festo autem Michaelis huiusmodi pratis libere uti possunt. Et quicunque fenum ante hunc

diem non deduxerint, debet ipsum firmis sepibus premunire. Item, si necesse fuerit ipsorum peccoribus pratum Bertwese, de nostrorum consilio concedetur. Item, salvis excepcionibus, iam premissam nostram emendabimus sortem prout nobis videbitur expediens et consultum. In casuque fortuito, si burgenses ville Carnin subditi domini abbatis et conventus dicti monasterii, cum nostris videlicet burgensibus aliquam dissensionem, litem aut discordiam in lignis, pratis, graminibus aut piscaturis, aut quocunque nomine huiusmodi dissensio exprimatur, mutuo habuerint litigantes, extunc ipse abbas vel aliquis de fratribus dicti conventus nostrum debet oppidum pacificus subintrare, et sic, tam super concives nostros quam burgenses qui excesserunt, communiter vel divisim, secundum debitam iuris exigenciam, dolo et fraude sublatis, ipsis omnimodum coram nostri oppidi sculteto faciemus iusticie complementum. Et similiter, si burgenses de Carnyn in nostros concives vel burgenses excesserint, quocunque nomine dissensio vel discordia censeatur, ipse abbas et conventus, tam nostris concivibus quam burgensibus non alias querendo iudicium, super suos burgenses qui excesserint plenitudinem iusticie coram sculteto dicte ville facient indilate. Insuper ipsam villam Carnyn prout melius poterimus fovere debemus, eandem ex nostro oppido damnificari per exeuntes et redeuntes in nostrum oppidum nullatenus permittentes. Eciam, cum domino abbati et suo conventui, modo meliori quo possumus, consilio et auxilio opportuno tempore assistamus, ita et nobis sana consilia et firma auxilia, quocies requisiti fuerint, meliori modo quo poterint absque aliquo colore exhibeant vice versa. Ceterum vero ipsi domino abbati nec non fratribus dicti monasterii, pro limitibus et graniciis quos ab ipsis dudum tenuimus, immo adhuc legittime tenemus, duodecim libras piperis ipso termino beati Martini confessoris, singulis annis, singulis temporibus, in annuam dabimus pensionem. Et hoc etenim omnes et singule dissensiones, lites, discordie et discordie cause inter nos exorte et habite hinc inde, utrobique debent fore sopite, extincte fine debito et decise. Presentibus viris religiosis: domino Henrico abbate monasterii Lenin, domino Iohanne abbate in Himelstiensi monasterio, nec non viris strenuis: Wedighone de Uchtenhayn milite, Henrico de Schulenburgk et Otone Morner, vasalis, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Landisberge anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, XXX die mensis Marcii, nostri oppidi sub sigillo.

Nova Landisbergk, *Landsberg n. W.* Paradisus, *klasztor Paradyż.* Carnin, *z niemiecka Kernein.* Roswese, *Rosswiese.* Ulim, *z niem. Eulain.* Lacus Marthse, Orle, Vincenton, Retsin, *nie odgadnione.* Lenin, *Łanin.* Himelstiensis, *de Himmelstadt.* Uchtenhayn, *Uchtenhagen p. m. Starogród Pomorski*, *siedlisko rodu Weddel.*

Nr. 1658.

Otto de Pilczia capitaneus Polonie general. 1372 Apr. 14, in Pysdri; promittit, se curaturum, ut spoliatores civium de Głogów damnum eisdem illatum restituant.

Wrocław. Staedtisches Archiv. Liber Nudus Laurentius. — *Mosbach. Wiadomości 48.*

Litera domini Otonis de Pilczia capitanei regni Polonie.

Sincera salutacione premissa. Quemadmodum misistis ad me propter dampnum quod actum est ad Glogoviam, scitur, quod ad presens in terra Polonie absens fui

quando pretactum dampnum est peractum; sed quam cito veni, statim equitavi cum forti manu ibidem ad Glogoviam, perscrutari predictos raptores statim iussi uno civi Glogoviensi cui maius dampnum impenderunt, et feci pro omnibus raptoribus eidem civi astare coram me: scitur, quod omnia dampna que intulerunt, omnia et singula opportent restituere. Sin autem non reddant, promitto vobis: iuxta eorum colla opportent restituere. Datum in Pysdri quarta feria die sancti Tiburcii.

Otto de Pilczia, capitaneus Polonie generalis.

Pilczia, *Pilica.*

Nr. 1659.

Iohannes abbas monasterii s. Marie in Arena etc. 1372 Apr. 21, Wratislavie; in causa appellationis Capituli et vicariorum Cracoviensium contra petitionem Iaroslai Gneznensis archiepiscopi, sibi a Sede apostolica commissa, Nicolao de Ponkaw canonico Wratislaviensi vices suas committit.

Transsumpt potwierdzony przez: Nicolaus de Ponkow canonicus ecclesie Wratislaviens. 1375 Sept. 4, Wratislavie.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 204.

Iohannes, Dei paciencia abbas monasterii sancte Marie in Arena extra muros Wratislavienses, honorabili viro domino Nicolao de Ponkaw, canonico ecclesie Wratislaviensis, salutem in Domino sempiternam et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter et humiliter obedire. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini, domini Gregorii superna providencia Pape undecimi, sanas, salvas et integras ac omni vicio et suspicione carentes, eiusque vera bulla plumbea in cordula canapis more Romane curie dependenti bullatas, nobis pro parte venerabilis Capituli et.. vicariorum ecclesie Cracoviensis coram notario publico et testibus subscriptis presentatas, nos cum ea qua decuit reverencia recepisse noveritis per omnia in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1652*).

Cum igitur ad presens variis sumus negociis nostri monasterii et nostris adeo prepeditus, quod cognicioni et decisioni dicte cause intendere nequeamus, de legalitate et industria vestra in Domino plurimum confidentes, vosque requirimus in Eo qui est omnium salus et hortamur, et nichilominus tenore presencium vobis auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte committimus vices nostras integraliter et in totum, et mandamus vobis sub excommunicacionis pena, quam in vos ferimus in hiis scriptis, postquam presentibus fueritis requisitus pro parte dictorum dominorum Capituli et vicariorum, si non feceritis quod mandamus, trium tamen dierum canonica monicione premissa: quatinus dictam causam assumatis et in ipsa procedatis iuxta traditam a Sede apostolica nobis formam. In cuius rei testimonium, presentes per Nicolaum Senkewicz de Nysa, notarium publicum infrascriptum, scribi et publicari mandavimus et nostri fecimus sigilli appensione communiri. Actum et datum Wratislavie in monasterio nostro predicto, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, Indiccione decima, die vicesima prima mensis Aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Gregorii Pape undecimi anno secundo, hora Completorii vel quasi, presentibus honorabilibus et religiosis viris, do-

minis Nicolao Strosberg canonico ecclesie Wratislaviensis, Nicolao Sebinwirt cantore, magistro Iohanne de Lindenow et Michaele capellano, fratribus nostris regularibus canonicis, Nicalo (sic) de Gnesin et Martino de Monstirberg, et quam pluribus aliis fidedignis testibus ad premissa.

Sequitur declaratio Nicolai Senkewicz de Nisa, clerici Wratislaviensis dioecesis, notarii publici.

Nr. 1660.

Helingus prepositus ad s. Iohannem in suburbio Gneznensi Ordinis Hierosolymitani 1372 Apr. 24, s. l.; venditionem medii mansi in villa Zdziechowa confirmat, quem Nicolaus dictus Czarnota cuidam Alberto resignaverat privilegiumque confirmat, cum quo idem medius mansus praedicto Nicolao fuerat datus.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1617.

In nomine Domini amen. Nos Helingus prepositus ad sanctum Iohannem in suburbio Gneznensi Ordinis Hierosolymitani, notum facimus universis presens privilegium inspecturis, quod accedens honestus vir Nicolaus dictus Czarnotha ad nostram aliorumque nostrorum fratrum eandem presenciam, non compulsus, non coactus, sed de mera voluntate et spontanea sua ac salubri amicorum suorum super eo prehabito consilio, vendidit medium mansum in nostra villa Zdzechova vulgariter dicta pro una maldrata siliginis et quinque marcis usualis monete honesto viro Alberto ibidem de Zdzechova et suis veris successoribus natis et in posterum nascendis, cum omnibus iuribus ac singulis redditibus sibi et suis successoribus melius videbitur expedire convertendum (sic). Qui quidem redditus et proventus in littera dicti Czarnotha videbantur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1502*).

Nos igitur dicti Alberti fidelia servicia considerantes, eundem medium mansum de consensu fratrum nostrorum sibi et suis successoribus perpetuo possidendum confirmamus. Datum et actum in crastino sancti Adalberti martyris, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, presentibus testibus: fratre Nicolao, fratre Miroslao, fratre Pechnone Ordinis Sepulcri dominici, et aliis quam pluribus fidedignis.

Zdzechova, *Zdziechowa.*

Nr. 1661.

Elizabeth senior regina Ungarie et Polonie 1372 Iun. 4, in Pysdri; civitati Kalisz villam Dobrzec restituit, quam b. m. Kazimirus rex in propriam potestatem receperat.

Pergam. orygin. Od przywieszenia pieczęci pozostał gruby sznur z nici jedwabnych zielonych i czerwonych.

Warszawa. Biblioteka prywatna. Diplomata.

Nos Elizabeth Dei gracia senior regina Ungarie et Polonie, universis tam presentibus quam futuris tenore presencium declaramus, quod accedentes ad maiestatis

nostre conspectum providi et honesti viri.. consules civitatis nostre Kalyssiensis nobis humiliter supplicarunt, ut villam ipsius civitatis Dobrcze wlgariter nominatam, a tempore fundacionis ipsius civitatis incorporatam eidem, quam clarissimus princeps dominus Kazimirus olym rex Polonie, pie recordacionis frater noster karissimus, tempore sui regiminis, nulla culpa civitatis seu civium predictorum eo tempore existencium in eadem exigente, voluntate propria in sue maiestatis potestatem receperat, ipsis reddere et restituere dignaremur: quam eciam, ut audivimus, ipse frater noster premortuus, dum adhuc sospitate corporis frueretur in vita humana, reddere ipsis promiserat libera voluntate: super quibus premissis maiestas nostra a reverendo in Christo patre, domino Iaroslao sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo sufficiens recepit testimonium; qui sub fidei puritate protestatus est, supradictam villam Dobrcze ad fundum dicte civitatis Kalyssiensis et ad consules qui pro tempore fuerint pertinere, et per prenominatum dominum regem sine causa ipsis fore ablatam et minus iuste possessam pluribus annis retroactis. Nos vero testimonium huiusmodi sane pretendentes, consideracione pia animam premortui fratris nostri karissimi olym regis Polonie salvare volentes in hac parte, sepedictam villam Dobrcze civitati et consulibus Kalyssiensibus sepedictis exnunc et eorum successoribus qui pro tempore fuerint, de benignitate regie maiestatis nostre restituimus graciose eo iure, quo primitus possedebant eandem, ipsis et eorum posteris cum omnibus et singulis pertinenciis suis, prout ab antiquo in suis limitibus noscitur esse distincta, perpetua possessione ascribimus et incorporamus tenendam, habendam et pacifice possidendam; ita tamen, quod ipsam in toto vel in parte alienare non valeant quoquomodo sine nostro beneplacito et consensu. Volumus autem, ut, auctis ex benignitate regia eorum iuribus in premissis, teneantur annis singulis camere regie censum solvere ampliorem. In cuius rei testimonium, presentes literas civitati et consulibus Kalyssiensibus sepedictis dari mandavimus sigilli nostri appensione munitas. Actum in Pysdri feria sexta post octavas Corporis Christi, sub anno eiusdem MCCCLXX secundo, presentibus hys testibus: Przecslao Kalyssiensi, Dobeslao Cracoviensi palatinis, Laurencio Poznaniensi, Iohanne Kalyssiensi castellanis, Nicolao cancellario, Ottone capitaneo Polonie, Zavissio vicecancellario aule nostre regalis, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus honorabilis viri domini Nicolai doctoris decretorum, cancellarii nostri Polonie supradicti.

Dobrcze, *Dobrzec.*

Nr. 1662.

Elizabeth senior regina Ungarie et Polonie 1372 Iun. 12, Gnezne; ratam habet resignationem villae Lutowo, quam Iohannes et Thomislaus, eiusdem heredes, ecclesiae Gneznensi vendiderant.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 59.

In Christi nomine amen. Nos Elizabeth Dei gracia senior regina Ungarie et Polonie, ad perpetuam memoriam universorum tam presencium quam futurorum deducimus per presentes, quod ad nostram et baronum nostrorum accedentes presenciam Iohannes et Thomislaus heredes de Luthovo, sani mente et corpore existentes,

non compulsi nec coacti neque aliquo dolo circumventi, sed spontanea voluntate et bona deliberacione sui animi prehabita, eandem hereditatem suam Luthovo, quam ex paterna successione possidebant, cum omni iure et dominio nec non omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, redditibus et pertinenciis universis in terra et aqua, silvis, borris, mericis, agris, pratis et quibusvis aliis ad ipsam hereditatem Luthovo quomodolibet spectantibus, prout dicta hereditas in terra Naklensi ab antiquo in suis circumsignitis limitibus noscitur esse distincta et prout suis temporibus soli eandem possiderunt, nichil iuris vel dominii exnunc in eadem pro se vel suis quibusvis propinquis penitus reservando, reverendo in Christo patri domino Iaroslao, divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, pro trecentis marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, xlviii grossos pro qualibet marca computando, vendiderunt, perpetue et libere resignaverunt eidem domino archiepiscopo, nomine ipsius ecclesie Gneznensis, eiusque successoribus futuris archiepiscopis sepedictam hereditatem Luthovo perpetuis temporibus tenendam, habendam et possidendam, nec non vendendam, donandam et commutandam, ac pro sua suorumque successorum voluntate quovis titulo alienacionis libere convertendam; promittentes expresse fratres supradicti, ipsum dominum archiepiscopum et ecclesiam Gneznensem, si per quempiam impediti fuerint pro hereditate sepedicta, ab omni impedimento relevare omnimode et exbrigare suis sumptibus et expensis. Quam quidem vendicionem et empcionem et resignacionem, sic rite et inviolabiliter coram maiestate nostra factam, ratam habentes et gratam, de benignitate nostra regia sepedictam hereditatem Luthovo, ob remedium salutis nostre et consolacionem animarum predecessorum nostrorum absolutam penitus ab oneribus, pressuris et angariis temporalibus, memorate ecclesie Gneznensi perpetuis temporibus tenendam pacifice et possidendam ascribimus, annectimus et incorporamus; sic, quod ipsa hereditas Luthovo eo iure et ea libertate, quo et qua cetere hereditates ipsius ecclesie Gneznensis utuntur et gaudent, exnunc perpetuo gaudere debet et potiri, prout in privilegiis nostrorum predecessorum, olim principum Polonie felicis recordacionis, super iuribus et libertatibus sepe nominate ecclesie Gneznensi donatis, plenius continetur. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Gnezne xii die mensis Iunii, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, presentibus hiis testibus: reverendo in Christo patre domino Iohanne Dei gracia episcopo Poznaniensi, nec non baronibus nostris Przeczslao Kalisiensi, Dobeslao Cracoviensi palatinis, Iohanne decano et (cancellario) Cracoviensi, Laurencio Poznaniensi et Nicolao Nakeliensi castellanis, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus honorabilis viri domini Nicolai de Curnik decretorum doctoris, cancellarii nostri Polonie; scriptum vero per Nicolaum Boemum canonicum ecclesie Wysliciensis, notarium aule nostre regalis.

Luthovo, *Lutowo.* Nakeliensis, *de Nakło.* Curnik, *Kurnik.*

Nr. 1663.

Elizabeth senior regina Ungarie et Polonie 1372 Iun. 12, Poznanie; confirmat privilegia, quae dederant civitati Słupca: **Wladislaus Cracovie tociusque Polonie dux 1315 Dec. 29, in Chanczin,** et **Kazimirus rex Polonie 1346 Iun. 14, in Pysdri.**

Pergam. orygin., obcięty, bez śladu przywieszenia pieczęci.
Kalisz. Archiw. Rządowe. Diplomata.

In Christi nomine amen. Nos Elizabeth Dei gracia senior regina Ungarie et Polonie, ad perpetuam rei memoriam universorum tam presencium quam futurorum deducimus per presentes, quod ad nostram et baronum nostrorum accedens presenciam reverendus in Christo pater, dominus Iohannes divina providencia episcopus Poznaniensis, capellanus noster specialis et devotus, nobis exhibuit duo privilegia unius tenoris, quorum unum, videlizet principale, datum est per clarissimum principem dominum Wladislaum olym ducem Polonie, pie memorie genitorem nostrum carissimum, aliud vero, confirmacionis eiusdem, datum per serenissimum principem dominum Kazimirum immediate premortuum regem Polonie, felicis recordacionis fratrem nostrum dilectissimum, super libertate civitatis seu opidi ecclesie Poznaniensis dicti vulgariter Slupcza; petens humiliter, ut vigorem contentum in eisdem innovare et confirmare nostra regia auctoritate dignaremur. Et tenor privilegii principalis, inclusus in privilegium confirmacionis, prout inferius patebit, de verbo ad verbum sequitur et est talis: (*Sequitur diploma Nr. 979 et 1251*).

Nos vero considerantes supradictam libertatem ipsis civibus seu opidanis ecclesie Poznaniensis rite, racionabiliter et digne fore donatam per progenitores nostros supradictos, ob quorum remedium animarum supradicta privilegia et omnia in eis contenta rata habentes et grata ac perpetuis temporibus valitura, de benignitate nostra regia approbamus gratuite et confirmamus in singulis ipsorum clausulis, eadem tenore presencium roborantes harum quibus sigillum nostre maiestatis est appensum testimonio literarum. Actum Poznanie XII die mensis Iunny, anno Domini MCCC septuagesimo secundo, presentibus hys testibus, nobilibus viris, dominis Preczslao palatino Kaliziensi, Laurencio Poznaniensi, Ianussio Camynensi, Wincentio Gneznensi, Ianussio Bechoviensi castellanis, Preczslao Poznaniensi, Thomislao Kaliziensi iudicibus, et alys pluribus fidedignis. Datum per manus honorabilis viri domini Nicolai de Curnik, doctoris decretorum et cancellarii regni nostri Polonie.

Slupcza, *Słupca.* Camynensis, *de Kamień.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Curnik, *Kurnik.*

Nr. 1664.

Elisabeth senior regina Hungarie et Polonie 1372 Iun. 13, Posnanie; ratam habet sententiam iudicum, qua monasterium de Owińska ab obligatione solvendi annuatim 60 asseres pro ponte civitatis Poznań absolverant.

Transsumpt potwierdzony przez: Wladislaus rex Polonie etc. 1404 Iun. 2, Lancicie.

Raczyński. Codex diplomatic. Maior. Poloniae. (Podług oryginału archiw. miasta Poznań, który znikł).

In Christi nomine amen. Constituti coram nobis Elisabeth, Dei gratia seniori regina Hungarie et Polonie, providi viri consules civitatis Posnaniensis cum quadam litera, prout videbatur monasterii de Ovinsko, petierunt abbatissam et sorores ibidem de Owinsko compelli ad solvendos civitati sue annis singulis sexaginta asseres pro ponte, videlicet triginta quercinos et triginta de pino, ad quos asserebant, in recompensam liberalitatis civium, qui eidem monasterio domum liberam in ipsa civitate contulerunt, ipsas fore perpetualiter obligatas. Quibus auditis et visa litera memorata, partes easdem ad reverendissimum in Christo patrem dominum episcopum Posnaniensem, Vincentium Posnaniensem, Przeclaum Calissiensem palatinos, ac alios barones nostros remissimus, quos ad reddendam iustitiam videlicet querulantibus deputaveramus illa vice. Et ipsi, prout iuraverunt, videntes dictam literam contractum perpetuum continere, non esse sigilla authentica appensa eidem, quia licet obligatio facta fuerit nomine monasterii, tamen unum solum sigillum appositum videbatur, et illud quamvis videretur esse conventus, tamen in eius circumferentia nulle litere apparebant, et alias consensus diecesiani et principis non affuit nec aliqua solennitas circa obligationem huiusmodi perpetuam fuerat observata, dictam abbatissam et conventum ipsius de Ovinsko ab impetitione dictorum civium super dictis asseribus absolverunt, ipsis et eorum successoribus supra hoc perpetuum silentium imponentes. Nos autem eorum sententiam ratam et gratam habentes, tenore presentium confirmamus ex plenitudine nostre regie pietatis, dictam literam decernentes irritam perpetuo et inanem. Et nihilominus domum dicti monasterii, in civitate Posnaniensi in suis insignitis terminis in acie iuxta monasterium fratrum Predicatorum situatam, prout eandem dicte sorores longis ac retroactis temporibus pacifice possederunt liberam et absolutam ab omnibus contributionibus civitatis eiusdem et nostris regalibus, eadem plenitudine incorporamus monasterio prenotato, temporibus perpetuis libere et quiete possidendam harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Posnanie die tredecima mensis Iunii, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, presentibus reverendis et honorabilibus viris, dominis Andrea episcopo Ceretensi, Dobeslao palatino Cracoviensi, Laurentio castellano Poznaniensi, Preczslao Poznaniensi, Thomislao Calissiensi iudicibus, Zawissio archidiacono vicecancellario aule nostre, et Nicolao de Kurnik decretorum doctore cancellario nostro Maioris Polonie, per cuius manus presens privilegium datum transivit, et aliis quam pluribus testibus.

Ovinsko, *Owińska.* Ceretensis, *de Cerreto w Neapolitańskiem.* Kurnik, *Kurnik.*

Z tekstu Raczyńskiego zmienione zostały powyżéj następujące wyrazy. Wiersz 5 od g. apparebat *na* asserebant. *Wiersz 6 od g.* libertatis *na* liberalitatis. *Wiersz*

7 od g. perpetuas *na* perpetualiter. *Wiersz 10 od g.* quod *na* quos. *Wiersz 10 od g.* querulanti *na* querulantibus. *Wiersz 13 od g.* nomen *na* nomine. *Wiersz 14 od g.* liceretur *na* videretur. *Wiersz 15 od g.* consilium *na* consensus. *Wiersz 16 od g.* perpetua *na* perpetuam. *Wiersz 17 od g.* impeditione *na* impetitione. *Wiersz 20 od g.* et *na* ex. *Wiersz 12 od d.* terrenis *na* terminis. *Wiersz 10 i 9 od d.* eandem plenitudinem *na* eadem plenitudine. *Wiersz 5 od d.* Corecensi *na* Ceretensi. *Wiersz 4 od d. dodano* Preczslao Poznaniensi. *Wiersz 4 od d.* Calissiensibus *na* Calissiensi.

Nr. 1665.

Elizabeth regina senior Ungarie et Polonie 1372 Iun. 14, Poznanie; civitati Poznań villas Jeżyce et Winiary, quondam a Kazimiro rege receptas restituit.

Pergam. orygin. Na sznurku jedwabnym zielon. przywieszona pieczęć okrągła z wyciskiem zatartym, który 4 tarcze z godłami przedstawiał. Z tych górna i lewa odpadły; prawa przedstawia Francuzkie Lilje, dolna zaś godło Ziemi Kujawskiéj; napis: S. Elizabeth Dei Gra. Regīe. Senioris Polonie.

Poznań. Königl. Staats Arch. Posen Nr. 1.

In nomine Domini amen. Nos Elizabeth Dei gracia regina senior Ungarie et Polonie, universis tam presentibus quam futuris tenore presencium declaramus, quod accedentes ad maiestatis nostre conspectum providi et honesti viri, consules civitatis nostre Poznaniensis, nobis humiliter suplicaverunt, ut villas ipsorum dicte civitatis Poznaniensis, videlicet Iszycze et Vinari vulgariter nominatas, a principio fundacionis ad ipsam civitatem et consules Poznanienses spectantes, quas clarissimus princeps dominus Kazimirus olym rex Polonie, pie recordacionis frater noster carissimus, tempore sui regiminis, nulla culpa civitatis seu civium predictorum eo tempore existencium in eadem exigente, voluntate propria in sue maiestatis potestatem receperat, ipsis reddere et restituere dignaremur, quas eciam, ut audivimus, ipse frater noster permortuus (sic), dum adhuc sospitate corporis frueretur in vita humana, reddere ipsis promiserat libera voluntate. Super quibus premissis maiestas nostra a baronibus nostris Polonie sufficiens recepit testimonium, qui sub fidei puritate protestati sunt, supradictas villas Iszycze et Vinari ad fundum dicte civitatis Poznaniensis et ad consules qui sunt vel pro tempore fuerint pertinere, et per prenominatum dominum regem sine causa ipsis fore ablatas et minus iuste possessas pluribus annis retroactis. Nos vero testimonium huiusmodi sane protendentes (sic), consideracione pia animam premortui fratris nostri carissimi olym regis Polonie salvare volentes in hac parte, sepedictas villas Iszycze et Wynari civitati et consulibus Poznaniensibus sepedictis exnunc et eorum successoribus qui pro tempore fuerint de benignitate regie maiestatis nostre restituimus, ipsis et eorum posteris cum omnibus et singulis pertinenciis suis, prout ab antiquo in suis limitibus noscuntur esse distincte, perpetua possessione ascribimus et incorporamus, eo iure quo primitus possederant easdem tenendas pacifice et perpetuis temporibus possidendas. Volumus autem, ut cum contribucio regalis civitati predicte imposita fuerit, quod eo pinguior camere nostre solucio debeatur ab eisdem: harum quibus sigillum maiestatis nostre est appensum

testimonio litterarum. Actum Poznanie feria secunda proxima post diem sancti Barnabe apostoli, anno Domini millezimo ccclxx secundo, presentibus hys testibus: reverendo in Christo patre domino Iohanne episcopo Poznaniensi, Preczslao palatino Kalisiensi, Laurencio Poznaniensi castellano, Preczslao iudice Poznaniensi, Nicolao subcamerario Kalisiensi, et Ottone de Pylcia capitaneo Polonie, ac aliis pluribus fidedignis. Datum per manus honorabilis viri domini Nicolai de Curnik cancellarii nostri Polonie, decretorum doctoris.

Iszycze, *Jeżyce*. Vinari, *Winiary*. Pylcia, *Pilica*. Curnik, *Kurnik*.

Nr. 1666.

Elisabeth senior regina Hungarie et Polonie 1372 Iun. 15, Gnezne; confirmat privilegia, quae dederant monasterio sanctae Clarae in Gniezno: **Premisl dux Polonie 1284 s. d. Gnezne, Premisl secundus dux Maioris Polonie 1295 s. d. in Gnezna,** et **Wladislaus dux regni Polonie 1298 Apr. 25 in Gnezna.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Poznaniens. a. 1546, fol. 16.

In nomine Domini amen. Nos Elisabeth Dei gracia senior regina Hungarie et Polonie, ad perpetuam noticiam universorum tam presencium quam futurorum tenore presencium volumus devenire, quod cum causa devocionis ad monasterium sororum Ordinis sancte Clare in civitate nostra Gneznensi descendissemus, accedentes ad nostre maiestatis presenciam religiose ac deodicate virgines Przechna abbatissa cum sororibus ipsius monasterii sacro tecte velamine, tria privilegia, unum videlicet genitoris et duo aliorum progenitorum nostrorum, olim principum Polonie felicis recordacionis dilectorum nostrorum, super iuribus et libertatibus ipsarum exhibuerunt nobis, humiliter supplicantes, ut eadem privilegia innovare et confirmare dignaremur. Quorum privilegiorum tenor sequitur in hec verba: (*Sequuntur diplomata Nr. 550, 736 et 783*).

Nos vero supradictarum sororum et abbatisse dignis peticionibus graciose annuentes, supradicta privilegia et omnia iura ac singula puncta in ipsis contenta, prout per nostros predecessores donata sunt et concessa, rata habentes et grata, de benignitate maiestatis nostre regie perpetuis temporibus valitura graciosissime confirmamus harum quibus sigillum nostre maiestatis est appensum testimonio litterarum. Actum Gnezne in die beatorum Vithi et Modesti martyrum, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, presentibus hiis testibus: venerabilibus in Christo patribus Iohanne Poznaniensi, Sbilutho Wladislaviensi episcopis, Przeczlao Kalisiensi, Dobeslao Cracoviensi palatinis, honorabili viro domino Nicolao de Curnyk decretorum doctore cancellario nostro Maioris Polonie, per cuius manus presens privilegium datum transivit.

Wladislaviensis, *de Włocławek*. Curnyk, *Kurnik*.

Nr. 1667.

Iohannes episcopus Vincencius palatinus Poznaniens. Preczlaus Kalisiens. 1372 Iun. 17, Gnezne; villam Kamieniec Iacobo et fratribus eius, ministerialibus regis, contra petitionem Sandivogii de Wojnowo vigore privilegii adiudicant, quod dederat ministerialibus suis: **Boleslaus dux Polonie 1271 Apr. 25, Gnezne.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Liber civium a. 1655 fol. 58. Relation. Poznaniens. a. 1719, I, fol. 311.

Nos Iohannes Dei et apostolice Sedis gracia episcopus, Vincencius palatinus Poznaniensis, Preczlaus Kalisiensis, una cum aliis fratribus nostris, baronibus infrascriptis nobis assidentibus et adiunctis, tenore presencium recognoscimus universis ad quorum noticiam devenerit presens scriptum, quod cum coram nobis iuratis, pro reddenda iusticia regi, ecclesie, monasteriis et nobilibus ac aliis quibuscunque super restitucione hereditatum regni Polonie in iudicio presidentibus, constitutus nobilis vir Sandivogius de Woynowo, virtute privilegii domini Wladislai ducis Polonie, quod offerebat, villam Kamenecz sibi restitui postulasset, Iacobus cum fratribus suis, ministerialis domini nostri regis, ex adverso restitucionem hanc fieri non debere, asserentes eandem hereditatem Kamenecz ad eos iure hereditario pertinere, super hoc privilegium domini Boleslai olim ducis Polonie offerebant: (*Sequitur diploma Nr. 443*).

Nos igitur visis literis, melius et sane ponderatis eisdem privilegiis attendentes dictam hereditatem Kamenecz ad ministeriales predictos primitus pertinere, qua non privati ex aliqua causa legitima, in eorum preiudicium petita fuit per dominum Sandivogium, qui de re aliena producere Wladislai ducis privilegium non valebat, eandem hereditatem prefatis ministerialibus per hanc nostram definitivam sentenciam adiudicavimus, domino Sandivogio de Woynowo super ea perpetuum silencium imponentes harum quibus nostra sigilla appensa sunt testimonio literarum. Actum et datum Gnezne feria quinta post diem beatorum Witti et Modesti martyrum, sub anno Domini M.CCC. septuagesimo secundo, presentibus hiis testibus ad hoc electis: dominis Laurencio Poznaniensi, Iohanne Kalisiensi, Vincencio Gneznensi, Ianussio Camenensi, Ianussio Bechoviensi castellanis, Nicolao decretorum doctore cancellario Polonie, Preczlao Poznaniensi et Tomislao Kalisiensi iudicibus, Nicolao succamerario Kalisiensi, et aliis multis fidedignis.

Wojnowo, Kamieniec, *dziś tak samo.* Camenensis, *de Kamień.* Bechoviensis, *de Biechowo.*

Nr. 1668.

Consules Nove Landisberg 1372 Iun. 21, Landisberg; ab Iohanne episcopo Poznaniensi petunt, ut villas ipsorum Ulim et Deszno ab ecclesia in Kernin seiungat et ecclesiae s. Georgii prope Landsberg uniat, cuius rectorem Iohannem, cura animarum investiendum commendant.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszonéj jednéj pieczęci.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 24.

Reverendo in Christo patri ac domino, domino Iohanni episcopo ecclesie Poznaniensis, consules Nove Landisberg tam ratum quam paratum in omnibus beneplacitis famulatum. Reverende paternitati vestre as (sic) villas Ulym et Dessen nobis pleno iure pertinentes, quarum ius patronatus ad nos pertinet, ymmo verius pertineret ecclesias proprias si haberent, discretum virum magistrum Iohannem Pistoris, presbiterum et plebanum ecclesie sancti Georgii Poznaniensis dyocesis, exhibitorem presencium, duximus presentandum, vestre reverencie pro et cum ecclesie humili cordis desiderio supplicantes, quatenus dictas villas cum populo inibi habitante ab unione ville et ecclesie in Kernyno absolvatis, easdem quoque ecclesie sancti Georgii prope Landisberg trans pontem, supradicte dyocesis Poznaniensis, perpetuo uniatis, populumque ibidem morantem dicto plebano sancti Georgii, divine remuneracionis intuitu et nostri perpetui serviminis, in suam regendum animam tanquam vero et legittimo pastori salubriter committatis; non obstante, quod venerabilis in Christo pater ac dominus, dominus Iohannes episcopus ecclesie Poznaniensis felicis recordacionis, in antea, propter plebani carenciam, prenominatas cum populo villas de monasterio Paradysi fratribus in villa Kernyno existentibus aut eorum successoribus duxerat committendas: dumtaxat dans antefatis fratribus licenciam baptizandi parvulos et audiendi confessiones precipue necessitatis articulo imminente: insuper sepedictum magistrum Iohannem investientes, sibi tam in spiritualibus quam temporalibus dictarum villarum unione vestra gratuita benignitate graciosius providentes. Ad cuius facti evidenciam, dedimus presentem litteram nostro secreto fidetenus insignitam. Datum Landisberg anno Domini millesimo ccclxxii, feria secunda ante festum beati Iohannis Baptiste, Domini precursoris.

Nova Landisberg, *Landsberg nad Wartą.* Ulym, *z niemiecka Eulain.* Dessen, *Deszno, z niem. Dechsel.* Kernyno, *z niem. Kernein.* Monasterium Paradysi, *klasztor Paradyż.*

Nr. 1669.

Elisabeth regina senior Ungarie et Polonie 1372 Iun. 23, Crusvicie; Nicolao de Kurnik cancellario Poloniae petente, villam Ostrowite Prymasowskie titulo civitatis insignit.

Pergam. orygin. Na niciach jedwabn. czerwon. i żółtych wiszą ułamki wielkiéj pieczęci, bez wycisku.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 193. — Raczyński. Cod. dipl. Maior. Polon. 99.

In Christi nomine amen. Cum expediat reipublice terrarum solitudines civitatum frequencia decorari, quarum providencia populus adiacens et fulcitur necessariis

et universo succursu protegitur ab adversis, proinde nos Elisabeth Dei gracia regina senior Ungarie et Polonie, notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod adtentis fidelibus serviciis, que nobis fidelis noster, dominus Nicolaus de Curnyk decretorum doctor, cancellarius Polonie et canonicus Gneznensis, exhibuit fideliter et exhibere cottidie non desistit, volentes eius bene merita liberalitate regia compensare, villam ipsius Ostrowite Magnum, quam tenet a preposito et Capitulo Gneznensi, iure Theutunico Novi fori locatam, civitatis titulo insignimus; concedentes eidem singulis septimanis quinta feria forum liberum pannorum, calciorum, salis, carnium, panis, vini, cerevisie et medonis, ferri, argenti, auri, equorum, pecorum et pecudum, ac cuiuslibet minere formate vel non formate, et eorum omnium que in usus hominum ibi adducta fuerint vel invecta, sine cuiusquam tributi vel thelonei prestacione. Tabernas eciam locandi ibidem quodquod voluerint, ac ponendi macella carnificum, cameras pannicidarum et institorum, bancos panis et sutorum ac aliorum artificum quorumcunque, tenore presencium sibi concedimus omnimodam facultatem; admittentes, ut eandem civitatem, ipse vel successores sui, muris vel blancis firmare valeat cum fossatis circumquaque pro sue libito voluntatis. Et quia scimus, ecclesiam Gneznensem in suis bonis per progenitores nostros, duces, et fratrem nostrum dominum Kazymyrum bone memorie olym regem Polonie sufficienter fore privilegiatam, volumus, ut cives et incole civitatis predicte Ostrowite iuxta formam privilegiorum ecclesie Gneznensis sint exempti a iuridicione omnium palatinorum, castellanorum, iudicum et subiudicum ac quorumlibet officialium nostrorum; sed solum coram domino suo, vel eius advocato seu baylio, super omnibus et singulis causis, questionibus et controversiis civilibus et criminalibus, parvis vel magnis, habebunt respondere; et insuper, iuxta tenores privilegiorum eorundem, cives predictos et incolas absolvimus ab omnibus exaccionibus et solucionibus regalibus, quibuscunque nominibus nuncupentur angariis et perangariis, volentes eosdem dicte ecclesie Gneznensis gaudere plenaria libertate. Et ut hec nostra donacio, concessio et ereccio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes eidem domino Nicolao litteras concedimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum Crusvicie in vigilia sancti Iohannis Baptiste, anno Domini millesimo ccclxx secundo, presentibus baronibus et prelatis: Raphaele Wisliciensi, Nicolao Naklensi castellanis, et aliis pluribus fide dignis, et datum per manus domini Zavissii archidiaconi Cracoviensis et vicecancellarii aule nostre.

Curnyk, *Kurnik*. Ostrowite Magnum, *Ostrowite Prymasowskie*.

Nr. 1670.

Gregorius Pp. XI 1372 Iul. 10, apud Villamnovam; Ludovico rege Ungarie petente, episcopis Poznaniensi et Wladislaviensi quinque clericis suarum dioecesium beneficia ecclesiastica conferendi facultatem concedit.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 907.

Gregorius episcopus *etc.*, venerabili fratri Iohanni episcopo Poznaniensi salutem *etc.* Personam tuam nobis et apostolice Sedi devotam, tuis exigentibus meritis pa-

terna benivolencia prosequentes, illam tibi gratiam libenter concedimus, per quam te possis aliis reddere graciosum. Hinc est quod nos, etiam consideratione carissimi in Christo filii nostri Ludovici regis Ungarie illustris, pro te dilecto consiliario suo nobis super hoc humiliter supplicantis, tuam volentes honorare personam et per honorem tibi exhibitum aliis provideri, huiusmodi dicti regis ac tuis in hac parte supplicationibus inclinati: fraternitati tue reservandi, hac vice dumtaxat, auctoritate apostolica donationi tue quinque beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, quorum cuiuslibet fructus, redditus et proventus, si cum cura, viginti quinque, si vero sine cura fuerint, decem et octo marcharum argenti secundum taxationem decime valorem annuum non excedant, ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem episcopi Poznaniensis pro tempore existentis pertinentia, dummodo aliquod ex beneficiis ipsis canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, sique tempore reservationis huiusmodi vacabunt vel cum vacaverint, que quinque persone ydonee, quas ad hoc duxeris eligendas, per se vel procuratores suos ad hoc legitime constitutos, infra unius mensis spatium postquam personis vel procuratoribus predictis vacationis illorum innotuerit duxerint acceptanda, conferenda, singula videlicet beneficiorum ipsorum singulis personis eisdem post acceptationem huiusmodi, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, inhibendi quoque districtius successoribus tuis episcopis Poznaniensibus qui erunt pro tempore, ne de beneficiis ipsis interim, eciam ante acceptationem huiusmodi, nisi postquam eis constiterit quod persone vel procuratores predicti illa noluerint acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac huiusmodi beneficia, que ut premittitur preservabis, si tunc ut prefertur vacabunt vel cum vacaverint, singula videlicet beneficiorum ipsorum singulis personis eisdem, post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis supradictis eadem auctoritate conferendi et de illis etiam providendi, inducendi quoque per te vel alium seu alios ipsas personas vel procuratores predictos earum nomine in corporalem possessionem beneficiorum ac iurium et pertinenciarum predictorum eadem auctoritate, et defendendi inductas ac faciendi eisdem personis de beneficiorum ipsorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi; contradictores quoque *etc.;* non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis *(etc. usque: ut in diplomate Nr. 541)*, mentio specialis: plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Et insuper volumus, quod de nominibus beneficiorum huiusmodi, et personarum quibus ea a te conferri contigerit, et de die collationis huiusmodi, cameram nostram, seu collectorem proventuum eidem camere debitorum in illis partibus deputatum, certificare procures. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis VI Idus Iulii, anno II.

In e. m. Venerabili fratri Sbilutho episcopo Wladislaviensi.

Nr. 1671.

Otto de Pilcz Polonie capitaneus general. 1372 Iul. 10, Pisdre; protestatur, Langvar et fratrem eius Martinum hereditates Kąty et Radlin Laurentio castellano Poznaniensi vendidisse.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. zawieszona okrągła pieczątka zupełnie zatarta.

Poznań. Własność Józefa Lekszyckiego.

Nos Otto de Pilcz Polonie capitaneus generalis, omnibus et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod venientes ad nostram plurimorumque terre Polonie nobilium presenciam nobiles viri Langvar una cum fratre suo Martino heredes de Kanthi, non coacti, non compulsi nec aliqua fraude aut specie dolositatis seducti, sed bona ipsorum animi deliberacione prehabita, strenuo militi domino Laurencio castellano Posnaniensi suisque legitimis successoribus hereditates ipsorum Kanthi et Radlino, cum suea (sic) vulgariter dicta grodzisko et cum kivibus (kinibus?) dictis przecopi, nec non cum ostrow ante castrum Zircowo, cum omnibus graniciis, gadibus et limitibus, et eciam cum omnibus censibus, fructibus et redditibus, et penitus cum omnibus utilitatibus que ibi sint vel esse poterint in futurum, in trigentis marcis latorum grossorum numeri Polonicalis Pragensisque monete rite et racionabiliter resingnarunt in perpetuum tenendas, habendas, vendendas et commutandas, et pro sua suorumque successorum alienacionis titulo libere convertendas. Quam (sic) ad maiorem caucionem, sigillum nostrum duximus appendendum. Actum et datum Pisdre sabbato post octavas beatorum Petri et Pauli apostolorum, presentibus hys testibus: domino Woyslao castellano Santhoczski, domino Woyslao pincerne (sic) Calissiensi, domino Iohanne abbate de Lenda, domino Wirsbente custode Gnesnensi, domino Krzislao filio domini Dobislai palatini Cracoviensis, et Pelegrzimo dicto Karpiczski; sub anno Domini M.CCC. septuagesimo secundo.

Pilcz, *Pilica.* Kanthi, *Kąty.* Radlino, *Radlin.* Suea *(zam.* suda, *według Du Cange, Glossarium, nasyp ziemi, właściwie zaś fosa)* dicta grodzisko, *grodziszcze w bliskości rzeczki Lutyni pod wsią Radlin.* Kivibus (kinibus?), *nie odgadnione.* Zircowo, *Żerków.* Santhoczski, *de Santok.* Lenda, *Ląd.* Karpiczski, *de Karpicko.*

Nr. 1672.

Consules civitatis Kalis 1372 Iul. 21, s. l.; protestantur, Iekelinum Wachsmut concivem suum, in ecclesia s. Nicolai in Kalisz altare certa ordinatione fundavisse.

Pergam. orygin., w kilku miejscach z starannie wyciętemi dziurami. W szeroko założonym dolnym brzegu skrawek pergaminowy od przywieszenia jednéj pieczęci.

Warszawa. Biblioteka prywatna. Diplomata.

In nomine Domini amen. Ea que pro salute humana ordinantur in tempore, ne simul transeant cum decurrente tempore et ab hominum memoria evanescant,

necesse est ut litterarum presidio et testium aminiculo roborentur ad gestorum memoriam sempiternam. Nos igitur consules civitatis Kalis subnotati, puta Petrus Zibot, Iohannes Monachus, Petirlinus Strus, Henricus Kegil, qui actu sumus aut qui in futuro erimus in consilio civitatis supradicte constituti, fatemur, nobis senioribusque et iuratis nostre civitatis hoc constare, quod honorabilis vir Iekelinus Wachsmut noster concivis, inspiracione divina, bona voluntate, amicorum prehabito consilio, ob remedium et salutem anime sue et omnium suorum progenitorum, unum altare decem marcarum reddituum in ecclesia parrochiali sancti Nicolai in Kalis versus scolas construendum fundavit et dotavit nostra et seniorum nostre civitatis voluntate accedente; dando ac presentando nobis supradictis consulibus centum marcas grossorum pecunie usualis numeri et monete, quas consilio et voluntate seniorum et iuratorum nostrorum percepimus integraliter, eas in usus et utilitatem nostre civitatis convertentes. De quibus centum marcis, nós et omnes nostri successores nobis in consilio civitatis succedentes, singulis annis, interimque dictam pecuniam apud nos habebimus, ad altare supradictum decem marcarum redditus solvere et dare tenemur et debemus, singulis Quatuor temporibus anni duas sexagenas grossorum aut pecunie dative censualiter soluturi; quarum decem marcarum annis singulis quinque marcas domino Iohanni iunioris (sic) ipsius altariste tribuemus, reliquas vero quinque marcas Iekelino Wachsmut predicto et ipsius conthorali legittime Margarethe ad ipsorum amborum vite tempora persolvemus, que post eorum obitum ad altare devolventur. Cum autem nos aut nostri successores (*80 lit. des.*) de censu huiusmodi de pretorio dando volumus esse liberi et soluti (*58 lit. des.*) prout iure tenemur cogitare. Collacionem vero eiusdem altaris Iekelinus supradictus ad vite sue tempora habebit, nos autem et omnes nostri successores in perpetuum dictum altare, post ipsius obitum, cuicunque voluerimus pure propter Deum absque omni impedimento conferemus. In evidens testimonium omnium premissorum, maius nostre civitatis sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini m.ccc. septuagesimo secundo, in vigilia sancte Marie Magdalene.

Nr. 1673.

Dobrogostius Arnoldus Urlicus Bartoldus domini Drdzenenses dicti de Ost 1372 Iul. 25, in Rogoszno; possessionem scultetiae in villa Tłukawy Nicolao et Obeczano confirmant.

Pergam. orygin., u którego na sznurach jedwabn., zielon. przywieszono cztery pieczęcie. Pierwsza znikła; druga przedstawia na tarczy trójkątnéj godło familji v. d. Osten (Klucz stojący piórem do góry, obok którego w prawym rogu tarczy 3 Rzeki); napis: ...rnoldi de... *Trzecia ma wycisk zatarty; napis:* S. Ulrici d'Ost. *Czwarta połamana, bez wycisku.*

Warszawa. Archiw. Główne. Diploma Nr. 1062. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae I, Nr. 132.

In nomine Domini amen. Ne facta mortalium simul cum mortalibus moriantur, solent memoria literarum eternari. Noverint igitur universi presencium noticiam habituri, quod nos Dobrogostius, Arnoldus, Urlicus, Bartoldus, domini Drdzenenses

dicti de Ost, bona deliberacione maturoque consilio super eo habito, videntes et exaudientes litteras ac privilegya serenissimi ac illustri (sic) principis domini Kazimiri, Dei gracia regis Polonie felicis memorie, super scolteciam in Tlukavi, quam Nadzey avus Nicolai et Obeczani, quondam scoltetus, pro viginti marcis grossorum Polonici pagamenti emerat, damus et confirmamus eandem scolteciam predictis Nicolao et Obeczano fratribus germanis ipsorumque posteris legittime natis ac nascendis perpetuo possidendam, regendam et ad usus beneplacitos convertendam, prout ipsis et eorum posteris melius videbitur expedire. Addicientes eisdem fratribus Nicolao et Obeczano quatuor mansos liberos prout antiquitus in privilegiis eorum habuerunt, thabernam liberam et duos ortulanos perpetuis temporibus obtinere. Item damus predictis Nicolao et Obeczano eorumque successoribus tercium denarium iudicialem cuiusvis pene, magne sive parve. Damus eciam prefixis Nicolao et Obeczano eorumque posteris fericipia seu sepes ferales, id est grodzy, in fluvio que (sic) in vulgo Golnicza vocatur. Insuper damus sepe nominatis Nicolao et Obeczano et eorum successoribus in predicta hereditate Thlukavi venacionem leporum, et mellificya ipsis ab antiquo pertinencia perpetuo obtinere. Preterea predicti scolteti Nicolaus et Obeczanus eorumque successores nobis et nostris legittimis in equo valente duarum marcarum (sic) servire tenebuntur; nos vero predicto equo in nostris negociis pro dampno stamus. Kmethones vero in eadem hereditate Tlukavi nobis et nostris successoribus pro censu, singulis annis in festo sancti Martini confessoris, quatuor mensuras avene et duas mensuras siliginis solvere tenebuntur, et pro decima quatuor grossos dare teneantur, in Assumpcione beate Marie virginis per duos pullos, in festo Pasce per medium capete ovorum solvere tenebuntur. Item de tribus magnis iudiciis kmethones nobis et nostris legittimis bis in anno solent (sic) per fertonem, scolteti vero unum fertonem singulis annis solvere tenebuntur. Item ter in anno, hoc est ad estivalia, hyemalia, averpnalia, et cum buri, id est redlem kmethones nobis arare tenebuntur. Item kmethones nobis fenum falcare tenebuntur. Ortulani vero qui se ibidem in Tlukavi locaverint, singulis annis nobis et nostris successoribus in festo sancti Martini confessoris per quatuor grossos solvere tenebuntur. In cuius rei testimonium, nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum in Rogoszno in festo beati Iacobi apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo II, presentibus hys testibus: domino Iohanne subpincerne (sic) Poznaniensi, domino Vincencio fratre suo herede de Czarkowo, Gervardo subvenatore Poznaniensi herede de Slomowo, Maczkone herede de Pruscze, Slupcone plebano de Rogoszno, Wlodzimiro herede de Studzenecz, et aliis fide dignis.

Drdzenensis, *de Drzeń, później Drezdenko.* Tlukavi, *Tłukawy.* Fluv. Golnicza, *prawy przypływ rz. Wełna.* Rogoszno, *Rogoźno.* Czarnków, Słomowo, *dziś tak samo.* Pruscze, *Prusiec.* Studzenecz, *Studzieniec.*

Nr. 1674.

Gregorius Pp. XI 1372 Iul. 27, apud Villam Novam; universo clero et secularibus potestatibus in Alemania, Polonia et Silesia constitutis mandat, ut inquisitoribus a se ad persequendos Beghardos deputatis auxilium praestent.

Pergam. orygin., u którego przywieszona bulla Gregorius Pp. XI.
Wrocław. Königl. Staats Arch. Dominican. zu Breslau 79.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis et singulis.. archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbátibus, prioribus, prepositis, decanis aliisque ecclesiarum et monasteriorum prelatis ac personis ecclesiasticis, necnon nobilibus viris principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus aliisque terrarum dominis, ac universitatibus et rectoribus civitatum, opidorum, castrorum et villarum, per Alamanniam, Poloniam et Slesiam et alias quascunque partes fidelium constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem et apostolicam benedicionem. Perduxit ad audienciam nostram relacio fidedigni et.. dilecti filii, inquisitores heretice pravitatis in civitatibus, diocesibus et provinciis Magdeburgensi et Bremensi, et in terris Thuringie, Hassie et Saxonie per Sedem apostolicam deputati et eorum vicarii, auxilio divine gratie et assistentia magnatum et universitatum partium earundem nonnullos Beghardos et Beginas, in quibus reperti erant multi hereticales errores, prout ex commissi eis officii tenebantur debito persequentes, eos de predictis partibus extirparunt, nonnullis eorundem hereticorum conversis, et aliis ex ipsis iusta iudicii animadversione punitis. Verum, ut habet predicta relatio, plures ex Beghardis et Beginis eisdem de dictis et aliis partibus timore ipsorum inquisitorum perterriti, ad partes ducatus Slesinensis et ad terram Slesie ac civitatem et diocesin Wratislaviensem et alias partes nostras (sic), in quibus Beghardorum et Beginarum huiusmodi esse dicitur multitudo qua iuvari et in sua defendi pravitate confidunt, fugisse dicuntur: universitatem vestram requirimus et rogamus attente, quatenus inquisitoribus pravitatis eiusdem in eisdem vestris parrochis, et eorum vicariis et nunciis, contra quoscunque hereticos seu huiusmodi statum Beghardorum et Beginarum tenentes, seu alias utriusque sexus heretica labe infectas, pro Dei et fidei catholice reverencia assistatis cum nostro (sic) brachio seculari ac aliis nostris (sic) auxiliis, consiliis et favoribus oportunis, cum super hoc fueritis requisiti: ut de agro dominico extirpata zizania, seges Domini crescat feracique (sic) in eius orreum dominicum inferenda vosque proinde feste (sic) premium uberius reportetis. Datum apud Villam Novam Avenionensis diocesis, VI Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno secundo.

Wiersz 9 od d.; słowa od pravitatis *do* contra, *pisane na skrobanem miejscu. Wiersz 3 od d. przed* feste *jest próżne miejsce.*

Nr. 1675.

Otto Markgraf von Brandenburg 1372 Aug. 29, Arnswolde; versöhnt sich mit den Rittern Gebrüdern von der Ost, und nimmt sie wieder, namentlich mit dem Schlosse Drzeń gegen Jedermann, die Könige von Polen ausgenommen, in seine Dienste auf.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. A 18, p. 309. (*Kopja*).

Wir Otto *etc.* bekennen, das wir met gutten Willen und Wissen und met Rate unses Rates, die vesten Lute Dobirgasten von der Ost, Ritter, Gebruder, zu sunderlicher Gnaden und zu Dinste genomen haben und nemen met dissem Brive; also, das wir ym alle Schelinge und Ungunste, die wir, alle unse Land und Lute bis an dise Czeit zu ihn getragen haben, gnediklichen obirsehen und vorgeben, und sullen und wollen gen yn, yren Dynren und Helfern, dy durch iren Willen uns oder unse Land bynnen der Czwidracht in geyne Wisz bescheydiget hetten, yn keynen zukommenden Cziten vordern oder rechen, an Geverde. Darumbe sullen sy uns furbas mer dynen, raten und helfen, alsz sy vorgethan haben und als wir yn besundern des gleuben, sunderlichen met irm Schlosse Drieczen offenlichen, wenne und wie dicke uns und unse Landen des Nod wirdet, wieder unse Viende und wider alle menlich, nymand uzgenomen: wenne alleyne den durchluchtigen Fursten Hern Ludewig Konig zu Ungern und zu Polen, syne Erben und Nachkomen Konige von Ungarn ader synen Nachkomen Konge zu Polen; dowider sye uns mit demselben Slosse nicht dynen sullen, doch unschedlich unserm Rechte, daz wir vor mit demselben Konge von Polen ader synen Nachkomen, Kongen zu Polen, umme das egenannte Sloss und umb ander Sachyn Uzstende haben, dar an wir uns nichts obir geben in disem Brive. Und umme sulchen irme Dinste, sullen und wollen wir sy von stad an wider wisen an ire erblichen Gute, die wir yn bynnen diser Zweytracht entwoldiget hetten, wo sy uns die redlichen bewisen mogen, an Geverde. Ouch gelouben wir denselben von der Oste und iren rechten Erben ses hundert Marck Brandenburgisch Sulvers, die wir yn an rechter Schuld schuldich sind, zu gelden als hir nach gescreben steit: C Marck Sulvers desselben Geldes uf Wynachten dy neheste zukommende sindt; darnach uf sinte Walpurgen Tagk ouch C Marck Sulvers, und obir darnach uf nehesten Wynachten C Marck, und uf sunte Walpurgen Tagk C, und aber dornach aller schirst zu den zweien Ziten twei hundert Marck Sulvers ud unse Stadt Landespergk zu boczalende alzo lange, bisz das wir derselben ses hundert Marck gentzlich entrichtet haben. Und wer, das wir sie des Geldes uf dy egenannte Czeit nichtes also beczalen, welcherley Schaden sie denne daran nemen, under Ioden oder under Cristen, des willen wir sy met den Houbt Gute allenthalben entledigen und entrichten ane Geverde. Wenne ouch und wie dicke wir yn das selbe Gelt bezallen, so sulle wir es ym zu Gute vorbas zu Driesen geleiten vor aller menlich, an Geverde. In cuius (sic), presentibus Heinrico de Wedel, commendatore in Lagow, Hassone de Falkeneburg, Ottone Griffen, militibus; Ottone Morner, consulibus in Arnswolde et de Woldenberg. Datum Arnswolde, anno Domini MCCCLXXII, die Decollacionis Iohannis Baptiste.

Drieczen, *Drzeń, późniéj Drezdenko.* Landespergk, *Landsberg n. W.* Lagow, Falkenburg, *dziś tak samo.* Arnswolde, *Arnswalde.* Woldenberg, *dawniéj Dobiegniewo.*

Nr. 1676.

Ludovicus Hungarie etc. rex 1372 Oct. 4, in Winar; mercatores de Poznań ab omni solutione tributi et thelonei per totum ambitum regni Poloniae liberat.

Poznań. Archiw. miejskie, Lib. privil. fol. 61. — Poznań. Königl. Staats Arch. Liber civium a. 1554 fol. 425. — Warszawa. Archiw. Główne. Ks. M. (Transsumpt potwierdzony przez: Sigismundus rex Polonie etc. 1521 Mart. 3, in civitate Thorunensi). — *Raczyński, Cod. diplomatic. Maior. Poloniae, 103.*

Nos Ludovicus Dei gratia Hungarie, Polonie, Dalmatie rex etc. notum facimus quibus expedit tenore presentium universis, quod nos ad devote et humillime supplicationis instantiam fidelium civium et hospitum nostrorum de Posnania, eisdem de regie liberalitatis clementia et gratia speciali annuimus, quod ipsi fideles nostri cives et mercatores, ab omni solutione tributi seu thelonei a rebus et mercibus ipsorum per totum ambitum regni nostri Polonie fiant liberi, absoluti et exempti per omnia habeantur. Vobis itaque prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, et aliis possessionatis hominibus, in dicto regno nostro Polonie tributa tam in terris quam super aquis habentibus, conservantibus et possidentibus, nostrisque et vestris tributariis et theloneatoribus firmissimis regiis damus sub edictis: quatenus amodo et in antea a prefatis civibus et mercatoribus nostris de Posnania rebusque et mercibus eorum, toties quoties iidem vel aliquis ex ipsis ad loca tributorum vestrorum testimonio presentium pervenerint, nullum tributum ullamque tributariam exactionem petere aut exigere, vel exigi facere audeatis, sed eosdem simul cum rebus eorum mercimonialibus, libere et absque omni tributaria exactione ac impedimento aliquali transire et abire permittatis salvis ipsorum rebus et personis, secus, maiestatem nostram graviter offendere formidantes, facere non ausuri in premissis. In quorum omnium premissorum testimonium, presentes eisdem civibus nostris concessimus literas nostras apensione sigilli nostri authentici munimine roboratas. Datum in Winar feria secunda proxima ante octavas festi beati Michaelis archangeli, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo.

Winar, *nie odgadnione.*

Nr. 1677.

Przeczslaus iudex Poznaniens. 1372 Dec. 17, Poznanie; monasterio de Lubin hereditatem Rakówka contra petitionem Eufrosinae et filii ipsius adiudicat, Iaszkoni vero de Dambycze 40 marcas ab eodem monasterio recipiendas addicit.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 13.

Nos Przeczslaus iudex Poznaniensis, universis presens scriptum cupimus fore notum, quod religiosus dominus Nicolaus prepositus de Gostina, causidicus ex parte domini abbatis et conventus claustri in Lubyn, veniens ad iudicium regale, coram

nobis et strenuis militibus, videlicet reverendo in Christo patre domino episcopo Poznaniensi, Sandziwogio capitaneo Polonie, Wincentio Poznaniensi, Przeczslao Kalisiensi palatinis, Wincentio Gneznensi, Iohanne Kalisiensi castellanis, ceterisque nobilibus Polonie habita litis questione cum honesta domina Yafroszka et filio eius domino Godzwino de Racowecz heredibus: ita tamen, quod dominus Nicolaus prenominatus hereditatem Rakowecz cum sorte Mothlewo dicta iudicialiter super predictam dominam Yafroszcam et filium suum dominum Godzwinum optinuit. Nos vero de mandato dominorum prescriptorum iudicio presidencium, iam dictam hereditatem domino abbati nec non conventui de Lubin adiudicavimus perpetuo possidendam; cocirca Iaszkoni de Dambycze super prenominatum conventum quadraginta marcas adiudicavimus percipiendas, quas idem Iaszko super eandem hereditatem asserebat se habere racione dotalicii post suam avitam. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Datum Poznanie sexta feria ante diem beati Thome apostoli, sub anno Domini m.ccc.lxx. secundo.

Gostina, *Gostyń.* Lubyn, *Lubin.* Racowecz, *Rakówka.* Mothlewo, Dambycze, *znikłe osady okolicy miasta Dolsk.*

Nr. 1678.

Nicolaus subcamerarius Kalisiens. 1372 Dec. 19, in Iancowo; Nicolao dicto Premunt molendinum in villa Góra contra petitionem Kunradi vitrici ipsius adiudicat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 62.

Notum facimus universis presentibus et futuris, presentes inspecturis, lecturis, visuris et audituris, quod in nostra, videlicet Nicolai subcamerarii Kalisiensis nec non heredis de Volicza presencia, a discretis viris Nicolao dicto Premunt et Iohanne dicto Cruse, sororio suo legittimo, nomine uxoris sue legittime Katherine, civibus Poznaniensibus, actoribus parte ex una, et Kunrado dicto Premunt victrico dicti Nicolai, reo parte ex altera, materia questionis in villa dicta Glovna exorta fuerat super molendino situato sub montibus ville dicte Gora. Nos vero veritatem predicte materie considerantes ex legittimis probacionibus ipsius Nicolai privilegii, dicto Nicolao sororio suo prenarrato verisque et legittimis heredibus sentencialiter adiudicavimus, presentibusque adiudicamus predictum molendinum perpetuis temporibus eodem iure, prout in privilegiis eorundem plenius continetur possidendum; predicto vero Kunrado Premunt victrico eiusdem Nicolai, perpetuum silencium pro dicto molendino presentibus imponimus. In huius rei testimonium, presentes litteras nostro sigillo duximus roborandas. Actum et datum in villa dicta Iancowo dominica die proxima ante Nativitatem Christi, sub anno eiusdem millesimo CCC septuagesimo secundo, presentibus reverendo in Christo patre ac domino, domino Iohanne episcopo Poznaniensi, Vincencio palatino Poznaniensi, Bartossio de Odolano, Sczema castellano de Gecz, Lascaro de Slawozcovo, et aliis pluribus fidedignis.

Volicza, *Wolica.* Główna, Góra, Janków, *dziś tak samo.* Odolano, *Odalanów.* Gecz, *Giecz.* Slawozcovo, *Słaboszewo.*

Nr. 1679.

Otto capitaneus Polonie universal. 1372 s. d., in Poznania; protestatur, Pribislaum heredem de Gryżyna hereditatem Wławie monasterio de Lubin, quodam tamen modo resignavisse.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 23.

In nomine Domini amen. Omnia que geruntur in tempore, cum tempore elabuntur, que nec testimonio proborum virorum nec literarum stabili fulciantur firmamento. Nos igitur Otto capitaneus Polonie universalis, notum facimus omnibus et singulis tam presentibus quam futuris ad quorum audienciam presens scriptum fuerit devolutum, quod ad nostram veniens presenciam strenuus miles dominus Pribislaus heres de Grizin, castellanus de Prszemant, non coactus nec conpulsus, sed animo deliberato maturoque consilio, sanus corpore et mente ac voluntate, hereditatem suam que vulgariter Vlewie nuncupatur, ob remedium anime sue omniumque suorum antecessorum, coram nobis ad claustrum beate virginis Marie in Lubin perpetualiter post obitum suum uxorisque sue dicte Clara resignavit, tali tamen condicione interposita: cum autem predictum Prsibislaum de hac vita migrare prius contigerit quam uxorem suam predictam Claram, extunc, quamdiu predicta Clara in viduitate perseveraverit, tamdiu in eadem hereditate percipere denarium habet et de omnibus utilitatibus frui. Cum autem se maritaret et alium virum duceret, extunc in predictis bonis nullam penitus iurisdiccionem nec dominium in prefata hereditate optinebit. Ad huius rei firmitatem, sigillum nostrum huic litere iussimus appendi. Datum et actum in Poznania sub anno Domini MCCCLXXII, presentibus hys testibus: domino Lawrencio castellano Poznaniensi, domino Sandzivoyo subcamerario Poznaniensi, domino Thomislao Kalisiensi iudice, domino Iohanne castellano Kalisiensi, domino Ozepo de Grodis, et aliis quam plurimis fide et honore dignis.

Grizin, *Gryżyna.* Vlewie, *Wławie.* Lubin, *Lubin.* Grodis, *Grodzisk.*

Nr. 1680.

Iessac Cegil proconsul etc. consules etc. scabini Coninensis civitatis 1373 Febr. 3, in Konin; protestantur, Halussam, relictam quondam Wilhelmi advocati de Konin, macellum carnium in civitate praedicta monasterio Ląd vendidisse.

Włocławek. Lib. privilegior. monasterii Ląd, pag. 175.

Nos Iessac Cegil proconsul, Conezo carnifex, Martinus Bohemus, Stesko Dribegger, Andreas sartor, consules, Niczko Bergil, Michael sartor, Nicolaus Rostusser, Niczko Kindermegger, Maczei Barunczki et Macko Dribegger, scabini Coninensis civitatis, notum facimus tam presentibus quam futuris protestando, quod in nostra presencia, ubi sedebamus in iudicio bannito et firmato ad iura reddenda secundum nostre civitatis consuetudinem antedicte, honesta matrona Halussa, relicta quondam

Wilhelmi advocati Koninensis, cum Iohanne suo filio, non compulsa, non coacta nec aliquo vitio erroris seducta, sed compos corpore, mente sana sufficientique prehabita deliberatione, constituta, publice et vive vocis oraculo recognovit, se cum consensu suorum patronorum (sic) vendidisse pro certa pecunie quantitate, et coram nobis vendidit, tradidit, supradonavit et assignavit pro se et suis sequacibus natis et nascendis, honorabilibus et religiosis viris, domino abbati et suo conventui in Lynda Ordinis Cisterciensis, diocesis Gnesnensis, unum macellum carnium liberum, de sua advocacia, intra muros nostre civitatis situatum, prout ad eam spectabat, cum omnibus et singulis iuribus, fructibus, utilitatibus et proventibus, prout nunc sunt et in posterum possunt inveniri, iure hereditario tituloque proprietatis memorato domino abbati et suo conventui perpetuo tenendum, possidendum, obligandum et alienandum pro eorum libito voluntatis. Nichil etiam dicta advocatissa sibi iuris reservavit macello in eodem, quod sibi aut suis successoribus et heredibus imposterum quomodolibet posset suffragari. Nos vero proconsul, consules, scabini superius nominati, ad petitionem partis utriusque presentes scribi fecimus in veritatis testimonium, et cum sigilli nostri appensione iussimus roborari. Datum in prefata nostra civitate Konin sub anno Domini millesimo trecentesimo LXXIII, tertia die mensis Februarii.

Coninensis civitas, *Konin.* Lynda, *Ląd.*

Nr. 1681.

Iessac Cegil proconsul etc. consules etc. scabini civitatis Koninensis 1373 Febr. 3, in Konin; protestantur, Hermannum dictum Kolberg, ipsorum concivem, macellum in civitate praedicta situm monasterio Ląd contulisse.
Włocławek. Lib. privilegior. monasterii Ląd, pag. 176.

Nos Iessac Cegil proconsul, Conezo carnifex, Martinus Bohemus, Stesko Dribegger, Andreas sartor, consules, Niczko Bergil, Michael sartor, Nicolaus Rostusser, Nyczko Kindermeger, Maczei Barunski et Maczko Dribegger, scabini civitatis Koninensis, ad notitiam universorum quibus expedit deducimus per presentes, quod ob honorem gloriose semper virginis Marie et beati Nicolai, nec non ob salutare remedium suarum animarum suorumque progenitorum, Hermanus dictus Kolberg, noster concivis, cum sua legitima uxore Catherina suum macellum intra muros nostre civitatis situm, quod nulli unquam servituti vel solutioni subiacuit, sed ab omni impugnatione liberum, cum dominio et omni iure prout ad ipsum pertinebat, hereditario iure tituloque proprietatis venerabilibus ac religiosis viris, domino abbati fratribusque domus Landensis Ordinis Cisterciensis diocesis Gnesnensis contulerunt, dederunt, assignarunt perpetuis temporibus possidendum. Protestamur etiam in his scriptis, quod honesta matrona Halussa, relicta quondam Wilhelmi advocati Coninensis, cum Iohanne suo nato, in nostra presentia, ubi sedebamus in iudicio bannito et firmato ad iura reddenda, constituta, renunciavit omni iuri, si quod habere videbatur macello in predicto; permittens nichilominus pro se et suis successoribus, prefatum dominum abbatem et suum conventum de cetero nullatenus impedire. In huius rei testimonium et robur firmitatis, presentem literam de consensu communitatis cum sigillo nostre

civitatis supradicte dedimus communitam. Datum in prefata nostra civitate anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, tertia die mensis Februarii.

Civitas Koninensis, *Konin.* Domus Landensis, *klasztor Ląd.*

Nr. 1682.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1373 Febr. 5, in Queciszowo; census de molendinis in oppido Kwieciszewo, quos pro sustentatione altaris in ecclesia cathedrali Gneznensi in honorem s. Nicolai erecti deputaverat, cum decimis mensae suae de villis Roztrębowo et Niedźwiady commutat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Resignation. Gnesnens. a. 1608, fol. 418.

In nomine Domini amen. Nos Iaroslaus divina providentia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum esse volumus tam presentibus quam futuris quorum notitie presens scriptum fuerit declaratum, quia, licet divina clementia adiuvante divinum cultum in ecclesia nostra predicta toto conatu mentis nostre anhelantes adaugeri, de consensu fratrum nostrorum, Gneznensis videlicet Capituli, altari in ecclesia nostra memorata fundato et erecto tres marcas grossorum pro pensione annuali, in molendino nostro in Queciszewo quolibet anno perpetuo percipiendas per altaristas eidem altari pro tempore in divinis officiis decenter servientes attribueramus: tamen iustis petitionibus discreti viri Alberti vicecustodis nostri Gneznensis et altariste supradicti, eidem altari, in honorem sancti Nicolai ut premittitur fundato, et memorato altariste eiusque successoribus, sub ratihabitione fratrum nostrorum Capituli iam dicti, pro eisdem tribus marcis decimas mense nostre in villis prope Zneynam situatis prout sunt in suis limitibus distincte, videlicet in Rostrobowo et Medzwad damus, assignamus, appropriamus, ascribimus et incorporamus perpetuis temporibus tenendas, habendas ac etiam possidendas, tres marcas iam dictas de prefato molendino ad nostram mensam revocando et exnunc ipsas revocamus totaliter per presentes. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti nostri Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum in Queciszowo in die sancte Agathe virginis et martyris, anno Domini millesimo CCC.LXX tertio, presentibus honorabilibus et discretis viris: Iarando canonico Gneznensi, Mathia thesaurario nostro nec non canonico Lanciciensi, Vincentio Rudensi, Franczcone pincerna Calissiensi herede de Czerekwicza, Nicolao Zneynensi, Stogneo Opatoviensi nostris procuratoribus, et aliis pluribus fidedignis. Transivit per manus Broslai canonici Plocensis, notarii curie nostre.

Queciszewo, *Kwieciszewo.* Zneyna, *Żnin.* Rostrobowo, *Roztrębowo.* Medzwad, *Niedźwiady.* Czerekwicza, *Cerekwica.* Opatoviensis, *de Opatówek.*

Nr. 1683.

Nicolaus prepositus ecclesie Gneznens. 1373 Apr. 19, in Squirnevicze; Iarando canonico Gneznensi modo praebendae villam eiusdem Capituli dictam Wojcin confert, cui Iohannes cancellarius ecclesiae Cracoviensis antea renuntiaverat.

Pergam. orygin. Pasek pergam. od przywieszenia jednéj pieczęci.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 194.

Nos Nicolaus prepositus ecclesie Gneznensis, notificamus quibus expedit universis, quomodo nuper accedens ad nostram presenciam venerabilis vir dominus Iohannes decanus et cancellarius ecclesie Cracoviensis ac canonicus Gneznensis, ville Capituli eiusdem ecclesie Gneznensis dicte Voyuczino, quam nomine et racione predictorum canonicorum et prebende canonice obtinebat, ad manus nostras libere et spontanee renunciavit; qua renunciacione sua ad manus nostras legitime facta et recepta, consideratis ydoneitate ac serviciorum promptitudine honorabilis viri domini Iarandi canonici Gneznensis, quam serviciorum promptitudinem a retroactis temporibus et hactenus constanter et indesinenter eidem ecclesie studuit exhibere, sibi de eadem villa Voyuczino, sic per modum renunciacionis canonice vacante duximus providendum et exnunc presentibus providemus, per ipsum quoad vixerit cum omnibus fructibus, utilitatibus et universis obvencionibus libere tenendam et pacifice possidendam. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Squirnevicze decima nona die mensis Aprilis, anno Domini millesimo **ccclxx** tercio, presentibus honorabilibus ac discretis viris, dominis Bronislao preposito Curzeleviensi, Mathia thezaurario et Navogio canonico Lanciciensibus, et Vincencio plebano de Gosticzina, testibus ad premissa.

Voyuczino, *Wojcin.* Squirnevicze, *Skierniewice.* Curzeleviensis, *de Kurzelów.* Gosticzina, *Gostyczyna.*

Nr. 1684.

Gregorius Pp. XI 1373 Mart. 15, Avinione; iudicibus mandat, ut excessus in civitate et dioecesi Poznaniensi contra ecclesias et personas ecclesiasticas perpetratos reprimant.

Transsumpt potwierdzony przez: Preczlaus episcopus Wratislaviens. 1373 Dec. 11, Othmuchow.

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 25. — Theiner. Monum. Polon. I, 924.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus.. Wratislaviensi et Lubucensi episcopis ac dilecto filio.. abbati monasterii de Lubes Wratislaviensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad reprimendas insolencias transgressorum et transgressiones insolencium refrenandas si nervus publice discipline lentescat, eorum ad peccandum voluntas fit lapsior et exemplum impunitate periculosius in alios dirivatur: propter quod ad presidentis officium pertinet, sic debitam executionem adhibere iusticie, quod commissa iam crimina puniat, et committendorum impo-

sterum audaciam interdicat. Sane lamentabilis querela multorum nostrum frequenter turbavit auditum amaricavit et mentem, quod nonnulli iniquitatis filii, a quorum oculis Dei timor abscessit, in civitate et diocesi Poznaniensi pretextu gwerrarum, quibus eedem civitas et diocesis dicuntur multipliciter fatigari, et alias, temere clericos et ecclesiasticas personas seculares et regulares, eciam in dignitatibus constitutas civitatis et diocesis predictarum, bellicis actibus se minime immiscentes, non absque iniectione manuum violenta capere, detinere, carceribus mancipare, tormentis subicere, verberibus cedere, vulnerare, morti tradere, et crudelibus affliccionibus ad redempciones indebitas personaliter cohercere, ecclesias quoque, monasteria, hospitalia et alia pia loca secularia et regularia dicte diocesis invadere, frangere, capere, occupare, occupata detinere, diruere ac incendio concremare, ac ecclesias, monasteria et loca ipsa libris, calicibus, crucibus, Sanctorum reliquiis, paramentis et ornamentis aliis divino cultui et usui deputatis spoliare, ac huiusmodi libros, calices, cruces, Sanctorum reliquias, paramenta et ornamenta ausu sacrilego, nec non fructus, redditus, res et bona alia personarum ecclesiasticarum, monasteriorum, hospitalium ac aliorum locorum huiusmodi, tam in ipsis ecclesiis quam extra illas existencia eciam violenter capere, depredari ac in predam abducere seu asportare presumpserunt hactenus et cottidie presumere non verentur, propter que clerici et persone ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium et locorum ipsorum, ea coacti deseruerunt et deserunt, ac ecclesie obsequiis debitis et Christi fideles Sacramentis ecclesiasticis ac pauperes et infirmi pie hospitalitatis subvencione fraudantur, quodque nonnulli, qui gloriantur cum male fecerint, huiusmodi criminum patratores, nec non clericos et personas ecclesiasticas captos ab eis, ac insuper bona et res huiusmodi per eos in predam abducta seu asportata scienter in civitatibus, castris, villis, fortaliciis, terris et locis aliis eorum receptaverunt et receptant, aliqui vero premissa omnia seu nonnulla ex eis fieri seu committi fecerunt et eciam mandaverunt, seu eorum nomine aut mandato facta sive commissa rata habuerunt et habent, alii eciam eisdem predictorum criminum patratoribus in committendis eisdem excessibus per se et alios prestiterunt et prestant auxilium et favorem, eaque omnia, que in gravem eciam divine maiestatis offensam, animarum periculum, ecclesiastice libertatis contemptum et plurimorum scandalum cedere dinoscuntur in civitate et diocesi memoratis, sic sunt notoria, sic ea fama publica divulgavit et divulgat, sicque nociva, proch dolor, experiencia manifestat, quod tergiversacione aliqua nequeunt occultari: cupientes igitur huic morbo, ne per moras temporum factus cronicus fomenta respuat medicine, oportunam et congruam adhibere medelam, discrecioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos, vel alium seu alios, omnes et singulos tam clericos quam laicos, cuiuscunque status, ordinis vel condicionis existant, huiusmodi clericorum seu personarum ecclesiasticarum, se ut premittitur bellicis actibus non immiscentium captores, detentores, carceri mancipatores, compulsatores, verberatores, vulneratores, occisores, nec non ipsorum clericorum seu personarum ecclesiasticarum sic captorum seu detentorum aut carceratorum receptatores, ecclesiarum effractores et incendiarios, ac rerum et bonorum in ipsis ecclesiis existencium violentos spoliatores, raptores et depredatores, nec non talia fieri mandantes seu procurantes, aut eorum nomine seu mandato facta rata et grata habentes, utpote excommunicatos a canone generaliter per omnes ecclesias et loca, in quibus expedire videritis, auctoritate nostra excommunicatos publice nuncietis; et insuper omnes et singulos, tam sic excommunicatos a canone quam huiusmodi ecclesiarum,

monasteriorum et locorum ac personarum ecclesiasticarum predictorum spoliatores, librorum, fructuum, reddituum et aliorum bonorum prefatorum occupatores, detentores, receptores, depredatores, abductores et asportatores, nec non eos qui talia fieri seu committi mandaverunt seu fecerunt, aut eorum nomine seu mandato facta seu commissa rata habuerunt seu habent, ipsorumque ea patrancium ac rerum et bonorum huiusmodi in predam asportatorum receptatores, ex parte nostra generaliter publice in ecclesiis coram populo per vos vel alios moneatis, ut infra competentem terminum quem eis prefixeritis, huiusmodi captos et spoliata, rapta, abducta et asportata restituant, seu de ipsis et aliis huiusmodi per eos commissis debitam satisfaccionem inpendant; et si infra dictum terminum id non impleverint, in illos qui alias ob premissa a iure excommunicati non sunt, generalem excommunicacionis sententiam proferatis, ipsorumque omnia huiusmodi monita non inplencium terras, opida, castra, villas et loca subiciatis ecclesiastico interdicto. Preterea tam predictos, quam alios omnes et singulos clericos, personas ecclesiasticas seculares et regulares, comites, proceres, barones, nobiles, milites et laycos, communia quoque ac universitates civitatum, castrorum, villarum et aliorum quorumcunque locorum, generaliter et publice eadem auctoritate monere curetis, ut a talibus omnino deinceps abstineant; alioquin extunc in omnes et singulos qui talia committere aut acceptare presumpserint, in singulares scilicet personas, in illis videlicet casibus expressis in quibus excommunicacionem per iam edictos canones non subierunt, excommunicacionis, ac in universitates et communitates, ac in omnium et singulorum talia committencium civitates, opida, castra, terras, villas et loca, interdicti generalis sententias proferatis: et nichilominus omnes et singulos, quos simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, solerti et subtili adhibita diligencia reppereritis talia commisisse aut fecisse, vel mandasse fieri aut committi, aut eorum nomine vel mandato facta seu commissa rata et grata habuisse, seu in futurum committere vel facere aut mandare fieri, aut eorum nomine vel mandato facta seu commissa rata et grata habere, si singulares persone, sive ab eodem canone sive vigore monicionum huiusmodi excommunicati sint, excommunicatos nominatim, candelis accensis, si vero universitates seu communitates fuerint et monicionibus huiusmodi non paruerint, eas eciam nominatim, ipsarumque omnium singularum personarum, universitatum, communitatum eisdem monicionibus non parencium civitates, opida, castra, terras, villas et loca interdicta, tamdiu diebus dominicis et festivis in ecclesiis atque locis in quibus vobis videbitur expedire, cum maior in eis fuerit cleri et populi multitudo, publice nuncietis et faciatis ab aliis publice nunciari, ipsosque excommunicatos ab omnibus arcius evitari, donec super hys satisfecerint conpetenter, et cum vestris litteris rei veritatem continentibus, ad Sedem apostolicam venerint pro absolucionis ab excommunicacione predicta et interdicti huiusmodi relaxacionis beneficiis obtinendis. Nos enim, ne sub spe venie consequende faciliter incentivum delinquendi aliquibus forsitan prebeatur, absolutionem ab excommunicacionum sententiis ac relaxacionem seu suspensionem interdicti huiusmodi, nobis vel successoribus nostris Romanis pontificibus tantummodo reservamus; ita videlicet, ut nullus, preterquam in mortis articulo, quemquam ab excommunicacionum sententiis huiusmodi absolvere possit. Ceterum, si forsan predictorum huiusmodi scelerum patratorum et receptancium eos eaque fieri mandancium, ipsisque dancium in illis per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, presencia per monicionem et requisicionem huiusmodi seu citacionem, de ipsis faciendas eis secure vel

commode, haberi nequiret, vobis monicionem et requisicionem huiusmodi et intimaciones quaslibet, per edicta publica in locis affigenda publicis, de quibus sit verisimilis coniectura quod ad noticiam citatorum et monitorum huiusmodi pervenire valeant, faciendi plenam concedimus tenore presencium potestatem; et volumus, quod proinde ipsos citatos, requisitos et monitos ut premittitur, artent, ac si eis facte et insinuate presencialiter et personaliter extitissent; non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur: Ne aliquis extra suam civitatem et dyocesim, nisi in certis et exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue dyocesis ad iudicium evocetur; seu: Quod iudices a Sede deputati predicta, extra civitatem et dyocesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine dyocesis eorundem trahere non presumant; aut: De duabus dietis in concilio generali: quam aliis quibuscunque constitucionibus, a predecessoribus nostris Romanis pontificibus, tam de iudicibus delegatis quam personis ultra certum numerum ad iudicium non trahendis, aut aliis editis que vestre possent in hac parte iurisdicioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Datum Avinione Idus Marcii, pontificatus nostri anno tercio.

Lubucensis, *de Lubusz, z niem. Lebus.* Lubes, *Lubiąż, z niem. Leubus.*

Nr. 1685.

Fr. Iacobus prepositus et conventus Tremesens. 1373 Iun. 4, s. l.; Meczslao scolteto de Oćwieka antiquum privilegium, in quo iura eius continebantur, renovant.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte; śladu przywieszenia pieczęci nie masz.
Trzemeszno. Privil. Convent. Canon. Regul. Lateran.

In nomine Domini amen. Quoniam secundum verietatem temporum variantur voluntates hominum, universis sancte matris Ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris, quos presentem paginam videre contingerit, volumus esse notum, quod nos frater Iacobus divina paciencia prepositus domus Tremesensis totusque conventus eiusdem monasterii recognoscimus, videlicet Meczslao scolteto nostro de Oczweczca, habuisse quoddam privilegium antiquum, in quo erat defectus non modicus. Nos vero de bona deliberacione renovavimus ei hoc idem privilegium sub ordinacione competenti; dantes et eius sibi legittime posteritati in iam dicta hereditate tres mansos liberos, tercium ortum, tercium denarium de thabernis, lacum qui dicitur Oczweczca, piscaturam in magno lacu cum hys retibus, videlicet slampnicza, wanczerzs et cum parvo hamo, id est mala wanda, in Polonico sic dictis, et cum kydadlo cum occurunt pisces qui vocantur nirzewki. In nemore, quod dicitur gayove, tercium denarium; de mellificiis partem terciam, de omni iudicio tam Polonicali quam Theutunicali tercium denarium. Ipse vero scoltetus qui ibi pro tempore fuerit, pro prandio magni iudicii semel in anno tenebitur dominum prepositum suscipere vel

quemcunque destinabit, et tractare in expensis propriis. Incole vero qui ibi locabuntur, infra spacium quatuor annorum libertatem habebunt; elapsa vero libertate, pro censu annuali in festo beati Martini quilibet per medium octawum grossorum (sic) nobis presentabit. Pro prandio magni iudicii, omnes pariter bis in anno per medium octawum grossorum (sic) nobis solvere tenebuntur. Arare tenebuntur, sicut in Gansava tenentur. Scoltetus servicium faciet, sicut in Lisinino scoltetus facit. Insuper omnia iura, que nunc sunt et in posterum oriri poterint, pro nobis excipimus et reservamus. Ut autem hec concordacionis ordinacio inconvulsa permaneat, sigillis nostris (sic) appensione fecimus roborare. Datum et actum in vigilia Penthecosten, sub anno Domini m.ccc.lxx tercio, presentibus hys testibus: Grzimcone herede de Risewo, Sasino de Melszino, Ianusio herede de Thocarzewo, Sbilutone herede de Palendze, et aliis quam plurimis fide dignis.

Oczweczca, *Oćwieka.* Lisinino, *Łysinino.* Risewo, *Ryszewo.* Melszino, *Mielżyn.* Thocarzewo, *Tokarzew.* Palendze, *Palędzie.*

Nr. 1686.

Iohannes episcopus Poznaniens. 1373 Iul. 1, Poznanie; Mrokothae praeposito ecclesiae s. Spiritus in Poznań concedit, ut partem agri arenosam civitati praedictae adiacentem, Martino civi Poznaniensi ad plantandum vineam certa pactione exponere possit.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1434.

In nomine Domini amen. Cum ad hoc Deus omnipotens nos in apicem presulatus provexit, ut pro viribus profectui bonorum ecclesie utiliter intendere de die in diem debeamus, verum, quia honorabilis vir dominus Mrokotha prepositus sancti Spiritus apud Poznaniam, coram nobis veniens Iohanne divina et apostolice Sedis providencia episcopo Poznaniensi et nostro Capitulo ad capitulandum congregato, et exposuit, quod haberet aliquos agros inutiles et arenosos, pro frumentis seminandis non valentes, quos voluit viro provido Martino Przeczkonis institori et civi Poznaniensi tribuere et exponere ad plantandam vineam pro certa pecunia et vino quolibet anno solvendo, dummodo nos cum nostro Capitulo Poznaniensi consentire vellemus. Nos vero, cupientes affectu ampliori quod res ecclesie plus valeant quam pereant, ad tale pium opus consencientes cum nostro Capitulo et preposito sancti Spiritus memorato, volumus, ut idem Martinus institor quanto melius possit in agris predictis vineam sibi seu liberis et posteris legitimis utilem plantare, cum ista presignacione et demonstracione limitum. Videlicet, a via magna que vicinior transit circa villam Cokundorff in Kazimirzs, et usque ad lapidem magnum qui iacet in agris eisdem in quibus vinea debet plantari, nec non et usque ad sepem ville Cokundorff nominate, antedictus Martinus debet habere limites eiusdem sue vinee predictis signis et terminis presignate. Ad hoc autem, ut prelibatus Martinus civis Poznaniensis sepes et fossata circumquaque eandem vineam possit facere meliores, sex annos a festo sancti Martini proxime venturo a solucione census plenariam habeat libertatem; quibus elapsis, idem Martinus cum suis liberis et successoribus legittimis debet solvere de eadem vinea mediam marcam grossorum preposito sancti

Spiritus memorato suisque successoribus legittime succedentibus, ac nostre ecclesie Poznaniensi sex ollas vini annis singulis in festo sancti Martini confessoris, sine qualibet contradiccione. Concedimus sibi ex gracia speciali, quod possit cum suis posteris huiusmodi vineam vendere, commutare et convertere pro sua utilitate, dummodo voluntas prepositi sancti Spiritus ad id faciendum habeatur. In cuius rei testimonium, nostrum, nostri Capituli et prepositi iam dicti sigilla presentibus sunt appensa. Datum Poznanie in crastino Commemoracionis sancti Pauli apostoli, anno Domini millesimo ccclxxiii, presentibus honorabilibus dominis: Troyano preposito, Dythcone decano, Nicolao scolastico, Andrea archidiacono, Nicolao cantore, Nicolao archidiacono Srzemensi, Iohanne custode, Damiano cancellario, Pribigneo, Alberto, Staszkone, Petro et Goslao, canonicis Poznaniensibus, et aliis pluribus fidedignis.

Cokundorff, *Kundorf.* Kazimirzs, *Kaźmierz.*

Nr. 1687.

Divisius venator Syradiens. etc. 1373 Iul. 21, in Opatow; una cum fideiussore suo spondet, se omnia damna, quae villis ecclesiae Gneznensis occasione iuris officii sui, szronowe vocati intulerat, resarturum.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona pieczęć przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Jelitczyków; napis: S. Divisii d'Romnise.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 196.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos, videlicet Divisius venator Syradiensis nec non heres de Romissovicze, principalis debitor, et Iacobus rector ecclesie de Chorzanczino, ipsius spontaneus fideiussor, bona fide promittimus manu coniuncta et nos presentibus obligamus, omni dolo et fraude penitus postergatis, omnia dampna, per quemcunque occasione cuiusdam iuris quod srzonove vulgariter nuncupatur, ad eandem dignitatem venatoriam pertinentis, hominibus seu incolis villarum domini archiepiscopi et sue Gneznensis ecclesie in terra Syradiensi constitutis illata resarcire et pro eisdem satisfacere secundum ordinem infrascriptum. Primo enim et ante omnia: statim, cum ego prenominatus Divisius domum venero, bovem quem habeo restituemus et alium a procuratore Potrkoviensi si potuerimus exbrigabimus, alias eius estimacionem seu valorem persolvemus in tanta summa sive quantitate, quantam dominus ipsius bovis formabit seu suo declarabit iuramento. Fideiussores vero, qui alia pecora occasione prefati iuris recepta excrediderunt (sic), ab ipsa caucione fideiussoria exnunc absolvimus et una cum ipsis pecoribus reddimus quietos presentibus et solutos. Pecunias eciam ab ipsis quocunque modo occasione prelibati iuris exactas seu extortas, promittimus restituere et exsolvere incolis in singulis villis domini archiepiscopi et sue ecclesie ut premissum est constitutis, quas a se et a suis vicinis duo kmetones meliores, de qualibet villa destinati, in crastino Assumpcionis Marie proxime affuturo et in Potrkovia dicent receptas et exactas, prestito primitus ipsorum iuramento. Et si de aliqua villa meliores duo ad terminum prefixum destinati non fuerint, vel eciam ibi constituti dampnum suo iuramento firmare noluerint, tunc dampnum suum habebit illa villa, nec me Divisium poterit ulterius impetere aliqualiter pro eodem. Si autem, quod absit, me ad eundem ter-

minum seu locum prefixum venire non contingat, extunc ambo, Divisius et Iacobus prenotati, ad omnia dampna, que sine iuramento per homines ipsius domini archiepiscopi nominabuntur et simpliciter exprimentur, solvenda volumus obligari, et pro eis manu coniuncta promittimus sine aliqua condicione satisfaccionem plenariam exhibere. In cuius rei robur et testimonium, sigillum meum, scilicet Divisy prenotati, de communi amborum consensu presentibus est appensum. Datum et actum in Opatow in vigilia beate Marie Magdalene, anno Domini m.ccc. septuagesimo tercio, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Nicolao preposito Gneznensi et Clemente archidiacono Kalisiensi, Stogneo de Trzcenicza, Tassone de Ianikovo heredibus, et aliis pluribus fidedignis.

Romissovicze, *a na pieczęci* Romnise, *nie odgadnione, może Roszewice.* Chorzanczino, *Chorzęcin.* Potrkoviensis, *de Piotrków.* Opatow, *Opatówek.* Trzcenicza, *Trzcinica.* Ianikovo, *Janków.*

Nr. 1688.

Petrus Stephani archidiaconus de Sabucz etc. apostolice Sedis nuncius 1373 Iul. 26, Cracovie; Iaroslaum archiepiscopum Gneznensem de 70 marcis grossorum Pragensium quitat, quas pro decima decime principalis a Gregorio Pp. XI imposita receperat.

Pergam. orygin., u którego z przywieszonéj pieczęci pozostał pasek pergaminowy. Przy końcu, obok oświadczenia notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 195.

In nomine Domini amen. Noverint quorum interest universi, quod nos Petrus Stephani, archidiaconus de Sabucz in ecclesia Agriensi, in Ungarie et Polonie regnis apostolice Sedis nuncius ac collector pecuniarum camere domini nostri Pape in regnis eisdem, recognoscimus et confitemur: nos recepisse et realiter cum effectu habuisse nomine camere memorate septuaginta marchas grossorum Pragensium, pro qualibet marcha XLVIII grossis computatis et assignatis nobis a reverendissimo in Christo et domino, domino Iaroslao archiepiscopo ecclesie Gneznensis, per manus honorabilis viri domini Mathie thezaurarii ipsius solvente et assignante de mensa ipsius domini archiepiscopi, pro decima decime principalis per dominum nostrum dominum Gregorium Papam XI imposita. De quibus quidem septuaginta marchis ut premittitur per nos nomine dicte camere receptis, dominum archiepiscopum principalem et .. thesaurarium prefatos, et quorum interest vel intererit quomodolibet in futurum, tenore presencium absolvimus in perpetuum et quitamus. In cuius rei testimonium, presentes scribi per notarium publicum infrascriptum mandavimus et nostri sigilli appensione muniri. Actum et datum Cracovie anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, Indictione XI, die XXVI mensis Iulii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii Pape XI anno III, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Alberto Cristini canonico Cracoviensi, Stephano Gallico cive Cracoviensi, et Laurencio Channeth notario et scriba nostro, et Michaele layco de Erdut Collocensis diocesis, testibus ad premissa.

Et ego Amboldus Iohannis de Campino, clericus Gneznensis diocesis, publicus auctoritate apostolica et imperiali notarius, premissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus presens interfui, ipsaque de mandato dicti domini collectoris scripsi in hanc formam publicam redigens, meo signo et nomine consuetis consignando in testimonium premissorum.

Nr. 1689.

Lodowicus rex Hungarie Polonie etc. 1373 Oct. 3, Cassovie; civibus de Poznań spondet, pro eo, quod carente se prole masculina, in successionem unius de filiabus suis in regimen coronae Poloniae consenserint, se omnia iura et privilegia civitatis ipsorum conservaturum.

Lwów. Biblioteka Baworowskich. Lib. privilegior. civitatis Poznań, fol. 18.

Nos Lodowicus, Dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. notum facimus presencium tenore quibus expedit universis: quod, quamquam fideles cives nostri de Poznania, civitatis regni nostri Polonie, inter ceteros regnicolas regni eiusdem, superviventibus olym excellentissimis principibus, dominis Karolo Ungarie et Kazimiro Polonie regibus illustribus felicium recordacionum, in eo casu, quo prefatum Kazymirum regem Polonie, avunculum nostrum, sine herede masculina decedere contigisset, sicut et contigit, regimen, successio et corona dicti regni Polonie ad nos et ad heredes nostros sexus masculini devolvi debuisset, sicut nutu divino et disponente cunctorum plasmatore deventum exstitit et devolutum, in personis solummodo filiorum, et non filiarum nostrarum debite fidelitatis, subieccionis et obediencie omagium, prout exinde literarum tam dicti domini Kazimiri regis quam eciam prelatorum, baronum, nobilium, civitatensium et procerum dicti regni Polonie emanatarum continencia liquide, clare et luculenter declarat et exprimit, cum debita sollempnitate iuraverunt et prestiterunt: tamen, quia nunc, post decessum ipsius domini Kazimiri regis awnculi nostri, ydem fideles cives nostri Poznanienses in nostri nostrarumque filiarum illustrium, videlicet virginum dominarum Katherine et Marie, divina providencia nobis attributarum, natarum et in futurum ab alto nobis providendarum (sic) heredum nostrorum sexus utriusque personis, nobis et serenissime principisse domine Elyzabeth dictorum regnorum regine seniori, dicti regis Kazimiri sorori utherine, genitrici nostre karissime, predictum omagium fideliter, non coacti, non conpulsi nec inviti, sed sponte et liberaliter eorum bona voluntate sacrosanctis ewangeliis vivificeque Crucis ligno iuramento corporali manutactis prestiterunt super eo casu: quo divina clemencia de prole masculina nobis providerit, (in) regnum dicti regni Polonie eam eligent et assumerent; ubi vero herede caruerimus masculina, filias nostras predictas quas nunc habemus vel habebimus in futurum, nos et heredes nostros utriusque sexus pro dominis ipsorum naturalibus, filiis tamen nostris in successione semper anteferendis, recongnoscentes, predictum omagium innovando promiserunt, prestiterunt et novis iuramentis intervenientibus confirmarunt: ideo nos eisdem fidelibus civibus nostris absque omni dolo seu fraude promittimus et assumimus verbo nostre regie dignitatis: ut ipsos fideles cives nostros Poznanienses in omnibus eisdem libertatibus, inmunitatibus et antiquis ac laudabilibus eorum consuetudinibus, quibus per excelsos principes, et signanter per serenissimum principem dominum Kazimirum

dicti regni Polonie regem awnculum nostrum karissimum conservati exstiterunt et gubernati, inviolabiliter, inmobiliter, indempniter manutenebimus, fovebimus et conservabimus; universas eciam literas et privilegia per principes ac reges Polonie illustres, nostros divos predecessores piarum recordacionum, ac nostras litteras super eorum iuribus, libertatibus ac laudabilibus consuetudinibus datas et emanata promittimus confirmare, iure tamen regio ab antiquo consueto in omnibus premissis remanente semper salvo. In cuius rei testimonium, presentes dedimus literas nostras privilegiales pendentis ac autentici sigilli nostri simplicis munimine roboratas. Datum Cassovie tercio die mensis Octobris, anno Domini millesimo CCC septuagesimo tercio.

Cassovia, *Koszyce, z niem. Kaschau na Węgrach.*

Nr. 1690.

Elizabeth senior Ungarie et Polonie regina 1373 Oct. 3, Cassovie; cives de Kalisz a solutione medii thelonei in Konin et Ostrzeszów liberat.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci. Warszawa. Biblioteka prywatna. Diplomata.

Noverint universi presentes literas inspecturi, quod nos Elizabeth Dei gracia senior Ungarie et Polonie regina, volentes civibus et universis incolis civitatis nostre Kalisiensis graciam facere specialem, exnunc ipsos et eorum quemlibet a solucione medii thelonei in Conyn et Ostrzesszow liberos facimus penitus et solutos, tenore presencium omnibus et singulis theloneatoribus dictorum locorum, in Conyn videlicet et Ostrzessow, firmissime nostre gracie sub optentu prohibentes, quatenus a supradictis civibus nostris Kalisiensibus et eorum mercibus, cuiuscumque generis vel speciei seu estimacionis exstiterint, in eundo et redeundo per loca theloneorum iam dictorum, quocienscumque et quandocumque ipsos cives vel eorum quemlibet transire contingerit (sic), non plus quam medietatem iusti thelonei exigere, requirere aut eciam recipere presumant quovismodo; sed ipsos, recepta medietate dicti thelonei, libere et secure permittant, secundum quod tempore et in vita serenissimi principis domini Kazimiri olim regis Polonie, fratris nostri carissimi, fieri est consuetum; in premissis secus facientes, nostram et filii.. nostri indignacionem se noverint incursuros. Datum Cassovie feria secunda post diem beati Michaelis, sub anno Domini millesimo CCC.LXX tercio. Nostro sigillo subappenso.

Conyn, *Konin.* Ostrzesszow, *Ostrzeszów.* Cassovia, *Koszyce na Węgrach.*

Nr. 1691.

Preczlaus episcopus Wratislaviens. 1373 Dec. 11, Othmuchow; bullam, quam ediderat: **Gregorius Pp. XI 1373 Mart. 15, Avinione,** cuiusque vigore iudex atque executor ad reprimendas violentias in dioecesi Poznaniensi commissas existit constitutus, publicat; omnibus vero abbatibus universoque clero dioecesis praedictae mandat, ut contra omnes huiusmodi patratores iuxta summas praedictae bullae procedant.

Pergam. orygin. Przy końcu, Signum notarii publici *obok oświadczenia tegoż narysowane. W dolnym brzegu wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.*

Poznań. Archiv. Capituli. IV, 25.

Preczlaus Dei gracia episcopus Wratislaviensis, iudex et executor ad infrascripta una cum quibusdam collegis nostris, cum clausula: Quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum etc. a Sede apostolica deputatus, venerabilibus et discretis viris, dominis abbatibus, prioribus, gwardianis et prelatis aliis Ordinum seu religionum quorumcunque, nec non kathedralium et collegiatarum ecclesiarum civitatis et dyocesis Poznaniensis quarumcunque prepositis et decanis, archidiaconis, scolasticis, thezaurariis, canonicis, ac universis et singulis parochialium ecclesiarum rectoribus et plebanis seu eorum loca tenentibus, et presbyteris curatis et non curatis per dictas civitatem et diocesim constitutis, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter et humiliter obedire. Pridem litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Gregorii divina providencia Pape undecimi, non rasas, non cancellatas nec abolitas, sed prorsus omni vicio et suspicione carentes ipsiusque domini Pape vera bulla plumbea in cordula canapi more Romane curie dependenti bullatas, presentatas nobis pro parte clericorum et personarum ecclesiasticarum tam secularium quam regularium civitatis et diocesis predictarum, nos cum ea qua decuit reverencia noveritis recepisse; quarum tenor ad litteram sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1684*).

Post quarum quidem litterarum presentacionem et receptionem, pro parte ipsorum clericorum Poznaniensium sumus cum instancia requisiti, ut ad earum executionem et contentorum in eis procedere dignaremur iuxta traditam a Sede apostolica nobis formam. Nos igitur iudex et executor prefatus, volentes, ut tenemur, obedire mandatis apostolicis reverenter ac ea exequi ut debemus, vobis et vestrum cuilibet qui cum presentibus fueritis requisiti in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet, nisi feceritis quod mandamus, monicione sex dierum inferius expressata premissa ferimus in hys scriptis, auctoritate apostolica committimus districcius et mandamus: quatenus infra huiusmodi sex dierum spacium sese continue sequencium, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies pro tercio et peremptorio termino ac canonica monicione premissa vobis omnibus et singulis supradictis presentibus assignamus, predictis sex diebus ab huiusmodi requisicione vobis facienda et vestrum cuilibet elapsis, die dominica vel festiva extunc mediate sequenti, lingwa materna et vulgari, puta in Theotonico vel Polonico prout in loco fuerit oportunum, hunc nostrum processum et omnia et singula in eo contenta, universis et singulis audientibus et interessentibus, quorum interest vel interesse poterit, exponendo verbis vulgaribus publice in-

timetis per vos, vel alium seu alios faciatis publice intimari, et, si necesse fuerit, sepius iterando, ut ad illorum quorum interest vel interesse poterit, possit noticiam verisimiliter pervenire, quociens eciam vos seu alter vestrum requisiti vel requisitus fuerit super eo, in vestris ecclesiis ac aliis monasteriis atque locis, cum cleri et populi utriusque sexus maior fuerit multitudo, ac omnes et singulos, per vos vel alterum, seu alios ut prefertur tam clericos quam laicos cuiuscunque status, ordinis seu condicionis existant, huiusmodi clericorum seu ecclesiasticarum personarum, se ut premittitur bellicis actibus non miscencium captores, detentores, carceri mancipatores, compulsores, verberatores, vulneratores, occisores, nec non ipsorum clericorum et ecclesiasticarum personarum sic captores seu detentores et carceratores receptatores, ecclesiarum effractores et incendiarios, ac rerum et bonorum in ipsis ecclesiis existencium violentos spoliatores, raptores et depredatores, nec non talia fieri mandantes seu procurantes, aut eorum nomine seu mandato facta rata et grata habentes, auctoritate nostra, ymmo verius apostolica, campanis pulsatis et candelis accensis et extinctis, utpote excommunicatos a canone generaliter in vestris ac aliis ecclesiis et locis ubi expedire videritis publice nuncietis, et insuper omnes et singulos, tam sic excommunicatos a canone quam huiusmodi ecclesiarum, monasteriorum et locorum et personarum ecclesiasticarum predictorum spoliatores, librorum, fructuum, reddituum aliorumque bonorum prefatorum occupatores seu raptores, depredatores, abductores, asportatores et detentores, nec non eos qui talia fieri seu committi mandaverunt seu fecerunt, aut eorum nomine seu mandato facta seu commissa rata habuerunt seu habent, ipsorumque ea patrancium ac rerum et bonorum huiusmodi in predam asportatores, receptatores, ex parte nostra, ymmo verius apostolica, publice in vestris ac aliis ecclesiis atque locis coram populi multitudine generaliter per vos vel alios moneatis et salubriter inducatis incongrue, quos et nos et eorum quemlibet auctoritate eadem presencium per tenorem monemus firmiter in hys scriptis: ut ipsi et eorum quilibet infra triginta dies sese continue subsequentes, quorum decem pro prima, decem pro secunda et reliquos decem dies pro tercia et peremptoria admonicione canonica ipsis et eorum cuilibet assignamus, huiusmodi captas, et spoliata, abducta et asportata seu detenta restituant, seu de ipsis et aliis huiusmodi per eos commissis debitam satisfaccionem impendant; alioquin, in ipsos et ipsorum quemlibet qui ob premissa a iure excommunicati non sunt, dicta monicione premissa, auctoritate apostolica supradicta exnunc prout extunc excommunicacionis generalem summam proferimus in hys scriptis, ipsorumque huiusmodi monita non inplencium terras, opida, castra, villas et loca, eadem monicione premissa, ecclesiastico subicimus interdicto. Preterea, tam predictos quam alios omnes et singulos clericos et personas ecclesiasticas seculares et regulares, duces, comites, barones, nobiles, milites et laycos, communia quoque et universitates civitatum, castrorum, villarum et locorum aliorum quorumcunque, generaliter et publice auctoritate predicta monere curetis, quos et nos monemus eciam per presentes, ut a talibus omnino deinceps abstineant; alioquin, in omnes et singulos qui talia committere aut attemptare presumpserint, in singulares videlicet personas, in illis scilicet casibus ex predictis in quibus excommunicacionem per iam dictos canones non subirent, sex dierum, quorum eciam duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies pro tercio et peremptorio termino ac canonica monicione premissa assignamus eisdem et eorum cuilibet, excommunicacionis, et in universitates seu communitates, ac in omnium et singulorum talia committencium civitates, opida, castra, terras, villas et loca alia, interdicti generales

dicta auctoritate summas proferimus presencium per tenorem. Et quoniam variis nostris et ecclesie nostre arduis negociis prepediti, singulis pro inquisicione facienda tociens quociens oportunum existit intendere non valemus, de vobis venerabilibus et discretis viris, dominis Lubinensi, Lecknensi, Lyndensi, in Zambrsco, in Velen, in Paradyso, in Sagano et in Bessovia monasteriorum abbatibus, ac preposito, archidiacono et scolastico Gneznensis, preposito et archidiacono Plocensis, preposito, decano ac scolastico Lubucensis ecclesiarum, et eorum loca tenentibus, quibus hoc mandatum dirigimus, plenam in Domino fiduciam pre ceteris obtinentes specialiter committimus, tenore presencium districcius et mandamus, quatenus vos et quilibet vestrum, quando et quociens pro parte dictorum clericorum Poznaniensium requisiti fueritis aut ex vobis aliquis fuerit requisitus, ita quod unus vestrum alium non expectet nec alter per alterum se excuset, sub pena excommunicacionis, quam in vos et vestrum quemlibet, si infra sex dierum spacium sese continue sequencium a tempore requisicionis huiusmodi computando, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies pro tercio et peremptorio termino ac canonica monicione premissa vobis et vestrum cuilibet assignamus, si non feceritis quod mandamus, ferimus in hys scriptis, simpliciter et de plano, sine figura et strepitu iudicii contra omnes et singulos tam clericos quam laycos, qui commisisse talia aut fecisse vel mandasse fieri aut committi, vel eorum nomine vel mandato facta seu commissa rata et grata habuisse, seu in futurum committere vel facere aut mandare fieri, eorum nomine vel mandato facta seu commissa rata et grata habere, vobis et vestrum cuilibet pro parte dictorum clericorum et ecclesiasticarum personarum fuerint nominati et specialiter declarati, cuiuscunque status, ordinis vel condicionis existant, nostra, ymmo verius apostolica auctoritate sollerter et fideliter inquiratis; et quos commisisse talia aut fecisse, vel mandasse fieri aut committi, eorum nomine vel mandato facta seu commissa rata et grata habuisse, seu in futurum committere vel facere aut mandare fieri, eorum nomine vel mandato facta seu commissa rata et grata habere inveneritis, diligenti inquisicione prehabita, nobis eosdem et eorum quemlibet nominatim vestris litteris designetis, et qualia et quanta ipsos constiterit huiusmodi commisisse, eisdem litteris vestris sub manu publica et sigillis vestris, processum inquisicionum huiusmodi et ordinem plene continentibus, informando nos plenius rescribatis tociens quociens fuerit oportunum, ut contra eos et eorum quemlibet, nominatim pro commissis huiusmodi, valeamus procedere iuxta datam a Sede apostolica nobis formam. Ceterum, si forsan predictorum huiusmodi scelerum patratorum ac receptancium eos, eaque fieri mandancium ipsisque dancium in illis consilium, auxilium vel favorem presencia, pro requisicione, citacione, monicione, vel aliis actibus ad execucionem mandati nostri huiusmodi ymmo verius apostolici oportunis, secure vel commode haberi nequiret, requisicionem, citacionem, monicionem vel alium actum necessarium, per edicta publica in locis publicis, de quibus sit verisimilis coniectura quod ad noticiam citatorum et monitorum huiusmodi pervenire valeant, affigi faciatis. Prohibemus insuper vobis omnibus et vestrum cuilibet, quibus hoc negocium exnunc committimus exequendum, ne contra mandata huiusmodi et summas premissas in presenti nostro processu prolatas, absolvendo aut suspendendo facere seu omittere aliquid presumatis aut quovis modo presumat ex vobis aliquis, nisi in mortis articulo, absolucione ab excommunicacionum summis et relaxacione seu suspensione interdicti huiusmodi, domino nostro summo Pontifici tantummodo reservatis. Presentem eciam processum et litteras apostolicas supradictas volumus apud nuncium seu nuncios cle-

ricorum Poznaniensium predictorum remanere, copia de eis retenta, per eos, et non per vos vel quempiam alium detineri sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet, si secus attemptare presumpseritis, et quemcunque alium qui secus fecerit, trium dierum canonica monicione premissa, ferimus in hys scriptis. Per hunc autem nostrum processum non intendimus in aliquo nostris preiudicare collegis, qui ipsi et eorum quilibet procedere valeant seu valeat in huiusmodi negocio, servato tamen hoc nostro processu, prout ipsis vel alteri ipsorum videbitur expedire. In quorum omnium testimonium, presentes litteras, seu presens publicum instrumentum continens hunc nostrum processum, per notarium publicum infrascriptum scribi et publicari mandavimus et nostri sigilli appensione muniri. Actum et datum Othmuchow III Idus Decembris, Indiccione undecima, hora quasi sexta, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Nicolao de Strosberg cantore Poznaniensi, magistro Nicolao de Friberg canonico Lubucensi, Nicolao de Cracovia plebano in Stephansdorff, ac Iohanne de Lichtenberg vicario Wratislaviensis ecclesiarum, testibus vocatis ad premissa.

Et ego Nicolaus quondam Iohannis de Olavia, clericus Wratislaviensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictarum litterarum apostolicarum presentacioni, recepcioni, summarum promulgacioni omnibusque aliis et singulis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur per dictum exequtorem, una cum prenominatis testibus presens fui, eaque omnia et singula in hanc publicam formam de mandato dicti domini iudicis et exequtoris redigens, per alium clericum, me aliis occupato, scribi feci, hic me signo et nomine meis solitis subscribens in fidem et testimonium omnium premissorum.

Lubinensis, *de Lubin.* Lecknensis, *de Łekno.* Lyndensis, *de Ląd.* Zambrsco, *Zemsko.* Velen, *Wieleń.* Paradysus, *Paradyż.* Sagano, *Żegań.* Bessovia, *Byszewo.* Lubucensis, *de Lubusz, z niem. Lebus.* Othmuchow, *z niem. Ottmachau.* Friberg, *Freiberg.* Stephansdorff, *Stephansdorf.* Olavia, *Oława, z niem. Ohlau.*

Nr. 1692.

Peregrinus iudex Siradiens. 1374 Ian. 4, in Sadek; ecclesiae Gneznensi possessionem hereditatis Boleszyn contra petitionem heredum de Obrzębin et de Słomów adiudicat.

Pergam. orygin. Paski pergamin. od przywieszenia dwóch pieczęci.
Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 197.

Nos Peregrinus iudex Siradiensis, una cum *(vacuum)* subiudice terre eiusdem notum facimus universis presencium noticiam habituris, tam presentibus tum eciam posteris, quia dominus Lasczo procurator domini Iaroslay, divina providencia archiepiscopi et tocius Capituli sancte ecclesie Gneznensis, accedens ad nostram presenciam multorumque strenuorum virorum tunc temporis pro tribunali sedencium et aliorum huic interessencium, iudicialiter optinuit quendam (sic) hereditatem Bolechowo dictam, sitam prope Turek, ex parte archiepiscopi et Capituli predictorum, in Nicolao, Simone, Beroldo et Dobeslao, fratribus et heredibus de Obrzambino; nec non Sobcone, Wenczeslao, Thoma, Stanislao, Beniamyn, Przosna et Preczslao, fratribus

patruelibus et heredibus de Slomowo. Nos vero tunc temporis pro tribunali sedentes cum aliis strenuis et nobilibus terre premisse, eandem hereditatem Bolechowo, solum Deum et iusticiam pre oculis habentes, domino archiepiscopo prefato et eius ecclesie Gneznensi perpetue adiudicamus, omnibus et singulis fratribus prenominatis ac eorum posteritati perpetuum silencium imponentes vigore presencium pro eadem. In cuius rei testimonium, presentibus sigilla nostra sunt appensa. Datum in Sadek feria quarta proxima post Circumcisionem Domini, anno Domini millesimo ccc.lxx quarto, presentibus hys testibus, strenuis et nobilibus viris, domino Iohanne capitaneo Siradiensi, et domino Iacusio subcamerario, protunc iudicio residentibus, (sic), Iasdkone de Chorzanszowo, Iacusio de Milcowo, Mneva de Camonecz, Nicolao de Milcowicz heredibus, et aliis quam plurimis viris fide dignis.

Bolechowo, *Boleszyn.* Turek, Obrzębin, Słomów, *dziś tak samo.* Sadek, *Szadek.* Chorzanszowo, *Chorzeszów.* Milcowo, *Małkowo.* Camonecz, *Kamionacz.* Milcowicz, *Miłkowice.*

Nr. 1693.

Gregorius Pp. XI 1374 Ian. 13, Avinione; archiepiscopo Gneznensi mandat, ut contra quendam presbyterum nonnullos errores spargentem, secundum canones procedat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 942.

Gregorius episcopus *etc.* venerabili fratri.. archiepiscopo Gneznensi, salutem *etc.* Plurium fidedignorum relatibus nuper ad nostrum pervenit auditum, quod quidam Milleczius presbiter, olim canonicus Pragensis, sub specie sanctitatis spiritu elationis et temeritatis assumpto et predicationis officio, quod sibi non competit, usurpato, nonnullos errores non solum temerarios et iniquos, sed etiam hereticos et scismaticos, utique nimium scandalosos et periculosos, fidelibus, presertim simplicibus dicere et publice predicare in tuis civitate et diocesi Gneźnensi presumpsit hactenus et presumit, nonnullas personas utriusque sexus ad eius sectam, quam damnabiliter inchoavit, ac in errores detestabiles et reprobandos actus, in derogationem catholice fidei et contemptum sacrorum canonum inducendo, prout in quibusdam articulis scriptis in cedula, quam sub bulla nostra tibi mittimus, continetur. Nos igitur de hiis, si vera sint, merito condolentes ab intimis, cum non sint aliquatenus toleranda, et de negligencia tue fraternitatis et aliorum antistitum, in quorum civitatibus et diocesibus idem Milleczius et sui complices conversantur, ac Inquisitorum heretice pravitatis in illis partibus deputatorum, quod contra tales, adversus dictam fidem temere insurgentes et premissa detestabilia presumentes, si ita sit, non processistis prout tenemini, et nobis de premissis nichil notificare curastis, plurimum admirantes, eidem fraternitati per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus auctoritate nostra de premissis te plenarie informes, et si inveneris ita esse, adversus prefatos Milleczium et sequaces ac fautores eorum, si sint in tuis civitate vel diocesi prelibatis, procedas secundum canonicas sanctiones, ac errores contentos in dicta cedula, publice in predicationibus reprobes ac per clericos seculares et religiosos peritos in lege Domini facias reprobari. Contradictores *etc.*, invocato ad hoc, si opus

fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstante, si alicui vel aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Avinione Idibus Ianuarii, pontificatus nostri anno quarto.

In e. m. Venerabilibus fratribus Wratislaviensi, Luthomuslensi, Olomucensi et Cracoviensi episcopis, et archiepiscopo Pragensi.

Nr. 1694.

Przeczslaus iudex Poznaniens. 1374 Ian. 23, Poznanie; monasterio de Lubin possessionem mediae advocatiae oppidi Krzywin contra petitionem Petri civis de Śrem et fratrum eius adiudicat.

Pergam. orygin. mocno obcięty; na samym brzegu pozostało od przywieszenia pieczęci jedno wcięcie poprzeczne.

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 12.

Nos Przeczslaus iudex Poznaniensis, universis et singulis quibus nosse fuerit opportunum cupimus fore notum, quod in crastino beati Vincentii martyris, in generalibus terminis sub anno Domini m.ccc.lxx quarto Poznanie celebratis, ubi reverendus in Christo pater dominus Io. episcopus Poznaniensis, strenui milites dominus Sandziwogius capitaneus Polonie, Wincencius Poznaniensis, Przeczslaus Kalisiensis palatini, Wincencius Gneznensis, Iohannes Kalisiensis, Przibislaus Santhoczensis, Przethpelk Medzimerecensis, Sandziwogius Bnynensis, Woyczech Radzimiensis castellani, Gerwardus dapifer, Dzerszko subdapifer iudicio regali prefuerunt; ibi veniens religiosus vir frater Nicolaus, Ordinis et ex parte conventus in Lubyn causidicus seu procurator, coram nobis et iudicio regali mediam advocaciam in Crziwin super Petrum civem de Srem et fratres nec non sorores ipsius patrueles iudicialiter optinuit ac eciam acquisivit. Nos itaque de mandatu dominorum prescriptorum pretactam mediam advocaciam prefato conventui in Lubyn adiudicavimus optinendam pacifice et quiete. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum die, loco et anno, quibus supra.

Santhoczensis, *de Santok.* Medzimerecensis, *de Międzyrzecz.* Bnynensis, *de Bnin.* Radzimiensis, *de Radzim.* Lubyn, *Lubin.* Crziwin, *Krzywin.* Srem, *Śrem.*

Nr. 1695.

Przeczslaus iudex Poznaniens. 1374 Ian. 24, Poznanie; monasterio de Lubin possessionem hereditatis Rakówko contra petitionem Godzwini et matris eius adiudicat.

Pergam. orygin. mocno obcięty, bez śladu zawieszenia pieczęci.

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 11.

Nos Przeczslaus iudex Poznaniensis, universis et singulis presens scriptum cupimus fore notum, quod tertia feria post diem beati Vincentii martyris, in genera-

libus terminis sub anno Domini m.ccc.lxx quarto celebratis, ubi reverendus in Christo pater dominus Io. episcopus Poznaniensis, strenui milites, videlicet dominus Sandziwogius Polonie capitaneus generalis, Wincentius Poznaniensis, Przeczslaus Kalisiensis palatini, Wincencius Gneznensis, Iohannes Kalissiensis, Santhocensis, Przethpolk Medzirzensis, Woyczech Radominensis, Sandziwogius Bnynensis castellani, Thomislaus index Kalisiensis, Gerwardus dapifer, Dzerzsko subdapifer iudicio regali prefuerunt; ibi veniens religiosus vir dominus Nicolaus ex parte conventus de Lubyn, causidicus seu procurator eorum, coram nobis iusto et vero iudicio exigente discretum virum dominum Godzwinum et matrem eius de Racowecz pro eadem hereditate Rakowecz evasit. Nos itaque de mandato dominorum prenotatorum eandem hereditatem Rakowecz prefato conventui adiudicavimus et presentibus adiudicamus optinendam. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Poznanie die et anno, quibus supra.

Santhocensis, *de Santok*. Medzirzensis, *de Międzyrzecz*. Radominensis, *de Radzim*. Bnynensis, *de Bnin*. Racowecz, *później Rakownia, dziś Rakówko.*

Nr. 1696.

Semovitus dux Cirnensis et Ravensis 1374 Ian. 25, in Wisszegrod; pro Petrassio vexillifero Plocensi promittit, eundem, durante controversia inter ipsum et Iaroslaum archiepiscopum Gneznensem, treugas pacis usque ad diem b. Iohannis Baptistae servaturum.

Warszawa. Biblioteka Uniwersytecka. Foljant Nr. 632, fol. 43. (Kopja z pergaminu orygin., u którego na skrawku od dolnego brzegu odciętym i przez wcięcie poprzeczne przewleczonym przywieszona była pieczęć przedstawiająca Orła rozpostartego z napisem ... Ducis Cirnensis.

Nos Semovitus Dei gracia dux Cirnensis et Ravensis, universis quibus expedit volumus presentibus fore notum, quod in causa vertente inter venerabilem in Christo patrem dominum Iaroslaum archiepiscopum Gneznensem, ex una, et Potrassium vexilliferum nostrum Plocensem, super spoliis, dampnis et iniuriis per ipsum in bonis archiepiscopalibus commissis, parte ex altera, super quibus omnibus et singulis in dominum ducem Thessinensem extitit compromissum, pro eodem Potrassio promittimus bona fide: omnimodas treugas pacis et securitatis, eidem domino archiepiscopo suisque incolis et servitoribus usque ad diem beati Iohannis Baptiste proxime venturum per dictum Petrassium servandas et eciam firmissime tenendas; in cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Wisszegrod in die Conversionis sancti Pauli apostoli gloriosi, anno Domini M.CCC.LXX quarto.

Cirnensis, *de Czersk*. Thessinensis, *de Cieszyn na Szląsku*. Wisszegrod, *Wyszogród*.

Nr. 1697.

Iaroslaus s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1374 Febr. 15, Lovicz; Stanislao episcopo Plocensi mandat, ut sententiam excommunicationis in Stephanum capitaneum Zemoviti ducis Mazoviae eiusque complices et fautores, direptores bonorum ecclesiae Gneznensis, simulque interdicti in dioecesim Plocensem pluresque eiusdem ducis ditiones, quae recensentur, proferat.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergamin. przywieszona podługowata pieczęć przedstawia Biskupa siedzącego na tronie w infule i pallium, błogosławiącego, a w lewéj pastorał trzymającego. Pod stopami na trójkątnéj tarczy godło rodu Bogorjów; napis: S. Iaroslai Dei Gra. Gneznen. Archiep.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 198.

Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, venerabili in Christo fratri nostro domino Stanislao episcopo et.. Capitulo suo ecclesie Plocensis, ac omnibus et singulis abbatibus, prepositis, decanis, archidiaconis, prioribus, gardianis, archipresbyteris, et quibuslibet ecclesiarum rectoribus et eorum vices gerentibus in dyocesi Plocensi in ducatu et sub dominio magnifici principis domini Semoviti ducis Mazovie et filiorum ipsius constitutis, ad quos presentes nostre litere pervenerint, salutem in Domino Ihesu Christo. Inter sollicitudines pastoralis officii nostris humeris incumbentes illa potissime insident cordi nostro, per que errantes corrigere, ad viam veritatis revocare, animas Deo lucrifacere, et pauperum incommodis et oppressionibus occurrere valeamus. Quamvis enim Rex pacificus pia miseracione disposuerit, sibi subditos fore pacificos et modestos, honeste vivere, alterum non ledere, statutis evangelicis et canonicis limitando: effrenata tamen humani generis condicio semper nititur ad vetita, declinat ad prohibita sue iniquitatis et malicie palmites protendendo; propterea est providendum necessarie de remedio opportuno talium, quod mediante iusticia, iam dicta precidentur. Hinc est, quod ad nostram noticiam clamores pauperum flebiles in districtu nostro Loviciensi degencium pro effusione sanguinis Christiani et rerum divinarum spoliacione et violenta ac minus iusta rapina et molestacione ascendunt, usque ad celum dicentes: Vindica sanguinem nostrum et angustiacionem spoliacionemque nostram Pastor noster. Quia vero prophetica voce nobis dicitur: Pascite gregem qui sub vobis est, ut coram Altissimo racionem facere valeatis, ne sanguis ipsius de manibus vestris requiratur: excitati igitur tantis clamoribus, opportet nos urgente consciencia vigilare et intendere, qualiter perpetratas nequicias, malicias, oppressiones, violencias, dampna, exspoliaciones, per quosdam milites, subditos domini Semoviti ducis memorati, nobis et eisdem nostris pauperibus indebite illatas refrenare, corrigere ac totaliter, iuxta quod Dei adiutorio suffulti possumus, vindicare; qui milites, quos deberent secundum Deum et iusticiam sue milicie cingulo defendere, hos impie ac crudeliter vulnerant, spoliant, molestant, conturbant, opprimunt et trucidant. Equidem, ut certo cercius didicimus, predicti domini ducis subditi, videlicet Stephanus capitaneus cum aliis sibi subiectis, de mandato ipsius domini ducis supradicti sexigentas mensuras diversi frumenti cum tribus equis et quadraginta curribus, saccis et matis aliis rebus quam plurimis, que frumenta pro nostra necessitate de domo nostra Lovich in aliam domum Curzeloviensem per quendam Stanislaum castellanum et procuratorem nostrum Loviciensem

[illegible] violenter recipi et
[illegible] consumi procuravit.
[illegible] ecclesiam nostram
[illegible] privilegiis et
[illegible] abs que no-
[illegible] invaden-
[illegible] bona seu villas
[illegible] videlicet
[illegible] Samboa. Cranocze.
[illegible] et extra
[illegible] cym-
[illegible] sub-
[illegible] homines fi-
[illegible] res
[illegible] Chri-
[illegible] cimeterium
[illegible] aliis su-
[illegible] diver-
[illegible]
[illegible] fines et
[illegible] Zam-
[illegible]
[illegible]

in Christo, dominis sacrosancte Romane ecclesie summis pontificibus, et ab aliis archiepiscopis, episcopis, Sedis apostolice legatis, et a nobis editis et approbatis: quarum constitucionum principia sive clausule ad propositum facientes sequuntur sequenti sub tenore: Et primo, videlicet constitucio domini Bonifacii Pape octavi incipit: Imperatores, reges seu principes, duces, comites vel barones, potentes, capitanei, et officiales; et item, domini Clementis Pape constitucio incipit: Clemens episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex frequentibus prelatorum querelis accepimus etc.; item, constitucio domini Urbani Pape incipiens: Veritate ewangelica attestante cognovimus, quod illi a Deo beati reputantur, qui persecutionem propter iusticiam patiuntur; item, constitucio Fulconis condam archiepiscopi Gneznensis incipit: Quoniam contra violatores ecclesiarum et cymmeteriorum pene sint a canonibus statute etc.; item, constitucio domini Ianusy condam archiepiscopi Gneznensis et aliorum episcoporum incipit: Unde volumus, ut communis reputetur iniuria episcoporum et prelatorum omnium etc.; item, constitucio domini Ianisy (sic) condam archiepiscopi Gneznensis incipit: Statuimus, ut locus, ad quem clericorum vel ecclesiarum res seu habitancium in bonis et villis eorundem ablate seu recepte per violenciam deducuntur, ecclesiastico supponantur interdicto etc.; item, constitucio domini Philippi Firmani episcopi, condam Sedis apostolice legati incipit: Nulla racione valentes tantam iniquitatem et perversitatem conniventibus oculis pertransire etc.; item, altera constitucio eiusdem domini Firmani incipit: Ab antiquorum et maiorum suorum videntur vestigiis deviare, qui ecclesias ipsas et earum bona seu iura destruunt etc.; item, constitucio nostra super principes et barones incipit: Nos Iaroslaus de Boria (sic) etc.: omnes et quilibet spoliatores, depredatores, molestatores, occupatores ac violentos detentores bonorum ecclesie hominumque ipsius, et ipsis publice et occulte operam in eisdem rapinis et aliis predictis consilium, auxilium et favorem prestantes, in excommunicacionis summam ipso facto sint prolapsi, et terre, districtus, castra, civitates, oppida, ville et omnes ecclesie in eisdem situate, locaque et allodia, ad quas, ad quos et ad que bona, spolia, prede, res qualescunque ecclesiis et hominibus ecclesie per violenciam rapte, alienate deducuntur, ecclesiastico interdicto debent subiacere et subiacent eciam ipso facto et iure: Unde, cum fratribus nostris Capitulo Gneznensi et cum iuris peritis habito salubri consilio et nobiscum deliberacione prehabita diligenti, quia propter tanta mala tam horribiliter perpetrata in nostrum, ecclesie nostre maximum preiudicium et gravamen, dignum duximus et iugi meditacione urgemur, ut contra raptores, predones et maleficos eosdem ultione canonica iuxta constituciones prephatas procedamus, ne facilitas venie ad similia facienda aliis prodeat in excusacionem: quos enim timor Dei a malo non revocat, saltem coerceat severitas ecclesiastice discipline: memoratos Stephanum capitaneum et sibi subiectos, ac eciam malefactores, spoliatores bonorum nostrorum, ecclesie nostre et hominum nostrorum superius nominatos, et omnes auxilium, consilium et favorem in eisdem spoliacionibus publice vel occulte prestantes, taliter ut premittitur ex vi constitucionum et virtute predictarum excommunicatos denunciamus in hiis scriptis; terras, districtus, castra, civitates, oppida, villas, loca, allodia iam dicta, videlicet Plocensem, Zacrocimiensem, Visegrodensem, Varsoviensem, Cirnensem, Ravensem, Sochacoviensem et Gostinensem, et eciam ecclesias omnes et singulas, monasteria et abbacias in eisdem terris, districtibus, castris, civitatibus, oppidis et villis et aliis locis quibuscunque situatas, et specialiter Plocensem ecclesiam kathedralem et diocesim sub principibus memoratis situatam hominesque in ipsis habitantes, interdicto ecclesiastico subiacere in Christi

nomine declaramus. Quare vobis domine episcope virtute predictarum constitucionum, vobis vero Capitulo, abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, gardianis, archidiaconis, archipresbyteris et ecclesiarum rectoribus ac vicariis predictis, sub excommunicacionis pena late sentencie constitucionibus predictis et sub pena officiorum et beneficiorum deposicionis etc., quas penas quilibet vestrum huiusmodi nostrum processum contempnens noverit se incursurum canonica monicione premissa, districte precipiendo mandamus: quatenus predictos Stephanum capitaneum et sibi subiectos ac molestatores predictos, excepto Potrassio vexillifero Plocensi, contra quem durantibus pacis treugis inter nos et ipsum designatis nil intendimus attemptare, similiter virtute earundem constitucionum excommunicatos vestris in ecclesiis denuncietis pulsatis campanis, candelis extinctis, singulis diebus dominicis et festivis, interdictum vobis ecclesiasticum huiusmodi, in eisdem vestris terris, districtibus, castris, civitatibus, oppidis, villis, locis firmiter ac efficaciter observantes et observari facientes, et nichilominus memoratis Stephano capitaneo et aliis malefactoribus anunciantes: quod, si presentem nostrum processum contempserint, facietis Christi fideles sub penis predictis ab eorum communione et actibus legitimis, videlicet cibo, potu, emcione, vendicione, locucione et ad hospicia recepcione arcius evitare, familiis ipsorum inhibentes divina, et specialiter ecclesiasticam sepulturam. Insuper volumus et omnino decernimus, ut vos et quilibet vestrum eidem Stephano capitaneo et malefactoribus et aliis quibuslibet subditis et parrochianis vestris, infra huiuscemodi interdictum ecclesiasticum sub penis prenominatis nulla divina administrare presumatis et administrari faciatis, preter penitencias moriencium et baptismata parvulorum: attamen campanis non pulsatis clausisque hostiis in vestris ecclesiis, excommunicatis, interdictis ac occasionem huiusmodi interdicto prestantibus exclusis et reiectis, submissa voce horas canonicas et divina officia poteritis resumere et eciam celebrare: processum nostrum huiusmodi, contra predictos malefactores ex vi predictarum constitucionum ut premittitur prolatum et factum, sub penis premissis exsequentes, et vestris subditis ut exsequantur similiter insinuantes, notificantes ac eciam declarantes tamdiu, donec a nobis receperitis aliud in mandatis. In cuius rei testimonium, presentes literas nostras sive processum huiusmodi sigilli nostri maioris munimine cum subscripcione publici notarii fecimus communiri. Datum Lovicz XV die mensis Februarii, anno Domini millesimo CCC.LXX quarto.

Curzeloviensis, *de Kurzelów*. Ravensis, *de Rawa*. Squirnovicze, *Skierniewice*. Mocra, *Mokra*. Pavlovo, *nie odgadnione*. Mednevicze, *Miedniewice*. Scymicze, *Samice*. Pamotna, *Pamiętna*. Damba, *Dębagóra*. Cranọcze, *Kręsce*. Blone, *nie odgadnione*. Godzenovo, *Godzianów*. Caveczino, *Kawęcin*. Pliczna, *Plycwia*. Iacochova, *Jacochów*. Borzislaw, *Borysław*. Mnychovicze, *Mnichowice*. Ostrow, *Ostrów*. Langonicze, *Łęgonice*. Vissegrodensis, *de Wyszogród*. Zacroczimensis, *de Zakroczym*. Cyrnensis, *de Czersk*. Gostinensis, *de Gostyń*. Rava Nova et Antiqua, *m. Rawa i Stara Rawa p. Skierniewicami*. Regnow, *Regnów*.

Nr. 1698.

Boguslaus canonicus Gneznens. etc. 1374 Febr. 23, in Grzegorzow; ratam habet venditionem scoltetiae villae sui Capituli dictae Budzisław, quam Iacobus et Petrus scolteti in rem Voislai nati Radslai resignaverunt.

Pergam. orygin. Na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Wczele; napis zatarty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 199.

In nomine Domini amen. Ne res gestas in tempore temporis processus aboleat, oportunum est, ut eas roboret solempnis titulus litterarum. Proinde nos Boguslaus canonicus Gneznensis nec non archidyaconus Lanciciensis ecclesiarum, tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris publice profitemur, quod accedentes ad nostram presenciam famosi viri Iacobus cum Petro fratres uterini, nostri scolteti de Budzislaw, ville Capituli Gneznensis in districtu Gneznensi consistentis, non compulsi, non coacti, sed bona et libera eorum voluntate eandem suam scolteciam in Budzislaw cum omnibus utilitatibus, iuribus, proventibus, area, et aliis obvencionibus quibuscumque, prout in antiquo privilegio ipsorum plenarie describuntur, nostro de consensu et assensu famoso viro Voyslao, nato Radslai, ac suis legitimis successoribus natis vel nascendis, pro certa pecunie quantitate, videlicet pro viginti tribus marcis grossorum cum sex scotis Polonicalis monete et numeri vendiderunt, et eandem scolteciam coram nobis Iacobus cum Petro fratres prenotati iam dicto Voyslao ac suis legittimis successoribus tenendam, vendendam, commutandam et in usum suum et suorum successorum convertendam perpetue assignaverunt, tradiderunt ac totaliter resignaverunt, nichil penitus in eadem sibi iuris et dominii reservantes. Nos vero easdem vendicionem, tradicionem et resignacionem ratas et gratas habere volentes et tenere, ipsas per litteras presentes approbamus, ratificamus et eciam confirmamus perpetuis pro temporibus valituras. In cuius rei testimonium et ad evidenciam pleniorem, presentes scribi iussimus appensione nostri sigilli communitas. Data et acta sunt hec in Grzegorzow in vigilia sancti Mathie apostoli, anno Domini m.ccc septuagesimo quarto, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Mathia Gneznensi canonico nec non thezaurario curie archiepiscopalis, Alberto de Pantek, Philippo de Gluchowo, Martino de Lagowicze ecclesiarum rectoribus, et aliis pluribus fide dignis. Transiit per manus Vincencii notarii curie archiepiscopalis Gneznensis.

Budzisław, Grzegorzew, *dziś tak samo.* Pantek, *Piątek.* Gluchowo, *Głuchowo.* Lagowicze, *Łęgonice.*

Nr. 1699.

Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1374 Mart. 7, in Grzegorzowo; ius patronatus ecclesiae in Łąkoszyn conventui de Trzemeszno contra petitionem Stephani heredis eiusdem villae adiudicat.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci. Trzemeszno. Privil. Conv. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Humane fragilitatis condicio labitur de facili, nisi scripturarum testimonio perhenni memorie commendetur. Proinde nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum esse volumus tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devolvetur scriptum presens, quod cum inter honorabilem et religiosum virum Iacobum prepositum domus Tremesensis, Ordinis sancti Augustini canonici regulatus, Gneznensis dyocesis, et conventum suum, actores ex una, et nobilem virum Stephanum heredem de Lancossyno, parte ex altera reum, super iure patronatus ecclesie ibidem in Lancossyno coram nobis mota fuisset materia questionis, tandem, testibus ex utraque parte ordine iuridico evocatis et productis ad videndum, quis eorum pinguius ius ad dictum ius patronatus videretur obtinere, prefati prepositi testibus in termino sibi prefixo legittime comparentibus, de consensu nostro speciali talem concordiam inierunt: quod prenominatus Stephanus de Lancossyno, iam dictum prepositum Tremesensem et suum conventum omnem iuridicionem iuris patronatus prescripte ecclesie in Lancossyno obtinere fatebatur coram nobis pariter et habere, et eandem ecclesiam in Lancossyno, a temporibus retroactis et in antea, per eosdem prepositum et conventum alicui religioso vel seculari posse conferre, ipsum nobis pro confirmacione ordinaria presentando, et donare. Nos igitur concordiam eandem ut prefertur presentibus ratificantes, totalem condicionem iuris patronatus ecclesie predicte in Lancossyno prenotato preposito et suo conventui perpetuis temporibus ascribimus et totaliter adiudicamus per presentes, sepenominato Stephano de eodem iure patronatus ecclesie in Lancossyno silencium inponentes sempiternum. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Grzegorzowo die VII mensis Marcii, anno Domini millesimo ccc.lxx quarto, presentibus strenuis et discretis viris, dominis Swantopelcone palatino Syradiensi, Mathia Gneznensi, Vincencio, Navogio, Canimiro Lanciciensibus canonicis, et aliis pluribus fide dignis. Scriptum per manus Budconis notarii curie archiepiscopalis.

Lancossyno, *Łąkoszyn.* Grzegorzowo, *Grzegorzewo.*

Nr. 1700.

Semovitus Troydeni dux Mazovie 1374 Mart. 8, in Ploczk; ecclesiae Gneznensi pro damnis, bonis eiusdem ecclesiae in districtu de Łowicz sitis per quosdam subditos suos illatis, villas Świerzysz, Niedźwiada et Weimo confert.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 2.

In nomine Domini amen. Quia principum consuevit auctoritas unicuique iusticiam reddere, et presertim matri Ecclesie benedicte, proinde nos Semovitus Troydeni,

Dei gracia dux Mazovie, una cum filiis nostris predilectis Ianusio et Semovito illustribus, notum esse volumus tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam series presencium devolvetur, quod cum bona, allodia, ville et homines reverendi in Christo patris domini Iaroslai, sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi, et eciam sue Gneznensis ecclesie in districtu Lovicensi situati, per quosdam subditos nostros contra consensum et voluntatem nostram in diversis rebus crudelissime ac impye spoliati, depredati et dampnificati extiterint; quam ob rem, ob reverenciam Altissimi et sue matris Virginis gloriose nec non beati Adalberti martyris et pontificis gloriosi, de dampnis huiusmodi et perturbacionibus predicto domino archiepiscopo et ecclesie sue Gneznensi pie et benigne, tanquam tutores et protectores ipsorum speciales et legittimi compaciendo, volentes vestigia progenitorum nostrorum quoad promovendam Ecclesiam toto mentis ex conatu imitari, eidem domino archiepiscopo et suis successoribus ecclesieque Gneznensi, de mera ac libera animi nostri liberalitate et consensu filiorum nostrorum predictorum et de consilio baronum nostrorum unanimi, villas nostras, videlicet Swezir, Meczwada, Weimo vulgariter nuncupatas, cum omnibus iuribus, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, obvencionibus, lacubus, piscinis, stagnis, molendinis, aquis et earum decursibus, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, quercetis, mellificiis, viis et inviis, paludibus, borris, et aliis utilitatibus quibuscunque, subtus et infra ac supra, prout sunt in suis limitibus circumferencialiter in terra seu districtu nostro Sochaczoviensi distincte et locate, damus, ascribimus, annectimus, et incorporamus virtute presencium pro dampnis eisdem, per ipsum dominum archiepiscopum, successores suos qui pro tempore fuerint et ecclesiam Gneznensem cum totali dominio, iure, libertatibus, exempcionibus, consuetudinibus, immunitatibus, graciis et honoribus, quibus cetere ville ecclesie Gneznensis predicte in districtu memorato Lovicensi situate exnunc et in antea frete sunt, gaudent et fruuntur, tenendas, habendas ac perpetuis temporibus libere et pacifice possidendas. Preterea: quod in fine ponitur, magis memorie commendatur: promittimus cum prescriptis filiis nostris in solidum et bona fide, dampna per incendia aut aliquas perturbaciones in eisdem villis per subditos nostros, ius pro se quoad predictas villas usurpantes aut usurparę volentes, illatas et inferendas, eidem domino archiepiscopo et successoribus suis perpetuo exsolvere et totaliter reservare. Insuper nos et nostros successores obligamus perpetuis temporibus ad omnimodam evictionem et exbrigacionem iudicialem dictarum villarum, tam contra subditos nostros quam eciam quoslibet extraneos ius ipsarum villarum pro se usurpare volentes, et ipsum dominum archiepiscopum, successores suos et ecclesiam Gneznensem in eisdem villis impedientes et impedire volentes huiusmodi occasione. In cuius rei testimonium, nostrum ac filiorum nostrorum sigilla sunt appensa presentibus perpetualiter duraturis. Actum et datum in Ploczk feria quarta proxima ante dominicam Letare, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, presentibus nobilibus viris, nostris fidelibus, dominis Andrea Plocensi, Nemersa Schochaczoviensi castellanis, Gothardo iudice Plocensi, Stiborio Plocensi, Andrea Ravensi, Stephano Gostinensi succamerariis, et aliis pluribus fide dignis. Scriptum per manus Wilhelmi notarii domini Arnoldi abbatis de Plock. Transivit per manus honorabilis viri domini Dobrogostii decretorum doctoris, cancellarii nostri nec non cantoris Gneznensis et prepositi Cracoviensis.

Lovicensis, *de Łowicz.* Swezir, *Świerzysz.* Meczwada, *Niedźwiada.* Weimo, *nie odgadnione.* Sochaczoviensis, *de Sochaczew.* Ravensis, *de Rawa.* Gostinensis, *de Gostyń.*

Nr. 1701.

Gregorius Pp. XI 1374 Apr. 28, apud Villamnovam; Iohannem ecclesiae Gneznensi in archiepiscopum praeficit et de more commendat.
Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 944.

Gregorius episcopus *etc.*, dilecto filio Iohanni electo Gneznensi salutem *etc.* Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes, soliciti corde reddimur et solertes, ut cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi, sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias, in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino salubriter regere et feliciter gubernare. Dudum siquidem provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc apud Sedem apostolicam vacantium et inantea vacaturarum ordinationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero ecclesia Gneznensi ex eo apud dictam Sedem vacante, quod venerabilis frater noster Iaroslaus episcopus, tunc archiepiscopus Gneznensis, regimini eiusdem ecclesie Gneznensis, cui tunc preerat, per dilectos filios Nicolaum scolasticum Wladislaviensis et Pretzlaum Maucive canonicum dicte Gneznensis ecclesiarum, procuratores ipsius Iaroslai ad hoc ab eo sufficiens et speciale mandatum habentes, in manibus dilectorum filiorum nostrorum Guillermi tituli sancti Stephani in Celiomonte et Guillermi tituli sancti Clementis presbiterorum cardinalium apud dictam Sedem libere et sponte cessit, dictique cardinales cessionem huiusmodi de speciali mandato nostro, facto eis super hoc oraculo vive vocis, apud eandem Sedem admiserunt: nos ad provisionem eiusdem ecclesie Gneznensis celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ipsa Gneznensis ecclesia longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie Gneznensi personam utilem et etiam fructuosam cum nostris fratribus habuimus diligentem, demum ad te decanum ecclesie Cracoviensis, in sacerdocio constitutum, cui de litterarum sciencia, vite mundicia, honestate morum, spiritualium providencia et temporalium circumspectione ac aliis multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, pro quo eciam dilecti filii Capitulum ipsius Gneznensis ecclesie per eorum litteras nobis super hoc humiliter supplicarunt, direximus oculos nostre mentis: quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta, eidem Gneznensi ecclesie de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Gneznensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod dicta Gneznensis ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina prospere dirigetur, et salubria in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis dicte ecclesie Gneznensis suscipiens reveren-

ter, sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas et eciam studiosum, quod ecclesia ipsa gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque proinde preter eterne retributionis premium, nostram et dicte Sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis IIII Kalendas Maii, anno quarto.

In e. m. Capitulo ecclesie Gneznensis, Clero et populo civitatis et diocesis Gneznensium, Universis vassallis eiusdem ecclesie, *et* Universis suffraganeis ecclesie Gneznensis *etc.*

Nr. 1702.

Gregorius Pp. XI 1374 Apr. 28, apud Villamnovam; Iohannem electum Gneznensem Ludovico regi Poloniae et Hungariae commendat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 945.

Gregorius episcopus *etc.*, carissimo in Christo filio Ludovico Ungarie et Polonie regi illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur, si per seculares principes prelatis, presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Dudum siquidem (*etc. ut in praecedenti diplomate, usque*) incrementa. Cum itaque fili carissime sit virtutis opus, Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem electum et prefatam ecclesiam Gneznensem sue cure commissam habens pro nostra et apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita, quod idem electus tue celsitudinis fultus presidio, in commisso sibi cure pastoralis officio possit Deo propicio prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vite premium, et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis IIII Kalendas Maii, anno quarto.

Nr. 1703.

Gregorius Pp. XI 1374 Mai. 16, Galloni; Iaroslao episcopo, olim archiepiscopo Gneznensi, e mensa archiepiscopali quorundam bonorum ususfructum ad vitam concedit.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 946.

Gregorius episcopus *etc.* venerabili fratri Iaroslao episcopo, olim archiepiscopo Gneznensi, salutem *etc.* Etsi apostolice Sedis benignitas cunctis indigentibus consueverit sue pietatis gremium aperire, prelatis tamen, et maxime pontificali dignitate preditis, in eorum opportunitatibus, ne ipsorum status decenciam temporalium rerum defectus obnubilet, libenter sue munificentie gratiam impertitur. Cum itaque dudum propter debilitatem persone tue regimen ecclesie Gneznensis, cui tunc preeras, in manibus dilecti filii nostri Guillelmi tituli sancti Stephani in Celiomonte ac bone memorie Guillelmi tituli sancti Clementis presbiterorum cardinalium per procurato-

rem tuum ad hoc a te specialiter constitutum sponte ac libere apud Sedem apostolicam cessisse noscaris, ac cessione huiusmodi per dictos cardinales apud dictam Sedem de speciali mandato nostro, facto sibi super hoc oraculo vive vocis, admissa, nos eidem ecclesie per huiusmodi cessionem vacanti venerabilem fratrem nostrum Iohannem archiepiscopum Gneznensem preficiendum duxerimus in archiepiscopum et pastorem: pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut, ne tu propter cessionem huiusmodi carens redditibus opportunis cogaris in opprobrium pontificalis dignitatis tuique status decencie mendicare, tibi super hoc providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque volentes propterea (sic), tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi usumfructum de locis infrascriptis in Gneznensi et Wladislaviensi diocesibus consistentibus, videlicet de loco seu dominio Oppatow, cum maldratis, decimationibus et fertonibus in territorio Kalisiensi usque ad fluvium Wartha, item Gosczonow, item de villis in Pomerania consistentibus, videlicet Grotzno et Cirekvicia, et de oppido Camen cum Polonicali Cirekvicia et cum districtibus et villis suis, necnon omnibus et singulis iuribus et pertinentiis, decimationibus et pecuniis ibidem quomodocumque provenientibus, una cum iure patronatus beneficiorum ecclesiasticorum inibi consistentium, prout hactenus ad mensam archiepiscopalem Gneznensem spectare consueverunt, pro alimentis tuis, quamdiu vixeris, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, constituimus et etiam assignamus, tibi possessionem locorum, villarum et opidi predictorum cum eorum iuribus et pertinenciis universis supradictis, sicut ad prefatam mensam archiepiscopalem Gneznensem pertinent, pro usufructu huiusmodi adipiscendi et retinendi eadem auctoritate potestatem concedentes. Non obstantibus quibuscumque apostolicis et aliis constitutionibus seu statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alias roboratis, necnon quibuscumque privilegiis seu indulgentiis a Sede apostolica qualitercumque concessis, per que, presentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in litteris nostris mentio specialis. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis, constitutionis, assignationis et voluntatis infringere *etc.* Datum Galloni Arelatensis diocesis XVII Kalendas Iunii, anno IV.

Wladislaviensis, *de Włocławek.* Oppatow, *Opatówek.* Gosczonow, *Goszczanów.* Grotzno, *Gruczno.* Cirekvicia, *Cerekwica, z niem. Gross-Zirkwitz.* Camen, *Kamień.* Polonicalis Cirekvicia, *z niem. Klein-Zirkwitz.*

Nr. 1704.

Gregorius Pp. XI 1374 Iul. 5, apud Orgonum; officiali Gneznensi mandat, ut Iohanni de Trląg canonico Plocensi canonicatum et praebendam in ecclesia Gneznensi conferri curet.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 947.

Gregorius episcopus *etc.*, dilecto filio .. officiali Gneznensi salutem *etc.* Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Dudum siquidem omnes canoni-

catus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud Sedem apostolicam vacantia et imposterum vacatura, collationi et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Gneznensis, quos venerabilis frater noster Iohannes archiepiscopus Gneznensis tempore promotionis per nos facte de ipso ad ecclesiam Gneznensem tunc vacantem obtinebat, per huiusmodi promotionem et munus consecracionis eidem Iohanni archiepiscopo de mandato nostro apud Sedem predictam impensum apud eandem Sedem vacaverint et vacent ad presens, nullusque preter nos hac vice de dictis canonicatu et prebenda disponere potuerit neque possit reservatione et decreto obsistentibus supradictis: nos volentes dilectum filium Iohannem Andree de Tranlang, canonicum ecclesie Plocensis, qui ut asseritur ex utroque parente nobilibus genitus existit, apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate aliisque virtutum suarum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favoribus prosequi gratiosis, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si post diligentem examinationem dictum Iohannem, in presbiteratus ordine constitutum, ad hoc ydoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, predictos canonicatum et prebendam, quorum fructus, redditus et proventus triginta florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sic vacantes, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis, eidem Iohanni auctoritate nostra conferre et assignare procures, inducens per te vel alium seu alios eundem Iohannem vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac iurium et pertinenciarum predictorum, et defendens inductum amoto ab eis quolibet detentore, ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo, ad dictam prebendam in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in Capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, sibique de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi: contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Gneznensis contrariis *etc.* Datum apud Orgonum Avinionensis diocesis III Nonas Iulii, anno quarto.

Tranlang, *Trląg.*

Nr. 1705.

Iohannes canonicus Plocens. et vicecancellarius etc. 1374 Iul. 25, in castro Lovicz; profitetur, se villas Gardna, Dobieszewo et Dąbrowa tantum ad tempus vitae suae nomine Gneznens. ecclesiae tenere.

Pergam. orygin., w większéj swéj części zupełnie wypełzły.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 200. (Dopełniono podług Lib. privil. XV sec. fol. 61 v.)

Nos Iohannes canonicus Plocensis et vicecancellarius serenissimi principis, domini Kazimiri ducis Stetinensis, Dobrinensis, Pomoranie, Slavie, Casszubie terrarum ac principis Ruyanorum, presencium recognoscimus per tenorem et bona fide profitemur

villas, bona sive possessiones infrascriptas, scilicet Maiorem et Minorem Gardnam, Dobesschowo et Dambrova, sitas in terra Stolpensi, recepisse et habuisse, et exnunc recipere et habere in titulum gracie et provisionis, nobis a reverendissimo in Christo patre ac domino, domino Iohanne Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo facte dumtaxat ad tempora vite nostre, nomine eiusdem ecclesie Gneznensis tenendas, habendas et possidendas. Post tempora autem vite nostre, eadem bona, ville et possessiones, cum totali iure et dominio et cum omnibus informacionibus per nos Domino concedente instaurandis, ad ipsum dominum archiepiscopum aut ad suos successores et ad ecclesiam Gneznensem omnimode devolventur, et eciam sine qualibet contradictione devolvi debebuntur. In signum autem dominii et proprietatis, racione tenute dictarum villarum et possessionum ad solvendos sexaginta salmones singulis annis eidem domino archiepiscopo vel suis successoribus et ecclesie Gneznensi nos cum totali fiducia obligamur et esse volumus obligati. Preterea pro evictione dictorum bonorum et possessionum cum adiutorio predicti domini ducis et pro integracione iurisdicionis et iurium archiepiscopalium in predicto districtu apponere volumus, et promittimus bona fide reintegrare omnem possessionem dictarum villarum, ad ipsum dominum archiepiscopum de iure pertinencium et de facto. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum anno Domini millesimo ccc.lxxiiii in castro Lovicz, in die beati Iacobi apostoli, presentibus honorabilibus viris, dominis Kylcz scolastico, Iarando, Bronisio et Mathia, canonicis Gneznensibus, ac Bertoldo de Camen plebano in Wansow Wrathislaviensis diocesis, vicecancellario dicti domini archiepiscopi, testibus ad premissa specialiter rogatis.

Dobrinensis, *de Dobrzyń*. Ruyani, *de insula Rugia*. Gardna, *z niem. Garden.* Dobesschowo, *nie odgadnione*. Dambrova, *Dąbrowa, z niem. Damerow.* Stolpensis, *de Słupsk, z niem. Stolpe.* Wansow, *Wąsów, z niem. Herrnstadt.*

Nr. 1706.

Benedictus officialis Gneznens. 1374 Aug. 3, in domo sue habitacionis; privilegium, quod dederat monasterio de Trzemeszno: **Premisl secundus dux Polonie 1292 Oct. 21, in Tremesna,** in quo etiam continetur privilegium, quod dederat eidem monasterio: **Premisl dux Polonie 1251 Apr. 25, in Poznan,** per notarium publicum transsumi iubet.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci. Przy końcu Signum notarii publici *narysowane obok oświadczenia.*

Trzemeszno. Privil. Conv. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Hoc est exemplum seu transsumptum cuiusdam privilegii bone memorie serenissimi principis Premislii secundi, quondam ducis Polonie, quod fuit per religiosum virum fratrem Raymundum custodem monasterii Tremesnensis Gneznensis dyocesis, honorabili viro domino Benedicto officiali Gneznensi tamquam iudici ordinario presentatum, humiliterque supplicatum, ut dictum privilegium per me notarium infrascriptum exemplari seu transsumi mandaret; cuius supplica-

cionis acquiescens, immediate transsumi decrevit. Cuius quidem privilegii tenor sequitur in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 687 cum transsumpto diplomate Nr. 292*).

Cui quidem privilegio sigillum de cera alba obrotunde figure erat appensum: in cuius medio ymago hominis tenens in sinistra manu clypeum cum gladio, in quo clipeo quedam avis coronata, ad modum aquile extabat, in dextra vero manu lanceam ad modum vexilli; stans super draconem, in capite quasi pileum habens, circa vero capud (sic) quedam manus cum cruce quasi ad benedicendum extensa, super qua ymagine et dicta manu cum cruce, cyboria apparebant. A latere quoque dicte ymaginis, videlicet dextro, quedam turris, super qua ymago hominis habens cornu seu tubam in ore cum manu sustentans. Similiter et a sinistro latere turris cum forma hominis prout premittitur apparebat. Littere vero circumferenciales hee videbantur apparere + SIGILLUM PREMISLONIS SECUNDI DEI GRACIA; sed I circa dictam diccionem "DEI„, nec G et R, propter corrupcionem et vetustatem sigilli non apparebant circa dictam diccionem GRACIA. Ulterius vero legebatur: DUCIS POLONIE. Ad manum vero dextram et ymaginem, supercurrim, quasi stantes sub prefato vexillo, hee littere legebantur: ET CRA. Quod quidem privilegium, sic ut premittitur exemplatum et transsumptum, una cum prefato domino officiali cum presenti transsumpto diligenter auscultavi; et quia dictum transsumptum prefatus dominus officialis cum originali concordare invenit, ideo suum decretum una cum sua auctoritate ordinaria interposuit, ut eidem transsumpto, in iudicio et extra, maior fides adhibeatur, et in evidenciam pleniorem premissorum, sigillum suum presenti scripto seu exemplo duxit appendendum. Acta sunt hec anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, Indiccione XII, die tercia mensis Augusti, in domo habitacionis sepedicti domini officialis, presentibus discretis viris: Nicolao et Alberto vicecustodibus, Stanislao dicto Slachta vicario ecclesie maioris Gneznensis, Stanislao et Nicolao fratribus religiosis ad sanctum Iohannem prope Gneznam, testibus ad premissa.

Et ego Iohannes Clementis de Opathowecz clericus Cracoviensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, dictum transsumptum coram predictis testibus fideliter prout premittitur auscultavi, breviavi et in notam recepi, ipsumque meo nomine, certis occupatus negociis, per alium scribi feci, et illud publicando me subscripsi signoque meo solito signavi in testimonium premissorum.

Constat mihi notorie de hys duabus diccionibus interlinearibus, videlicet forma, et hec que fuerunt non vicio, sed errore obmisse.

Opathowecz, *Opatowiec.*

Str. 423, wiersz 10 od g.; wyraz forma *poprawiony.*

Nr. 1707.

Consules iurati etc. civitatis Kalis 1374 Aug. 21, s. l.; Ludovico regi Hungariae, matri ipsius Elizabeth reginae et eisdem hereditarie successuris homagium faciunt.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć miasta Kalisz; (pieczęć LVIII).

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 268.

Noverint quibus expedit universi, quod nos consules, iurati totaque universitas civitatis Kalis fecimus et promisimus fidele omagium nostro iuramento, sine omni

dolo et semota qualibet fraude, serenissimo principi domino Ludovico digna Dei gracia Ungarie, Polonie, Dalmacie eciam regnorum regi, necnon excellentissime principi domine Elizabeth eadem gracia matri sue karissime, Ungarie et Polonie regine seniori, ipsis in omnibus obedire, et nullum alium preter ipsos in dominos et heredes suscipere regni predicti, et per eum filio suo quem idem rex habuerit, ac suis liberis legittimisque successoribus, qui hereditarie tenentur succedere in posesionem regni predicti. Si, quod absit, prefatum dominum regem filium acciderit non habere, extunc promissiones, omagia per nos facte (sic) iuramento ad filiam unam debent dirigi ac eciam devenire et ad liberos ipsius, quam nobis predictus dominus rex deputaverit et assignaverit, et que nobis in ipso regno voluerit commanere. Preterea, eciam si eandem filiam decedere contingerit ab hac luce, quod absit, tunc secundogenite filie predicti domini regis idem omagium, libere (sic) ipsius et successoribus legittimis tenemur ratum, gratum, firmum et inviolabile tenere ac illibate conservare, et sic a primis pueris suis usque ad ultimos, predictum omagium tamquam ad legitimos heredes pertinebit regni supradicti. Eciam regie magnificencie certitudinaliter confidimus, quod omnia vota et promissa, nobis per serenissimos dominos regem ac reginam supradictos facta, nobis inviolabiliter observentur. In robur ac evidentiam premissorum, nostre civitatis maius sigillum presentibus est appensum. Anno Domini M.CCC.LXXIIII, feria secunda ante diem sancti Bartholomei apostoli.

Nr. 1708.

Consules iurati etc. civitatum de Staviszino et de Konyn 1374 Aug. 21, Kalis; Ludovico regi Hungariae, matri ipsius Elizabeth reginae et eisdem hereditarie successuris homagium praestant.

Pergam. orygin. W założonym dolnym brzegu wcięcia poprzeczne od przywieszenia dwóch pieczęci.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 266.

Noverint quibus expedit universi, quod nos consules, iurati totaque universitas civitatum de Staviszino et de Konyn, fecimus et promisimus fidele omagium nostro iuramento, sine omni dolo et semota qualibet fraude, serenissimo principi domino Lodovico digna Dei gracia Ungarie, Polonie, Dalmacie etc. regnorum regi, necnon excellentissime principi domine Elizabeth eadem gracia matri sue carissime, Ungarie et Polonie regine seniori, ipsis in omnibus obedire, et nullum alium preter ipsos in dominos et heredes suscipere regni predicti, et per eum filio suo quem idem rex habuerit, ac suis liberis legittimisque successoribus, qui hereditarie tenentur succedere in possessione regni antedicti. Si, quod absit, prefatum dominum regem filium acciderit non habere, extunc promissiones, omagia per nos sine (sic) iuramento ad filiam unam debent devolvi ac eciam devenire et ad liberos ipsius, quam nobis predictus rex deputaverit et assignaverit, et que nobis in ipso regno voluerit commanere. Preterea, eciam si eandem filiam decedere contingerit ab hac luce, quod absit, tunc secundogenite filie predicti domini regis idem omagium, liberis ipsius et successoribus legittimis tenemur ratum, gratum, firmum et inviolabile tenere ac illibate conservare, et sic a primis pueris suis usque ad ultimos, predictum omagium tamquam ad legittimos heredes pertinebit. In cuius rei testimonium et evidenciam

pleniorem, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Kalis feria secunda proxima infra octavas Assumpcionis sancte Marie, sub anno a Nativitate Domini millesimo CCC^mo^LXX^mo^IIII^to^.

Staviszino, *Stawiszyn*. Konyn, *Konin*.

Nr. 1709.

Lodovicus Hungarie Polonie etc. rex 1374 Sept. 17, Cassovie; nobilibus regni Poloniae, qui non extante prole masculina filias suas in heredes regni acceptaverunt, amplissima privilegia largitur.

Pergam. orygin. Format duży, dolny brzeg szeroko założony; w nim szerokie wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata, Vol. III, Nr. 9. — Volumina legum.

In nomine Domini amen. Cum gesta principum debeant inviolabiliter futurorum memorie enodari, et confirmaciones, libertates, communitates, privilegia, instrumenta, ratificaciones perpetuis temporibus perhennari, proinde nos Lodovicus, Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. rex, ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus devenire, quod ex puro animo et sinceris affectibus regnum nostrum Polonie in bono statu et robore permanere anhelantes, licet alias nostris promissionibus instrumentorum seu privilegiorum nobilibus ipsius regni Polonie fuissemus obligati: quod decedentibus nobis de hac luce, masculam prolem nostram tantum et non femininam deberent habere et sibi recipere nostrum in heredem et successorem regni Polonie: demum baronum, militum, nobilium et aliorum omnium consensu et voluntate accedente, filias nostras, non extante prole masculina, sibi in dominos et heredes regni predicti benivole acceptaverunt atque receperunt, quas fieri nostros successores et coronam regni Polonie ipsas volunt et voluerunt obtinere. Tamen in eo casu, quo filium vel filios divina nobis providente clemencia habuerimus, unum ex eisdem masculum, illis autem deficientibus, unam ex nostris filiabus nunc natis et extantibus ac in futurum nascituris, quem vel quam nos vel excellentissime domine regine, mater et consors nostre carissime, ipsis assignabimus et assignabunt, illum vel illam habeant pro herede et successore nostro et ipsi regnicole assumere teneantur et habere, prout eisdem per barones, nobiles, proceres, civitatenses et singulos inhabitantes regni Polonie fit et facta est de nostra voluntate obligacio homagialis, tanquam vero principi et nostro successori. Ipso vero vel ipsa, quod absit, in vita deficiente prole sua non extante, alter filius noster vel filia nostra habet succedere in regno Polonie supradicto, et sibi similiter obligacio homagialis et promissio fit et facta est, exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc recipient in principem, heredem et legittimum successorem; et deinde vel abinde successores eorundem vel earundem locum regiminis habent obtinere in regno Polonie prenotato. Sed quia corona regni eiusdem per has successiones posset aliquomodo dividi, rumpi vel quovismodo violari: promittimus bona fide, absque omni dolo cuiuslibet fraudis, sub sacramento fidei nostre, ipsam coronam regni Polonie salvam et integram ac illibatam conservare, et nullas terras vel partes earum ab ipsa alienare vel minuere; sed eam augere et recuperare, veluti in coronacione nostra sumus et fuimus obligati

nostris iuramentis. Et quia predicti regni nobiles affectum ad nos habentes specialem, quod eciam prolem nostram femineam veluti masculinam eis in principem et dominum ut predicitur acceptaverunt: ideo, ob merita fideliaque servicia facta et voluntates universitatis ipsorum, que nobis et nostris pueris utriusque sexus facto fideli homagyo prestiterunt et in posterum loco et tempore fidelia servicia sunt parati dante Domino exhibere, eos speciali favore prosequentes, civitates, castra, possessiones, oppida et villas, incolas villarum tocius regni Polonie inhabitantes ipsorum baronum et nobilium omnium absolvimus, liberamus et exemimus ab omnibus et singulis collectis, dacionibus, contribucionibus, exactionibus sive tributis, tam generalibus quam specialibus, quocunque nomine censeantur, et ab omnibus serviciis, laboribus, vexacionibus, angariis et preangariis in rebus et personis commitendis, pure et simpliciter solutos et absolutos esse volumus et exemptos; sed hiis tantum volumus esse contenti, quod duo grossi usualis monete in dicto regno currentis, quorum quadraginta octo marcâm Polonicalem facient, de quolibet manso vel sorte locatis et possessis, singulis annis nobis et nostris successoribus in festo beati Martini confessoris in signum summi dominii et recognicionem corone regni Polonie exsolvantur; eo expresso, quod si insultus hostium in dictum regnum invalesceret, tunc nobiles ipsius regni ad repellendum eorum seviciam occurant cum omnimoda eorum potestate. Demum, si nostro et nostrorum successorum regiminis tempore pro aliqua expedicione facienda ultra fines eiusdem regni procedere nos expediat, vel eosdem nobiscum vel sine nobis cum inimicis quibuscunque in eadem expedicione conflictum seu bellum facere et inire contigerit, et aliqui ex ipsis in eodem conflictu capti fuerint et detenti dampnaque parva vel magna perceperint, ipsis in rebus et personis plenariam satisfactionem impendemus. Item, si aliquod castrum vetus reparacione indigeat, tunc, tempore pacis, burgravius seu possessor et conservator illius castri tenebitur reparare. Oriente autem guerra et discordia, castra nostra in confinibus regni nostri Polonie sita et existencia, homines illorum districtuum, ubi ipsa castra sita existunt, coadiuvare ad reparacionem et reformacionem teneantur. Si autem aliquod castrum pro defensione et utilitate ipsius regni nos cum consilio et consensu eorundem baronum construere voluerimus, tunc ad eius constructionem iidem regni proceres tenentur coadiuvare. Si vero sine scitu et consilio eorundem nobilium et procerum edificare voluerimus, tunc hoc nostris sumptibus et expensis faciemus. Item promittimus et assumimus, quod tales honores et dignitates, utpote palatinatus, castellanias, iudicia et subcamerariatus officia et hiis similia, qui vel que usque vitam conservari consueverunt, aliis quibuspiam hospitibus extraneis non conferemus, nisi talibus, qui sunt regnicole terrarum eiusdem regni, in quibus huiusmodi dignitates vel honores consistunt. Quas eciam dignitates et omnia officia ac singula, volumus in eorum iuribus, prout fuerunt tempore serenissimorum principum dominorum Vladislai avi et Kazimiri avunculi nostrorum regum Polonie conservati, plenarie conservare. Insuper promittimus, quod nullum baronem, militem seu nobilem, vel alium quemcunque cuiuscunque condicionis existat extraneum hospitem seu alienigenam, preterquam nacione Polonum, in capitaneum, in vulgo starosta dictum, preficere debebimus, nisi talem, qui sub eadem corona et de gente Polonica sit oriundus, dummodo non descendat de stirpe ducali. Ceterum promittimus, quod nullum castrum seu fortalicium dicti regni Polonie alicui duci vel principi aut descendenti de genere ducali regendum et tenendum committemus, pro tempore vel in evum. Deinde spondemus, quod castra et civitates sepedicti regni de quibus honores et iudiciales sedes

procedunt, hec videlicet: Cracovienses, Beecz, Zondocz, Wizlicia, Waynicz in terra Cracovie; Zandamerie, Zavizost, Liublyn, Zeczehov, Lukow, Radon in terra Zandamiriensi; ac castrum Lancicie in terra Lanciciensi; item in terra Siradiensi Siradia et Peterko; item in terra Cuyavie Brezt, Cruspicia et Wladizlavia; item in Polonia Maiori Poznania, Medzerecz, Izbansyn, Kalis, Nakel, Konyn et Pezdri nuncupata: nulli alteri, nisi terrigenis seu capitaneis in eodem regno consistentibus conferemus. Alia autem castra quecunque, hospitibus vel aliis quibuscunque voluerimus, nos et nostri successores habebimus et habebunt liberam conferendi facultatem: decernentes, quod ipsi burgravii seu rectores castrorum et homines ipsorum, coram capitaneis, iudicibus seu subiudicibus regni predicti, qui pro tempore fuerint, citati compareant et respondeant de se querulantibus, prout ceteri nobiles et homines quicunque regni predicti; dummodo causa ulcionem sanguinis non requirat, cuius cognicionem pro nobis et nostris successoribus specialiter reservamus. Preterea, si per regnum illud quocunque tempore nos et successores nostros procedere contigerit, descensus super barones, milites, nobiles ipsorumque populum, kmethones vel iobagiones non faciemus contra ipsorum voluntatem, nec aliquid ocasione dicti descensus exigi faciemus ab eisdem; quod si alias pro faciendo descensu divertere non possemus, extunc pro nostris sumptibus et pecunia nos procurari in victualibus et aliis necessariis faciemus. Insuper omnes barones, magnates, nobiles, civitates, opida, villas, possessiones eorumque populum et kmethones, in eorum libertatibus pollicemur et spondemus conservare, neque eos contra illas intendimus aggravare vel per quempiam paciemur aggravari. Omnes autem alias litteras, ordinaciones, pacta, instrumenta et munimenta data et concessa per nos et predecessores nostros, parte ex una, ac predictos barones et nobiles regni Polonie predicti, parte ex altera, que successionem filiarum nostrarum directe vel indirecte in dicto regno fieri excludebant, de consensu eorundem baronum, militum et nobilium dicti regni Polonie cassamus, vacuamus, annullamus, cassas, vacuas et irritas nunciamus volentes ipsas carere omni robore firmitatis, presentibus solummodo perpetuis temporibus valituris. In quorum omnium premissorum evidens testimonium firmitatemque perpetuam, presentes concessimus litteras nostras pendentis et autentici sigilli nostri simplicis munimine roboratas. Datum et actum Cassovie decimo septimo die mensis Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, regni autem nostri anno tricesimo tercio.

Beecz, *Biecz.* Zondocz, *Sącz.* Wizlicia, *Wiślica.* Waynicz, *Wojnicz.* Zandameria, *Sandomierz.* Zavizost, *Zawichost.* Liublyn, *Lublin.* Zeczehov, *Sieciechów.* Łuków, Radom, *dziś tak samo.* Peterko, *Piotrków.* Brezt, *Brześć.* Cruspicia, *Kruszwica.* Medzerecz, *Międzyrzecz.* Izbansyn, *Zbąszyń.* Nakel, *Nakło.* Konin, Pyzdry, *dziś tak samo.* Cassovia, *Koszyce.*

Nr. 1710.

Iohannes s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1374 Nov. 8, Zneyne; rectoribus quarundam ecclesiarum in districtu Naklensi sitarum mandat, ut ad requisitionem abbatis de Byszewo incolas certarum villarum eiusdem districtus, census decimales solvere recusantes excommunicent.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci. Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 126.

Iohannes Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, discretis viris.. de Gosticzyn,.. de Drzevanow,.. de Dambovo,.. de Sanseczno,.. de Virzchuczino et Vanvelno ecclesiarum rectoribus salutem in Domino. Vobis et vestrum cuilibet sub excommunicacionis penis firmiter committimus et mandamus: quatenus, dum, quovis et quando per venerabilem et religiosum virum dominum Iohannem abbatem de Bissovia, vel suum procuratorem pro parte sua fuerint vel sint aliquis vestrum monitus et requisitus, omnes et singulos utriusque sexus incolas de villis subscriptis, videlicet de Bralevicze, de Przerova, de Karcz, de Vavelno, de Swinarzewo, de Miroczino, de Tuskovo, de Dambovo, et in triplici Sanseczno, scilicet Magno, Parvo et Gliscze, in casu ubi census decimales ipsis non solverunt vel solvere contradixerunt, monicione XIIII^or dierum premissa, excommunicatos publice et sollempniter vestris in ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis et demum extinctis, infra missarum sollempnia denuncietis et ab aliis nunciari procuretis, quos eciam nos presentibus excommunicamus, ac demum, satisfaccione premissa, predictos incolas ad denunciacionem prefati domini abbatis vel sui procuratoris ab huiusmodi summis relaxetis. Datum Zneyne VIII die mensis Novembris, anno Domini millesimo CCCLXXIIII^to.

Gosticzyn, *Gostyczyn.* Drzevanow, *Drzewianowo.* Dambovo, *Dębowo.* Sanseczno, *Samsieczno.* Virzchuczino, *Wierzchucin.* Vanvelno, *Wąwelno.* Bissovia, *Byszewo.* Bralevicze, *Bralewnica.* Przerova, *Przyrowa.* Karcz, *Karczewo.* Swinarzewo, *osada znikła.* Miroczino, *Mirucin.* Tuskovo, *Tuszkowo.* Sanseczno Parvum, *Samsieczynek.* Glisęcze, *Gliszcz.* Zneyna, *Żnin.*

Nr. 1711.

Divissius venator Siradiens. et Clemens castellanus Kazimiriens. 1374 Dec. 14, Lancicie; pro fratribus suis, filiis quondam Divissii de Przywiska spondent, ipsos Iohanni archiepiscopo Gneznensi et hominibus eiusdem nulla prorsus damna illaturos.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 10 v.

Nos Divissius venator Siradiensis et Clemens castellanus Kazimiriensis, sub puritate nostre fidei promittimus et tenore presencium spondemus pro fratribus nostris Floriano et Borzislao, filiis Divissii quondam de Przeviska, quod exnunc et in antea venerabili in Christo patri domino Iohanni archiepiscopo Gneznensi, pariter

et suis hominibus nulla prorsus dampna, impedimenta seu molestias, in quibuscunque rebus consistant, facere debeant pariter et irrogare. In casu autem, quod absit, si aliqua dampna, impedimenta sive molestias prefato domino archiepiscopo vel suis hominibus quomodocunque fecerint vel prestiterint, extunc ipsos coram eodem domino archiepiscopo, vel Derscone nepote suo castellano Lovicensi, vel alio loco sui in dicta castellania subrogato, iuri parituros statuere tenebimur irrecuse; quos si statuere ut prefertur nequiverimus, tunc ad solucionem quinquaginta marcarum grossorum Polonicalis numeri dicto domino archiepiscopo, vel nepoti suo Derskoni vel alteri loco sui surrogato presentibus volumus fore obligati. Preterea, predicti Florianus et Borzislaus erga coadiutores dicti Derskonis, qui sibi pro et super captivitate ipsorum auxilium prebuerunt, omnem debent deponere caucionem, nec ipsos proinde nullo tempore impedire vel ad annum revocare. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Lancicie in crastino sancte Lucie virginis, anno Domini m.ccc.lxx.iiii^to. Hec solummodo ad prefatum dominum Io. archiepiscopum extendi volumus, et non ad suos successores.

Kazimiriensis, *de Kazimierz.* Przeviska, *Przywiska.*

Nr. 1712.

Gregorius Pp. XI 1375 Ian. 31, Avinione; Nicolao Strosberg nuncio apostolico mandat, ut archiepiscopum Gneznensem, eiusdem suffraganeos aliosque, ad ei rationem reddendam decimarum collectarum et eas solvendas compellat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 959.

Gregorius episcopus *etc.* dilecto filio Nicolao Strosberg preposito ecclesie Gneznensis, apostolice Sedis nuncio, salutem *etc.* Ad nostrum noviter fidedigna relatio non sine turbatione perduxit auditum, quod licet nos dudum, pro nonnullis necessitatibus Romane ecclesie relevandis, annalem decimam omnium et singulorum proventuum ecclesiasticorum in civitate, diocesi et provincia Gneznensi et nonnullis aliis Polonie partibus auctoritate apostolica imponentes, in omnes et singulos, qui in collectione et exactione pecuniarum ipsius decime fraudem forsan vel maliciam committerent, excommunicationis sentenciam duxerimus proferendam; tamen nonnulle persone ecclesiastice tam seculares quam regulares dictarum civitatum, diocesium et provinciarum, abbatiales et alias dignitates, necnon prioratus, personatus, officia, administrationes aut alia beneficia ecclesiastica secularia et regularia in eisdem obtinentes, a quorum mentibus Dei timor abscessit, in solutione ac collectione et exactione predictis, ac solutione et assignatione pecuniarum huiusmodi, factis officialibus camere nostre, diversas fraudes et malicias commiserunt, propter quas camera ipsa asseritur non modicum defraudata. Cupientes itaque huiusmodi fraudibus et maliciis, quantum cum Deo possumus, obviare et indemnitati prefate camere providere, discretioni tue, de qua in hiis et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per venerabiles fratres nostros .. archiepiscopum Gneznensem eiusque suffraganeos, omnia registra omnium et singulorum monasteriorum et ecclesiarum, ac dignitatum, personatuum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum ac

administrationum, quocunque nomine censeantur, exemptorum et non exemptorum, suarum civitatum et diocesium, cum taxationibus seu extimationibus eorum que taxata, et nominibus illorum que non taxata sunt ad decimam, sive monasteria et ecclesie ac dignitates, prioratus, personatus, administrationes, officia et beneficia huiusmodi antiqua fuerint sive nova, infra peremptorium terminum competentem per te statuendum eisdem primo tibi facias exhiberi, et deinde per omnes et singulas personas easdem ac collectores et succollectores pecuniarum huiusmodi decime, eciam si pontificali prefulgeant dignitate, reddi fidelem rationem et computum de collectis, exactis seu receptis, ac solutis, datis et assignatis per eos de pecuniis decime prelibate. Nos enim tibi predictam rationem et computum audiendi, et quascunque pecuniarum summas seu arreragia de predictis pecuniis eidem camere debita petendi, exigendi et recipiendi, ac de receptis liberandi et absolvendi solventes, necnon eosdem archiepiscopum et suffraganeos, ad premissa, et tam eos quam alios quoscunque debitores pecuniarum et arreragiorum huiusmodi, ad earum solutionem, et alios quoslibet contradictores et rebelles, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam et sequestracionem fructuum et proventuum suorum ecclesiasticorum et alia oportuna remedia, appellatione postposita, compescendi, invocandi quoque ad hoc si opus fuerit auxilium brachii secularis: non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur: Ne aliqui auctoritate litterarum *etc.* auctoritate apostolica dispensandi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione II Kalendas Februarii, anno quinto.

Nr. 1713.

Gregorius Pp. XI 1375 Ian. 31, Avinione; Nicolao Strosberg nuntio apostolico mandat, ut archiepiscopum Gneznensem et eius suffraganeos ad restituendas quasdam pecunias collectas compellat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 960.

Gregorius episcopus *etc.* dilecto filio Nicolao Strosberg preposito ecclesie Gneznensis, apostolice Sedis nuncio, salutem *etc.* Dudum pro nonnullis urgentibus necessitatibus Romane ecclesie procurationes visitationum omnium et singulorum ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum civitatis, diocesis et provincie Gneznensis camere nostre solvendas duximus imponendas, et venerabiles fratres nostros . . archiepiscopum Gneznensem eiusque suffraganeos, singulos videlicet eorum in suis civitatibus et diocesibus deputavimus collectores, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Et deinde pro eisdem necessitatibus, decimam fructuum, redditand proventuum ecclesiasticorum unius anni, in dictis civitate, diocesi et provincia imposuimus, et eosdem archiepiscopum et suffraganeos eciam eiusdem decime constituimus collectores: sed volentes cum eisdem ecclesiis, monasteriis et beneficiis eorumque rectoribus et personis mitius agere, eis dictas procurationes remisimus de gratia speciali, ac commisimus dilecto filio Helie de Vodromo cantori ecclesie Xanctonensi, clerico camere nostre, tunc in partibus Alamanie et Polonie apostolice Sedis nuncio et generali receptori dicte decime, quod mandaret prefatis archiepiscopo et suffraganeis, ut pecunias solutas seu debitas predictis procurationibus, computarent et computari facerent in decima prelibata; et quicquid ultra eamdem decimam per

quascunque personas ecclesiasticas solutum esset, eisdem illud solventibus restituerent cum effectu. Idemque Helias ad presentiam nostram rediens nobis retulit, quod memoratis archiepiscopo et suffraganeis mandatum fecerat prelibatum. Nuper autem fidedigna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod iidem archiepiscopus et suffraganei nostrum mandatum huiusmodi non servantes, pecunias per eos receptas pro dictis procurationibus, nec computare vel restituere nec camere nostre seu tibi pro ea assignare curarunt, sed eas presumpserunt et presumunt retinere et suis usibus applicare; super quibus pro parte eorumdem prelatorum et personarum qui dictam procurationem solverunt, fuit a nobis remedium iustitie postulatum. Quocirca discretioni tue, de qua in hiis et aliis gerimus in Domino fiduciam specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, de premissis plenarie te informes, et illos quos ex eisdem archiepiscopo et suffraganeis huiusmodi nostrum mandatum non servasse tibi constiterit, ad restituendum in presentia tui, aut illius quem ad hoc duxeris statuendum, infra terminum competentem per te prefigendum eisdem, huiusmodi indebite retenta per eos, illis a quibus ea receperint, auctoritate nostra, remota appellatione, compellas, nulla super hiis eisdem archiepiscopo et suffraganeis remissione seu donatione aliquatenus valitura. Non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur (*etc. ut in forma solita.*) Datum Avinione II Kalendas Februarii, anno quinto.

Nr. 1714.

Gregorius Pp. XI 1375 Febr. 3, Avinione; Nicolao Strosberg apostolico nuntio mandat, ut incolas provinciae Gneznensis et dioecesis Culmensis ad solvendum denarium b. Petri per parochos moneat eumque colligi faciat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 961.

Gregorius episcopus *etc.* dilecto filio Nicolao Strosberg preposito ecclesie Gneznensis, apostolice Sedis nuntio, salutem *etc.* Multiplicatis relatibus ad nostrum et officialium camere nostre pervenit auditum, quod licet omnes et singule persone seculares tam mares quam mulieres, ac nobiles et ignobiles quorumcumque etatum civitatis, diocesis et provincie Gneznensis ac civitatis et diocesis Culmensis, unum denarium monete que currebat antiquitus, appellatum denarium sancti Petri, annuatim in certo termino ad hoc consueto solvere camere seu Romane ecclesie teneantur, nonnulle tamen ex personis eisdem, aut ex negligentia aut ex malitia, certis adinventis frustratoriis allegationibus, huiusmodi denarium non solverunt hactenus neque solvunt in suarum animarum periculum et dicte ecclesie detrimentum. Nos igitur huiusmodi periculo et detrimento per oportunum cupientes remedium obviare, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus universis et singulis parrochialium ecclesiarum rectoribus dictarum civitatum, diocesium et provinciarum dare debeas per tuas litteras in mandatis: quod singuli eorum in ecclesiis suis parrochialibus diebus dominicis, existentibus populis ad divina, ipsos populos seu parrochianos suos nobiles et ignobiles, mares et mulieres, ex parte nostra monere procurent, quod in huiusmodi consueto termino, quem eis pro peremptorio prefigant,

singuli eorum pro se et suis natis et domesticis huiusmodi denarium de antiqua moneta, seu eius valorem ipsis rectoribus solvere qualibet fraude cessante procurent, ipsique singuli rectores omnem pecuniam inde per eos receptam, sine diminutione quacunque, sigillatam eorum sigillis, una cum omnibus nominibus earundem personarum suarum parrochiarum, tam videlicet illarum que dictum denarium solverint, quam aliarum que non solverint, suis archidiaconis seu loca tenentibus eorumdem, recipientibus nomine nostro et dicte Romane ecclesie, infra unum mensem post terminum supradictum assignare procurent. Similique modo moneas archidiaconos eosdem et loca tenentes ipsorum, quod totam pecuniam per eos a prelibatis rectoribus receptam, sub eisdem sigillis, et huiusmodi nomina solventium et non solventium personarum, infra alium competentem terminum tibi seu tuis succollectoribus tradere non postponant. Contradictores *etc.* Non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur: ne aliqui auctoritate litterarum apostolicarum ultra certa loca et numerum ad iudicium evocentur: quam aliis constitucionibus apostolicis contrariis quibuscunque; seu si alicui vel aliquibus predictorum vel aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum: quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: et quibuslibet privilegiis ac litteris apostolicis, quibuscumque locis, personis vel Ordinibus sub quacunque forma et expressione verborum ab eadem Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus etiam de verbo ad verbum in litteris nostris mentio sit habenda, et per que presentis mandati nostri effectus valeat quomodolibet impediri. Datum Avinione IIII Nonas Februarii, anno quinto.

Nr. 1715.

Gregorius Pp. XI 1375 Febr. 5, Avinione; Iohanni archiepiscopo Gneznensi mandat, ut Nicolao Strosberg nuntio apostolico in assequenda ecclesiae Gneznensis praepositura etc. faveat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 962.

Gregorius episcopus *etc.* venerabili fratri Iohanni archiepiscopo Gneznensi salutem *etc.* Cum dilectus filius Nicolaus Strosberg prepositus ecclesie Gneznensis, apostolice Sedis nuncius, lator presentium, cui de canonicatu et prebenda ac prepositura dicte ecclesie Gneznensis, vacantibus per obitum quondam Nicolai Koschuch, per nos ex certis rationabilibus causis dispositioni nostre specialiter reservatis, duximus providendum, habeat in partibus illis pro nobis et camera nostra nonnulla negotia facere in quibus favor tuus erit sibi multipliciter oportunus, fraternitatem tuam, de qua gerimus et gerere debemus fiduciam pleniorem, rogamus attente, mandantes, quatinus dicto Nicolao in huiusmodi nostris et dicte camere agendis, nec non in assecutione pacifice possessionis dictorum canonicatus et prebende ac preposvidere, ob nostram et dicte Sedis reverentiam studeas te favorabilem exhibere, ipsique nuntio omnia et singula, per te, sive tuo sive predecessorum tuorum archiepiscoporum Gneznensium nominibus eidem camere preter commune servitium debita, sine difficultate

persolvas, sic acturus in premissis, quod exinde tua devotio possit merito commendari. Datum Avinione Nonis Februarii, pontificatus nostri anno quinto.

Koschuch, *de Kożuchów, w województwie Sandomierskiem.* (Coszutow, *jak ma Bielowski w Kronice Jana z Czarnkowa na str. 652, nie istnieje, i jest równie, jak* Coszuth *na str. 864, widoczną omyłką. Natomiast dobrze jest* Cozuch *w Kalendarzu Krakowskim na str. 937*).

Nr. 1716.

Iohannes s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1375 Febr. 13, Gnezne; potestatem praepositi Gneznens. voluntarie distribuendi praebendas inter canonicos ecclesiae praedictae definit, eandem secundum aequitatis modum ordinat, statutum quoque Iaroslai archiepiscopi: de officio divino a praelatis, canonicis et vicariis exercendo: mutat.

Pergam. orygin., u którego na sznurkach jedwabn. dwie pieczęcie przywieszono. Pierwsza arcybiskupa Jana, podługowata i zatarta, wisi na sznur. zielonych, a przedstawia w górnéj, większéj połowie pod bogatem cymborium siedzącą osobę, może Najśw. Pannę, pod którą postać Biskupa z pastorałem w lewéj, zwróconego w prawo, a stojącego pod okrągłym łukiem. Po obu bokach tarcze z godłami zatartemi; napis w otoku odłamany. Druga Kapituły Gnieźnieńskiéj (pieczęć XXIV) *wisi na sznur. czerwon.*
Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 201.

In nomine Domini amen. Cum officium beneficio reddatur acceptum, et officium absque beneficio negligatur, proinde igitur duxit humana sagacitas Deo militantibus de certis prediis et redditibus sufficienter providere, ut ex eorum proventibus divinis laudibus insistentes congrue valeant sustentari. Cum itaque Gneznensem ecclesiam divina largitas pre ceteris ecclesiis in regno Polonie constitutis adeo magnifice sublimavit, quod ipsarum sit metropolis et magistra, decet tante et talis ecclesie prelatos et canonicos sic laudabiliter vivere et conversari, ut sibi per vite meritum, et aliis proficiant per exemplum; quia ad hoc ipsis sufficienter de redditibus sit provisum, quod exinde honorifice stare poterunt, dummodo ipsorum obvenciones communes et proventus, inter singulos equo libramine dividantur. Proinde nos Iohannes Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, considerantes inequalem et inordinatam de villis ad Capitulum nostre Gneznensis ecclesie communiter spectantibus per prepositos prefate ecclesie, qui pro tempore fuerant, provisionem fieri ac fuisse factam ex quadam prava et usurpata consuetudine ab olym introducta: sic, quod prepositi, aliquando carnalitatis et favoris sequentes affectum, non equitatis racionem, uni ex prelatis vel canonicis duas aut tres, alteri quatuor vel quinque villas ad ipsum Capitulum pertinentes, dignis personis et residenciam circa ipsam ecclesiam facientibus negligenter pretermissis, conferebant; unde contigit, quod prelati et canonici in percepcione fructuum ex dictis villis proveniencium plus ceteris habundantes, non circa ipsam ecclesiam, sed magis in villis, ut agri eorum diligencius excolantur insistentes, residere sunt consueti, per quod ecclesia nostra Gneznensis, prout nos certa experiencia edocuit, debitis obsequiis ac divinis laudibus fraudabatur: cum itaque, racionis ordine, omnes prelati et canonici qui in una ecclesia, uni Domino equa-

muniter famulantur, pari debeant gaudere premio et mercede ac in percepcione fructuum esse pares, volentes defectum huiusmodi in melius salubriter reformare, de fratrum nostrorum consilio pariter et assensu, in Capitulo generali ad hoc specialiter convocato, sufficienti tractatu et maturo prius cum nostris fratribus predictis diligenter prehabito, sacrosanctis Ewangeliis manu corporaliter tactis iuramento firmantes provide duximus statuendum: ut ville Capituli ecclesie nostre Gneznensis prefate in antea vacature, per prepositum Gneznensem qui est et pro tempore fuerit, de consilio tamen Capituli, prelatis et canonicis prebendatis villas nondum habentibus, presertim residentibus et residere volentibus, tantummodo singule singulis conferantur, quatuor villis pro communi utilitate Capituli, quas ipsum Capitulum vel procuratores aut procurator eorum cum primo vacaverint duxerint seu duxerit eligendas, dumtaxat exceptis, in quibus quidem villis preposito nullam potestatem seu ius disponendi reservamus. Ita tamen, quod ex villis huiusmodi, sic ut premissum est singularibus personis de Capitulo collatis, omnes census, decimas seu maldratas, ac de mansis desertatis fructus provenientes, per ipsos prelatos et canonicos quibus collate fuerint, Capitulo vel procuratoribus ipsorum infra quatuordecim dies post festum sancti Martini continue sequentes, sub iuramento, quod quilibet prelatus et canonicus preposito et Capitulo in assecucione ville prestare tenebitur et virtute presentis constitucionis sit astrictus, ex integro et absque diminucione aliqua presentare et realiter assignare debebit, pro communi distribucione, (quam) inter prelatos et canonicos circa ipsam ecclesiam residenciam personalem facientes duxerint ordinandum, facienda. In collacione autem villarum predictarum, prelati et canonici prebendati, vocacione dumptaxat seniores, preferri debebunt; nisi aliqui vocacione iuniores, propter utilitatem ecclesie, quam ipsa ecclesia ex eorum sciencia seu industria posset consequi, senioribus preferantur. Prelati vero et canonici sic ut premittitur villas postmodum assecuti, allodiis, pratis, piscaturis et penis, ac quibuscumque utilitatibus ex ipsis villis quoquomodo provenientibus solummodo gaudere debebunt; provisuri attente, quod quilibet ipsorum melioracioni, locacioni ac iniuriarum propulsacioni dictarum villarum et inhabitancium easdem, pro suo posse totali, sub pena iuramenti in statuto contenti sollicite ac studiose intendat. De residuis autem villis que numerum prelatorum et canonicorum excedunt, per prepositum et Capitulum in posterum ordinabitur prout utilius et decencius videbitur expedire; sic tamen, quod census, decime et redditus universi de predictis villis provenientes, sicut et de aliis in usus communes residencium cedent et cedere debebunt. Ceterum, licet reverendus frater noster Iaroslaus quondam archiepiscopus Gneznensis, immediatus predecessor noster, inter cetera statuerit: quod quilibet prelatus et quatuor canonici ecclesie Gneznensis per mensem continuum circa ipsam ecclesiam residere debeant, et nonnisi ipsi alternatim in choro circa maius altare divina presumerent celebrare: tamen, quia modicum aut nullum fructum ex statuto predicto consideravimus provenire, de fratrum nostrorum consilio et consensu predictorum, statuto predicto in suo robore permanente, statuimus et ordinavimus: ut quilibet prelatus et canonicus, in dextro choro, a domino Preczslao preposito prima die dominica Quadragesime nunc adveniente incipiendo, suam ebdomadam successive unus post alium teneat missas vicissim ad mayus altare in choro maioris ecclesie voce celebrando; is vero qui absens fuerit seu noluerit, vel aliquo casu legitimo ipsum impediente celebrare nequiverit, mediam marcam grossorum usualis monete prelato seu canonico pro ipso ac loco ipsius missam celebranti infra duas septimanas solvere, dare et realiter presentare sit astrictus;

nisi alter pro altero per ebdomadam ipsum tangentem gratis missas celebrare voluerit, quod minime prohibemus. Vicarii vero missas per singulas ebdomadas, quas vicissim ex debito ab olym consueti sunt celebrare, nullatenus pretermittere presumant; sed inter missam quam mane alter eorum celebrare sit consuetus, et Summam missam quam canonicus celebrabit, diebus singulis legendo seu cantando, prout expedierit, sollerter cum devocione celebrare absque intermissione debebunt, ut cultus divinus ex statuto presenti augeri pocius quam diminui videatur. Preterea addicientes statuimus et presenti nostri Capituli consensu ordinamus: ut omnes et singuli prelati et canonici ecclesie nostre predicte, annis singulis in festo Natalis, et Translacionis sancti Adalberti martyris atque pontificis gloriosi, ad ecclesiam nostram Gneznensem conveniant, ibique per octo dies continuos mansuri, ullas (sic) penitus recedendo, Capitulum celebraturi generale, excusacione qualibet frivola penitus non obstante, preter quod si legitimo impedimento et inevitabili fuerint impediti; cuius causam impedimenti sue absencie, per excusatorem et litteram fratribus tunc Capitulum celebrantibus intimare tenebuntur, id ipsum, cum ad Capitulum venerint et in quantum requisiti fuerint, proprio iuramento firmabunt; alioquin prelatus tres et canonicus duas marcas usualis monete penam incurrat; quas penas, videlicet missas non celebrancium et a Capitulo se absentancium, procuratores Capituli seu alter eorundem, auctoritate nostra ipsis exnunc concessa et presentis vigore statuti, per censuram ecclesiasticam ab eorum quolibet exigere debebunt, in usus fratrum presencium sive veniencium ad Capitulum convertendas. Poterint eciam procuratores predicti, vel alter eorum altero absente, prelatos et canonicos a sentenciis excommunicacionum, quas in non solventes penas predictas monicione premissa tulerint in forma Ecclesie, absolvere auctoritate premissa. Et ut hec nostra ordinacio inviolabilis perseveret, eam sigillorum nostrorum munimine, videlicet nostro et Capituli predicti duximus roborandam. Actum et datum Gnezne in Capitulo generali tercia decima die mensis Februarii, anno Domini m.ccc.lxx^{mo} quinto, presentibus Preczslao preposito, Alberto decano, Iohanne de Czarncow archidiacono, Kelczone scolastico, Wyrzbantha custode, Swanthomiro preposito, Clemente archidiacono Kalisiensibus, Nicolao Garbowsky Zavichostensi, magistro Iohanne Pomeraniensi archidiaconis, Dobeslao de Moracowo, Nicolao scolastico Poznaniensi, Thoma plebano de Sroda, Iarando, Petro de Zneyna, Iaroslao Msczugii, Mathia thezaurario, canonicis ecclesie nostre Gneznensis.

Czarncow, *Czarnków.* Garbowsky, *de Garbów.* Moracowo, *Morakowo.* Zneyna, *Żnin.*

Nr. 1717.

Iohannes archiepiscopus Gneznens. 1375 Apr. 26, Gnezne; duos articulos statuti mutat, qui anno eodem de missis a praelatis et canonicis in ecclesia maiori celebrandis, et de generalibus Capitulis bis in anno celebrandis fuerant editi.

Pergam. orygin. Dwa paski pergamin. od przywieszenia dwóch pieczęci. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 202.

Nos Iohannes Dei gracia archiepiscopus Gneznensis, una cum fratribus nostris prelatis et canonicis Gneznensibus protunc in Capitulo generali celebrato congrega-

tis decrevimus et arbitravimus diffiniendo: quod licet inter alia statuta, litteris et sigillis ac iuramentis nostris nuper edita et firmata, fuerit statutum et ordinatum, ut quilibet prelatus et canonicus ecclesie Gneznensis suam ebdomadam successive unus post alium teneat missas vicissim ad maius altare celebrando, is vero qui absens esset vel nollet, aut impeditus aliquo casu celebrare non posset, marcam grossorum pro se celebranti dare et assignare deberet, quodque ad Capitulum generale bis in anno in festivitatibus in eisdem litteris expressatis non venientes, penis certis mulctari deberent: tamen postmodum sepius repetito tractatu sollempni visum est eisdem fratribus nostris, dictas duas constituciones fore nimium onerosas, propter quod, omnibus et singulis statutis in predictis litteris factis et quomodolibet editis in suo robore permanentibus, prescriptas dumtaxat duas constituciones sive articulos declarando presentibus modificantes restringimus; videlicet, ut prelatus vel canonicus non celebrans predictam missam, marcam mediam pro se celebranti sub penis ibidem expressatis dare teneatur; nec eciam ad Capitulum ut predicitur, quacunque legittima necessitate et impedimento occupati venire aut penis subiacere sint astricti; sed causam et impedimenta sue absencie, per excusatores et litteram Capitulo tunc celebrando intimare tenebuntur, id ipsum nichilominus in eadem littera proprio iuramento firmaturi. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum et dicti Capituli presentibus sunt appensa presentibus et consencientibus eisdem fratribus nostris infrascriptis, videlicet Preczlao preposito, Alberto decano, Dobrogostio cantore, Iohanne archidyacono, Kelczone scolastico, Vyrzbantha custode, Nicolao cancellario, prelatis, ac Clemente, Dytkone, Svantomiro, magistro Iohanne, Boguslao, Iarando, Dobeslao, Nicolao palatini, et Petro, canonicis. Datum et actum Gnezne, xxvi die mensis Aprilis, sub anno Domini m.ccc.lxx quinto.

Nr. 1718.

Gregorius Pp. XI 1375 Mai. 7, Avinione; Nicolaum ecclesiae Poznaniensi in episcopum praeficit et de more commendat.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 971.

Gregorius episcopus *etc.* dilecto filio Nicolao electo Poznaniensi salutem *etc.* Romani pontificis, quem Pastor ille celestis et Episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis solicitudo requirit, ut circa cuiuslibet status ecclesie sic vigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter, ut per eius providentiam circumspectam ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, per quem ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, votive prosperitatis successibus gratulentur. Dudum siquidem bone memorie Iohanne episcopo Poznaniensi regimini Poznaniensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum ipsam vacare contingeret, per apostolice Sedis providentiam utilem et ydoneam preesse personam, provisionem ipsius ecclesie dispositioni et ordinationi nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per eiusdem Iohannis episcopi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, dilecti filii Capitulum eiusdem ecclesie, huiusmodi reservationis et decreti ut asseri-

tur ignari, te canonicum eiusdem ecclesie, decretorum doctorem, in presbiteratus ordine constitutum, in Poznaniensem episcopum, licet de facto, per viam compromissi concorditer elegerunt, tuque reservationis et decreti predictorum inscius, electioni huiusmodi, illius tibi presentato decreto, eciam de facto consensisti, et deinde reservatione et decreto huiusmodi ad tuam deductis notitiam, huiusmodi electionis negotium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur attendentes electionem predictam post et contra reservationem et decretum predicta attemptata fuisse, eam, prout erat, reputamus irritam et inanem, et ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis subiaceret incommodis paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, vite ac morum honestate decorum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione et aliis virtutum meritis prout fidedignorum testimonio accepimus insignitum, direximus oculos nostre mentis: quibus omnibus necnon dictorum Capituli te eligentium concordi voluntate attenta meditatione pensatis, de persona tua prefate ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod prefata ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina prospere et salubriter dirigetur, ac grata suscipiet in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a Domino devote suscipiens, curam et administrationem ipsius ecclesie sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod ipsa ecclesia gubernatori provido et administratori fructuoso gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium, nostram et dicte Sedis gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione Nonis Maii, anno quinto.

In. e. m. Venerabili fratri archiepiscopo Gneznensi, Dilectis filiis Capitulo ecclesie Poznaniensis, Clero et populo civitatis et diocesis Poznaniensis, necnon Carissimo in Christo filio Ludovico regi Polonie illustri; *mutatis mutandis.*

Nr. 1719.

Sandzivogius capitaneus Polonie Maioris 1375 Mai. 11, in Szubino; confirmat donationem villae Wyskidno, ab abbate monasterii de Byszewo, priori et conventui eiusdem monasterii factam.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo, Lib. privil. fol. 207.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam et ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum nos Sandzivogius capitaneus Polonie Maioris volumus devenire, quod ad nostram ceterorumque terre militum veniens presenciam religiosus vir, dominus Iohannes abbas de Bissovia Ordinis Cisterciensis, videns aliquos defectus prioris et conventus monasterii supradicti quibus assidue fuerant adstricti, cupiens ipsorum indigencias et defectus sublevare, memorato priori et conventui hereditatem suam Wiskitno ad ipsius abbaciam pertinentem, sitam in districtu

Naklensi nostre procurationis regni Polonie, dedit, contulit, donavit, adscripsit et coram nobis in perpetuum resignavit tenendam cum eo iure et dominio, quemadmodum ipse dominus abbas tenuit et quod ad ipsum dignoscebatur pertinere. Et quia incole ville predicte Wiskitno quasdam solutiones, daciones, donationes et contribuciones seu labores domino regi qui esset pro tempore vel eius vices gerenti, ut puta capitaneo assignare et solvere fuerant consueti, nos itaque reducentes ad memoriam, quomodo dominus Kazimirus, recolende memorie rex Polonie, ob remedium anime sue incolas prefate ville ab ipsis solutionibus et contribucionibus voluit facere liberos et solutos, si tam subito morte non fuisset prepeditus; nos itaque cupientes requiem anime memorati regis invenire, nec non propter longevam vitam magnifici principis domini Ludovici, Dei gracia regis Ungarie, Polonie, Dalmacie etc. regis moderni, ut fratres monasterii prefati Bissoviensis crebrius Cunctipotentem nostrorum omnium pro ipsis deprecarentur, pro commodo et utilitate prioris et conventus memorati incolas ipsius ville Wiskitno ab omnibus et singulis solutionibus, dacionibus, donationibus, et contribucionibus, tributis, exaccionibus, angariis et preangariis, serviciis, laboribus regalibus, qui nunc sunt ibidem aut esse poterunt quomodolibet in futurum, quocunque nomine censeantur, facimus liberos, exemptos perpetuo vigore domini regis; supplicantes nostros successores quos in nostrum locum succedere contingat, ut incolas predicte ville Wiskitno pro aliquibus solutionibus, sicut prius est expressum, et precipue regalibus, non impediant propter dictorum regum remedium et salutem. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Szubino feria sexta ante Iubilate Deo (sic), sub anno a Nativitate Domini M.CCC.LXXV, presentibus hiis testibus, dominis Andrea Caminensi, Nicolao Naklensi castellanis, Iohanne dicto Izdebka, Budkone de Wierzchocino, et ceteris multis rogatis ad premissa.

Bissovia, *Byszewo.* Wiskitno, *Wyskidno.* Szubino, *Szubin.* Caminensis, *de Kamień.* Izdebka, *de Izdebki.* Wierzchocino, *Wierzchucin.*

Nr. 1720.

Fr. Sobeslaus abbas monasterii Lubynens. 1375 Iun. 6, in Lubyn; Nicolao sculteto de Krzywin novam litteram super scultetia eiusdem civitatis largitur.
Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Poznaniens. a. 1528, fol. 83.

In nomine Domini amen. Cum temporis frivola facilitas et velocitas ruitur, labitur ac cassatur, hunc per modum actorum, factorum datorum vacillat, perit memoria cunctorum, nisi scripturis sigillatis, veridicis seu publicis firmiter fuerint solidati. Nos igitur frater Sobeslaus divina perpendente clementia abbas monasterii Lubynensis, una cum singulis nostris fratribus conventualibus eiusdem monasterii patescere cupimus universorum et cunctorum nocioni presentis littere cartuleque thematis noticiam habiturorum, quod ad nostram veniens presentiam sagax vir nec non honestus, nobis sincere dilectus Nicolaus advocatus de Krzywyn, nobis se humilis ac inclinate offerens lacrymose mestoque corde, ipsius privilegium lugens temporibus guerrarum et preteritarum rixarum suffocatum fore et amissum manifestavit et publicavit. Nos autem, de consensu et assensu nostro nostrorumque fratrum conven-

tualium intendentes iustitias magis ac magis laciusque ampliare, ipsius agnoscentes iusticiam, nec non eciam consideratis et aspectis serviciis ac meritis nobis fideliter et sedule impensis et exhibitis et adhuc exhibituris, literam nostram sibi formari decrevimus sequentem in hec verba, prout ab ipso seu ipsius testibus publice obauditis percepimus pro re vera. Hec omnia subnotata sibi suisque heredibus, successoribus et liberis legittime natis ac nascendis plenius restituimus et reddimus: duos mansos liberos cum duobus pratis: mansi scilicet magni, iacentes extra civitatem circa cimeterium, prata vero unum circa molendinum advocacie, reliquum circa Gyrca: cum tercio orto nec non medietate duarum arearum, unam in civitate, alteram extra civitatem, allodio medio, reliquam medietatem arearum et allodii nobis reservantes et volentes obtinere. Damus et restauramus ipsi suisque sequacibus legitimis unum lacum cum omni dominio, scilicet naturali, prendendi, piscandi seu pisces capiendi, cum singulis huius lacus proventibus fructibus obtinendum; retribuentes eciam predicto Nicolao et suis posteris unum macellum, quartam partem sutoriorum et quartam partem pistrinorum, balneum, salis fori mediam partem ad usum suum convertendam, nobisque aliam presentandam. Ipsique eciam, quod decimam totaliter nobis non solvet, auctoritatem conferimus tali interiecta condicione, quod de aliis mansis remanentibus, decimam prefatam nobis colligere tenebitur et presentare. Hec omnia commemoratus Nicolaus seu ipsius successores matrimoniales, cum media advocacia et medio iudicio in prescripta civitate Krzywyn obtinebit, cuius tercium denarium de singulis causis et placitis minimis et magnis nobiscum dividendo conservabit, aliosque duos denarios nobis ex integro presentabit. In sepedicta vero civitate Krzywyn sepescriptus Nicolaus obtinebit hereditarie perpetue valitureque predictas donaciones ad usus beneplacitos convertendas, et vertendas secundum quod sibi suisque posteris utilius fructuosius et convenientius videbitur expedire. Facimus insuper ipsum Nicolaum aut sequentes legitimos, ab omnibus serviciis, obsequiis, exaccionibus, solutionibus, collectis parvis, communibus tributis et contribucionibus specialibus penitus liberum et absolutum; ac eciam ab omnibus angariis quibuscunque nominibus ad nos pertinere dinoscuntur, ordinariis sive extraordinariis, totaliter sit liber et exemptus. Hec autem ut donacio nostra publica donationisque conservatio perpetuum firmitatis obtineat solidamen, presentem literam nostro nostrique capituli sigillorum munimine fecimus roborare. Actum et datum in Lubyn in die sancti Vincentii martiris, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, per manus Iohannis de Czulcz notarii qui presencia habuit in commisso, presentibus religiosis ac honestis: domino Nicolao priori Lubynensi, domino Nicolao preposito de Antiqua Gosthin, domino Thoma clavigero et fratre Butislao eiusdem Ordinis, famosisque viris Ieskone de Iesewysko, Ianussio de Morka, Bronischio de Gelinczewa, Langhardo de Belowa, domino Heynczkone plebano de Krzywyn, et aliis quam plurimis fidedignis.

Lubynensis, *de Lubin.* Krzywyn, *Krzywin.* Gyrca, *Irka.* Czulcz, *Cylichowa.* Antiqua Gosthin, *Stary Gostyń.* Iesewysko, *może Jezierzyce.* Morka, *Mórka.* Gelinczewa, *Jeleńczewo.* Belowa, *Bielewo.*

Nr. 1721.

Iohannes Kokoszka viceiudex Koninens. et Thomislaus Pomoczno 1375 Iun. 23, in Konin; una cum aliis zuppariis protestatur, abbatem de Ląd et Iankonem heredem de Grabienice, ratione limitum iudicialiter concordavisse.
Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 41.

Ego Iohannes Kokoszka viceiudex Koninensis et Thomislaus Pomoczno nec non et alii supparii iudicio regali in Konin presidentes, publice recognoscimus universis, quod sub anno Domini m.ccc.lxx quinto, sabbato in vigilia Iohannis Baptiste, venientes coram nobis in Konin iudicio in regali venerabilis in Christo pater dominus abbas de Landa et Ianko heres de Grabienic cum fratre suo Bodzeta, concordaverunt propter terminos seu limites, proprie dictos wyjasd, pro quibus se prius citaverant: qui quidem limites sunt inter villas, videlicet Swanthniki, que est villa domini abbatis, et inter Grabieniec, et incipiunt a Swanthniki a via antiqua, que transit per rubetum et circa plebanatum Rzgovo usque ad lapideas semitas, et circa stagnum seu paludem, proprie smuk, transeundo de uno colliculo ad alium qui vulgariter kopce dicuntur, usque in Szethlewo ad granicies angulares: sub talibus condicionibus, quia dominus abbas, racione pacis perpetue ab impugnacione huiusmodi granicierum, dicto Iankoni de Grabienicze et fratri suo Bodzethe dedit quatuor marcas grossorum et tres modios brasei et sex modios siliginis; ita, quod iam dicti Ianko et Bodzetha cum filiis ac successoribus eorum legittimis, predictum dominum abbatem pro huiusmodi limitibus et graniciis nunquam amplius debent impugnare seu inquietare, sed firma et rata tenere promiserunt iam prescripta. In huius rei testimonium, sigilla, videlicet Chwalonis burgrabii protunc Coninensis, et Bodzethe et Iankonis heredum de Grabienicze presentibus sunt appensa. Datum anno, loco, die, quibus supra, presentibus hiis testibus, domino Alberto de Tholiszkowo, Chwalone burgrabio Koninensi, domino Grzymkone thezaurario de Bresce, Psiano (sic) de Rzgowo, Ieszkone Weselilic et Iankone de Kleczewo, et aliis plurimis nobilibus fidedignis.

Kokoszka, *de Kokoszki.* Pomoczno, *de Pomocno.* Landa, *Ląd.* Grabienice, Świątniki, Rzgowo, Szetlewo, Tuliszkowo, Brześć *(Kujawski), dziś tak samo.* Weselilic, *Wesołki.* Kleczewo, *Kleczew.*

Nr. 1722.

Thomislaus iudex Kalisiens. 1375 Iun. 25, Gnezne; monasterio Ląd possessionem allodii in villa Wrąbczyn contra petitionem Philippi de Miłosław castellani de Krzywin adiudicat.
Transsumpt potwierdzony przez: Vladislaus rex Polonie etc. 1386 Apr. 18, in Pizdri.
Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 22.

Nos Thomislaus iudex Kalisiensis noticie universorum memorieque futurorum et presentium presentibus volumus declarare, quod cum pro tribunali sedissemus ad

faciendam cuilibet iusticiam, ad nostram veniens presentiam ceterorumque terre militum protunc penes nos residencium nobilis vir dominus Philippus de Miloslaw castellanus Kryvinensis, quandam questionis materiam coram nobis fecerat super religiosum virum dominum Tilmanum abbatem suumque conventum monasterii Landensis Ordinis Cisterciensis, videlicet: quod ipse quoddam allodium in villa Wronchyno Maiori haberet et teneret in obligacione, quod de iure ad ipsum dominum Philippum et ad liberos recollende memorie domini Marcussii, olim castellani Radzimensis, fratris sui pertineret: qui dominus abbas cum suo conventu literis authenticis bone memorie domini Wirzbenthe quondam capitanei Polonie et aliorum officialium sufficienti testimonio docuit et probavit, quod dictus dominus Philippus, liberi ipsius Marcussii, nec non Petrus et Ianussius Kothowicz dicti, nullam probabilem et legitimam iurisdictionem ad id allodium haberent. Nos itaque perpendentes ipsam causam parte ex utraque, considerata iustitia prefati domini abbatis et sui conventus, quod possessio hereditaria prefati allodii merito et de iure ad ipsos pertinuit, pertinebat et hucusque pertinet, ipse dominus abbas cum suo conventu memoratum allodium in Wronchyno Maiori iusto et vero iudicio exigente super Philippum, liberos domini Marcussii, et Petrum et Ianussium dictos Kothowicz memoratos obtinuerunt ac eciam acquisiverunt. Nos vero affectantes unicuique quod suum est reddere prout ius requirit, per decretum terre militum et sententiam definitivam memorato domino abbati et suo conventui dictum allodium adiudicavimus et perpetuo adiudicamus possidendum, memoratis omnibus perpetuum silencium imponendo pro eodem harum quibus sigillum nostrum presentibus appensum est testimonio literarum. Actum et datum Gnezne in crastino sancti Iohannis Baptiste, sub anno a Nativitate Domini m.ccc.lxx quinto, presentibus hiis testibus, dominis Vincencio Poznaniensi, Preclao Kalisiensi, Alberto Brestensi palatinis, Iohanne Kalisiensi, Vincencio Gneznensi, Nicolao Naklensi, Andrea Kaminensi castellanis, Preclao Poznaniensi, Thomislao Kalisiensi iudicibus, et ceteris multis testibus ad premissa vocatis.

Miloslaw, *Miłosław*. Kryvinensis, *de Krzywin*. Landensis, *de Ląd*. Wronchyno Maius, *Wrąbczyn*. Radzimensis, *de Radzim*. Kothowicz, *de Kotowo; (osada znikła nad rz. Wartą w pobliżu m. Zaniemyśl, a która dała przydomek niektórym członkom rodu Doliwów. Cnfr. Nra. 128, 194, 225)*. Kaminensis, *de Kamień*.

Nr. 1723.

Sandivogius regni Polonie capitaneus 1375 Iun. 26, Gnezne; protestatur, Iohannem castellanum Kalissiensem ipsum fideiussoria cautione monasterio Ląd pro Philippo de Miłosław castellano Krzywinensi et eius proximis ratione allodii in villa Wrąbczyn obligavisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 22. (Transsumpt potwierdzony przez: Wladislaus rex Polonie etc. 1425 Iun. 12, Gnezne).

In Christi nomine amen. Nos Sandivogius regni Polonie capitaneus, publice recognoscimus ad quos presentes pervenerint quibus expedit universis, quod in nostra plurimorumque terre nobilium constitutus presencia magnificus vir dominus Io-

hannes castellanus Kalisiensis fideiubuit, spopondit et fideiussoria caucione se obligavit sine omni dolo et semota qualibet fraude pro domino Philippo de Miloslaw castellano Krivinensi, nec non pro liberis bone memorie domini Marczessii olim castellani Radzimensis, et pro Petro et Ianussio fratribus germanis Koth vulgariter nuncupatis, quod reverendum dominum Tilmanum abbatem et suum conventum de Landa pro allodio in villa ipsorum de Wronchyno, quod allodium idem abbas vere acquisivit in eisdem, non debebunt nec debent inquietare aut eciam impedire verbo aut aliquo facto seu impedimento; quia ad ipsum dominum abbatem et ad monasterium ipsius ibidem in Landa, et non ad ipsos, videlicet dominum Philippum et alios prius expressos, prefati allodii possessio hereditaria pertinuit, pertinet et adhuc debet pertinere secundum exigenciam iuris et decretum. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Gnezne die beatorum Iohannis et Pauli martyrum, sub anno a Nativitate Domini **m.ccc.lxx** quinto, presentibus his testibus, dominis Vincencio Poznaniensi, Preclao Kalisiensi, Alberto Brestensi palatinis, Vincencio Gneznensi, Nicolao Naclensi castellanis, Preclao Poznaniensi, Thomislao Kalisiensi iudicibus, et ceteris multis rogatis ad premissa.

Miloslaw, *Miłosław.* Krivinensis, *de Krzywin.* Radzimensis, *de Radzim.* Koth, *de Kotowo; cnfr. dokument poprzedzający.* Landa, *Ląd.* Wronchyno, *Wrąbczyn.*

Nr. 1724.

Iohannes Kmitha capitaneus Syradiens. 1375 Iul. 13, Syradie; Ludovico rege et Elisabeth regina seniori Poloniae mandantibus, Nicolao notario Siradiensi unum mansum in villa Rusiec donat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu pasek pergaminowy przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 203.

In nomine Domini amen. Ea que aguntur in tempore, de facili recedunt a memoria, nisi fiant litterarum sollempni tytulo fidedignorumque testimonio sagacibus nota. Eapropter nos Iohannes Kmitha capitaneus Syradiensis, notum facimus universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod consideratis et inspectis fidelibus obsequiis domino regi et regine per Nicolaum notarium Syradiensem multipliciter impensis, cupientes merita meritorum equali vicissitudine obviare, ad mandatum dicti domini et excellentissimi principis domini Lodvigi Dei gracia regis Ungarie et Polonie, et eius genitricis domine Elizabeth Dei gracia regine senioris, dedimus et damus et iure hereditario condonamus eidem Nicolao domini regis notario unum mansum in Russinovicze, eadem racione et eodem iure, sicut soli nomine regis nostri graciosi tenuimus, cum omnibus utilitatibus ad dictum mansum adiacentibus, videlicet agris, pratis, silvis, pascuis, paludibus, quibuscunque dicantur nominibus, nichil dominii et utilitatis ibidem pro regia maiestate reservantes, perpetue tenere, habere, vendere, redonare, commutare et ad usus beneplacitos convertere, prout sibi melius et utilius videbitur expedire. Ut autem dicta donacio robur optineat firmitatis, presentes scribi iussimus easque nostro sigillo sigillari. Datum et actum Syradie in die beate

Margarethe, anno Domini millesimo CCC.LXX quinto, presentibus hiis strenuis militibus: Alberto, confratre ipsius Sobeslao de Dambrova, Warcislao de Lossinecz, Sobeslao de Paski, Czadrone de Chartlupa et domino Nicolao de Bliznovo heredibus, et aliis quam plurimis fidedignis.

Russinovicze, *Rusiec.* Dambrova, *Dąbrowa.* Lossinecz, *Łosinice.* Paski, *Pasieki.* Chartlupa, *Chartupia.* Bliznovo, *Bliźniów.*

Nr. 1725.

Nicolaus de Ponkow canonicus ecclesie Wratislaviens. 1375 Sept. 4, Wratislavie; ut iudex in causa Iaroslai quondam Gneznens. archiepiscopi contra praelatos, canonicos ac vicarios ecclesiae Cracoviensis ab Iohanne abbate monasterii s. Mariae in Arena, iudice a Sede apostolica in causa eadem deputato, subdelegatus, canonicos et vicarios praedictos ad restitutionem oblationum a Ludovico rege occasione coronationis in ecclesia Cracoviensi factarum condemnat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu od przywieszenia jednéj pieczęci dwa paski pergaminowe przez wcięcia poprzeczne przewleczone.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 204.

Nicolaus de Ponkow canonicus ecclesie Wratislaviensis, iudex in causa appellacionis que vertitur ac verti speratur inter honorabiles viros dominos prelatos, .. canonicos totumque Capitulum ecclesie Cracoviensis et .. vicarios ipsorum ibidem, appellantes, parte ex una, et reverendum in Christo patrem dominum Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie quondam archiepiscopum, appellatum, ex altera, a venerabili et religioso viro domino Iohanne de Crossin, abbate monasterii sancte Marie in Arena extra muros Wratislavienses delegato principali a Sede apostolica principaliter deputato, specialiter subdelegatus, honorabilibus viris dominis abbati monasterii in Mogila sive in Clara tumba Cisterciensis Ordinis, et decano ecclesie Curzeloviensis Gneznensis diocesis, salutem in Domino et mandatis nostris ymmo verius apostolicis firmiter et humiliter obedire. Ex parte venerabilis patris domini Iaroslai quondam archiepiscopi Gneznensis nobis exhibita relacio continebat, quod cum nuper ex subdelegacione, per predictum dominum .. abbatem monasterii sancte Marie in causa appellacionis inter partes predictas nobis facta, iudicialiter processerimus mediante iusticia, servatis servandis, usque ad diffinitive sentencie calculum inclusive, ipsamque tulerimus in scriptis huiusmodi sub tenore:

In Christi nomine amen. Dudum sanctissimus in Christo pater et dominus, dominus Gregorius divina providencia Papa undecimus, causam appellacionis, que vertitur inter honorabiles viros, dominos .. prelatos, .. canonicos totumque Capitulum ecclesie Cracoviensis et .. vicarios ipsorum ibidem, appellantes, parte ex una, et reverendum in Christo patrem dominum Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum, appellatum, ex altera, a venerabili et religioso viro domino Iohanne de Crossin, abbate monasterii sancte Marie in Arena extra muros Wratislavienses, fine debito decidendam commisit suis patentibus litteris in hec verba: (*Sequitur diploma Nr. 1652*).

Qui quidem dominus.. abbas arduis suis et monasterii predicti negociis occupatus, nequiens cognicioni et examinacioni cause prescripte commode intendere, nobis Nicolao de Ponkow, canonico ecclesie maioris Wratislaviensis, plenarie, integraliter et in totum vices suas commisit suis patentibus litteris huiusmodi sub tenore: (*Sequitur diploma Nr. 1659*).

Cumque auctoritate earundem litterarum partes prescriptas ad nostram presenciam fecissemus ad iudicium evocari, eisque legittime comparentibus coram nobis, pro parte predictorum dominorum Capituli et.. vicariorum ecclesie Cracoviensis predicte, contra reverendum in Christo patrem dominum Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum quidam libellus oblatus extitit in hec verba:

Coram vobis venerabili viro domino Nicolao canonico Wratislaviensi, iudice cause et partibus infrascriptis auctoritate Sedis apostolice deputato, proponit procurator et procuratorio nomine honorabilium virorum dominorum.. canonicorum et.. vicariorum ecclesie Cracoviensis, contra et adversus reverendum in Christo patrem dominum Iaroslaum sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum et quamlibet personam pro eo et eius nomine in vestro iudicio legittime intervenientem, cum querella, et dicit: quod licet a X, XX, XXX, XL, L, LX annis, et citra et ultra, et a tanto tempore et per tantum tempus, cuius inicii vel contrarii memoria hominum non existit, omnes oblaciones oblate ad aras vel reliquias Sanctorum in ecclesia Cracoviensi, in quibuscunque rebus consistant, de iure et consuetudine pertinuerint et pertineant solum et in solidum ad.. canonicos et.. vicarios dicte Cracoviensis ecclesie, ipsique canonici et.. vicarii fuerint et sint in vera et pacifica possessione vel quasi iure percipiendi huiusmodi oblaciones in quibuscunque rebus consistant; tamen prefatus reverendus pater dominus Iaroslaus archiepiscopus Gneznensis, nulla super hoc fretus auctoritate, nuper de anno Domini milesimo trecentesimo septuagesimo, XVIII die mensis Novembris oblaciones oblatas in ipsa ecclesia Cracoviensi in coronacione serenissimi principis domini Lodwici Dei gracia regis Polonie sibi vendicans, suis litteris fecit dictos.. vicarios ammoneri, ut infra certum temporis spacium in suis contentum litteris dictas oblaciones sibi redderent, alias in ipsos suas sentencias fulminabat: a qua monicione nomine ipsorum canonicorum et.. vicariorum dicte Cracoviensis ecclesie fuit ad Sedem apostolicam legittime appellatum. Quare petit procurator et procuratorio nomine quo supra, per vos et vestram diffinitivam sentenciam pronunciari, declarari et decerni, dictam appellacionem fore et esse legittimam, ac oblaciones predictas ad eosdem canonicos et.. vicarios Cracovienses solummodo pertinere, eosque fuisse et esse in possessione vel quasi iure pertinendi oblaciones huiusmodi, dictum quoque dominum.. archiepiscopum, postquam tunc officium visitacionis in dicta Cracoviensi ecclesia non exercuit, non potuisse nec posse de iure dictos.. vicarios monere pro offertorio predicto, nec ligare nec solvere eosdem, nisi in casibus a iure premissis (sic), sibique super oblacionibus huiusmodi perpetuum silencium imponendum fore et per vos imponi, et alias inde et super premissis fieri, quod iuris fuerit et racionis, vestrum ad hoc officium humiliter implorando. Petit insuper litis expensas et de faciendis protestatur, iuris beneficiis in omnibus sibi salvis, et protestatur, quod predicta possit corrigere, minuere, addere, resolvere, et alium libellum si opus fuerit de novo dare.

Deinde pro parte prefati domini.. archiepiscopi quedam excepciones contra dictam commissionem seu rescriptum fuerunt opposite et obiecte, contra quas in scriptis extitit replicatum.

Cumque ab eisdem excepcionibus recessum fuisset ad prescriptum libellum, lis in scriptis extitit legittime contestata prestitumque a procuratoribus parcium earundem veritatis dicende et calumpnie iuramentum; tandem, datis et oblatis nonnullis posicionibus et articulis hinc et inde, contra posiciones predicti domini archiepiscopi per.. procuratorem dicti.. Capituli et.. vicariorum fuit in scriptis exceptum, et excepcionibus huiusmodi nostram per interloqutoriam non admissis, facte fuerunt responsiones hinc inde ad posiciones et articulos parcium utrarumque. Postmodum super negatis articulis nonnulli testes fuere hinc inde producti, eorumque attestaciones, eciam de consensu procuratorum earundem parcium publicate. Consequenter contra eadem et attestaciones, hinc et inde per procuratores ipsos fuit in scriptis exceptum replicacionibus, duplicacionibus et triplicacionibus subsequenter. Cumque nonnulla privilegia et instrumenta publica pro parte dictorum dominorum Capituli et.. vicariorum prefate ecclesie in iudicium producta fuissent, demum, procuratoribus ipsis in causa huiusmodi concludi petentibus, nos cum eis conclusimus et habuimus pro concluso, certam diem ad sentenciam diffinitivam audiendam duximus statuendam. Constitutis itaque parcium ipsarum procuratoribus coram nobis et sentenciam huiusmodi ferri petentibus, ipsam protulimus huiusmodi sub tenore:

In Christi igitur nomine amen. Visis actis in presenti causa coram nobis acticatis eaque equa iusticie lance discussis nobiscum una cum peritis consilio prehabito diligenti, pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum Deum, procuratoribus parcium in nostra presencia constitutis et sentenciam ferri petentibus, per hanc nostram sentenciam diffinitivam pronunciamus, declaramus et decernimus: offertoria et oblagia, sic ut premittitur in coronacione domini Lodwici regis Polonie in ecclesia Cracoviensi oblata, pertinuisse et spectasse, hodie spectare et pertinere debere ad reverendum patrem dominum Iaroslaum archiepiscopum ecclesie Gneznensis prenotate,.. canonicosque et.. vicarios ecclesie Cracoviensis offertoria et oblagia predicta rapuisse et invasisse et deportasse minus iuste, dictumque dominum.. archiepiscopum canonicos et vicarios predictos pro eisdem oblagiis sic raptis iuste per sentencias censure ecclesiastice monuisse, ipsamque monicionem valuisse et valere debitumque debere sortiri effectum, ab ipsaque monicione per dictos.. canonicos et.. vicarios minus iuste fuisse et esse appellatum, et ob hoc eosdem.. canonicos et.. vicarios ad reddicionem et restitucionem dictorum offertoriorum et oblagiorum dicto domino.. archiepiscopo faciendam condempnamus et compellimus sentencialiter et diffinitive in hiis scriptis. Condempnantes nichilominus predictos canonicos et vicarios in moderatas litis expensas, quarum taxacionem nobis in posterum reservamus.

Qua sentencia per nos iudicem subdelegatum predictum lata in scriptis et pronunciata, et taxacione expensarum in lite factarum per nos in posterum reservata, mox pro parte predictorum dominorum Capituli et vicariorum ab eadem nostra sentencia extitit ad Sedem apostolicam appellatum: et appellati cum debita instancia tunc fuerunt petiti, eciam postmodum et recepti: cui appellacioni ob reverenciam dicte Sedis detulimus reverenter, premissa tamen per nos, antequam dedissemus appellatos ipsos et detulissemus appellacioni huiusmodi, taxacione expensarum ipsarum, quas tunc ad triginta sex marcas grossorum Pragensium et pecunie usualis moderacione prima taxavimus et taxamus, recepto a procuratore dicti domini.. archiepiscopi primitus iuramento. Lata et in scriptis pronunciata est hec sentencia diffinitiva per nos iudicem supradictum, ante minus ostium ecclesie Wratislaviensis predicte pro tribunali sedentem die decima septima mensis Ianuarii, hora tercia, sub

anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, presentibus discretis viris, magistris Gorgio Fulleschussil in Karlowicz, Iohanne Goswiny de Brega in Calkow ecclesiarum rectoribus, Iohanne de Grudencz, Leonardo de Frankinstein, Nenkero de Nenkersdorff, Francisco de Novo foro advocatis, Petro de Frankinstein, Petro de Brega procuratoribus, Iohanne de Petirwicz, Conrado de Teppilwode et Nicolao de Nysa notariis publicis consistorii Wratislaviensis, et Iohanne de Schoslerdorff notario publico ac cause presentis scriba, testibus ad premissa. In cuius rei fidem et testimonium omnium premissorum, sigillum nostrum presentibus est appensum.

Licet autem pro parte dominorum.. prelatorum et.. canonicorum totiusque Capituli nec non.. vicariorum predictorum ecclesie Cracoviensis ab huiusmodi nostra sentencia fuerit ad Sedem apostolicam appellatum ut promittitur, ipsi quoque habuerint sufficientem terminum ad prosequendam appellacionem suam, infra quem terminum appellacionem poterant prosequi et debebant: quia tamen, prout ex informacione memorati domini Iaroslai accepimus, appellantes prefati appellacionem eandem infra tempus debitum prosequi non curaverunt, propter quod pro parte domini Iaroslai ipsius fuimus cum instancia requisiti, ut ad execucionem memorate sentencie procedere deberemus: nos volentes certificari melius de premissis, ne unquam parcium predictarum iniuriam facere videremur, antequam ad execucionem procederemus eandem, memoratos dominos.. canonicos et ipsorum.. vicarios citari mandavimus ipsosque citavimus, ut coram nobis in certo loco, videlicet in civitate Wratislaviensi, ad conpetentem peremptorium terminum legittime comparerent, ostensuri et allegaturi causam et racionem, quare prefata sentencia nostra non debeat execucioni mandari. Qui per procuratorem in termino comparentes, quamvis tunc aliqua proponi fecissent, illa tamen frivole, utpote causa subterfugii et ad impediendum pocius execucionem predictam proposita videbantur: unde nos per interloqutoria declarantes, non obstantibus huiusmodi propositis seu exceptis, procedendum fore ad execucionem eandem: vobis et vestrum cuilibet in virtute obediencie et sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum sex dierum canonica monicione premissa, quorum duos pro primo, alios duos pro secundo et reliquos seu ultimos dies pro tercio et peremptorio vobis et vestrum cuilibet termino assignamus, ferimus in hiis scriptis si presens mandatum nostrum ymmo verius apostolicum non curaveritis adimplere, districte precipiendo mandamus, quatinus vos ambo domini, videlicet.. abbas et.. decane, vel unus vestrum qui tunc presentibus fuerit requisitus vel fuerint requisiti, ita quod unus vestrum alterum non exspectet nec per alium se excuset, accedentes personaliter ad ecclesiam Cracoviensem predictam, hanc nostram executoriam sentenciam et hunc nostrum processum publice infra divinorum solempnia legatis et publicetis sive legat et publicet in eadem, monendo ex parte nostra auctoritate predicta tam.. prelatos et.. canonicos, universaliter singulos et singulariter universos nomine Capituli memorati, nec non et.. vicarios ipsorum omnes et singulos in ecclesia sepedicta, quos et nos monemus eciam in hiis scriptis: ut infra duorum mensium spacium, a publicacione et monicione vestra continue computandum, sentencie nostre diffinitive et rei iudicate pareant cum effectu, solventes videlicet et restituentes ac prestantes integraliter memorato domino Iaroslao quondam archiepiscopo Gneznensi, sine contradiccione qualibet, non tantum offertorium et oblaciones positas seu oblatas a Christi fidelibus infra missarum solempnia in coronacione excellentissimi principis domini Lodwici regis Ungarie et Polonie illustris per ipsum dominum

.. tunc archiepiscopum in dicta Cracoviensi ecclesia celebrata, prout in ipsa sentencia nostra condempnatoria plenius continetur, ymmo eciam triginta sex marcas grossorum Pragensium et pecunie usualis, racione condempnacionis expensarum in lite factarum. Alioquin nos prefatos .. prelatos et canonicos nec non eorum .. vicarios omnes et singulos communiter et divisim, extunc prout exnunc et exnunc prout extunc, auctoritate qua fungimur in hac parte, in hiis scriptis exigente iusticia suspendimus virtute huiusmodi sentencie diffinitive a divinis. Quam suspensionis sentenciam si prefati domini .. prelati et canonici totumque Capitulum nec non ipsorum .. vicarii in ecclesia memorata, per unius mensis spacium sustinuerint quod absit animo indurato, extunc prout exnunc ipsos et eorum singulos, tamquam nominatim expressos, in hiis scriptis excommunicacionis maioris sentencia innodamus. Quos et ipsorum quemlibet, taliter suspensos et excommunicatos, semel ad minus in prefata Cracoviensi ecclesia cathedrali, et demum in vestris ecclesiis, singulis diebus dominicis infra divinorum officia, dum maior populi affuerit multitudo, solempniter et publice nuncietis et nunciari per alios faciatis tamdiu, donec satisfaccione premissa, a nobis restitucionis et absolucionis beneficium meruerint obtinere. De execucione autem mandati presentis et quidquid occasione eius feceritis, nobis per instrumentum publicum harum seriem continens, vestris nichilominus sigillis appendentibus communitum, fidem facere studeatis. Datum Wratislavie die quarta mensis Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, sub appensione nostri sigilli.

Nr. 1726.

Albertus heres de Boszeyewicze 1376 Mai. 26, Zneyne; Iarando canonico Gneznensi ad solvendum debitum Cristini castellani Sbąszimiensis sese obligat.

Pergam. orygin., od którego dolnego brzegu odcięty skrawek jest przez wcięcie poprzeczne przewleczony; pieczęć znikła.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 205.

Noverint quibus expedit universi, quod ego Albertus heres de Boszeyewicze presentibus publice recognosco, me fideiubuisse pro nobili viro Cristino castellano Sbószimiensi ac herede de Szuzniki, sedecim marcas grossorum, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, honorabili viro domino Iarando canonico Gneznensi duabus septimanis post diem beati Martini proxime nunc venientis sine omni dilacione et retardacione integraliter solvendas pariter et pagandas. In casu autem quo prefatam pecuniam in termino prenarrato eidem domino Iarando non solvero, extunc immediate obligo me sibi willam Obeczanowo in eadem pecunia cum omnibus fructibus et utilitatibus et proventibus et censibus obligaturum, per ipsum de anno in annum tenendam et possidendam, donec predicta pecunia fuerit sibi integraliter persoluta. Si autem, quod absit, dictam villam sibi non obligavero ut promisi, extunc omni dampno et interesse, quod in acquirendo dictam pecuniam vel me citando expensas vel fatigas sustinuerit, me presentibus omnimode submitto, nichilominus dicte ville obligacionem tradere sibi tenebor. In cuius rei testimonium, sigillum meum presentibus est appensum. Datum Zneyne feria secunda infra octavas Ascensionis Domini, anno Domini M.CCC.LXXVI.

Boszeyewicze, *Bożejewice.* Sbószimiensis, *miejscowość nie odgadniona; cnfr. Dodatki do Nru. 812 i Objaśnienia do Nrów. 1339, 1396 i 1467.* Szuzniki, *pewnie Suszewo.* Obeczanowo, *Obiecanowo.* Zneyna, *Żnin.*

Nr. 1727.

Troyanus prepositus Poznaniens. 1376 Iun. 30, Poznanie; scultetiam villae Kicin a pluribus sculte tis redemptam, Iohanni et Predvogio fratribus denuo certis conditionibus vendit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 53.

In nomine Domini amen. Illud humani sensus fragilitas exigit et requirit, ut gestarum rerum eventus, memorie hominum testimonio scripturarum et testium approbatione commendetur. Proinde nos Troyanus prepositus Poznaniensis, ad meliorandam villam nostram Kyczino, que non potuit propter pluralitatem sculte torum corrigi, exigentibus culpis eorundem, videlicet Staskonis, Raciborii et Martini ac eorum filiis et pronepotibus (sic) eorum, ab ipsis sculteciam pro certa pecunia iure swadente redimentes, ipsam Iohanni et Przedvogio fratribus uterinis, filiis Ian dicti Czaczko vendidimus cum consensu fratrum nostrorum Capituli Poznaniensis pro certa pecunie quantitate. Racione cuius scultecie debebunt habere tres mansos liberos, ortum liberum, unum pratum in medio magnorum pratorum, sicut ab inicio filii sculte torum habuerunt, thabernam liberam, bancum sutorum, pistorum, carnium, fabrum, ac tercium denarium de re qualibet per ipsos iudicata. Gregem vero ovium, extra gregem kmethonum poterint pascere absque impedimento eorundem. Venaciones leporum, luporum et avium venari possunt cum omnimoda libertate. Quendam rivulum ante villam, dictum Stawisko, pro se reparabunt. Que omnia iura predicti sculteti cum liberis eorum ac successoribus legittimis libere et perpetuo possidebunt absque quolibet impedimento. Incole hereditatis iam dicte Kyczino, decimam manipulatim adeo constitutam nobis annis singulis debito tempore in campis, et decem grossos in festo sancti Martini pro censu, ter arare in anno, duos pullos, in festo sancti Petri unum currum lignorum, in Nativitate Cristi alium currum, et in Pasca tercium currum et per quindecim ova de quolibet manso solvere et adducere ad nostram curiam Poznanie idem kmetones tenebuntur. Ceterum predicti incole duo prandia iudicialia et scultetus tercium, aut pro quolibet fertonem dare et solvere sint astricti omni anno. Iam dicti eciam sculteti in equo duarum marcarum, seu meliori, servicium nobis et nostris successoribus exhibere sint eciam parati. Et quia iura Maydeburgensis civitatis, quo iure dicta villa Kyczino est locata, nobis sunt prorsus incognita, omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum, salva nobis et integra in omnibus reservamus. In cuius rei testimonium, nostrum et predicti Capituli Poznaniensis sigilla presentibus duximus appendenda. Datum et actum Poznanie in crastino Petri et Pauli apostolorum beatorum, anno Domini millesimo ccclxxvi, presentibus ibidem venerabilibus et discretis viris, dominis Ditcone decano, Nicolao scolastico Poznaniensi, Alberto archidiacono Cirnensi, Goslao, Tyczkone, Petro, Mrocota preposito sancti Spiritus, Pribigneo, Walthkone, magistro Iohanne, canonicis Poznaniensibus, et ceteris eo tempore ad Capitulum congregatis.

Kyczino, *Kicin.* Stawisko, *mały strumyczek wpadający do rz. Warta pod wsią Czerwonak.* Cirnensis, *de Czersk.*

Nr. 1728.

Nicolaus episcopus Poznaniens. 1376 Iul. 2, Poznanie; ordinationem ratam habet, quam ratione cuiusdam vineae Ticzco de Moglicz canonicus et Friczco Sarwochter civis Poznaniens. inter se fecerant.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergamin. 3 pieczęcie przywieszono. Pierwsza podługowata, wyobraża pod dwoma cymborjami dwie osoby obok siebie stojące, z tarczą trójkątną pod każdą; tarcz prawa zatarta, lewa wyobraża godło rodu Zarębów, napis: S. Nicolai Dei gra. Poznani... *Druga Kapituły Poznańskiéj;* (pieczęć LV.) *Trzecia znikła, pozostał z niéj skrawek pergam.*

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 17.

In nomine Domini amen. Nos Nicolaus Dei miseracione episcopus Poznaniensis, notum facimus universis et singulis presencium noticiam habituris, quod accedentes ad nostram nostrorumque fratrum Capituli Poznaniensis presenciam providi viri, domini Ticzco de Moglicz canonicus noster Poznaniensis plebanus de sancto Adalberto in monte extra muros civitatis Poznaniensis, et Friczco Sarwochter civis Poznaniensis, ordinacionem infrascriptam inter se factam exposuerunt coram nobis, petentes ipsam ad perpetuam rei memoriam nostris litteris roborari. Ordinacio autem iuxta ipsorum relacionem fuit talis: quod videlicet prefatus Friczco et sui successores, de quolibet iugere, alias morgo, orti vinee sue penes ecclesiam sancti Georgii, circa viam que ducit in Obornik a sinistris, in agris pertinentibus iure parrochiali ad ecclesiam sancti Adalberti prope Poznaniam locati, eidem domino Ticzconi et suis successoribus, plebanis ibidem, singulis annis in festo beati Martini quatuor grossos Pragenses, XLVIII grossos pro marca computando, pro censu seu nomine decime solvere tenebuntur, et quod predictum ortum seu vineam possint vendere, permutare, donare, legare, et de ipsis in toto vel in parte, in vita et in morte disponere, prout sibi melius et utilius videbitur expedire. Sed cum ipsum ortum vel vineam ipse Friczco et sui successores alienare voluerint, resignacionem facient coram domino Ticzcone predicto et successoribus eiusdem. Nos autem ordinacionem huiusmodi ratam habentes atque gratam, ipsam de consensu fratrum nostrorum Capituli Poznaniensis et domini Ticzconis predicti ratificavimus, et tenore presencium ratificamus, confirmamus et approbamus temporibus perpetuis valituram. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum, Capituli nostri predicti et domini Ticzconis prefati presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie die sanctorum Processi et Martiniani martirum, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, presentibus honorabilibus et discretis viris, domino Troyano preposito, Ditkone decano, Nicolao scolastico, Andrea Poznaniensi, Nicolao Sremensi, Petro Beczoviensi archidyaconis, Damiano cancellario, Kelczone, Przibigneo, Stanislao, Goslao, Petro procuratore Mazoviensi, Michaele, Ticzcone predicto, Mathia Blyda, prelatis et canonicis Poznaniensibus.

Obornik, *Oborniki.* Sremensis, *de Śrem.* Beczoviensis, *de Pszczew.*

Nr. 1729.

Gregorius Pp. XI 1376 Sept. 5, Avinione; Bronislao de Strzałkowo canonicatum in ecclesia Gneznensi confert.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 998.

Gregorius episcopus *etc.* dilecto filio Bronislao Viti de Stralcow, canonico Gneznensi, salutem *etc.* Nobilitas generis, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Volentes itaque tibi, qui, ut asseris, ex utroque parente de nobili genere procreatus existis et in iure canonico studes, premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie Gneznensis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam providemus; prebendam vero, si que in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, quam tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium postquam tibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit duxeris acceptandam, conferendam tibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolice reservamus, districtius inhibentes venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo Gneznensibus, ac illi vel illis ad quem vel ad quos in eadem ecclesia predictarum collatio, provisio, presentacio seu quavis alia dispositio communiter vel divisim pertinet: ne de huiusmodi prebenda ante acceptationem eandem, nisi postquam eis constiterit quod tu vel procurator predictus illam nolueritis accipere, disponere quoquomodo presumant: ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus *etc.* Datum Avinione Nonis Septembris, pontificatus nostri anno sexto.

Stralcow, *Strzałkowo.*

Nr. 1730.

Sandzivogius Maioris Polonie capitaneus 1376 Sept. 26, in Piser; protestatur, Iohannem de Komierowo una cum fratribus suis hereditatem Naslava lanka monasterio de Byszewo vendidisse.

Pergam. orygin. Na sznurku jedwabn. zielon. przywieszona pieczęć okrągła starosty Sędziwoja okazuje na tarczy trójkątnéj godło rodu Pałuków, rysowane na kształt godła Toporczyków (Topor stojący, ostrzem zwrócony w prawo); napis: ... divogii de Sz... (*Cnfr. pieczęcie* XVIII *i* XLVII).

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 115.

In Christi nomine amen. Nos Sandzivogius Maioris Polonie capitaneus, memorie universorum presencium et futurorum ad quos presentes pervenerint presentibus cupimus commendare, quod ad nostram plurimorumque terre nobilium venientes presenciam Iohannes de Komyrow, Nicolaus de Lyppa fratres germani, et Boguslaus Crosny de Obedow frater ipsorum patruelis, non compulsi, non coacti nec aliquo vicio vel errore circumventi, sed de ipsorum bona spontaneaque voluntate, salubri deliberacione, usi consilio suorum specialium amicorum, hereditatem suam Naslava lanka

vulgariter nuncupatam, sitam in districtu Naklensi, continentem in se viginti duos mansos, quibus mansis addiderunt duos mansos pro paludinibus et dampnis in dicta hereditate contentis, cum omni iure et dominio, veluti ipsi soli eandem hereditatem Naslava lanka ex suorum successione seniorum tenuerunt, habuerunt et multis temporibus possiderunt, nullam iuridicionem pro se reservantes in eadem, cum omnibus fructibus, redditibus, utilitatibus, proventibus, videlicet agris, agriculturis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, sollitudinibus, rubetis, quercetis, glandinibus, borris, mellificiis, fluviis, lacubus, piscinis et earum piscaturis, stangnis, rivulis, molendinis, et quibusvis obvencionibus ad iam dictam hereditatem Naslava lanka pertinentibus, quocumque nomine appellentur, qui nunc sunt ibidem aut esse poterint quomodolibet in futurum mediante meliori provisione, quod (sic) ad modum ipsa hereditas antiquitus in longitudine et latitudine ab aliis circumferencialiter est distincta et limitata, religioso viro domino Iohanni miseracione divina abbati et suo conventui de Bissovia Ordinis sancti Bernardi Cisterciensis pro centum sexagenis grossorum hereditarie et in perpetuum vendiderunt, et coram nobis secundum terre consuetudines et statuta resignaverunt tenendam, habendam, possidendam, vendendam, commutandam, donandam et aliquovis modo alienandam, nec non pro sua voluntate convertendam, quod (sic) ad modum memorato domino abbati et suo conventui melius et utilius conpetere videbitur ac eciam expedire. Sepedictique fratres Iohannes, Nicolaus et Boguslaus spoponderunt sine omni dolo et qualibet fraude, ipsum dominum abbatem et suum conventum a quolibet homine, si per aliquem pro ipsa hereditate Naslava lanka fuerint inpediti, infra trium annorum revolucionem intercedere et exbrigare: cum hoc fecerunt magis propter remedium et testamentum animarum suarum et suorum predecessorum: harum quibus sigillum nostrum presentibus appensum est testimonio litterarum. Datum et actum in Piser feria sexta proxima ante diem sancti Michaelis archangeli, sub anno a Nativitate Domini m^mo^ccc^mo^lxx^mo^ sexto, presentibus hys dominis, Swenthoslao subcamerario, Stephano subdapifero Poznaniensibus, Nicolao Romlyk vexillifero Gnewcoviensi, Arnoldo de Waldow, domino Stephano plebano in Kczina, Nicolao plebano in Modrze, et ceteris multis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Komyrow, *Komierowo*. Lyppa, *Lipie*. Obedow, *Obodowo*. Naslava lanka, *nie odgadnione*. Bissovia, *Byszewo*. Piser, *Pyzdry*. Gnewcoviensis, *de Gniewkowo*. Waldow, *Wałdowo*. Kczina, *Kcynia*. Modrze, *Modrze*.

Nr. 1731.

Iesko de Comyrow verus heres s. a. d. et l.; una cum fratribus suis hereditatem Naslava lanka monasterio de Byszewo vendit.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergamin. przywieszono trzy pieczątki okrągłe. Pierwsza bardzo zatarta, zdaje się okazywać w środku Gwiazdę. Druga i trzecia okazują na tarczach trójkątnych godło rodu Pomianów, w ten sposób narysowane, że miecz jest pomiędzy obu rogami od lewéj ku prawéj stronie i w cokolwiek skośnym kierunku przełożony.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 118.

In nomine Domini amen. Nos Iesko de Comyrow verus heres, universis Christi fidelibus tenore presencium declaramus in verbo veritatis publice protestantes,

quod una cum fratribus nostris Nicolao de Lypa et Boguslao Crasny de Obedov heredibus, venerabili religioso viro domino Iohanni abbati et suo conventui de Byssovia Ordinis Cysterciensis vendidimus hereditatem nostram in territorio Naklensi situatam, Naslava lanka nuncupatam, xxii mansos in se continentem, pro C.. sexagenis grossorum Pragensium: et precipue et maxime contulimus eis in remedium et testamentum animarum nostrarum et antecessorum et successorum nostrorum: e quibus xxii mansis, addidimus ii mansos pro paludibus et dampnis in dicta hereditate Naslava lanka contentis. Et nichilominus, ut predicta empcio robur habeat et ne in posterum aliquorum attemptacionibus impediri videatur, promittimus eis dictam hereditatem resignare coram domino rege et domino capitaneo Polonie, in fide data abrenunciantes omni iuri, quod nobis successoribusque nostris legittimis in eadem hereditate conpetere videbatur. In cuius rei testimonium, presentes has litteras cum sigillorum nostrorum appensione scribi fecimus et signari.

Comyrow, *Komierowo.* Lypa, *Lipie.* Obedov, *Obodowo.* Byssovia, *Byszewo.* Naslava lanka, *osada znikła.*

Nr. 1732.

Fr. Sobeslaus abbas monasterii Lubinens. 1376 Oct. 17, Lubyn; una cum suo conventu scultetiam in villa Targowisko Mathiae filio Martini confert.

Pergam. orygin. Na niciach jedwabnych, czerwon. i zielon. przywieszono dwie podługowate pieczęcie. Pierwsza wyobraża opata w infule błogosławiącego z pastorałem w lewéj, pod którego stopami tarcz trójkątna z godłem rodu Wyskotów. Druga klasztoru Lubińskiego; (pieczęć LIX).

Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 24.

In nomine Domini amen. Cum tempora humana pretereunt more aque fluentis, scripto commendari oportet ea que racionabiliter aguntur, ne aut oblivione pereant aut simili cum fluxu temporis elabantur. Nos igitur frater Sobeslaus divina miseracione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris presentem litteram inspecturis, quod intuentes fidelia servicia et obsequia Mathie filii Martini quondam sculteti de Targoviszcze, confirmamus et conferimus sibi suisque legittimis successoribus natis ac nascendis eandem sculteciam iure Novi fori perpetue libere possidendam, tenendam, vendendam, commutandam et ad usus beneplacitos convertendam. Ad quam sculteciam habebit quinque parvos mansos, item et insulam circa nostrum molendinum, thabernam. Item damus eidem sculteto et suis posteris molendinum quod wlgariter Scrobacz nuncupatur; item maccellum panis, carnium, fabrum, sutoriam, de iudicio tercium denarium et de qualibet re iudicata, resignaciones, iuramenta ex integro, tres ortos. Damus eciam eidem sculteto ac posteris suis pratum quod iacet in fine rivi qui vulgariter Brnewa nuncupatur. Dictus vero scultetus et sui posteri in prefata hereditate CC[tas] oves fovebit et servabit preter gregem villanorum. Eciam damus ei agitare leporem, capere swasones, quisculas, pardices (sic), libere exercebit. Ipse vero scultetus et sui posteri servient nobis et successoribus nostris in equo duas marcas valente; quem quidem equum in legacionibus nostris si perdi-

derit seu amissus fuerit, usque ad annum nobis servire cessabit. Incole vero dicte ville singulis annis censum nobis solvere tenentur, videlicet a quolibet manso unam maldratam triplicis annone, scilicet quatuor mensuras tritici, quatuor mensuras siliginis et quatuor mensuras avene et unum fertonêm pro decima, et de qualibet curia unam mensuram humuli, scilicet de quolibet manso. Idem vero incole arabunt nobis tres dies in anno. Honorabunt eciam nos singulis annis, ad festum Pasche de quolibet manso per XXX ova dare et unum latus carnium pro quatuor scotis, ad Nativitatem Domini per duos pullos, et ad Nativitatem beate Virginis similiter per duos pullos. Tria generalia iudicia in dicta hereditate singulis annis sumus celebraturi, in quibus nobis kmethones duo prandia dare tenebuntur, scultetus vero unum, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum nobis persolvent. Ne igitur in processu temporum memoratus scultetus suique successores legittimi in predictis suis bonis in aliquo impediatur, presentem litteram nostri nostrique capituli sigillorum munimine duximus roborandam. Datum Lubyn feria sexta, in vigilia beati Luce, per manus Petri presbiteri notarii nostre curie, sub anno Domini MCCCLXXVI, presentibus hiis nobilibus viris et dominis, videlicet Petro de Chlapowo, Ianussio de Sczodrochowo, Dobrogosto dicto Gomolca de Radomiczsko heredibus; domino Nicolao preposito de Antiqua Gostina, domino Nicolao custode, domino Sulcone priore, et aliis quam pluribus fide dignis.

Lubinensis, *de Lubin.* Targoviszcze, *Targowisko.* Brnewa rivus, *lewy przypływ rzeczki Obra.* Chłapowo, Sczodrochowo, Radomicko, *dziś tak samo.* Antiqua Gostina, *Stary Gostyń.*

Nr. 1733.

Pelka Ade de Byssowa et Petrassius de Thur heredes 1377 Febr. 19, Uneyow; protestantur, se et progeniem ipsorum Ianina ratione villarum Świerzysz, Niedźwiada et Weymo (?) cum Iohanne archiepiscopo Gneznensi et progenie eius Grzymała concordavisse.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 2 v.

Nos Pelka Ade de Byssowa et Petrassius de Thur heredes, tenore presencium recognoscimus quibus expedit universis, nos nostro ac omnium et singulorum fratrum, cognatorum, familiarium et coadiutorum quorumcunque nostrorum nomine, mediante nobili et strenuo viro domino Pelka de Kuchary iudice Sandomiriensi, mediatore partis nostre, cum reverendissimo in Christo patre ac domino, domino Iohanne Dei gracia archiepiscopo Gneznensi ac universis et singulis fratribus, cognatis et familiaribus, coadiutoribus suis et ipsorum ac ecclesie Gneznensis nomine, mediante nobili et strenuo viro domino Preczslao palatino Kalisiensi mediatore partis domini archiepiscopi supradicti, inde et super omnibus displicenciis et controversiis, occasione bonorum seu villarum Swerzisz, Medzwada et Weymo cum omnibus iuribus et pertinenciis ad easdem circa Lovicz situatarum, nec non racione occisionis Nicolai fratris uterini Pelcze predicti de Byssowa, filiastri nostri predictas villas nobiscum vendicantis, subortis et quomodolibet suscitatis amicabiliter et perpetuo concordasse; ita videlicet: quod amicicia et pax sincera et serena inter nos, fratres, cognatos, familiares

et coadiutores nostros et totam nostram progeniem dictam Ianyna, et inter predictum dominum Iohannem archiepiscopum, fratres, cognatos, familiares et eorum coadiutores et totam suam progeniem dictam Grzimala hinc et inde debeant teneri et esse, et inviolabiliter, eciam plus et sincerius quam prius erant ante discordias supradictas, perpetuo observari: specialiter, hinc inde parte ex utraque bona fide data, se invicem auxilio, consilio et favore prosequi et coadiuvare promittendo, perpetuo se invicem fraternaliter tenendo, nunquam ab invicem separari; sic tamen, quod predictus dominus archiepiscopus, racione sedandarum controversiarum tam racione villarum predictarum quam mortis seu occisionis prefati Nicolai defuncti, nobis et amicis nostris dabit et dare debet centum marcas grossorum Pragensium Polonicalis numeri et pagamenti consueti; nosque nostris nominibus ac fratrum, filiastrorum, nepotum et pronepotum et cognatorum nostrorum et Nicolai defuncti quorumcunque promittimus bona fide, ipsum dominum archiepiscopum prefatum et suam ecclesiam Gneznensem suosque quoslibet successores amplius non monere, non impedire pro eisdem, nec eciam repetere villas prescriptas ab eisdem per nos vel per alios, directe vel indirecte, nec unquam contradicere verbo vel facto ipsi domino archiepiscopo Gneznensi qui pro tempore fuerit aut bonis ipsius villis pro prefatis. Que omnia et singula predicta, una cum domino Pelka iudice Sandomiriensi predicto vice nostra et omnium fratrum, cognatorum, progeniey nostrorum nomine, presencium per tenorem promittimus bona fide, sine dolo et fraude perpetuis temporibus inviolabiliter observare, et singula adimplere que superius sunt expressa. In quorum fidem et testimonium premissorum, nostra et predicti domini Pelcze iudicis, tanquam fideiussoris omnium fratrum, cognatorum, familiarium et coadiutorum nostrorum predictorum, presentibus sigilla sunt appensa. Datum et actum Uneyow feria quinta proxima post dominicam Invocavit, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, presentibus honorabilibus et strenuis viris, dominis Iohanne preposito, Boguslao scolastico, Budcone decano Lanciciensis ecclesie, Petro de Unene gladifero Dobrinensi, Iczcone iudice de Sliwniky, et Francone de Crissanovicze subiudice Lanciciensi heredibus, aliisque fidelibus testibus ad premissa.

Byssowa, *Byszewa.* Tur, Kuchary, *dziś tak samo.* Swerzisz, *Świerzysz.* Medzwada, *Niedźwiada.* Weymo, *nie odgadnione.* Uneyow, *Uniejów.* Unene, *Umienie.* Dobrinensis, *de Dobrzyn n. Wisłą.* Sliwniky, *Śliwniki.* Crissanovicze, *dziś Krzyżanowo.*

Nr. 1734.

Gregorius Pp. XI 1377 Mart. 17, Rome apud s. Petrum; Damiano Poznaniensi officiali mandat, ut in causa monasterii de Trzebnica contra fratres dictos Olobok decidat.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Damianus cancellarius et officialis Poznaniens. 1378 Febr. 25, Poznanie.

Wrocław. Königl. Staats Arch. Trebnitz 257 b.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio officiali Poznaniensi salutem et apostolicam benediccionem. Conqueste sunt nobis dilecte in Christo filie.. abbatissa et conventus monasterii in Trebnicz Cisterciensis Ordinis Wratislaviensis

dyocesis, quod Czessantha, Nicolaus, Ubislaus et Bertholdus dicti Oloboc, fratres, layci Gneznensis dyocesis, super quibusdam pecuniarum summis, terris, possessionibus et rebus aliis iniuriantur eisdem: ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, partibus convocatis, audias causam, appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritatis testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum XVI Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Trebnicz, *Trzebnica*. Oloboc, *pewnie nazwisko rodowe, u Niesieckiego Hołobok.*

Nr. 1735.

Semovithus Troydeni dux tocius Mazovie etc. 1377 Mart. 22, in Ploczsk; villam Gzdów ecclesiae parochiali de Msczonów restituit conceditque, ut iure Theutonicali locari valeat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 132.

In nomine Domini amen. Nos Semovithus Troydeni, Dei gracia dux tocius Mazovie dominusque et heres Plocensis, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presencium literarum noticiam habituris, quod cum villa Gsdowo vulgariter nuncupata fuisset et esset a temporibus, quorum memoria non extitit, ecclesie Msczonoviensis nostri patronatus, tandem, ad quorundam falsam suggestionem inclinati ac eorum erronea informacione seducti, eandem villam ab ecclesia predicta alienaveramus et eam nostro dominio ac ducatui adiunxeramus, plebano Petro prefate ecclesie dicto Massa recolende memorie protunc tempore regente. Postmodum, annis quibusdam elapsis, Martinus mediatus successor predicti Petri plebani ecclesie supradicte accedens ad nostram nostrorumque nobilium presenciam, nos pro eadem villa ecclesie sue Msczonoviensis humiliter monuit ac devote, allegans et asserens, quod eadem villa a dicta ecclesia persuasione supradicte false suggestionis ac pretextu rancoris et invidie, quem et quam emuli domini Petri supradicti erga ipsum habuerunt, contra Deum et iusticiam fuit alienata. Nos itaque probabilibus et sufficientibus monicionibus per eundem Martinum plebanum ecclesie supradicte moniti et eciam plenarie de rei veritate a senioribus vicinie informati et instructi, supremorum consiliariorum consilii nostri consilio requisito, preconceptam villam, tum ob gloriam et laudem altissimi Dei nec non eius genitricis Marie virginis gloriose ac ob honorem sancti Iohannis Baptiste in cuius nomine fundata est ecclesia supradicta, cum eciam ob fidelia servicia prenarrati domini Martini rectoris ecclesie predicte, eidem ecclesie Msczonoviensi restituimus, ac de novo dedimus, contulimus, asscripsimus et incorporavimus, prout eadem villa in suis metis, graniciis ac limitibus est distincta et limitata, cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, lucris, questibus, obvencionibus ac singulis utilitatibus que nunc ibidem habentur vel imposterum habebuntur, videlicet agris, pratis, pascuis, aquis, paludibus, aquarum decursibus, piscinis, molendinis que et quot inibidem habentur vel haberi possunt, nec non mericis, silvis, borris, mellificiis tenendam, habendam et eciam possidendam perpetuis

temporibus pacifice et quiete. Preterea, commutacionem, per nostrum patruum divine recordacionis dominum Semovithum olim ducem Ravensem et Sochaczeviensem factam inter ipsum et Guntherum condam plebanum Msczonoviensem, irritam et inanem decernentes et habentes, agros nostre civitatis in Msczonow, qui erant dati ecclesie ibidem pro predicta villa Gsdowo, ad manus nostras et ad ducatum nostrum recepimus, eosdem civitati nostre adiungentes et villam predictam ecclesie Msczonoviensi ut dictum est conferentes et restituentes, cum ullus status hominum ad eam ius habet, nisi ecclesia predicta. Transferimus quoque prefatam villam de iure Polonico in ius Theutonicum Culmense cum omnibus disposicionibus, punctis, condicionibus et articulis universis, volentes et in nostros successores hoc ipsum transferentes: quod ob laudem Dei omnipotentis ob remediumque nostre salutis, incole seu homines in dicta villa residentes, ab omnibus nostris solucionibus, exactionibus, tributis ac laboribus nostris universis sint soluti, liberi penitus et exempti, et specialiter a sep, obraz, narzaz, a porco, vacca et ariete, a pozewne, nestane, stanowe, podimne, a srzon, przewod, pobor, a godne, psarske, socolowe et bobrowe, a collectis et contribucionibus ceterisque omnibus angariis et preangariis, quas humana racio excogitare posset et quocunque nomine vocentur; eo presertim excepto: quod cum nupcias nostras aut filiorum nostrorum vel filiarum divina disposicione celebraverimus, aut, quod absit, nos vel quempiam ex filiis nostris captivitatem incurrere, aut terram nostram redimere vel aliam emere contigerit, tum volumus, quod incole ville predicte, cum omnibus villis in ducatu nostro consistentibus, equali iure Theutonico locatis, similem nobis exactionem persolvant, quantam et qualem pro illa vice super ipsas generaliter duxerimus imponendam. Prohibemus quoque omnibus nostris iudicibus et subiudicibus, palatinis et castellanis: ut homines ville predicte coram quocunque alio, nisi coram suo plebano vel eius sculteto (*sic*). Ceterum, ubi incole predicte ville mutuo se occiderint, plebanus pro se penam capitis retinebit. Ubi vero proprius incola extraneum, aut extraneus proprium incolam occiderit, plebanus predicte ecclesie mediam partem obtinebit pene capitalis. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Ploczsk in die sancto Ramispalmarum, sub anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo septimo, presentibus hys testibus: Nassuthone Vysnensi, Nemeřza Sochaczeviensi, Mathia Vysszegrodziensi castellanis, Andrea subcamerario Sochaczeviensi et marsalko Mazovie, Stephano subcamerario Gostinensi et capitaneo Plocensi, Gotardo iudice Plocensi, Slawczone vexillifero Sochaczeviensi, et aliis quam plurimis fidedignis. Datum per manus Martini vicecancellarii Mazovie nec non canonici Plocensis ecclesie et plebani Msczonoviensis, scriptum per manus Iacobi notarii Plocensis et plebani de Szeprcz.

Gsdowo, *Gzdów*. Msczonoviensis, *de Msczonów*. Culmensis, *de Chełmno*. Vysnensis, *de Wizna*. Vysszegrodziensis, *de Wyszogród*. Gostinensis, *de Gostyń*. Szeprcz, *Sierpe*.

Nr. 1736.

Sandivogius palatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1377 Apr. 25, Gnezne; divisionem villarum Golina, Gierlachowo et Konarzewo roborat, quam Derslaus cum liberis sororis ipsius uterinae fecerat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Costinens. a. 1416, fol. 107 v.

In nomine Domini amen. Nos Sandivogius palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit tenore presencium universis, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Polonie nobilium veniens presenciam nobilis vir Derslaus heres de Golina, non compulsus, sed de sui animi voluntate fatebatur, se libere, rite et racionabiliter divisisse et discussisse cum filiis et liberis sororis sue uterine, videlicet Iohanne dicto Cowal, Pechniko, Gnewomiro et Derslao fratribus uterinis, heredibus eciam ibidem in Golina, taliter et tali modo: quod predicto Derslao cedere debent due partes ville predicte videlicet Golyna, et Iohanni dicto Cowal et fratribus suis predictis tercia pars eiusdem ville Golyna cedere debeant. Sic similiter eciam de villa que dicitur Gerlachowo prenominato Dyrslao cedere debent due partes, et sepe dicto Iohanni et suis fratribus uterinis tercia pars eiusdem ville eciam cedere debeat. Similiter eciam quarta pars ville Conarzewo debet cedere prenominato Iohanni et fratribus suis sepedictis. Et ut hec divisio vigorem obtinere posset perpetuum, prenominatus Dyrslaus coram nobis predictas villarum partes rite et racionabiliter resignavit iuxta terre consuetudinem laudabilem diucius observatam, harum quibus nostrum sigillum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum Gnezne in crastino sancti Georgii martiris, anno Domini **m.ccc.** septuagesimo septimo, presentibus dominis: Iohanne iudice Poznaniensi, domino Gythzky, domino Iesszak Gyreczski, domino Ieszak Dambiczsky, Thoma et Chwalo Syrakofsky fratribus, et aliis multis fidedignis testibus ad premissa.

Golina, Gierlachowo, Konarzewo, *dziś tak samo.* Dominus Gythzky, *castellanus de Giecz.* Gyreczski, *heres de Irka.* Dambiczsky, *heres de Dębicz.* Syrakofsky, *heres de Sierakowo.*

Nr. 1737.

Semovitus dux terre Mazovie etc. 1377 Mai. 5, in Wyszegrad; donationem duorum mansorum, areae et domus in oppido Mszczonów, a Prandota cive ibidem in favorem ecclesiae parochialis factam confirmat, eosque omnium contributionum ducalium reddit immunes.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 141.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam nos Semovitus, Dei gracia dux terre Mazovie dominusque Plocensis et heres, universis et singulis tam presentibus quam futuris deducere cupientes publice profitemur, quod accedens ad

nostram et nostrorum nobilium presenciam infrascriptorum honestus vir Prandotha oppidanus noster Msczonoviensis, videlicet heres de Gurka, non compulsus nec coactus, sed bona animi sui deliberacione, sanus mente et corpore maturoque spiritu, duos mansos agrorum seu terre proprios suos cum domo et area una ibidem in Msczonov, pro suo et suorum predecessorum ac anime sue remedio, honorabili viro domino Martino dicto Sczak protunc plebano, rectori ecclesie Msczonoviensis predicte suisque successoribus, et ipsi ecclesie Msczonoviensi nostri iuris patronatus, de nostro speciali consensu et voluntate coram nobis donavit, resignavit, dotavit in perpetua tempora et appropriavit irrevocabiliter cum omnibus utilitatibus, censibus, redditibus, agris, pratis, pascuis, silvis, borris, rubetis, mericis, mellificiis, piscinis, aquis et earum decursibus, ac toto iure suo hereditario, quemadmodum dictus Prandotha ipsos duos mansos cum domo et area in Msczonow ibidem suis temporibus tenebat et possidebat, sicut eciam dicti duo mansi cum domo et area in longum et latum se extendunt, per ipsum dominum Martinum plebanum et ipsius successores, rectores eiusdem ecclesie, memoratos duos mansos cum area liberos tenendos, habendos, regendos, utifruendos et pacifice et quiete temporibus eviternis possidendos: supplicavit itaque nostre magestati idem dominus Martinus plebanus ecclesie prescripte humiliter et devote, quatenus dictos duos mansos cum domo et area, a nostris solucionibus omnibus libertare et redimere dignaremur. Nos itaque peticionibus suis devotis graciosius inclinati, et precipue ob remedium salutis nostre et animarum predecessorum successorumque nostrorum pie memorie, et ut eadem ecclesia nostri iuris patronatus Deo propicio valeat ampliari in suis reditibus et augeri, memoratos duos mansos nec non domum et aream, ab omnibus nostris solucionibus, exaccionibus, dacionibus, collectis, contribucionibus atque iuris Polonici vexacionibus quibuscunque et incolas ipsius ecclesie, nec non ab angariis et preangariis, quibuscumque nominibus vocitentur, liberamus, absolvimus et eximimus temporibus eviternis. Quam quidem donacionem, resignacionem, dotacionem et appropriacionem bonorum predictorum, sic ritte racionabiliterque factam coram nobis et ordinatam, ratam, gratam atque firmam atque stabilem habere volentes, ipsam confirmamus, appropriamus perpetuis temporibus et incorporamus, in eiusdem testimoniumque, presens privilegium nostris autenticis scribi iussimus et nostri sigilli maioris munimine roborari. Datum et actum in Wyszegrad feria tercia proxima post festum beati regis Sigismundi, sub anno Domini millesimo ccc.lxx. septimo, presentibus Nyemyerza castellano Sochaczeviensi, Stephano subcamerario Gostinensi capitaneoque nostro Mazoviensi, Paulo Szyska, Iohanne de Boczycze, et aliis quam plurimis fidedignis testibus ad premissa rogatis specialiter et vocatis.

Msczonoviensis, *de Mszczonów*. Gurka, *może Gurki p. m. Gosczyn*. Gostinensis, *de Gostyń*. Boczycze, *nie odgadnione*.

Nr. 1738.

Domarathus Polonie capitaneus 1377 Mai. 8, Poznanie; protestatur, Dzersconem de Łowęcin tertiam partem iuris collationis in ecclesia parochiali villae Swarzędz habere.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1442. (Z pergaminu orygin., u którego na pasku perg. była przywieszona pieczęć z godłem rodu Grzymałczyków, z napisem: S. Domarat. d'Iwno).

Nos Domarathus Polonie capitaneus, notum facimus quibus expedit universis, quod constitutus coram nobis ceterisque terre nobilibus Vincencius de Swanrzancz, volens ipsam hereditatem suam predictam Swanrzancz vendere et a se alienare, publice et notorie profitebatur: quod Dzersco de Lowanczino cum suis liberis natis et nascituris habent et habere dinoscuntur terciam partem collacionis ibidem Swanrzancz ecclesie parrochialis, quandocumque et quociescumque de certo vacare contingat: super qua professione litteram protestacionis a nobis postulavit, quod ab ipso et a suis liberis preter voluntatem ipsius non debet amoveri, quam sibi litteram fecimus in evidens testimonium et plenitudinem firmiorem nostri sub appensione sigilli. Datum et actum Poznanie in crastino Ascensionis Domini, sub anno a Nativitate eiusdem M.CCC.LXX septimo, presentibus hiis dominis: Vincencio Poznaniensi, Przeczslao Kalisiensi palatinis, Vincencio Gneznensi, Nicolao Naklensi, Alberto Radzimiensi castellanis, Iohanne iudice Poznaniensi, et aliis multis testibus ad premissa vocatis.

Swanrzancz, *Swarzędz.* Lowanczino, *Łowęcin.* Naklensis, *de Nakło.* Radzimiensis, *de Radzim.*

Nr. 1739.

Preczslaus palatinus Kalisiens. ceterique iudices 1377 Mai. 27, Gnezdne; coram Ludovico rege protestantur, villas Wrąbczynek et Adamierz cum molendino prope civitatem Pyzdry sito, ab antiquo ad monasterium Ląd pertinere.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergamin. przywieszono 6 małych okrągłych pieczęci. Pierwsza znikła; druga zupełnie zatarta; trzecia przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Porajów, napis: S. Iohannis d.Nancowo; *czwarta przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Zarębów, napis:* ... crol ...; *piąta ma wycisk odłupany; szósta przedstawia na trójkątnéj tarczy godło rodu Doliwów, napis zatarty.*

Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

Magnifico principi Lodoyco Ungarie ac Polonie regi, Preczslaus palatinus, Thomislaus iudex, Iohannes castellanus, Nicolaus subcamerarius Kalisienses, Laurencius castellanus Poznaniensis et Ianusius castellanus Behoviensis humilima servicia ad quevis beneplacita mandatorum. Coram vestra regia maiestate ac universis et singulis presentibus recognoscimus publice profitentes: quod Parvum Wronczino cum Nadamirza villa adiacenti sita prope Pysdri, cum omnibus utilitatibus, videlicet agris, campis, pratis, aquis, silvis, borris et lacu dicto Prziborowo, nec non molendino

sito sub civitate Pysdrensi, est de fundo monasterii Landensis Ordinis Cysterciensis: et protestamur palam et publice, quod eadem villa, videlicet Parvum Wronczino cum sua adiacenti, ab antiquo cum pleno et toto dominio ac omnibus iuribus, proventibus, fructibus et obvencionibus universis, semper spectavit, prout et nunc spectat, ad dictum monasterium Landense tamquam ipsius verus fundus. In evidenciam autem nostre protestacionis huiusmodi maiorem, sigillis nostris presentes fecimus communiri. Actum et datum Gnezdne in vigilia Corporis Christi, anno Domini millesimo ccc.lxx. septimo, nobis tunc ad terminos generales ibidem congregatis.

Behoviensis, *de Biechowo.* Parvum Wronczino, *Wrąbczynek.* Nadamirza, *Adamierz.* Lacus Prziborowo, *dziś bagno na północ Wrąbczynka leżące.* Landensis, *de Ląd.*

Nr. 1740.

Thomislaus iudex Calissiens. 1377 Mai. 27, Gnezne; possessionem partis lacus oppido Bnin adiacentis, Iaroslao de Błażejewo contra petitionem heredum de Noskowo et de Kuropatniki adiudicat.

Pergam. orygin. Pasek pergamin. od przywieszonéj niegdyś pieczęci. Na stronie odwrotnéj napisano współczesną ręką: Super aquam Szgon 1377.

Warszawa. Biblioteka Krasińskich. Diplomata.

Nos Thomislaus iudex Calissiensis notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod cum honestus vir Iaroslaus de Blozeyewo per exhibitionem autentici privilegii coram iudicio regali felicis memorie domini Kazimiri olym regis Polonie lacum iacentem inter Bnyn et Blozeywo super Andream de Bnyn ibidem iure acquisivisset, quod et sibi per verum iudicium per terre nobiles fuit adiudicatum: supervenientes autem Iohannes de Nosskowo, Przibislaus et Adam de Kuropethniky volebant proponere querulose super Iaroslaum predictum lacu pro eodem, dicentes, se iusticiam seu ius habere ad eundem: tandem videbatur terre nobilibus tunc iudicio presidentibus, quia nullam legittimam querimoniam facere volebant et proponere contra Iaroslaum predictum, nec eciam ipsi nullum ius habebant ad lacum memoratum. Qui quidem Iohannes, Przibislaus et Adam memorati, ab impeticionibus ipsius lacus sepedictum Iaroslaum coram iudicio regali dimiserunt liberum et solutum. Nos itaque considerantes iusticiam Iaroslai prefati, predictum lacum sibi suisque legitimis successoribus ex decreto et informacione militum tenore presencium adiudicamus harum nostrarum sub testimonio literarum. Datum et actum Gnezne in vigilia Corporis Christi, sub anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, presentibus hys dominis: Nicolao episcopo, Laurencio castellano Poznaniensibus, Przeczslao palatino Kalisiensi, Domaratho capitaneo Polonie, Andrea castellano Sremensi, Francisco pincerna Kalissiensi, et ceteris multis testibus ad premissa vocatis.

Blozeyewo, *Błażejewo.* Bnyn, *Bnin.* Nosskowo, *Noskowo.* Kuropethniky, *w księgach Ziemskich w. XIV i XV* Kuropatnyki, *osada znikła, płaciła według* Liber beneficiorum *Kapituły Poznańskiéj pewne daniny kościołowi w Bninie.*

Nr. 1741.

Guillermus etc. presbiter cardinalis 1377 Iun. 19, Anagnie; Nicolao episcopo Poznaniensi terminum solvendi 60 florenos auri prorogat, sacro collegio pro communi servitio debitos.

Pergam. orygin. Skrawek pergam. od przywieszenia jednéj pieczęci. Poznań. Archiv. Capituli. V, 1.

Nos Guillermus miseratione divina ecclesie sancti Stephani in Celiomonte presbiter cardinalis, sacri collegii reverendorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium camerarius, tenore presentium recognoscimus et fatemur: quod reverendus in Christo pater dominus Nicolaus episcopus Poznaniensis, pro parte partis sui communis servitii in quo prefato collegio tenebatur, sexaginta florenos auri per manus domini Nicolai de Cressin canonici Gneznensis, eius procuratoris, nobis pro ipso collegio recipientibus solvi fecit: de quibus sic solutis, ipsum dominum episcopum, ecclesiam suam, successores suos et eorum bona prefati collegii nomine absolvimus et quittamus. Verum intellecta mole gravaminum pro parte dicti domini episcopi coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum illas pecuniarum quantitates, quas ratione sui communis servitii collegio antedicto ac familiaribus et officialibus dominorum cardinalium predictorum sub certis penis et sententiis in termino iam diu elapso solvere tenebatur, reddebant et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa, usque ad festum sancti Michaëlis proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum; ita tamen, quod si in dicto sibi prorogato termino non satisfecerit de premissis, penis et sententiis, quibus antea tenebatur, sit astrictus. Insuper ipsum dominum episcopum, a suspensionis, excommunicationis et interdicti sententiis ac reatu periurii et aliis penis, quod et quas incurrit propter solutionem predictorum non factam in termino sibi prefixo, auctoritate qua fungimur in hac parte duximus absolvendum, secum super irregularitate, si quam contraxit interea sic ligatus se miscendo divinis vel alias, non tamen in contemptum Clavium, eadem misericorditer dispensantes. In cuius rei testimonium, presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Anagnie die decima nona mensis Iunii, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, Indictione quintadecima, pontificatus domini Gregorii Pape XI anno septimo.

Cressin, *Krzesiny.*

Nr. 1742.

Poray heres de Thokarzewo 1377 Aug. 24, in Trzemeschna; hereditatem suam Tokarzewo Czeskoni et filio eius Clementi in ius Sredense locandam confert.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran. Lib. privil. fol. 24.

In nomine Domini amen. Fragilitas humane condicionis que labilis est et incerta ad noticiam posterorum non veniret, nisi esset litterarum serie ac proborum

virorum testimonio lucidius perhennata. Proinde est, quod nos Poray heres de Thokarzewo cupientes bona nostra in melius proficere, hereditatem nostram Thokarzewo iam dictam in ius Theutunicum quod Srzedense dicitur contulimus locandam, in qua quidem discreto viro Czeskoni et Clementi filio suo eorumque legittimis successoribus vendidimus scolteciam pro duabus marcis grossorum, perpetuis temporibus possidendam. In qua scoltecia dedimus eisdem duos mansos liberos, medium censum de thabernis, tercium ortum, vel tercium denarium de ortis qui ibidem collocabuntur. De iudiciis utriusque iuris que in dicta hereditate iudicabuntur, tercium denarium, terciam partem de prato quod habemus circa paludes sive silvam que vocatur Budy, piscaturam in lacu qui Ieszorka vulgariter nuncupatur cum quibuscunque rethibus poterit piscari, venacionem leporum liberam et subcinctum canem habendi pro eadem, gregem iumentorum et ovium libere poterunt habere, sine dampno nostro et kmethonum ibidem commorancium. Ipse vero scoltetus sive scolteti supradicti et eorum successores legittimi, servicium nobis exhibere tenebuntur iuxta ius Szredense. Pro prandio magni iudicii quatuor grossos semel in anno nobis dabunt. Insuper kmethones qui ibi locabuntur et nunc sunt et in posterum esse poterint, quolibet anno in festo beati Martini pro censu, quilibet de suo manso, per octo grossos nobis dare tenebuntur: et hoc elapsa duodecim annorum libertate, quam eisdem concedimus liberam, sine mutacione. In festo Pasche per quindecim ova, et in Assumpcione beate Marie per duos pullos nobis dabunt. Quater in anno in nostris agris ibidem arabunt et diem falcabunt in nostris pratis propriis in expensis, nos vero eisdem cerevisiam dabimus. Bis in anno pro duobus prandiis magni iudicii omnes insimul octo grossos dabunt. Ad expedicionem vero, quam nos infra metas Polonie transire contingerit, per duos grossos; extra quidem metas, per quatuor grossos nobis dare astricti sunt. Ut autem hec vendicio, donacio et ordinacio inconvulsa permaneat, nostri sigilli appensione hoc presens scriptum in robur plurimum firmitatis fecimus roborari. Actum et datum in Trzemeschna xxiiii[ta] die mensis Augusti, sub anno Incarnacionis Domini m.ccc.lxx.vii, presentibus hys testibus: domino Iacobo Zawyscha preposito eiusdem monasterii, Ianussio de Coszlowo, Mathia de Lyoncz, Bartholomeo de Drakowo heredibus, Anhone et Giverlach civibus Gneznensibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

Thokarzewo, *Tokarzewo.* Coszlowo, *Kozłowo.* Lyoncz, *Łonkie.* Drakowo, *Drachowo.*

Nr. 1743.

Ladislaus dux Opoliensis etc. 1377 Oct. 14, Sanok; Petro genero Gruschconis villam Grabownica iure pheodali confert.

Pergam. orygin. w jedném miejscu przetarty. W dolnym założonym brzegu dwie okrągłe dziurki wykrojone.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 206.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ladislaus Dei gracia dux Opoliensis, Welunensis et Russie, significamus tenore presencium universis quibus nosse fuerit opportunum, quod inspectis variis et fidelibus obsequiis Pe-

tri generi Gruschconis, nobis hucusque operosa sollicitudine exhibitis et in futurum propensius exhibendis, et quod idem Petrus una cum uxore et pueris suis residenciam personalem facere tenebitur in terra Russie propter defectum gentis urgentem in eadem, sibi, suis heredibus et legittimis successoribus villam nostram Grabowicza dictam, sitam in districtu Sanocensi, cum omnibus ipsius utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, redditibus, emolumentis et ceteris obvencionibus universis, eo iure et dominio quibus ipsam villam hactenus habuimus, freti sumus et possedimus, prout ipsa eciam nunc in suis metis circumferencialiter est distincta et limitata, videlicet agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, quercetis, rubetis, mericis, mellificiis, piscinis, lacubus, paludinibus, aquis et earum decursibus, piscaturis, molendinis et ceteris pertinenciis et appendiis universis, iure feodali damus, donamus et conferimus, donacione perpetua et inviolabili iugiter possidendam, tenendam, habendam, utifruendam: donandam, commutandam, obligandam, alienandam et vendendam cum nostra tamen speciali voluntate: ac in usus suos, suorum heredum et successorum legitimorum beneplacitos convertendam, prout sibi et eisdem utilius et conveniencius videbitur expedire. Verumtamen in predicta villa de quolibet fumo seu qualibet domo duos grossos latos vel quatuor parvos, pro censu nostre camere singulis annis in festo beati Martini episcopi et confessoris recipiendos, nobis et nostris posteris reservamus. Presertim vero predictus Petrus, sui heredes et successores legittimi, de predicta villa cum una hasta et uno sagittario, in equis valentibus, quociescunque opportunum nobis fuerit et necessitas ingruerit, iuxta consuetudinem aliorum nostrorum terrigenarum tenebitur deservire. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum et datum Sanok ipso die beati Kalixti Pape, sub anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo septimo, presentibus nostris fidelibus: Bencone capitaneo Sanocensi, Chotcone Bibolsky, Hlotone D.. (*14 lit. des.*) advocato Premislensi, Nicolao advocato Sanocensi, Andrea Penak, Iescone Pusccowsky, et domino (*5 lit. des.*) cancellario nostro cui presentes commisimus, et aliis quam plurimis viris fide dignis.

Opoliensis, *de Opole, z niem. Oppeln.* Welunensis, *de Wieluń.* Gruschco, *heres de Gruszka.* Grabowicza, *Grabownica.* Sanocensis, *de Sanok.* Bibolsky, *heres de Babule.* Premislensis, *de Przemyśl.* Penak, *heres de Pieniaki.* Pusccowsky, *heres de Buszkowice.*

Nr. 1744.

Gregorius Pp. XI 1377 Nov. 18, Rome apud s. Petrum; Nicolao Strosberg collectori in Polonia necessarias facultates concedit.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 1010.

Gregorius episcopus *etc.* dilecto filio Nicolao Strosberg preposito ecclesie Gneznensis, apostolice Sedis nuntio, salutem *etc.* Cum te nuper in regno Polonie et provincia Gneznensi necnon in Gneznensi et Culmensi civitatibus et diocesibus nuntium apostolicum ac collectorem et receptorem fructuum, reddituum et proventuum in eisdem regno, provincia, civitatibus et diocesibus camere apostolice debitorum duxerimus deputandum, et alias tibi diversa inibi negotia commiserimus exequenda:

nos cupientes, ut in huiusmodi tibi commissis negociis eo felicius prospereris, quo maiori fueris per nos auctoritate munitus, discretioni tue omnibus et singulis apostolicis ac gentium dicte camere litteris quibuscunque, predecessoribus tuis collectoribus dictorum fructuum et proventuum in eisdem regno, provincia, civitatibus et diocesibus per Sedem apostolicam hactenus deputatis, directis, missis seu etiam destinatis ac cameram ipsam et eius iura directe vel indirecte concernentibus, proinde utendi et eas in quibuscunque ceptis vel non ceptis negociis exequendi et ad effectum plenarium perducendi, ac omnia et singula in eis contenta peragendi et perficiendi, non obstantibus, que in prefatis litteris volumus non obstare, ac si tibi nominatim, specialiter et expresse directe fuissent, plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica tenore presentium facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum XIIII Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno septimo.

Culmensis, *de Chełmno.*

Nr. 1745.

Gregorius Pp. XI 1377 Nov. 18, Rome apud s. Petrum; Nicolao Strosberg collectori in Polonia facultatem concedit, ut omnes, qui propter decimas et alia non soluta excommunicati sint, absolvere possit.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 1011.

Gregorius episcopus *etc.* dilecto filio Nicolao Strosberg preposito ecclesie Gneznensis, apostolice Sedis nuncio, salutem *etc.* Cum te in regno Polonie et provincia Gneznensi, necnon in Gneznensi et Culmensi civitatibus et diocesibus apostolice Sedis nuntium ac collectorem fructuum et proventuum camere apostolice in dictis partibus debitorum duxerimus deputandum, et sicut accepimus, in illis partibus sint quam plures archiepiscopi, episcopi et abbates et alii ecclesiarum prelati et persone ecclesiastice, qui propter decimas et alia debita eiusdem camere non soluta excommunicationis et alias sentencias incurrerunt, et eorum aliqui, huiusmodi excommunicationis ligati sentenciis celebrando divina vel immiscendo se divinis, non tamen in contemptum Clavium, irregularitatis maculam contraxerunt: nos cunctorum Christifidelium animarum saluti providere multipliciter affectantes ac de circumspectione tua plurimum in Domino confidentes, absolvendi auctoritate apostolica in forma Ecclesie omnes et singulos partium illarum, in quibus nuntius apostolicus deputatus existis, qui propter defectum solutionis huiusmodi debitorum: exceptis tamen debitis eidem camere pro communi servitio prelatorum: excommunicationis sentencias incurrerunt vel tue collectorie durante officio forsan incurrent, ab ipsis sententiis, postquam de debito integre satisfecerint, iniuncta tamen eis pro modo culpe penitentia salutari et aliis que de iure fuerint iniungenda, et cum eis qui irregularitatem incurrerint ut prefertur, ipsis tamen ad tempus de quo tibi videbitur a suorum ordinum executione suspensis, super irregularitate huiusmodi dispensandi discretioni tue plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum XIIII Kalendas Decembris, anno septimo.

Nr. 1746.

Gregorius Pp. XI 1377 Nov. 30, Rome apud s. Petrum; (Sbyluto) episcopo Cuiaviensi mandat, ut cum Nicolao de Pakość et Agnete de Lutobórz super matrimonio inito dispenset.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 1012.

Gregorius episcopus *etc.* venerabili fratri.. episcopo Wladislaviensi salutem *etc.* Oblate nobis pro parte dilecti filii nobilis viri Nicolai, dilecti filii nobilis viri Hectoris de Pacostz nati, et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Agnetis, dilecti filii nobilis viri Alberti de Luthoborze domicellorum nate, domicelle tue diocesis petitionis series continebat, quod olim ipsi Nicolaus et Agnes, ignorantes aliquod impedimentum existere inter eos quominus possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium per verba legitime de presenti, bannis tamen non editis, cum in illis partibus banna edi non consueverint, sed servatis aliis solempnitatibus in hoc servari inibi consuetis, iuxta morem patrie, publice, nemine se opponente invicem contraxerunt, carnali inter eos copula subsecuta, quodque postmodum ad ipsorum devenerit noticiam, quod ipsi Nicolaus et Agnes quarto consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti: quare pro parte Nicolai et Agnetis nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum ipsi in huiusmodi matrimonio licite remanere non possint dispensatione super hoc apostolica non obtenta, et, sicut asserunt, si divortium fieret inter eos, gravia possent exinde scandala exoriri, providere eis super hoc de oportune dispensationis gratia de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, cupientes huiusmodi scandalis quantum cum Deo possumus obviare, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis fiduciam gerimus in Domino specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus, si est ita dictaque Agnes propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Nicolao et Agnete, ut, impedimento quod ex consanguinitate huiusmodi provenit non obstante, in contracto matrimonio libere et licite remanere possint, auctoritate nostra dispenses, prolem ex huiusmodi matrimonio susceptam et suscipiendam legitimam decernendo. Datum Rome apud sanctum Petrum pridie Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno septimo.

Pacostz, *Pakość.* Luthoborze, *Lutobórz.*

Nr. 1747.

Nycolaus sanctimonialium prepositus in Culmine 1377 Dec. 3, in Culmine; ordinat solutionem decimae de villa Swinazrevo, monasterio de Byszewo debitae.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć podługowata okazuje postać Osoby duchownéj w aureoli, trzymającéj w prawicy kielich; napis: S. Prepositi de Culmine. *Przy końcu, obok oświadczenia* notarii publici, *narysowane signum tegoż.*

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 120.

In nomine Domini amen. Nos Nycolaus sanctimonialium prepositus in Culmine Culmensis dyocesis, iudex subdelegatus, ad universorum superstitum tam pre-

sencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod cum nobilis vir dominus Iaszko dictus Istebka heres de Wanvelno, nec non Iohannes rector ecclesie parrochialis ibidem, ac incole seu rustici omnes et singuli de villa dicta Swinazrevo Gneznensis dyocesis vigore litterarum nostrarum, ymmo verius apostolicarum, per certos executores ad instanciam venerabilis et religiosi viri fratris Iohannis abbatis Byssoviensis Ordinis Cisterciensis Wladislaviensis dyocesis et sui conventus legittime et peremtorie citati super quadam decima pecuniali, ibidem in Swinarzrevo ipsi domino abbati et suo conventui debita, comparavissent (sic) coram nobis, illico concordaverunt modo infrascripto: ita, quod prefati incole seu rustici de Swinazrewo memorato domino abbati et suo conventui dictam decimam a data presencium, annis singulis in festo beati Martini episcopi et confessoris, per sex grossos de quolibet manso, quotcunque inibi locati fuerint, dare et solvere tenebuntur; vereque spe amicicie specialis, quamvis dictus dominus abbas consideracione dicti heredis solucionem decime huiusmodi de anno preterito memoratis rusticis indulsisset et pepercit, tamen pro anno presenti ydem rustici, tantum de decem mansis, in festo Nativitatis Christi proxime affuturo eandem decimam similiter per sex grossos eidem domino abbati persolvent. In casu autem, ubi predictus dominus Iaszko heres de Wanvelna ultra dictos decem mansos in aliquo rusticorum de Swinazrevo premissorum censum suum exegerit seu levaverit, inde rusticus eciam dicto domino abbati de eodem manso decimabit modo premisso. Sin autem quispiam, quod absit, rusticorum seu incolarum predictorum in solvenda dicta decima pro anno presenti negligens seu rebellis inventus fuerit, extunc, iuxta mandatum et preceptum dicti domini Iaszkonis heredis de Wanvelno coram nobis protunc Mathie sculteto de Swinazrevo iniunctum, idem scultetus cuiuslibet dictam decimam non solventis rusticorum pignus dicto domino abbati presentabit omni contradiccione cessante. Quam vero concordiam seu amicabilem composicionem nos prefatus iudex ad peticionem parcium premissarum ratam et gratam habentes, presenti scripto una cum appensione nostri sigilli et subscripcione publici notarii infrascripti confirmamus. Acta sunt hec anno Domini m.ccc.lxxvii, Indiccione XV^{ma}, die III mensis Decembris, hora quasi Vesperarum, in Culmine in domo habitacionis domini iudicis prelibati, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Iohanne archidiacono Wladislaviensi, Nicolao Sost, Iohanne Blumynk, Nicolao Czcytik, presbiteri (sic) de Culmine Culmensis dyocesis, ac Nicolao plebano de Ianuschow, et Iohanne Zedelnik advocato Culmensi cum ceteris pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Petrus quondam Iacobi de Swecze, clericus Wladislaviensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, omnibus et singulis premissis, dum sic fierent et agerentur, una cum predictis testibus interfui, ipsaque sic fieri vidi et audivi et in hanc publicam formam redegi, meisque signo et nomine solitis una cum appensione sigilli dicti domini iudicis consignavi in testimonium omnium premissorum.

Culmen, *Chełmno.* Wanvelno, *Wąwelno.* Swinazrevo, *osada znikła.* Byssoviensis, *de Byszewo.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Ianuschow, *Januszów.* Swecze, *Świecie.*

Nr. 1748.

Iaffroszca quondam advocatissa de Criwin 1378 Ian. 17, Criwin; molendinum prope civitatem Krzywin situm monasterio de Lubin vendit.

Pergam. orygin. Skrawki pergam. od przywieszenia dwóch pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 25.

In nomine Domini amen. Quoniam que fiunt in tempore simul cum tempore dilabuntur, ergo necessarium est, ut scriptis publicis roborentur vel fideli testimonio sigillorumque munimine perhennentur. Cognoscant igitur universi tam presentes quam posteri presentem litteram inspecturi, quod ego Iaffroszca quondam advocatissa de Criwin, una cum filiis ac filiabus meis legittimis natis ac nascendis, non coacta nec compulsa neque aliquo zelo invidie seducta nec alloquta, sed de mera ac libera deliberacione, sano maturoque consilio ac spontanea voluntate, et ex consensu et consilio amicorum omnium meorum vendidimus molendinum quod iacet sursum in ascensu fluvii Obre prope civitatem Criwin, in dextera parte vie equitando civitatem Gostinam, pro triginta marcis latorum grossorum Pragensium usualis monete, numeri Polonici, wenerabili in Christo patri ac domino, domino Sobeslao divina miseracione annuente abbati fratribusque cenobii sancte domus monasterii Lubinensis Ordinis sancti Benedicti, dyocesis Poznaniensis, ipsis ipsorumque sequacibus iure terrestri, prout in terra volvitur, perpetuis temporibus possidendum, tenendum, habendum et in ipsorum usus beneplacitos libere convertendum. Et ne igitur predicte empcionis beneficium, per aliquos temporibus ewulsis vel diuturnis inpedire vel infringere (sic), nos Givanus heres de Rosnowo cum Andrea filiastro meo et cum domino Sandzivogio castellano de Bnyno infra triennium duximus nos obligandos. In huius rei testimonium, nostrum sigillum, scilicet Gyvani et domini Sandziwogii sunt appensa, et datum Criwin die dominico, qua (sic) Omnis terra in ecclesia decantatur, sub anno Domini millesimo CCCLXX octavo, presentibus hiis nobilibus ac wenerabilibus viris, domino Wyszothe de Curnik, Thomisslao de Opporowo, Gomolcone de Radomiczsco, domino preposito Nicolao de Antiqua Gostina, domino Nicolao custode monasterii Lubinensis, domino Petro rectori (sic) ecclesie de Opporowo notario publico presentem litteram stipulante, et aliis quam pluribus fidedignis.

Criwin, *Krzywin.* Fluv. Obra, *rz. Obra.* Gostina, *Gostyń.* Lubinensis, *de Lubin.* Rosnowo, *Rosnowo.* Bnyno, *Bnin.* Curnik, *Kurnik.* Oporowo, Radomicko, *dziś tak samo.* Antiqua Gostina, *Stary Gostyń.*

Nr. 1749.

Damianus cancellarius et officialis Poznaniens. 1378 Febr. 25, Poznanie; transsumit literas, quas ediderat **Gregorius Pp. XI 1377 Mart. 17, Rome apud s. Petrum,** vigoreque earundem praeposito ecclesiae s. Nicolai in Kalisz mandat, ut fratres dictos Oloboc pro iniuriis monasterio de Trzebnica illatis coram se citet.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergamin. przywieszone 2 zatarte pieczęcie. Wrocław. Königl. Staats Arch. Trebnitz 257 b.

Damianus cancellarius et officialis Poznaniensis, iudex cause et parcium subscriptarum a Sede apostolica delegatus specialiter et deputatus, discreto viro domino .. rectori parrochialis ecclesie ad sanctum Nicolaum in Kalis, Gneznensis dyocesis, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter et humiliter obedire. Noveritis, nos literas sanctissimi in Christo patris et domini nostri Gregorii, divina providencia Pape XI, conmissas videlicet recepisse talium verborum continenciė et tėnoris: *(Sequitur diploma Nr. 1734.)*

Harum igitur auctoritate literarum apostolicarum vobis in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis, quam in vos nunc ferimus in hiis scriptis si non feceritis quod precipimus, firmiter et districte iniungimus et mandamus: quatenus mox, visis presentibus, personaliter accedendo, si eorum presenciam comode habere poteritis, alioquin in domibus habitacionum suarum sive in hospiciis eorum citare curetis ex parte nostra Czessantham, Nicolaum, Ubislaum et Bertholdum fratres supradictos in dicta conmissa litera conprehensos, quos et nos citamus et evocamus per presentes, ut coram nobis Poznanie in domo habitacionis nostre circa ecclesiam kathedralem Poznaniensem, feria sexta proxima ante dominicam Reminiscerė proxime affuturam, hora Terciarum, efficaciter et peremptorie per se vel per responsales ydoneos, uno edicto pro tribus, legittime conpareant, predictis .. abbatisse et conventui monasterii de Trebnicz, vel earum procuratori, super contentis in dictis conmissis literis ac aliis secundum iusticiam responsuri, visuri, facturi et recepturi, quod ius et racio persuadebunt; alioquin, ipsorum contumacia non obstante, quod iustum fuerit faciemus. Datum Poznanie XX quinta die mensis Februarii, anno Domini MCCCLXX octavo.

In signum execucionis debite per vos, reddere presentem literam, sigillo vestro appenso ad eandem.

Trebnicz, *Trzebnica.*

Nr. 1750.

Urbanus Pp. VI 1378 Mai. 13, Rome apud s. Petrum; scolastico Sandomiriensi mandat, ut ab ecclesia de Stężnica illicite alienata eidem restitui curet.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu sznurek konopny przez dwie dziurki przewleczony, ucięty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 207.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio . . scolastico ecclesie sancte Marie Sandomiriensis Cracoviensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Nicolai de Scanszitza rectoris, plebani nuncupati, parrochialis ecclesie de Scanszitza Cracoviensis diocesis precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus: quatinus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum III Idus May, pontificatus nostri anno primo.

Scanszitza, *nie odgadnione, może Stężnica.*

Nr. 1751.

Fr. Iacobus prepositus in Strzemesna 1378 Iun. 16, in Gansava; una cum capitulo suo hereditatem Novum Szelejewo iure de Środa ad locandum exponunt, ac scoltetiam ibidem Martino kmethoni de Konratowo vendunt.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Iacobus prepositus una cum suo collegio 1384 Febr. 28, in Strzemesna.

Trzemeszno. Privil. Convent. Canon. Regul. Lateran.

In nomine Domini amen. Sepe a memoria hominum elabitur, quod non scripti serie roboratur; nos igitur frater Iacobus divina paciencia prepositus in Strzemesna, una cum capitulo nostro omnibus cupimus hoc presens scriptum esse notum, quod de unanimi assensu et consensu fratrum nostrorum bona nostre domus in melius cupientes proficere, hereditatem nostram Novum Sselevo nuncupatam, in iure Thetunico quod Srzednense dicitur decrevimus collocandam, in qua quidem vendidimus scolteciam famoso viro Martino nostro kmethoni de Konratovo et suis legittimis successoribus perpetue possidendam. Pro locacione vero nostre nove hereditatis iam dicte, assignavimus ac presentibus condonamus predicto scolteto Martino et suis legittimis heredibus natis ac procreandis verisque successoribus tres mansos liberos, tercium ortum, terciam thabernam, et de omnibus iudiciis, Thetunicali sive Polonicali iure iudicandis, tercium denarium; de gayo, quod vulgariter gay nuncupatur, tercium

denarium. Item pratum speciale quod *(6 lit. del.)* inter duo molendina, que vulgariter dicuntur Welka; de illo vero quod iacet inferius, predictus scoltetus debet capere partem, que ipsum contingerit *(11 lit. del.)* incolarum hereditate habitancium in eadem. *(17 lit. del.)* et suis successoribus legittimis concessimus ac presentibus concedimus piscaturam specialem in nostro lacu qui dicitur Drebno, videlicet cum hys retibus: cum magno hamo, cum slampnicza, cum gulgustrio. Ceterum venacionem leporum in eadem hereditate eciam liberam condonamus. Insuper contulimus presentibusque conferimus sepe nominato scolteto et suis legittimis successoribus, omnibus incolis locandis, a data presencium a nostro censu et ab omnibus nostris solucionibus parvis sive magnis, quibuscunque nominibus censentur, decem et octo annos plene ac omnimode libertatis; quibus annis elapsis, (*22 lit. del.*) scoltetus et sui legittimi successores tenebuntur nobis et nostris successoribus exibere servicia, prout scolteti nostrarum villarum exibent ac perpetue exibebunt. Pro prandio vero magni iudicii, sepe prefatus scoltetus et sui legittimi successores semel in anno per sex scotos nobis et nostris successoribus expagabunt, hoc quolibet anno perpetue faciendo. Pro decima autem, idem scoltetus cum suis successoribus a quolibet manso per sex grossos annuatim nobis et nostris successoribus (*4 lit. del.*).. dice expagabunt. Si vero per successum temporum, suffragante Domino, bona nostra per propriam nostrorumque providenciam successorum adaucta fuerint, hee omnia pro nobis nostrisque successoribus (*10 lit. del.*) nostroque pro comodo reservare. Preterea incole eiusdem nostre hereditatis iam sepissime nominate, pro prandiis magni iudicii bini duos fertones singulis quibusque annis, preterea iterum pro censu nostro et pro decima lini eidem incole omni anno per sex scotos in festo sancti Martini episcopi ac confessoris nobis tenebuntur nostrisque successoribus expagare manso solubili a quolibet; decimabuntque nobis nostrisque successoribus manipulatim et frumentum decimarum ad nostrum orreum conducere tenebuntur, pro impensioneque nostri nostrorumque successorum honorum, in Assumptione beate Marie virginis per duos pullos, in festo Pasche per viginti ova nobis a quovis manso solubili ministrabunt. Eciam eidem incole arabunt nobis nostrisque successoribus ter in anno in propriis expensis, quartumque diem falcabunt nobis in nostris expensis, veluti in aliis nostris villis consuetudinis reperitur. Ut autem nostre vendicionis ordinacio inviolabilis in perpetuum perseveret, nostro et nostri capituli sigillis presens scriptum fecimus munimine roborari. Actum et datum in Gansava in vigilia Corporis Christi, sub anno Domini millesimo ccc.lxx.viii, presentibus venerabilibus, strenuis viris et dominis: Grzimkone de Rissevo, Dobrogostio de Marcinkovo, Bartcone de Rchowo heredibus, Paulo villico nostro de Luben, Mathia villico nostro de Szelewo, et aliis quam plurimis fide dignis.

Strzemesna, *Trzemeszno.* Novum Sselevo, *Szelejewo budy.* Konratovo, *Konratowo.* Lacus Drebno, *małe jeziórko w bliskości wsi Drewno.* Gansava, *Gąsawa.* Rissevo, *Ryszewo.* Marcinkovo, *Marcinkowo.* Rchowo, *Orchowo.* Szelewo, *Szelejewo.*

Nr. 1752.

Nicolaus episcopus Poznaniens. 1378 Iul. 1, Poznanie; petente Alberto Ianussii, sculteto de Żegowo privilegium ipsius super scultetia villae praedictae renovat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 72.

In nomine Domini amen. Ne ea que fiunt in tempore cum lapsu temporis a memoria hominum elabantur, consueverunt literarum testimonio roborari. Proinde nos Nicolaus Dei miseracione episcopus Poznaniensis, notum facimus universis presentibus et futuris, quod accedens ad nostram nostrorumque fratrum Capituli Poznaniensis presenciam Albertus Ianussii dicti Pysni, scultetus de Czogovo, nobis humiliter supplicavit, quatenus privilegium, quod habuit super scultecia sua predicta et sibi per malos homines fuit de domo sua furtive sublatum, sibi aliud de novo concedere dignaremur. Nos tractatu et consilio maturo cum fratribus suis habito, quia invenimus verum esse sicut idem scultetus asserebat, presens privilegium concessimus eidem. Habet autem prefatus Albertus et sui legittimi successores racione scultecie predicte in villa eadem duos mansos agrorum liberos, duos ortos, unam thabernam, et unum pratum circa viam qua ducitur versus Buk oppidum nostrum in quo poterint esse sex currus feni; que omnia suprascripta ipse et sui legittimi successores perpetuo possidebunt, tenebunt, habebunt et de ipsis disponent, prout eis melius et utilius videbitur expedire. Habebit eciam idem scultetus tercium denarium de re qualibet per ipsum iudicata; et servicia consueta faciet domino ville qui pro tempore fuerit, que alii sculteti facere suis dominis consueverunt. Preterea singulis annis kmethones ibidem de quolibet manso mediam marcam grossorum pro festo beati Martini, fertonem grossorum pro duobus prandiis iudicialibus que bis in anno fieri consueverunt, unam pernam lardi, vel tres scotos, preterea triginta ova de quolibet manso in festo Pasche, unum arietem, vel sex grossos pro eo, et per duos pullos de manso festo beatorum Petri et Pauli apostolorum domino suo solvere, ter in anno arare tenebuntur. Item de tribus ortis per sex grossos, et per sex pullos de quolibet, festo beati Martini domino ortulani solvere debebunt. Et ut huius concessio inviolabilis perseveret, presentem literam nostro et Capituli nostri sigillis fecimus communiri. Datum Poznanie die prima mensis Iuly, anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo octavo, presentibus et consencientibus honorabilibus et discretis viris, dominis Troyano preposito, Nicolao scolastico, Henrico cantore Poznaniensibus, Nicolao cancellario et officiali, Petro procuratore Mazoviensi, Stanislao Prus, Pribigneo, Paulo de Ptaskovo, Nicolao Calvo de Moderz, et aliis canonicis Poznaniensibus.

Czogovo, *Żegowo.* Buk, *Buk.* Prus, *pewnie de Prussy.* Ptaskovo, *Ptaszkowo.* Moderz, *Modrze.*

Nr. 1753.

Domerathus capitaneus Polonie 1378 Aug. 15, in Sroda; protestatur, fratres germanos heredes de Wełna, Predslao fratri ipsorum germano modo divisionis mediam hereditatem Posługowo resignavisse.

Pergam. orygin. Na sznurku jedwabn., żółt. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Grzymałczyków; (Mur z bramą okrągło zasklepioną, na niéj 3 wieże). Napis zatarty.

Poznań. Königl. Staats Arch. Person. Nr. 7.

Nos Domerathus capitaneus Polonie, memorie presencium noticieque futurorum presentibus cupimus comendare, quod ad nostram multorumque aliorum terre Polonie militum venientes presenciam nobiles viri Mroczko, Nicolaus, Albertus, Iaroslaus et Wirzbantha fratres germani, heredes de Welma, nulla sinistra racione compulsi neque aliquo errore seducti, sed de ipsius (sic) bona deliberacione Przedslao fratri germano mediam hereditatem Poslugowo racione divisionis resignaverunt cum omni iure et dominio ac utilitatibus universis, sicut est in suis metis circumferencialiter distincta et limitata, perpetuis temporibus inviolabiliter promittentes ipsam observare. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum est presentibus appensum. Datum et actum in Sroda in die Assumpcionis beate Marie virginis, presentibus hys testibus: Przedslao palatino Kalisiensi et herede in Goluthowo, Gamletone Costrzinensi, Iaracio de Beganowo, Martino preconsulo (sic) de Kleczsko, et aliis multis fidedignis, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo.

Welma, *Wełna.* Poslugowo, *Posługowo.* Sroda, *Środa.* Goluthowo, *Gułtowy.* Costrzinensis, *t. j. castellanus de Kostrzyn.* Beganowo, *Bieganowo.* Kleczsko, *Kłeck.*

Nr. 1754.

Domaratus Maioris Polonie capitaneus 1378 Sept. 19, in Klesko; ratificat commutationem villae domus sancti Sepulchri Gneznensis, dictae Nożyczyn, cum villa Żylice, Nicolai et Potrconis fratrum heredum de Dziećmiarki propria.

Poznań. Königl. Staats Arch. Fascicul. Mącznikі B.

In nomine Domini amen. Nos Domaratus Maioris Polonie capitaneus, ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum presentibus cupimus devenire, quod ad nostram plurimorumque terre Polonie militum veniens presenciam religiosus vir frater Benedictus, prepositus sancti Iohannis Ordinis sancti Sepulchri domus Hierosolimitane, de consensu et voluntate reverendissimi in Christo patris ac domini, domini Iohannis sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopi, commutationem realem et perfectam fecit cum nobilibus viris Nicolao et Potrkone, fratribus carnalibus et heredibus de Czeczmarovycze, cum bonis seu possessionibus et villis, videlicet Nosoczyno villa ipsius ecclesie fratris Benedicti sancti Iohannis prenominati, pro villa Zelycze adiacente hereditati Ugazd ecclesie predicte sancti Iohannis, omni fraude et dolo postpositis, cum omnibus utilitatibus, fructibus, redditibus et proventibus ac

pertinenciis quibusvis aliis, agris, pratis, pascuis, prout in suis limitibus et gadibus sunt limitate et ambitu limitum continentur; excepta tamen decima, quam de octo mansis, sive per kmetones sive per eosdem exarentur, ecclesie supra nominate solvere in perpetuum tenebuntur ex eadem villa Nosoczyno. Quam quidem ordinationem et commutationem inter ipsos sic habitam coram nobis more solito resignarunt (sic); nos igitur eandem commutationem ratam et gratam habentes, litteris nostris approbamus, ratificamus, evis temporibus confirmamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Klesko dominico die proximo post Exaltationem sancte Crucis, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, presentibus his testibus: domino Alberto palatino Cuyaviensi, Sandivogio de Ianovi mlin, Nicolao Ostroviensi castellano, Vincencio de Marchinkowo, Wyrzbanta de Smogolcz, Arnoldo de Turostowo, et aliis multis fidedignis.

Czeczmarovycze, *Dziećmiarki*. Nosoczyno, *Nożyczyn*. Zelycze, *Żelice*. Ugazd, *Ujazd*. Klesko, *Kłeck*. Ianovi mlin, *Janowiec*. Ostroviensis, *de Ostrów, niegdyś grodu na wyspie jeziora Lednica*. Marchinkowo, *Marcinkowo*. Smogolcz, *Smogulec*. Turostowo, *Turostowo*.

Nr. 1755.

Elizabeth regina Hungarie et Polonie 1378 Nov. 11, in Ząz; civibus Poznaniensibus facultatem, quam tempore Kazimiri regis habebant, de novo concedit, ut consules absque interventu capitanei eligere possint.

Lwów. Biblioteka Baworowskich. Liber privilegior. civitatis Poznań, fol. 21.

Nos Elizabeth, Dei gracia regina Hungarie et Polonie, memorie commendamus, quod nos fideles cives nostros Poznanienses propter eorum notabiles fidelitates in pristinis eorum libertatibus, quibus tempore quondam domini Kazimiri regis, fratris nostri bone memorie, gavisi fuerunt, absque omni novitate et variacione volentes indempniter conservare, commisimus vigore presencium mediante: ut consules, quos communitas eorum voluerit, absque interessencia et consensu capitanei nostri eligendi habeant plenariam facultatem, prout tempore dicti fratris nostri fuit consuetum. Datum in Ząz in festo beati Martini confessoris, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo.

Ząz, *Sącz*.

Nr. 1756.

Domaratus capitaneus regni Polonie 1378 Dec. 18, in Meczichod; protestatur, Nicolaum castellanum de Starygród hereditatem Rokitno cum hereditatibus Muchocin et Radgoszcz monasterii de Zemsko propriis commutavisse.

Pergam. orygin. Skrawki pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Königl. Regierung.

In nomine Domini amen. Nos Domaratus capitaneus regni Polonie, notum facimus presentibus et posteris quibus expedit universis, quod ad nostram plurimorum-

que terre Polonie militum veniens presenciam strenuus vir Nicolaus Starogrodensis castellanus, non compulsus neque coactus, sed de sua voluntate spontanea, habito super eo salubri consilio amicorum suorum, commutacionem realem et perpetuam fecit cum religiosis viris, domino Nicolao abbate de Sambrzco et omnibus fratribus in eodem cenobio constitutis, cum hereditatibus suis, videlicet sic: quod dedit hereditatem suam Rokytno racione commutacionis, cum universis utilitatibus, fructibus, redditibus, cum ipso iure, patronatu et dominio, sicut solus tenuit a predecessoribus suis ab antiquo, cum agris, pratis, censibus, graminibus, pascuis, silvis, borris, mericis, nemoribus, aquis, rivis, rubetis, paludibus, lacubus et aquarum decursibus, fluviis, molendinis structis et struendis, et aliis pertinenciis ac obvencionibus quibusvis aliis ad ipsam hereditatem Rokytno spectantibus, aut pertinere debentibus quomodolibet in futurum per meliorem provisionem, prout in metis et graniciis suis ab aliis antiquitus est limitata circumferencialiter et distincta, nullam iurisdiccionem pro se suorumque posteriorum (sic) excipiendo in eadem, prenominatis religiosis viris Nicolao abbati et monasterio Sambrzco ac iam dictis fratribus, pro ipsorum hereditatibus, videlicet Mychoczino et Radgoscze assignavit, contulit et deputavit, ac coram nobis iuxta terre consuetudines et statuta resignavit tenendam, possidendam, vendendam, commutandam et ad usus beneplacitos convertendam, quemadmodum ipsis vel eorum successoribus melius et compeciencius videbitur expedire. Insuper nos capitaneus memoratus, kmethones eiusdem Rokytno ville a laboribus et vecturis, a castellania Meczirzecensi exemptos facimus et solutos penitus in toto, quamdiu erimus in dicti castri possessione. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Meczichod anno ab Incarnacione Domini millesimo trecentesimo LXX octavo, post festum sancte Lucie virginis et martyris sabbatho, presentibus his testibus: Paszkone venatore Posnaniensi, Ianussio de Ptaszkowo, Peregrino Carseczski, Michaele thesaurario, Ianussio advocato Meczirzecensi, Nicolao Rotemburg, et aliis multis fidedignis.

Starogrodensis, *de Starygród.* Sambrzco, *Zemsko.* Rokytno, *Rokitno.* Mychoczino, *Muchocin.* Radgoscze, *Radgoszcz.* Meczirzecensis, *de Międzyrzecz.* Meczichod, *Międzychód.* Ptaszkowo, *Ptaszkowo.* Carseczski, *t. j. castellanus de Karzec.* Rotemburg, *Rothenburg, miasteczko na Szlązku.*

Nr. 1757.

Nicolaus de Cremona decretorum doctor etc. 1378 Dec. 20, Rome; ut iudex in causa Nicolai Strosberg, pro eo ad Sedem apostolicam contra Iohannem Gneznensem archiepiscopum appellantis, quod ab eodem a praepositura Gneznensi fuerit contra concessionem apostolicam amotus, a Sede eadem constitutus, universo clero dioecesis Gneznensis mandat, ut sibi omnes literas et privilegia ipsam causam concernentia ad Romanam curiam transmittant.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu dwie dziurki wykrojone. Przy końcu, obok oświadczenia notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 208.

Nicolaus de Cremona decretorum doctor, domini nostri Pape capellanus et ipsius sacri palacii, causarum et cause ac partibus infrascriptis ab eodem domino

Papa auditor specialiter deputatus, universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, archidiaconis, decanis, cantoribus, scolasticis, thesaurariis, ecclesiarum tam cathedralium quam collegiatarum canonicis et parrochialium ecclesiarum rectoribus seu loca tenentibus eorundem, presbiteris curatis et non curatis, clericis, notariis et tabellionibus publicis, per civitatem et diocesim Gneznensem ac alias ubilibet constitutis, ad quem vel ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Noveritis, quod nuper felicis recordacionis dominus Gregorius Papa undecimus, quandam commissionis seu supposicionis cedulam nobis per quendam cursorem suum presentari fecit, quam cum ea qua decuit reverencia recepimus sub hiis verbis:

Pater beatissime, exponitur sanctitati vestre pro parte devoti viri Nicolai Strosberg, prepositi ecclesie Gneznensis et sanctitatis vestre capellani, cum gravi cordis amaritudine: quod licet dudum sanctitas vestra fecisset sibi graciam specialem de prepositura, canonicatu et prebenda dictis specialiter reservatis, et reverendus pater dominus Iohannes archiepiscopus Gneznensis istud nullatenus ignorasset, tamen ipse, et post et contra huiusmodi provisionem et reservacionem, quendam Preczlaum dictum Grzymala, nepotem suum, de facto ad dictam preposituram intrusit et defendit intrusum, qui, ut intrusionem huiusmodi posset continuare, de dicti archiepiscopi mandato et consilio eciam ab eisdem appellavit; cui appellacioni ipse archiepiscopus adherens, suum Capitulum Gneznense compulit, promittens eidem pro omni dampno et interesse, ut eidem appellacioni adheserunt (sic). Et ne aliquis posset quascunque litteras apostolicas ibidem publicare in Capitulo suo Gneznensi, mandavit: quod nullus deberet recipere vel audire litteras apostolicas, nisi de eius speciali mandato: sub pena periurii, iuravitque sic eciam sepius dictus archiepiscopus: ut numquam, quamdiu viveret, dictum prepositum vel alios quoscumque apostolicos vellet admittere: prout fecit et facit de facto. Cumque prepositus et Preczlaus predicti in palacio coram vestra sanctitate per plura tempora super dicta prepositura litigassent, et ipse prepositus pro se unam sentenciam diffinitivam reportasset, faciens fructus ipsius prepositure in forma auctoritate vestre sanctitatis per quendam Iohannem Albi Phalonis canonicum dicte ecclesie Gneznensis sequestrari, qui per sui corporis debilitatem cuidam Iarando eciam dicte ecclesie canonico commisit, qui fructibus huiusmodi prepositure sequestratis dictam preposituram tamquam sequester bene per tres menses gubernavit et rexit et eius possessione pacifica gavisus fuit: prefatus vero Preczlaus videns hoc, una cum quodam Grzimala fratre suo, procuratore dicti archiepiscopi, bona et hereditates dicte prepositure manu armata et hostili invadentes, dictum sequestrum violando ipsa bona pecoribus et pecudibus ac bladis valentibus bene duo milia florenorum spoliarunt, et ea ad villam vocatam Chomanscha pertinentem ad mensam dicti archiepiscopi, quam sibi dictus archiepiscopus pro refugio assignavit, abduxerunt; et fractis hostiis combusserunt edificia dicte prepositure, et infinita blada consumpserunt, ymmo quendam familiarem dicti domini Iarandi commissarii vulnerarunt graviter, ipseque archiepiscopus dictum dominum Iohannem Albi Phalonis, propter hoc quod ipse huiusmodi preposituram sequestraverat, quadam villa vocata Dobrilevo de factis spoliavit. Nec dictus Preczlaus una cum Gzrimala fratre suo predicto contenti, nuper eciam, ut presumitur de mandato et consilio dicti domini archiepiscopi, sciens se tres diffinitivas sentencias perdidisse, in vigilia beate Marie Magdalene, que fuit vicesima prima mensis Iulii anni presentis, dictum dominum Iarandum sequestratorem de possessione predicte prepositure iterato violando

predictum sequestrum eiecit, ipsamque occupavit et hodie occupat de facto, appellando ad futurum Papam. Cum autem, pater sanctissime, appellare ad futurum Papam nichil aliud denotat, nisi pretendere nullitatem potestatis Clavium sanctitatis vestre, et per hoc possit talis appellans cum suis consiliariis, fautoribus et receptatoribus hereticus reputari, et per hoc heresis et scisma in Christiano populo hesitare, ipseque Preczlaus sit adeo pauper, quod fructus perceptos ex dicta prepositura et expensas litis in quibus est condempnatus, ac dampna sic ut premittitur illata, non possit dicto preposito satisfacere, ut presumitur de preteritis, si preposituram predictam vellit (sic) in futuro nisi in manu forti dimittere: supplicat igitur dictus dominus Nicolaus prepositus coram sanctitate vestra, quatenus dignemini committere et mandare executoribus dictarum trium sentenciarum diffinitivarum, quatenus, si sibi constiterit per summariam informacionem de premissis, pro quo ad dampna predicta et percepta ac expensas, eciam contra dictum archiepiscopum, huiusmodi sentencias, si dictus Preczlaus repertus fuerit non solvendo, exequantur, et casu quo censure ecclesiastice deducerentur in contemptum, quod possint invocare auxilium serenissimi domini, domini Ladislai ducis Opolie principis Russie, auctoritate apostolica ad execucionem dictarum sentenciarum; nec non in quocumque premissa concernunt causam et causas communales de et super dictis heresi, scismate et rebellione predictis, ac omnes et singulas causas ipsas de et super ipsis heresi, scismate et rebellione comittere dignemini contra dictos Preczlaum et Gzrimala (sic) fratrem suum alicui de reverendissimis patribus sancte Romane ecclesie cardinalibus, audiendi, decidendi et fine debito terminandi cum emergentibus incidentibus dependendis et connexis, et cum procedendi ex officio in premissis ac de et super articulis fidei, heresi, scismate et rebellioné predictis, ac citandi personaliter ipsum Preczlaum et Gzrimalam de premissis infamatos, etiam per edictum in Romana curia et in partibus circumvicinis prefigendum. Non obstante, quod causa et cause huiusmodi non sint de sui natura ad curiam Romanam legitime devolute, et in ea iuris necessitate tractande et finiende.

In fine vero dicte commissionis seu supposicionis cedule, scripta erant de alterius manu et littera, priori littere ipsius penitus dissimili, videlicet hec verba:

De mandato domini nostri Pape audiat magister Nicolaus de Cremona, et, si de premissis sibi constiterit, moneat prefatum archiepiscopum eique mandet, quod prefatum Nicolaum admittat ad veram possessionem dicte prepositure; alias citet eum, eciam personaliter, si de premissis per informacionem summariam eum reperierit diffamatum. Et si invenerit per summariam informacionem, quod predicta appellacio in forma premissa fuerit interposita, audiat huiusmodi causas, et citet ut petitur, et eciam personaliter et omnes, per edictum, si per informacionem summariam etc. videlicet in forma in Romana curia et partibus convicinis affigenda; alias puniat proponentem de calumpnia et iusticiam faciat.

Cuius quidem commissionis vigore, in causa et causis huiusmodi ad aliquos actus iudiciales inter partes predictas processu, subsequenter fuit nobis per discretum virum magistrum Bartholmum de Placencia, in Romana curia et dicti domini Nicolai Strozberg principalis procuratorem apud acta et agenda dicte cause legitime constitutum, expositum querulose: quod nonnulli prelati, notarii et tabelliones publici, ac persone alie ecclesiastice et seculares civitatis et diocesis Gneznensis et in partibus illis, penes se habent et detinent nonnulla instrumenta, privilegia, litteras, processus, acta, scripturas, iura et munimenta autentica ad causam seu causas huiusmodi fa-

cientes seu faciencia, sibique et partis sue necessarias et necessaria ac competentes et competencia pro conservacione partis sue, et per que intencionem suam fundare et probare intendit, et sine quibus de huiusmodi cause meritis liquere nullatenus plene potest: quare dictus magister Bertholmus procurator, procuratorio nomine quo supra, nos cum instancia requisivit, quatenus sibi super hoc de opportuno remedio providere, ac litteras compulsorias in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Nicolaus auditor prefatus, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam et consonam racioni, quodque iusta petentibus non est denegandus assensus: vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet communiter et divisim, auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, tenore presencium requirimus et monemus primo, secundo, tercio et peremptorie, vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spacium, postquam pro parte dicti domini Nicolai Strozbergh principalis fueritis requisiti seu vestrum alter fuerit requisitus, ita et taliter, quod alter vestrum alterum non expectet nec unus pro alio se excuset, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies vobis universis et singulis pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, prefatos prelatos omnesque et singulos notarios et tabelliones publicos personasque alias ecclesiasticas et seculares quascumque, pro parte dicti domini Nicolai Strosbergh principalis nominandos seu nominandas, ex parte nostra, ymmo verius apostolica requiratis et moneatis, quos et quas non (sic) eciam tenore presencium requirimus et monemus primo, secundo, tercio et peremptorie in virtute sancte obediencie et sub infrascriptis penis, quatenus infra duodecim dierum spacium post requisicionem et monicionem huiusmodi per vos vel alterum vestrum eis factam immediate sequentem, quorum dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo et reliquos quatuor dies eis et eorum cuilibet pro tercio et peremptorio termino assignetis et nos eciam assignamus, predicta instrumenta, privilegia, acta, processus, iura et munimenta quecunque, ad causam seu causas huiusmodi facientes seu faciencia, quos, quas et que penes se habent et detinent aut in notam receperunt, aut ipsorum vel ipsarum vera transumpta, in publicam formam redacta videlicet que fuerint redigenda, nil addito, diminuto vel remoto quod facti substanciam immutet aut variet intellectum, et alias taliter et in tali forma, quod eis in iudicio et extra possit et valeat merito plenaria fides adhiberi, sine difficultate et contradiccione quibuslibet nobis pro expedicione cause huiusmodi ad Romanam curiam quanto cicius destinari procurent; satisfacto tamen primitus illi vel illis, cui vel quibus satisfactum non existit, et quibus satisfacere (sic) impendenda fuerit pro eorum labore et pena de salario competenti, per vestram seu alicuius vestrum taxationem fideliter moderando. Quitquit autem in premissis et circa ea feceritis aut fecerint, nobis per vestras patentes litteras seu publicum instrumentum, harum seriem aut designacionem in se continentem seu continens, remissis presentibus, fideliter intimare curetis. Quod si forte premissa omnia et singula aut premissorum aliquod neglexeritis seu distuleritis aut recusaveritis contumaciter adimplere, dictisque mandatis et municionibus (sic) nostris, ymmo verius apostolicis non parueritis seu paruerint realiter et cum effectu: in vos et ipsos omnes et singulos et alios quoscumque contradictores et rebelles, qui predictis mandatis nostris non paruerint cum effectu postquam fuerint debite moniti seu requisiti, exnunc prout extunc et extunc prout exnunc, singulariter in singulos, dicta canonica monicione premissa, excommunicacionis sentenciam ferimus in hiis

scriptis et eciam promulgamus. Absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sentencias aut earum aliquam quoque modo incurrerint vel incurrerit, nobis aut superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, presentes nostras litteras seu presens publicum instrumentum exinde per Bernardum, notarium publicum nostrumque et cause huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum, fieri et publicari mandavimus et nostri sigilli iussimus appensione muniri. Datum et actum Rome in ecclesia sancti Bartholomei in insula Tiburis, pro audiencia causarum deputata, nobis inibi mane hora causarum ad iura reddenda loco nostro solito pro tribunali sedentibus, sub anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, Indictione prima, die Lune, vicesima mensis Decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani divina providencia Pape VI anno primo, presentibus discretis viris, magistris Albertino de Alpinis notario et scriba nostro, et Tilmanno Upinehove eciam notario publico, clericis Parmensis et Coloniensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Sequitur protestacio Bernardi Henrici de Daventria, clerici Traiecensis diocesis, publici notarii.)

Chomanscha, *Chomiąża.* Dobrilevo, *Dobrylewo.* Opolia, *Opole.*

Nr. 1758.

Domaratus capitaneus Polonie Maioris 1379 Ian. 20, in Pobedise; consulibus de Gdańsk scribit petitque, ut Iohannem Kukel, qui cum una tunna mellis falsificati in foro ipsorum fuerat inventus, quoniam huius rei culpam non haberet, liberum dimittant.

Pergam. orygin. Na stronie odwrotnéj, na kawałku papieru pod którym wosk podłożony, wyciśnięta okrągła pieczęć przedstawia na trójkątnéj tarczy godło rodu Grzymałczyków (Mur, w środku którego otwarte podwoje, na nim 3 wieże); napis: S. Domarat D'Iwo.

Gdańsk. Staedtisches Archiv. Diploma Ser. 6, 1 b.

Nos Domaratus capitaneus Polonie Maioris, coram universis Christicolis et precipue coram vobis honorabilibus viris et dominis, dominis consulibus Danczk civitatem (sic) publice recognoscimus presentibus firme protestantes, quod honestus et ydoneus vir Iohannes Kukel, civis de Bronig domini nostri regis Ungarie, cuius una tunna mellis inter novem et dimidiam in foro vestro falsificata luto reperta fuit, ut asseritur: ipsum vero mel cum tunnis repletum hinc et inde in nundinis emit, et non per se percialiter (sic) implevit, idem denique Iohannes Kukel falsa et iniusta nusquam exercuit neque aliquid peregit: scientes, quod huiusmodi experimentum seu scrutinium fundum tunnarum quarumcunque exquirendi et rimandi, in partibus Polonie est inconswetum, ipsum eciam Henselinum Bronig, premissum mel pro precio duxisse scimus testante veritate. Quare vestram dominacionem laudifluam in presentibus exoramus, quatenus predictum Iohannem Kukel de huiusmodi negligencia ignoranter incursa insuspectum habeatis; bona insuper ipsius, quecunque occupata, arestata et obligata apud vos existunt, eidem Iohanni Kukel causa Dei et iusticie

nostreque peticionis ob respectum restitui faciatis, insuper premissum Henselinum Bronig ab obligacione sibi imposita liberum et solutum dimittentes, facientes in hiis, prout apud vos et vestros in omnibus nos presumites (sic) esse facturos. Datum in Pobedisc ipso die sancti Fabiani et Sebastiani martirum, nostro sub sigillo tergotenus affixo, anno Domini **m.ccc^{mo}lxx.ix.**

Na pieczęci: Iwo, *Iwno.* Danczk, *Gdańsk.* Pobedise, *Pobiedziska.*

Nr. 1759.

Byla advocatus Gnezdnens. 1379 Febr. 23, Gnezdne; macellum in civitate Gneznensi Iohanni de Kozłowo obligat.

Pergam. orygin. Obie pieczęcie niegdyś przywieszone znikły; pozostały od obu skrawki pergam.

Kurnik. Biblioteka. Diploma Nr. 15.

Noverint quibus expedit universi, quod ego Byla advocatus Gnezdnensis, una cum matre mea Z. et Iohanne genero meo, non compulsi nec aliquo malo seducti, sed de bona deliberacione animi, sani mente et corpore obligavimus et obligamus macczelam (sic) in medio civitatis Gnezdnensis in octo marcis grossorum cum censu octo lapidum sepis spectancium ad festum beati Martini, Ianussio heredi de Koszlowo. In cuius rei testimonium, sigilla nostra sunt appensa presentibus hys testibus: Bogufalone custode Poznaniensi, Hanone preconsule, Harnoldo, Tyczone, Gerlachone, civibus Gneznensibus, et aliis quam pluribus fidedignis. Datum Gnezdne in vigilia sancti Mathie, anno Domini **m.ccc.lxx.ix.**

Koszlowo, *Kozłowo.*

Nr. 1760.

Mathias de Bochna proconsul et consules Kalisiens. 1379 Mart. 10, s. l.; Clementi archidiacono Kalissiensi redditus annuos sex marcarum, pro fundando altare in ecclesia beatae Mariae virginis in Kalisz vendunt.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Simon canonicus et officialis Kalisiens. 1439 Iul. 21, in Kalis. *W dolnym brzegu pergaminu orygin. 2 wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.*

Kalisz. Archiw. Rządowe. Diplomata. — Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1434. (Kopja z pergaminu orygin., u którego była przywieszona na pasku pergam. pieczęć m. Kalisz; (pieczęć LVIII).

Nos subnotati Mathias de Bochna proconsul, Nicolaus Tlockynski, Andreas Arnuldi, Petrus Bursatoris, Paulus Pellificis, consules Kalisienses, presencium tenore universis publice profitemur, quod usi consilio et voluntate seniorum ac comunitatis nostre civitatis, nomine nostro et omnium nobis in consilio civitatis nostre succedencium consulum futurorum rite et racionabiliter vendidimus propter nostre melius

civitatis de mensa nostri consulatus, occasione altaris in ecclesia beate Marie virginis in Kalis perpetue fundandi et dotandi, in quocunque loco congruo eiusdem ecclesie voluerit, reverendo viro domino Clementi archidiacono Kalisiensi sex marcarum redditus annuos et perpetuos, suo altariste, cui istud altare conferet, singulis annis eternaliter ac perpetue persolvendas, ipsi singulis Quatuor temporibus anni marcam cum dimidia grossorum Pragensium ac pecunie dative Polonicalis numeri censualiter eternaliterque soluturi, pro centum marcis grossorum Pragensium perceptis et in usus ac utilitates nostre civitatis impensis ac conversis. Quod altare predictus dominus Clemens archidiaconus conferet ad tempora vite sue cui voluerit: nos vero consules dicte civitatis Kalis, qui sumus actu aut erimus in futuro, idem altare post obitum domini Clementis supradicti, cuicumque voluerimus ydonee persone eternaliter conferemus; ita, quod nullus archidiaconorum dominum Clementem sequencium aut ipsi in archidiaconatu succedencium, aliquam iurisdictionem seu ius habeat aut respectum ad eiusdem altaris collacionem; sed ipsum altare absque omni impedimento eternaliter post obitum domini Clementis predicti, per nos consules civitatis predicte conferatur. In robur ac testimonium premissorum, nostre civitatis maius sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, feria quinta post dominicam quadragesimalem Reminiscere.

Nr. 1761.

Iohannes s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1379 Mart. 31, in Grzegorzow; Mathiae advocato de Grzegorzewo insulam Osiek donat facultatemque concedit, ut in loco oppido adiacenti molendinum construere possit.

Pergam. orygin. Sznur jedwabny czerwony od przywieszenia jednéj pieczęci. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 209.

Nos Iohannes Dei gracia sancte Gneznensis (sic) archiepiscopus, notum facimus quibus expedit universis, quod nos provido viro Mathie advocato nostro in Grzegorzow insulam dictam Osszek in bonis nostris Grzegorzow iacentem, ad extirpandum tenendam perpetue et habendam donavimus et presentibus donamus, concedentes sibi specialiter potestatem molendinum ultra pontem de Grzegorzow, ad (sic) dextris eundo in Chelm, in nostris bonis ubi sibi visum fuerit construendi perpetue et habendi; sic tamen, quod frumenta pro civitate nostra Grzegorzoviensi in ipso molendino molendinator molere tenebitur sine metreta quocies fuerit oportunum, et alia servicia idem advocatus et sui successores nobis de insula et molendino predictis facere tenebuntur, sicut in alio privilegio ipsius advocati lacius est expressum. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Grzegorzow feria quinta post dominicam Iudica qua (sic) in Dei ecclesia decantatur, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, presentibus honorabilibus viris, dominis Bronislao Curzeloviensi, Vincencio Uneyoviensi prepositis, Bertoldo de Camen Gneznensi, Budislao Plocensi, Martino de Lubnicze Lanciciensi canonicis, per cuius manus hoc privilegium est scriptum, testibus ad premissa.

Grzegorzow, *Grzegorzewo.* Insula Osszek, *nie odgadniona.* Chelm, *Chełmno.* Curzeloviensis, *de Kurzelów.* Uneyoviensis, *de Uniejów.* Camen, *Kamień.* Lubnicze, *Łubnica.*

Nr. 1762.

Iohannes abbas monasterii Welen 1379 Iun. 4, s. l.; emptionem scultetiae villae Wijewo Nekoni quondam Sulkonis confirmat.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia dwóch pieczęci, które znikły. Poznań. Königl. Staats Arch. Priment Nr. 5a.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei geste memoriam habendam, nos frater Iohannes divina paciencia abbas monasterii Welen Ordinis Cysterciensis, dyocesis Poznaniensis, tam presentibus quam futuris presentibus recognoscimus, quod vir ydoneus Neko, quondam Sulkonis, sculteciam in Wyow villa nostra emit pro pecunia sua erga Petyrlynum Cunczkonis, quondam ibidem nostri sculteti, perpetuo cum suis successoribus habendam, tenendam, possidendam, vendendam, commutandam ac in usus suos beneplacitos convertendam, prout sibi melius (sic) utilius videbitur expedire. Ad quam sculteciam ea que secuntur dinoscimur pertinere, videlicet duo magni mansi, unus ortus aut quotque in suis facere potuerint, grex ducentarum ovium absque communitate, taberna libera cum iure ad eam pertinente, videlicet macello carnium et panis, tercius denarius de re qualibet iudicata, medium capete arborum in borris ibidem pro mellificiis efficiendis, et parva venacio, ut avium et leporum. Octo annos libertatis habebunt ibidem locandi; qua expirata, extunc scultetus cum uno equo duarum marcarum estimacionis grossorum Pragensium ad quevis negocia nobis tenebitur deservire. Si autem, quod absit, in nostro servicio suum equum perdiderit vel in eodem aliquid infortunii acciderit, tamdiu a servicio equi liber erit, quousque suus equus sibi fuerit restitutus vel de eodem sufficienter satisfactus. Rustici vero de quolibet magno manso unam maldratam frumenti, videlicet sex modios siliginis et totidem avene, et unum fertonem grossorum Pragensium super festum beati Martini singulis annis solvere tenebuntur, quem censum scultetus fideliter recolligens, ad monasterium per eosdem representabit. Item tria magna iudicia in anno habebunt, quorum scultetus unum, rustici vero duo expedire constringentur. Item, pro honore, in Natali Domini de quolibet dimidio manso duos pullos, in Pasca vero dimidium capete ovorum condonabunt. Insuper duos dies in agris, et duos super feno annnatim (sic) laborabunt. Nos autem hanc empcionem ratam ac gratam habentes, presentem litteram conscribi ac sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum et datum sabbato Quatuor temporum proximo post Penthekosten, sub anno Domini m.ccc.lxx.ix, presentibus hys testibus, videlicet fratre Steffano nostro priore, presencium confectore, domino Rudolfo, domino Iohanne Fabro cognomine, senioribus abbatibus, ceterisque domus nostre personis spiritualibus; adiungentes seculares hys, eciam testificantibus premissa, Andrea videlicet herede et comite de Brenna, Myknone dicto Gorsske de Ptovo, Bernhardo de Moch, Oczmikone de Oslonino scultetis nostris, Cunczkone quondam sculteto nostro sculteto (sic) in Wyow, aliisque plurimis fide dignis ad premissa rogatis.

Welen, *Wieleń.* Wyow, *Wijewo.* Brenna, *Brenno.* Gorsske, *de Gorskie.* Ptovo, *osada znikła.* Moch, *Mochy.* Oslonino, *Osłonino.*

Nr. 1763.

Maczko heres de Lubosz 1379 Iun. 29, Poznanie; debitum suum Iudeae Benaszowa se soluturum promittit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Posnaniens. a. 1386, fol. 125.

Noverint quibus expedit universi, quod ego Maczko heres de Lubosz presenti publice recognosco, quod teneor solvereque promitto Benassowey Iudee XII marcas grossorum monete Pragensis numeri Polonicalis super festum Natale Domini in proximum venturum, sine usura. Si in termino dicto prescriptas non solverem pecunias, quod absit, tunc qualibet marca pro septimana unum grossum usurabit, donec capitalis pecunia cum usura complete fuerit persoluta. Insuper promitto sub fide et honore et sine dolo: quum dicta Iudea abs suis esse pecuniis noluerit, in civitatem Poznaniam in verum ingredi obstagium, et exinde nullibi recedere, nisi dicte Iudee suas persolvero pecunias capitales plenarie cum usura. Et sub honore promitto, quod dictam Iudeam super nullam manum solidam debeo demonstrare quod michi prodesset, predicte autem Iudee noceret; sed cum pecuniis persolvero paratis, fraude procul mota. In cuius rei testimonium, sigillum meum presentibus est appensum. Datum Poznanie in die Petri et Pauli apostolorum, sub anno Domini MCCC septuagesimo nono.

Lubosz, *Lubosz.*

Nr. 1764.

Ioseph de Grodzysko 1379 Iul. 14, Grodzisko; Iohanni Vindemuler tertiam partem utilitatum de molendino super rivulum Zapolna ab eodem constructo largitur.

Poznań. Königl. Staats Arch. Liber civium anni 1554, fol. 314.

Nos Ioseph de Grodzysko, sanus mente et corpore, animo deliberato, non coactus nec compulsus neque fraude aliqua seductus, damus et conferimus perpetuis temporibus Iohanni alias dicto Hempel Vindemuler suisque successoribus legitimis in molendino nostro novo, in merica nostra vel borra seu borris nostris sittuato circa aquam que Szapolna dicitur, nomine ipsius pretii et laboris ac pro nova constructione, tertiam partem omnis fructus et utilitatis tam in frumentis quam in asseribus (sic) ibidem perceptis; nec non predicto molendinatori promittimus per presentes omnia ligna ad sarram (sic) ibidem valentia et suis successoribus ad molendinum vel ad locum prope sarram deducere et ordinare. Etiam damus et conferimus predicto nostro molendinatori et suis successoribus, circa vel prope molendinum thabernam liberam, et panes et carnes vendere, impedimentis omnibus procul motis. Item idem molendinator et sui successores poterunt libere et pacifice pisces piscari vel capere ad suam suorumque successorum utilitatem circa predictum molendinum in fluvio prenotato, absque nostro impedimento et nostrorum successorum. Predictum etiam molendinum (ipse) et sui successores vendere poterunt, donare et permutare ad usus-

que suos convertere, prout sibi melius et utilius videbitur ordinare (sic). In huius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Grodzisko in vigilia Divisionis apostolorum, sub anno Domini MCCCLXXIX, presentibus his testibus, honestis viris Valthero proconsule Grodzyscensi, Hanczel Anzenap, Henrico carnifice, Petro Licip, Hendrico Driesen, Semvul dicto Langknute servitore nostro, et aliorum multorum ad hoc rogatorum presentia.

Grodzysko, *Grodzisk.* Aqua Szapolna, *prawy przypływ rz. Obra.*

Nr. 1765.

Lodvicus rex Ungarie Polonie etc. 1379 Aug. 21, Cassovie; controversias sopit, quae inter Zemovitum ducem Mazoviae et Iohannem archiepiscopum Gneznens. ratione districtus de Łowicz fuerant exortae.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 3.

Nos Lodvicus Dei gracia rex Ungarie, Polonie, Dalmacie etc., notificamus tenore presencium universis, quod displicencias inter serenissimum principem Semovitum et filios suos Ianussium et Semconem duces Mazovie, fratres nostros carissimos, ex una, et reverendissimum in Christo patrem dominum Iohannem Dei gracia archiepiscopum Gneznensem, parte ex altera super quibusdam iniuriis et controversiis exortas et suscitatas, tali fine et medio duximus terminandas: pro ipsis ducibus prefatis serenissimo principe domino Ladislao duce Opoliensi, Welunensi, Dobrinensi, Gnewcoviensi etc., Andrea de Corabycze marsalcone et Pascone de Trambky nunciis ducum Mazovie predictorum, et pretacto domino archiepiscopo propria in persona constitutis, ratum habentibus et consencientibus: videlicet, quod ipse dominus Semovitus et nati sui predicti privilegia ipsorum et antecessorum eorum, et alia quecumque per ipsum dominum archiepiscopum et ecclesiam suam ac antecessores suos obtinencia et habencia (sic), libertates et immunitates omnes et singulas in eisdem privilegiis contentas et habitas debent et tenebuntur in suo robore perpetuo conservare et tenere. Ipse vero dominus archiepiscopus prefatus sub (sic) voce coram celsitudine nostra publice recognovit, quod districtus ipsius archiepiscopi Loviciensis noscitur situs esse in terra Mazovie ducum pretactorum; tamen asseruit, quod ipsum districtum Loviciensem ipse dominus archiepiscopus tenet et habet, prout et sui antecessores tenuerunt et habuerunt, cum omnibus libertatibus, iuribus, immunitatibus et iuridicione in dictis privilegiis contentis omnimode et expresse. Insuper dominus archiepiscopus prenominatis ducibus (sic) privilegia per antecessores suos et Capitulum ecclesie Gneznensis data et concessa, in omnibus clausulis, punctis et articulis in ipsis conscriptis tenere et adimplere teneatur, harum quibus nostrum sigillum minus est appensum testimonio litterarum. Datum Cassovie die dominico infra octavam Assumpcionis sancte Marie virginis, anno Domini millesimo **ccc.lxx.ix.**

Opoliensis, *de Opole, z niem. Oppeln.* Welunensis, *de Wieluń.* Dobrinensis, *de Dobrzyn.* Gnewcoviensis, *de Gniewków.* Corabycze, *Korabiejewice.* Trambky, *Trąbki.* Cassovia, *Koszyce, z niem. Kaschau.*

Wiersz 5 od końca: Dyplom. następny zam. ducibus, *ma* duo.

Nr. 1766.

Elizabeth regina Ungarie Polonie etc. senior 1379 Sept. 7, Cracovie; controversias inter Zemovitum ducem Mazoviae et Iohannem archiepiscopum Gneznens. ratione districtus de Łowicz exortas dirimit.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 3.

Nos Elizabeth Dei gracia regina Ungarie, Polonie, Dalmacie senior etc., notificamus tenore presencium universis, quod displicencias inter serenissimum principem Semovitum et filios suos Ianussium et Semconem duces Mazovie, fratres nostros carissimos, ex una, et reverendissimum in Christo patrem dominum Iohannem Dei gracia archiepiscopum Gneznensem, parte ab altera super quibusdam iniuriis et controversiis exortas et suscitatas, tali fine et medio duximus terminandas: pro ipsis ducibus prefatis serenissimo principe domino Ladislao duce Opoliensi, Welunensi, Gnewcoviensi etc., Andrea de Corabicze marsalcone et Pascone de Trambky nunciis ducum Mazovie predictorum, et pretacto domino archiepiscopo propria in persona constitutis, ratum habentibus et consencientibus: videlicet, quod ipse dominus Semovitus et nati sui predicti privilegia ipsorum et antecessorum eorum, et alia quecunque per ipsum dominum archiepiscopum et ecclesiam suam ac antecessores suos obtinencia et habencia (sic), libertates et immunitates omnes et singulas in eisdem privilegiis contentas et habitas debent et tenebuntur in suo robore perpetuo conservare et tenere. Ipse vero dominus archiepiscopus prefatus sua voce coram celsitudine nostra publice recognovit, quod districtus ipsius archiepiscopi Lovicensis noscitur situs esse in terra Mazovie ducum pretactorum; tamen asseruit, quod ipsum districtum Lovicensem ipse dominus archiepiscopus tenet et habet, prout et sui antecessores habuerunt et tenuerunt, cum omnibus libertatibus, iuribus, immunitatibus et iure dominii in dictis privilegiis contentis omnimode et expressis. Insuper dominus archiepiscopus prenominatus duo (sic) privilegia per antecessores suos et Capitulum ecclesie Gneznensis data et concessa, in omnibus clausulis, punctis et articulis in ipsis (contentis) tenere et adimplere teneatur, harum quibus nostrum sigillum minus est appensum testimonio litterarum. Datum Cracovie in vigilia Nativitatis Virginis gloriose, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono.

Nolumus tamen propter premissa in aliquo honori et iuribus regalibus et dicti regni derogare vel preiudicium aliquod generare. Datum ut supra.

Opoliensis, *t. j. de Opole, z niem. Oppeln.* Welunensis, *de Wieluń.* Gnewcoviensis, *de Gniewków.* Corabicze, *dziś Korabiejewice.* Trambky, *dziś Trąbki.*

Wiersz 7 od końca: Dyplom. poprzedni zam. duo, *ma* ducibus.

Nr. 1767.

Domaratus capitaneus Polonie 1379 Sept. 15, in Poznania; protestatur, Nicolaum et Hinkonem Michelsdorf, fratres germanos, divisionem villae Gola inter se fecisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Costens. a. 1408, fol. 79.

Nos Domaratus capitaneus Polonie, significamus presencium tenore quibus expedit universis, quod accedentes ac venientes ad nostram presenciam plurimorumque terre Polonie militum Nicolaus Milstorf et Hinka Milstorf, duo fratres germani ac uterini, heredes Golszczi, fecerunt divisionem inter se; et Nicolao allodii et kmethonum cessit dimidius nonus mansus, et Hynkoni in oppositum in alia parte cessit dimidius nonus mansus scultecie ac kmethonum. Iterum Nicolao cessit in parte Hinconis ad illum finem sub civitate Gostina alter dimidius mansus, et eciam Hinkoni in parte Nicolai in illo fine ad Gostinam civitatem dimidius nonus mansus: et cesserunt Nicolao septemdecim mansi, et Hinconi septemdecim in hereditate Gola et ibi sub magna silva: quidquid non diviserunt, ad hoc debemus amicos nostros accipere et illud ad finem dividere. Et tunc Nicolaus prius nominatus non habet quidquid ad sculteciam nec ad scultetum, Hinconis divisionem; sed in sua divisione Nicolaus potest habere scultetum, si vult. Et istam divisionem fecerunt inter se cum amicorum suorum consilio et cum eorum bona voluntate; et istam divisionem, que in presenti littera conscripta est, Nicolaus contulit, resignavit Hynconi prenominato, et suis pueris eciam in perpetuum assignavit firmiter tenere et nunquam movere. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in crastino Exaltacionis sancte Crucis, in Poznania, sub anno Domini millesimo ccc.lxx. nono, coram hys nobilibus viris, dominis nobilibus Vincencio palatino Poznaniensi, Paszcone venatore Poznaniensi, Alberto castellano Radzimsky, Peregrino Carpiczsky, Przibcone subvenatore et Thomislao Wiskotha, et aliis quam pluribus fide dignis.

Milstorf, *zam. Michelsdorf pod m. Wrocław, którėj to wsi dziedzice należą do rodu Świnków.* Golszczi, *t. j. heredes de Gola.* Gostina, *Gostyń.* Radzimsky, *de Radzim.* Carpiczsky, *de Karpicko.* Wiskotha, *nazwisko rodowe, powstałe od wsi Wyskoć.*

Nr. 1768.

Iohannes archidiaconus Crussviciens. et ceteri fratres heredes de Tralng 1379 Nov. 3, Gnezne; villam Wszedzin, quam Iohannes praedictus ab abbate et monasterio de Mogilno ad tempus vitae tenet, post mortem ipsius monasterio eidem se restituturos spondent.

Pergam. orygin., na końcu którego signum notarii publici, *narysowane. Dolny brzeg założony, w nim 6 wcięć poprzecznych od przywieszenia trzech pieczęci.*

Mogilno. Privil. monasterii. P, 1.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes archidiaconus Crussviciensis, Stephanus subdapifer Poznaniensis et Woythco fratres, heredes de Tralng, recognoscimus

per presentes et publice profitemur, bona fide promittentes, quod villam Wsszedna dictam, quam ab abbate et monasterio Mogilensi dominus Iohannes archidiaconus predictus, frater noster carissimus, ad tempora vite sue tenet et possidet ac possidere debebit, post decessum eiusdem in nullo vendicabimus, nec de ipsa seu rebus ac bonis quibusvis tam in curia quam in villa consistentibus nos aliqualiter intermittemus; sed mox post decessum ipsius, abbas seu conventus aut nuncius ipsorum, tam de villa quam de frumentis seminatis et non seminatis, pecoribus, ovibus, scrophis, porcis, ancis, anetis, pullis, censibus, decimis et de quibusvis aliis utilitatibus se libere intromittent, ipsam ad libitum sue voluntatis convertendo. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne tercia die mensis Novembris, hora quasi nona, Indiccione secunda, in domo habitacionis honorabilis viri domini Iohannis archidiaconi Gneznensis in parva stuba, anno Domini M.CCC.LXXIX, presentibus honorabilibus viris, dominis Iohanne archidiacono, Wirzbantha custode, Iarando canonico Gneznensibus, et me Wenczeslao quondam Iohannis de Gnezna, clerico Gneznensis dyocesis, notario imperiali autoritate publico, qui predictis recognicioni, promissioni omnibusque aliis et singulis ut premittitur una cum testibus superius nominatis presens interfui, eaque omnia et singula, dum sic agerentur, sic fieri vidi et audivi, et ad requisicionem domini abbatis et conventus sui monasterii Mogilensis propria manu mea fideliter conscripsi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis consignavi in testimonium omnium premissorum.

Tralng, *Trląg*. Wsszedna, *Wszedzin*. Mogilensis, *de Mogilno*.

Nr. 1769.

Iohannes s. Gnezdnens. ecclesie archiepiscopus 1379 Dec. 19, in Crolicowo; ratam habet fundationem altaris in ecclesia s. Mariae in Kalisz, a proconsule et consulibus eiusdem civitatis factam.

Pergam. orygin. Pieczęć znikła, pozostał gruby sznur nici jedwabnych zielon. Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata, Vol. VI, Nr. 54. — Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1462; ten sam dyplomat z opisaniem następnem pieczęci: Pieczęć podługowata, któréj górna, większa połowa przedstawia błogosławiącego biskupa, z pastorałem w lewéj; w dolnéj klęcząca osoba, obok któréj po obu stronach tarcze z wyobrażeniem godła rodu Grzymałczyków; napis: S. Iohannis Dei Gra. Archiepiscopi Gneznens.

Nos Iohannes Dei gracia sancte Gnezdnensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus quibus expedit universis, quod constituti nostri in presencia honesti viri, domini Mathias Bochenski proconsul, Nicolaus Tlokinski, Paulus pellificis et Andreas Pisrich, consules civitatis Kalisiensis, deliberantes et intendentes fundare et dotare altare in ecclesia beate Virginis in Kalis nostre diocesis, cum auxilio et consensu honorabilis viri domini Clementis de Mechnicz canonici Gnezdnensis et archidiaconi Kalisiensis dictum altare dotantes, pro altari et ministro ipsius altaris qui pro tempore fuerit sex marcas grossorum Pragensium Polonici pagamenti in et de omnibus bonis et redditibus ipsorum consulum communitatis civitatis predicte presentibus et

futuris, nomine dicti domini Clementis, consulum et universitatis predicte civitatis, a dicto archidiacono receptis per eosdem consules, ut recognoverunt, nonnullis pecuniarum summis iusti valoris racione reddituum altaris huiusmodi et pro redditibus eisdem solvendis et dandis, perpetuo ministro predicti altaris nominaverunt et assignaverunt. Quem quidem censum predicto altari et eius ministro qui pro tempore fuerit annis singulis et perpetuis temporibus ad solvendum, coram nobis dicti proconsul et consules se et suos successores sub pena censure ecclesiastice obligaverunt spontanea voluntate, suoque et dicti domini Clementis predicti nominibus ministrum, videlicet Andream de Crosczina presbyterum Wratislaviensis diocesis, exnunc confirmandum ad dictum altare nichilominus presentando cum modo subscripto: videlicet, quod dictus Andreas et quicunque eius successor, ad minus tres missas in qualibet ebdomadata per se celebrare debeat humiliter et devote, et circa dictum altare residenciam facere personalem. Cui Andree vel alicui successori suorum si de alio beneficio ecclesiastico meliori fuerit provisum, extunc, habita alterius beneficii melioris possessione corporali, reali et pacifica, dictus Andreas vel eius successor dictum altare dimittere tenebitur et ei absque difficultate renunciare: expresse quodque ius patronatus et presentandi ministri predicti altaris, in antea perpetuis temporibus ad proconsulem et consules nomine tocius universitatis Kalisiensis civitatis solos in solidum libere pertinebit: que omnia et singula predicta, domini consules prefati dominum Clementem, fundatorem seu dotatorem huiusmodi altaris et eorum nominibus, a nobis confirmare cum instancia petiverunt. Nos vero augmentum divini cultus et salutem animarum ingenti desiderio et affectu zelantes et premissa iusta et racionabilia estimantes, sex marcas perpetui census in et de omnibus bonis, censibus et redditibus.. consulum et universitatis in Kalis predicte nunc ad eos pertinentibus, vel que eis in posterum iuste et racionabiliter fuerint acquisita, predicto altari et eius ministris annis singulis et perpetuis temporibus per dictos dominos.. consules et eorum quoslibet successores solvendas sub pena censure ecclesiastice, iuxta submissionem predictorum consulum presentibus ex certa sciencia nostra et auctoritate ordinaria ascribimus et incorporamus, aliaque omnia et singula predicta ratificamus, approbamus et confirmamus perpetue duratura. In quorum fidem et testimonium omnium premissorum, presentes litteras scribi nostrique sigilli appensione fecimus roborari. Actum et datum in Crolicowo in domo Clementis sculteti nostre diocesis XIX die mensis Decembris, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, presentibus: venerabili fratre nostro domino Andree (sic) episcopo Ceretensi, ac honorabilibus, nobilibus et discretis viris, dominis Vincencio Uneyoviensi, Budeslao Rudensi prepositis, Preczslao palatino, Derskone subdapifero Kalisiensi, Martino canonico Lanciciensi per cuius manus hoc privilegium est scriptum, et Nicolao plebano de Cosczelecz, testibus ad premissa, aliisque multis fidedignis.

Mechnicz, *Mechnacz*. Crolicowo, *Królikowo*. Ceretensis, *de Cerreto w Neapolitańskiem*. Uneyoviensis, *de Uniejów*. Rudensis, *de Ruda*. Cosczelecz, *Kościelec*.

Nr. 1770.

Pelka iudex et Prandotha subiudex terre Sandomiriens. 1380 Ian. 27, in Opatow; protestantur, Dominicum heredem de Worowice particulam hereditatis ipsius in oppido Jeżów monasterio de Trzemeszno vendidisse.

Trzemeszno. Privilegia Convent. Canon. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 66.

Nos Pelka iudex et Prandotha subiudex terre Sandomiriensis, universis quibus expedit protestamur, quod accedens ad nostram nostrorumque assessorum presenciam nobilis vir Dominicus heres de Worovo, non compulsus nec coactus, sed cum bona ipsiusque voluntate suam terram, particulam hereditatis quam habuit in Geszewo, prout solus tenuit, nichil penitus ibidem reservando pro se, tradidit, vendidit et in perpetuum libere resignavit pro duodecim marcis grossorum monete Pragensis numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos in unam marcam computando, honorabili ac religioso viro domino Iacobo preposito totique conventui monasterii Trzemeschnensis, habendam, tenendam et commutandam, donandam et ad usus beneplacitos convertendam ac perpetuis temporibus possidendam: quam vendicionem et empcionem littera presenti ratificando in perpetuum confirmamus. In cuius rei testimonium, nostra sigilla huic littere sunt appensa. Datum et actum in Opatow feria sexta proxima ante Purificacionem Marie virginis gloriose, anno Domini **m.ccc.lxxx,** presentibus his nobilibus: Petro de Strzeschownycze, Vitaszcone de Stimnicze, Iacussio de Boguszow, Iohanne de Golgowicze, Iohanne Nagowcza de Ianowicze, Petro notario generali de Dambrowa dominis heredibus, et aliis quam pluribus fidedignis.

Worovo, *Worowice.* Geszewo, *Jeżów.* Opatow, *Opatów.* Strzeschownycze, *Strzyszowice.* Stimnicze, *Szczucice.* Boguszow, *Boguszków.* Golgowicze, *Gołkowice.* Ianowicze, *Janowice.*

Nr. 1771.

Urbanus Pp. VI 1380 Apr. 6, Rome apud s. Petrum; conservatoribus monasterii de Mogilno mandat, ut idem a violentiis tam personarum ecclesiasticarum quam laicorum tueantur.

Pergam. orygin. Na sznurkach konopnych przywieszona bulla: Urbanus Pp. VI.
Mogilno. Privilegia monasterii. A, 6.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus .. Pomezaniensi et .. Wladislaviensi ac .. Poznaniensi episcopis salutem et apostolicam benediccionem. Militanti Ecclesie licet inmeriti disponente Domino presidentes, circa curam ecclesiarum et monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa soliti, ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occuramus dispendiis, et profectibus divina cooperante clemencia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii in Mogilno Ordinis sancti Benedicti, Gneznensis diocesis, conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi aliique ecclesiarum prelati et clerici ac persone ecclesiastice tam religiose quam seculares, nec non duces, marchiones, comi-

tes, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates opidorum, castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, et alie singulares persone civitatum et diocesiarum et aliarum partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdictiones, nec non fructus, redditus et proventus dicti monasterii et nonnulla alia bona mobilia et inmobilia, spiritualia et temporalia ad abbatem et conventum ac monasterium predictos spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium et favorem: nonnulli eciam civitatum et diocesium ac partium predictorum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eisdem abbati et conventui super dictis castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus et iuribus et iurisdictionibus, censibus, redditibus et proventibus eorundem, et quibuscunque aliis bonis mobilibus et inmobilibus, spiritualibus et temporalibus, et aliis bonis ad eosdem abbatem et conventum ac monasterium spectantibus, multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas: quare dicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut, cum eisdem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam Sedem habere recursum, providere eis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes eisdem abbati et conventui remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus comittendi similia precludatur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus: quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra loca in quibus deputati estis conservatores et iudices, prefatis abbati et conventui efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eosdem, super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus ad abbatem et conventum ac monasterium predictos spectantibus, ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari et eis gravamina seu dampna vel iniurias irrogari: facturi dictis abbati et conventui, cum ab eis vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet, super restitutione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, iurisdictionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque et proventuum et aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuscunque molestiis, iniuriis atque dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet que iudicialem requirunt indaginem, sumarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exigerit, iusticie complementum; occupatores seu detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet et rebelles cuiuscunque dignitatis, status, ordinis et conditionis extiterint, quandocunque et quotiescunque expedierit, auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur: Ne aliquis extra suam civitatem seu diocesim, nisi in certis exceptis casibus in illis, ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur; seu: Ne iudices et conservatores a Sede deputati predicta, extra civitatem et diocesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis earundem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis autoritate presentium non trahatur; seu: Quod de aliis, quam de manifestis iniuriis et violenciis ac aliis que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos si secus egerint et in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant; aut aliis quibuscunque constitucionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus, tam de iudicibus delegatis et conservatoribus,

quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, que iure possent in hac par (sic) iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercicio quomodolibet obviare; seu, si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum: quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam, expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, Ordinibus et nominibus propriis mentionem: et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam, presentibus non expressam vel totaliter non insertam, nostre iurisdictionis explicacio' in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et auctoritate apostolica decernimus: quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus; quodque a data presentium sit vobis et unicuique vestrum, in premissis et eorum singulis ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, perpetuata potestas et iurisditio attributa, ut eo vigore eaque firmitate in premissis omnibus ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et iurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum in premissis omnibus per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset: constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante: presentibus post triennium minime valituris. Datum Rome apud sanctum Petrum VIII Idus Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Mogilno, *Mogilno.*

Nr. 1772.

Consules civitatis Poznanie 1380 Iun. 12, s. l.; protestantur, Petrum et Iacobum filios Nicolai Kristani, macellum ipsorum in foro civitatis situm Pechnoni proconsuli de Poznań obligavisse.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1419.

Nos consules civitatis Poznanie, Pechno proconsul, Sidil Linschicz, Hanko Gregor, Peczko Costrzin, Niczko Lampracht, Hannos Clize, Ianusch Stuler et Iakusch Bogene, universis et singulis quibus expedit scire damus liquide per effectum, quod in presencia nostre civitatis scabinorum, utpote Henczelini Obornik, Mathie Linde, Cune sellatoris, Niczkonis Kosilke, Petri Pesschel, Petri Iawer et Niczkonis Mathie, in iudicio banito, Iacobo advocato hereditario presidente, constituti honorabiles Petrus et Iacobus filii Nicolai Kristani, non coacti nec per aliquem errorem seducti, sed maturo suorum amicorum prehabito consilio, nemini contradicente, macellum ipsorum, penes macellum Pechnonis in foro nostre civitatis situatum, in et pro viginti marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis obligaverunt honorabili viro domino Pechnoni proconsuli et suis veris legitimis successoribus: de quibus idem Petrus et Iacobus dicto Pechnoni singulis annis in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum duas marcas censualiter dabunt et persolvent, a festo Petri ad unius anni decursum inchoando, et sic deinceps singulis annis tamdiu de anno ad annum, quous-

que eundem censum cum viginti marcis redimere valebunt in festo prenotato. In huiusmodi testimonium, presentibus sigillum nostre civitatis est appensum. Actum et datum feria tercia ante festum beatorum Viti et Modesti, anno Domini millesimo CCC^{mo} octuagesimo.

Nr. 1773.

Thomas heres de Cesle 1380 Iun. 30, Poznanie; cum Nicolao Strosberg praeposito Gneznensi, ratione fossati fodiendi a lacu de Cieśle usque ad stagnum situm ante molendinum in villa Lisówki componit.

Poznań. Archiv. Capituli. V, 2. (Kopja na arkuszu papierowym, pisana ręką XVIII w. Na ostatniéj stronie, tą samą ręką: Privilegium originale cum copia eiusdem pro fossato molendini in Lisowice cum haerede de Cieśle conscriptum in anno 1380).

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Thomas heres de Cesle quandam ordinationem et concordiam invenimus et fecimus cum venerabili viro domino Nicolao Strosberg preposito Gneznensis et canonico Poznaniensis ecclesiarum, super quodam fossato fodiendo a lacu nostre hereditatis Cesle predicte pro utilitate et usu molendinorum in bonis suis, videlicet Lisowice vocitata, quam hereditarie ex collocatione et provisione honorabilis viri domini Troiani prepositi ecclesie Poznaniensis dinoscitur obtinere; videlicet talem, quod ipsi domino Nicolao preposito Gneznensi predicto suisque successoribus pro tempore liceat fodere, tenere et habere a quacunque parte lacus nostri predicti, vocati Ciesielski, unum fossatum a littore ipsius lacus incipiendo, absque medio, usque ad stagnum ante molendinum ipsius domini Nicolai prepositi predicti in bonis seu hereditatibus dicte ville Lisowice, in latitudine, profunditate et longitudine tantum, quantum ipsi vel suis successoribus pro utilitate dictorum molendinorum suorum videbitur expedire. In quo quidem fossato ipsi et sui successores habere debeant omnimodam reformandi et piscandi potestatem, absque ulla nostra vel nostrorum successorum et heredum contradictione et alia quacunque molestia; nec nos et successores nostri ac heredes predicti aliquod obstaculum lignorum vel retium in dicto lacu nostro vel fossato valeamus ponere, per quod transitum piscium volentium ire per dictum fossatum suum posset aliqualiter impedire: eo tamen salvo, quod nostra necessitate nimia ingruente, non tamen omni tempore, poterimus ponere in dicto fossato gulgustrum, quod Polonice vocatur wiersza, ita tamen, quod media pars dicti fossati pro transitu piscium maneat illesa. Et si ipse vel sui successores predicti (sic) aliquod impedimentum per quempiam habere contingat, nos nostrique successores ac heredes predicti tenebimur et presentibus adstringimur, nostris laboribus et expensis ipsum et suos successores expurgare et reddere ipsos indemnes. Cuius quidem concordie et ordinationis nomine et titulo, dicti dominus Nicolaus Strosberg prepositus Gneznensis ipsiusque successores dicte ville Lisowice adstricti esse debeant, nobis nostrisque successoribus et heredibus lacus singulis annis dare et solvere de dictis molendinis sex mensuras siliginis et mediam mensuram tritici farine: tres videlicet cum quarta tritici ad festum Nativitatis Christi, et residuas tres cum quarta tritici farine (sic), et nobis molere facere omne braseum pro curia nostra *(vacuum)* sine metreta perpetuis temporibus duraturis. Eo

tamen excepto: si dicta molendina per guerrarum oppressiones et ignium incendia vel alio quovis modo destruerentur, tunc solutio dicte farine et braseorum molitio cessari debeant usque ad dictorum molendinorum reformationem et transitum rotarum. Si unum vero ex dictis molendinis solum remaneret et illesum, tunc nos, successores et heredes nostri predicti, in solutione trium mensurarum siliginis et unius quarte tritici farine et braseorum nostrorum *(vacuum)* debeamus esse contenti. In cuius rei testimonium, presentibus sigillum nostrum est appensum. Datum et actum Poznanie in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, presentibus nobilibus et honestis viris: Prandota de Dupefcza, Benaschio de Nova villa, Stephano de Sliwna heredibus, Staskone Gregorii et Bartkone institore, civibus Poznaniensibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Cesle, *Cieśle*. Lisowice, *Lisówki*. Dupefcza, *Dupiewiec*. Nova villa, *Nowa wieś*. Sliwna, *Śliwno*.

Nr. 1774.

Nicolaus episcopus Poznaniens. 1380 Iul. 14, Poznanie; ratam habet fundationem altaris b. Bartholomaei et s. Georgii, in ecclesia maiori Posnaniensi a Damiano cancellario et Andrea de Siernicze canonicis Posnaniensibus erecti et dotati.
Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 73.

In nomine Domini amen. In votis gerimus cordis nostri ea fovere et dirigere ac totis viribus promovere, per que profectus animarum procuratur, cultus augetur divinus, vicia eliminantur, virtutes propagantur et status ecclesie magnosissime decoratur. Ideo nos Nicolaus Dei miseracione episcopus Poznaniensis, notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod cum dilecti nobis in Christo fratres domini Damianus cancellarius et Andreas de Sirnicze, canonici nostri Poznanienses, zelo pie devocionis accensi, pro peccatorum suorum remedio et animarum suarum salute de nostro et Capituli nostri consensu altare in honorem beati Bartholomei apostoli et sancti Georgii martyris gloriosi in ecclesia nostra Poznaniensi fundavissent, ipsum infrascriptis possessionibus et annuis pensionibus, rectori ipsius altaris qui pro tempore fuerit debendis dotaverunt. Habebit namque dominus Mathias Sedlar de Stanschevo, seu rector novus qui ad curam et regimen eiusdem altaris assumitur, et sui successores quibus de ipso altari fuerit provisum, nomine ipsius altaris duas vineas in agris sancti Adalberti ecclesie in monte extra muros civitatis Poznaniensis iacentes, quas idem dominus Damianus cancellarius propriis pecuniis comparavit et pro altari predicto cum omni iure et dominio ac utilitatibus universis salubriter assignavit, deputavit et appropriavit. Predictus vero dominus Andreas, sibi et post eum suis successoribus qui ad prefatum altare fuerint promoti, duas marcas grossorum singulis annis in festo beati Martini confessoris de villa seu hereditate Gothartovo vulgariter nuncupata prope Swanrancz iacente, quam nomine Capituli Poznaniensis ex causa permutacionis cum nobili viro domino Nicolao castellano Ostroviensi pro villa Iurzicovo et suo molendino quod a nobis ipse dominus Andreas pro certa pecunie quantitate recepit et alias legittime facta obtinet, solvere tenebitur, prout se

ad hoc voluntarius obligavit. Quo defuncto, is prelatus vel canonicus qui post ipsum prefatam villam seu hereditatem obtinebit, similiter duas marcas grossorum domino Mathie predicto, vel illi qui ipsum altare canonice obtinebit, in festo beati Martini predicto solvere teneatur. Preterea domini Damianus et Andreas supranominati quoad vixerint, ea vice post ipsius scilicet altaris novam ereccionem et in antea quociens ipsum altare canonice vacare contingerit, nobis ad ipsum altare vicibus alternativis, ita quod dominus Damianus in prima ipsius vacatione preferatur et prioritatem obtineat, personam ydoneam presentabunt, per nos de ipso altari investiendam. Post mortem vero ipsorum, ad nos et successores nostros ipsius altaris collacio et disposicio devolvatur. Sed quia beneficium datur propter officium et non est ferendus is qui lucrum amplectitur onus autem subire recusat, adicimus: quod prefatus dominus Mathias et sui successores ad predictum altare provisi, in qualibet septimana tribus vicibus, videlicet feria secunda, quarta et sexta, per se ipsum vel per alios missarum sollempnia cum devocione quam Deus ipsis inspiraverit debeant celebrare. Ut autem hec pia et salubris ordinacio et disposicio robur obtineat perpetue firmitatis, ipsam ad instantes peticiones dominorum predictorum ratificamus, recipimus, approbamus et de consensu fratrum nostrorum Capituli Poznaniensis perpetuis valituram et duraturam temporibus scripti patrocinio confirmamus, harum quibus nostrum et Capituli nostri sigilla sunt appensa presencium testimonio litterarum. Actum et datum Poznanie die XIIII mensis Iulii, anno Domini m.ccc. octuagesimo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Troyano preposito, Dythcone decano, Nicolao preposito Gneznensi, Nicolao scolastico, Alberto archidiacono, Boguphalo custode, Nicolao cantore, Nicolao Srzemensi, Petro Pczevensi, Nicolao Cyrznensi archidiaconis, Paulo de Slachcino, Stanislao, Pribigneo, Michaele preposito Gluschinensi, Petro de Tarncowo, Ticzcone de Moglicz, Mathia Blida, Iohanne archidiacono, Virzbantha custode Gneznensi, Nicolao iudicis, Nicolao de Moderz, et aliis prelatis et canonicis Poznaniensibus.

Sirnicze, *Siernicze.* Stanschevo, *Stęszewo.* Gothartovo, *Gortatowo.* Swanrancz, *Swarzędz.* Ostroviensis, *de Ostrów, niegdyś grodu na wyspie jeziora Lednica.* Iurzicovo, *Jerzykowo.* Pczevensis, *de Pszczew.* Cyrznensis, *de Czersk.* Slachcino, *Szlachcin.* Gluschinensis, *de Głuszyna.* Tarncowo, Moglicz, *nie odgadn.* Moderz, *Modrze.*

Nr. 1775.

Iohannes s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1380 Iul. 15, in Queczessewo; decernit, ut rectoribus ecclesiae parochialis in oppido Kwieciszewo, de agris advocatiae ibidem non decima campestris, sed missales annonae solvantur.
Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. A. C. anni 1415.

Nos Iohannes Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus quibus expedit universis, quod cum Petrus dictus Chalasta rector ecclesie parochialis, a Iancone herede de Sypnewo et advocato nostro in Queczyssewo nostre diocesis, decimam campestrem de agris sue advocacie in Queczyssewo, prout alii advocati aliorum locorum ut dicebat solvere decimam consueverunt, coram nobis solvi iudicialiter petivisset et depoposcisset, nos vero audita responsione dicti Ianconis:

quod non decima campestris, sed missales annone, scilicet de quolibet manso unam mensuram siliginis et unam avene, prout ab olim advocati et alii agricultores in Queczessewo solvere teneretur: adiudicavimus sententialiter et presentibus adiudicamus, de agris dicte advocacie missales annonas predictas more solito solvi debere. In quorum fidem et testimonium omnium premissorum, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Queczessewo XV die mensis Iulii, anno Domini M.CCC.LXXX^{mo}, presentibus honorabilibus viris, dominis Benedicto sancti Iohannis Gneznensis, Vincencio Uneoviensis, Andrea Rudensis prepositis, ac Iohanne Gneznensis et Nicolao Lanciciensis archidiaconis ecclesiarum, et aliis multis fidedignis testibus ad premissa.

Sypnewo, *Sypniewo.* Queczyssewo, *Kwieciszewo.* Uneoviensis, *de Uniejów.* Rudensis, *de Ruda.*

Nr. 1776.

Iassek heres de Wola etc. 1380 Aug. 14, in Wola; villam Swinarzewo monasterio de Łekno donat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założon. brzegu gruby sznur z nici jedwabn. pomarańczow. przez 3 wcięcia przewleczony. Na końcu, obok oświadczenia notarii publici, *Signum tegoż narysowane. Format mały, pismo pobieżne.*

Poznań. Königl. Staats Arch. Lekno Nr. 6.

In nomine Domini amen. Quoniam omnia in tempore inveterascunt plasmata ab hominum memoria nisi literarum certitudine ratificata fuerint elabendo, ego igitur Iassek heres de Wola tesaurarius Kalisiensis, cum consensu mee conthoralis nomine Falka initoque unanimi consilio cum eadem, pretendens salutem meorum animarum antecedencium nec non anime proprie fertilitatem (sic) ac eciam singulorum subsequencium mee sanguinitatis collateralium, sana mente, deliberato animo, non compulsus nec coactus nec aliquo selo (sic) malicie seductus, statumque felicem in presenti vita cupiens per divine gracie largicionem obtinere, dedi, tradidi, concessi per omniaque dedisse presentibus recognosco cenobio et claustro ad sanctum Petrum in Lakna (sic), ad refrigeriumque conventui et fratribus eiusdem cenobii Ordinis sancti Bernardi, villam et hereditatem in districtu Nakelsy (sic), wlgariter nuncupatam Swinarzewo, cum utilitatibus, fructibus et redditibus, quemadmodum prefata hereditas in suis limitibus, metis et gadibus est circulariter, vel quomodolibet fuerit distincta seu fuerit divisa, sicuti iam dictam hereditatem ego predictus Iassek tenui a meis patribus, avis et proavis, perpetuis temporibus nominato cenobio et claustro trado, prout supra, habendam, possidendam, mutuandam (sic), vendendam, per omniaque, prout sibi et fratribus dicti claustri utilius exponendam videbitur cum effectu. Datum et scriptum in Wola sub anno Incarnacionis Domini m.ccc.lxxx, Indicione tercia, quartadecima die mensis Augusti seu in vigilia Assumpcionis beatissime virginis Marie, presentibus hiis testibus: Petro herede de Svantkowo tesaurario Poznaniensi, Ozepo de Uscykowo, Ianussio de Kaczkovo, Andrea de Bozeyewo, Iohanne advocato de Rogowo, heredibus, et aliis pluribus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. In quorum omnium testimonium premissorum, mis persana (sic) iam prin-

cipali tenore nominata, per notarium publicum infrascriptum presens privilegium feci munimine mei sigilli solidare.

Et ego Laurencius Andree de Welenino, Gnezdnensis diocesis clericus, imperiali publicus auctoritate notarius, donacioni ville superius fate nec non et singulis, dum sic fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, in hanc publicam formam redegi, meoque signo et nomine consueto in fidem et in evidens testimonium omnium premissorum consignavi.

Constat michi publico notario suprascripto de media linea exclusa, cuius inicium est: cum consensu: *quod non feci ex ignorancia, sed ex mentis oblivione.*

Wola, *Wulka Orchowska, cnfr. Nr. 1617.* Lakna, *Łekno.* Nakelsy (sic), *de Nakło.* Swinarzewo, *osada znikła w okolicy m. Mrocza.* Svantkowo, *Świątkowo.* Uscykowo, *Uścikowo.* Kaczkovo, *Kaczkowo.* Bozeyewo, *Bożejewice.* Rogowo, *Rogowo.* Welenino, *Wielenin.*

Wiersz 3 od g. wyrazy: cum consensu mee conthoralis nomine Falka initoque unanimi consilio cum eadem, *są napisane nad pierwszym wierszem oryginału.*

Nr. 1777.

Iassek heres de Wala (sic) thezaurarius Kalisiens. 1380 Aug. 14, in Wala; hereditatem Swynarzew monasterio de Łekno resignat.

Pergam. orygin., w którego dolnym, szeroko założonym brzegu gruby sznur nici jedwabnych pomarańczow. przez 3 wcięcia przewleczony. Format duży, pismo staranne.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lekno Nr. 7.

In nomine Domini amen. Cum teste sancta Scriptura cuncta transeant sub sole et nichil in hoc mundo firmum aut stabile dinoscatur, satis necesse est, ut humane memorie fragilitas autenticis litterarum testimoniis et voce proborum testium diligencius fuerit confirmata, ne lapsu temporis et subita mutacione mortalium, id quod racionabiliter gestum est, fiat dubium et oblivionis nebula obscuretur. Ad perpetuam itaque rei memoriam nos Iassek heres de Wala (sic) thezaurarius Kalisiensis notum esse volumus universis et singulis fidelibus fidedignis tenore presencium quibus expedit tam presentibus quam futuris in verbo veritatis publice protestantes: quod cum consensu nostre care et honeste cothoralis nomine Falka initoque salubri consilio cum eadem, ambo pretendentes salutem omnium animarum nostrorum predecessorum simul et successorum nec non animarum propriarum fertilitatem et felicitatem Dei gracia, non compulsi, non coacti nec aliqua fraude aut spe dolositatis seducti, sed de unanimi consensu et consilio spontaneaque voluntate omnium fratrum et consanguineorum nostrorum, ob sincerissime devocionis affectum quem ex pietate favorabili et pia mentis intencione ad venerabiles et religiosos viros, dominum Henricum abbatem et suum conventum monasterii de Leckna Ordinis Cysterciensis Gneznensis dyocesis gerimus, et gerere volumus dante Domino quamdiu vita et salus nobis militabunt, villam seu hereditatem nostram Swynarzew vulgariter nuncupatam, in districtu Naklensi sitam, cum omni iure et iurisdictione et dominio, quemadmodum nos ipsi gracia Dei iam multis temporibus a nostris predecessoribus, parentibus et amicis tenuimus tandem habuimus et possedimus, cum omnibus fructibus, reditibus, utilita-

tibus et quibuslibet proventibus, videlicet agris, agriculturis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, borris et earum mellificiis, rubetis, aquis, fluviis, lacubus, piscinis, stangnis, rivulis, molendinis, et obvencionibus universis ad iam dictam hereditatem pertinentibus, quibuscunque nominibus appelentur, qui nunc sunt aut esse poterunt quomodolibet in futurum mediante meliori provisione, quemadmodum ipsa predicta hereditas in suis metis, gadibus, graniciis et limitibus tam in longitudine quam eciam in latitudine ab aliis circumferencialiter est distincta et limitata, nullum ius in eadem pro nobis et nostris successoribus penitus reservantes, ipsis memoratis religiosis dominis Henrico abbati suoque conventui in Leckna et ipsi sancte ecclesie beati Petri principis apostolorum, ut iugiter memoriam nostri nostrorumque omnium patrum, matrum, fratrum, sororum et consanguineorum presencium, preteritorum et futurorum habeant in eadem, sana mente, hylari corde et voluntario delibato (sic) nostro dedimus, donavimus, contulimus, ascripsimus, assignavimus, et coram domino Sandzivogio Cracoviensis et Naklensis terrarum capitaneo et multis aliis fidedignis solempniter resignavimus, perpetuis temporibus libere et pacifice tenendam, habendam et quiete possidendam, nec non vendendam, donandam, comutandam et obligandam et pro utilitate ipsius monasterii convertendam, secundum quod sepedicto domino abbati et ipsius conventui melius et utilius conpetere videbitur ac eciam expedire. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Wala (sic) sub Incarnacionis Domini anno millesimo trecentesimo octogesimo, in vigilia Assumpcionis beatissime virginis Marie, presentibus hys testibus: Petro herede de Swuntkowo thezaurario Poznaniensi, Ozepo de Usczikowo, Ianussio de Kaczkowo, Andrea de Bozeyewo, Iohanne advocato de Rogowo, heredibus, ac aliis multis fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Wala (sic), *Wulka Orchowska.* Leckna, *Łekno.* Swynarzew, *znikła osada w okolicy m. Mrocza.* Naklensis, *de Nakło.* Swuntkowo, *Świątkowo.* Uścikowo, Kaczkowo, *dziś tak samo.* Bozeyewo, *Bożejewice.* Rogowo, *Rogowo.*

Nr. 1778.

Brudir Winrich von Kniprode Homeistir Dutsches Ordins 1380 Aug. 19, Swecze; bezeugt, dass Sędziwoj Hauptmann von Krakow dem Orden das Gut Grunau und den Wald Babick verpfändet habe.

Pergam. orygin., *u którego na pasku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia na trójkątnéj tarczy, okolonéj sześciu łukami, Krzyż Łaciński, w którego przecięciu na tarczy trójkątnéj Orzeł. Napis:* Sec. Fris. Winrici de Kniprode Magri. Gnal.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 210.

Wir Brudir Winrich von Kniprode Homeistir Dutsches Ordins, bekennen unde bezeugen das Hern Schanzewoyen Houptmanne des irluchstin Fürsten unde Heren Koniges zcu Ungern unde zcu Polen dem selbin vorgenantin Houptmanne zcu Crakow unde sinen Erbin, das her uns unde unserm Ordin sin Dorf und Gut, Grunow genant, mit deme Walde Babiczk vorsaczt hat recht unde redelich, von sinen guten Willen, vor vier hundirt Schoog gutir Groschen. Wenne her adir sine Erbin das vorgenant Gut van uns adir unserm Ordin wedir geloesit und gevriet umme also vil Geldis als

do bobin geschreben steit, so sal is wedir sin adir sinor Erbin also vor sin. Dez zcu eyner Sichirkeit, habe wir unsir Ingesegil an dissin Brif lassen hangin, der gegebin ist off unserm Huse Swecze in der Iarzcal unsirs Herrn Tusunt drihundirt in deme achzcegistim Iare, am nestin Sontacge vor Bartholomei des Zcwelfboten.

Grunow, *z niem. Grunau.* Wald Babiczk, *z niem. Babusch W.* Swecze, *Świecie.*

Nr. 1779.

Quidam milites alienigeni s. a. d. et l.; spondent, se pecuniam pro redemptione de captivitate Bartkonis de Wezenborg a Winrico magistro generali Ordinis Theutonicorum mutuatam, eidem restituturos.

Königsberg. Königl. Staats Arch. Formular Buch A. 29. — Voigt. Cod. dipl. Prussic. III, Nr. 147.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos P. *tales et tales*, qui in universo facimus numerum XLXVIII, publice confitemur et recognoscimus in hiis scriptis: quod inclitus princeps et dominus, dominus frater Winricus *etc.*, de consensu suorum conpreceptorum sui Ordinis nomine, misertus, tamquam pater et protector omnium peregrinorum illas partes Prussie visitancium, captivitate (sic) in qua detenti maximeque angustiati fuimus cuiusdam domini militis Bartkonis de Wesinburg, siti in iurisdiccione temporali illustrissimi regis Ungarie, ob singularem reverenciam serenissimi principis Karoli regis Francorum ceterorumque dominorum illustrium, sub quorum dominio particulariter residemus, ac omnium nostrorum favorem supradictorum, ad peticionem sibi per nos oblatam, benigne nobis, ut nos a prefata captivitate redimere possemus, accomodavit sine omni spe pecuniarum lucri liberaliterque mutuavit XXVII milia florenorum boni auri et valentis ponderis; talique condicione, ut VII milia dictorum florenorum in festo Omnium Sanctorum proxime venturo in Flandria et Brugge civitate, ceteraque viginti milia in festo Nativitatis Domini proxime post venturo, suoque procuratori .. vel qui pro tempore illo ibi fuerit, vel si forte aliquo casu fortuito ipsum abesse contingeret, consulibus civitatis predicte sine omni protractione (absque) omni dolo fraudeque solvere solempniter promisimus omnes integre et bonitate et pondere ut prefertur, et unusquisque nostrum principaliter et insolidum, sine aliqua excepcione iuris vel facti, obligantes bona fide promittimus in hiis scriptis. Pro securitate vero omnium premissorum, promittimus nos decem .. *etc.* bona fide stare et permanere in partibus Prussie et nunquam sine predicti domini .. suorumque conpreceptorum licencia exire, donec tota summa florenorum prefactorum sit quitata predicto domino et Ordini integraliter et soluta. Et quod absit, si predicta pecunia in predicto loco, numero, valore et pondere ut prefertur, in prefatis loco et termino persoluta non fuerit, promittimus manualiter et insolidum milites et militares prescripti bona fide, omni dolo et fraude postpositis, dummodo mors vel gravis infirmitas aliquem de nostra non [illegible] impediat, predictas partes Prussie ad requisicionem predicti domini et Ordinis de predicta summa pecunie integraliter et sine protractione omni [illegible] qui securitatis premissa in Prussie partibus remaneant, remanere non exire, et ibi manere, donec omnia et premissa integre [illegible] penitus et soluta. In quorum omnium

testimonium et cautelam, nos milites et militares suprascripti presens scriptum sigillorum nostrorum duximus munimine roborandum. Datum ... (*sic*).

Dokument powyższy zdaje się odnosić do zajścia, o które potrąca Jan z Czarnkowa w swéj kronice pod r. 1381, i dla tego w tém miejscu został położonym.

Nr. 1780.

Sandzivogius capitaneus Cracoviens. et Naklens. terrarum 1380 Aug. 26, in villa Wola; protestatur, Iohannem dictum Istebka et Mscigneum, de Pentków heredes, hereditatem ipsorum Swinarzewo monasterio de Łekno donavisse.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć starosty Sędziwoja przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Pałuków, rysowane wszakże w sposób Topora; (Topór stojący, ostrzem zwrócony w prawo). Napis: S. Dni. Sandzivogi Capita... nsis heredis... *Cnfr. pieczęcie* XVIII *i* XLVII.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 119.

In Christi nomine amen. Nos Sandzivogius capitaneus Cracoviensis et Naklensis terrarum, notum facimus presentibus et futuris quibus expedit universis, quod ad nostram plurimorumque terre militum venientes presenciam Iohannes dictus Istebka, Mssczigneus, de Pantkow heredes, cum omnibus et singulis patruis et fratribus ad ipsorum clipeum spectantibus qui ius ad hereditatem Swinarzewo ultra Nakel videntur habere, unanimi voce, consilio et consensu omnium fratrum suorum, non compulsi, non coacti nec aliquo vicio nec errore circumventi, sed de ipsorum mera spontaneaque voluntate, ob remedium et salutem animarum suarum memoratam hereditatem Swynarzewo, ultra Nakel ut premittitur situatam, cum omni iure et dominio, quemadmodum ipsi soli multis temporibus ab eorum predecessoribus tenuerunt eandem, habuerunt et possiderunt (sic), cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, utilitatibus, videlicet agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, borris et earum mellificys, gays, rubetis, aquis, lacubus, piscinis, stangnis, paludinibus, fluvys, aquarum decursibus, molendinis, ac obvencionibus universis ad dictam hereditatem spectantibus aut spectare debentibus quomodolibet in futurum meliori provisione mediante, quemadmodum ipsa hereditas in suis metis, granicys et limitibus tam in longitudine quam in latitudine ab alys circumferencialiter est distincta et limitata, nullum ius in dicta hereditate pro se reservantes, religiosis viris, dominis .. abbati et conventui in Lekno Ordinis Cisterciensis et ipsi ecclesie, et quod memoria ipsorum in dicta ecclesia haberetur, dederunt, donaverunt, contulerunt, ascripserunt, assignaverunt et coram nobis perpetuis temporibus resignaverunt tenendam, habendam, possidendam, vendendam, donandam, commutandam ac pro utilitate ipsius monasterii convertendam, quemadmodum prefatis abbati et conventui melius et utilius competere videbitur ac eciam expedire. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in villa Wola die dominica proxima post diem sancti Bartholomei apostoli, sub anno a Nativitate Domini millesimo ccc^{mo}lxxx^{mo}, presentibus hys testibus: dominis Andrea castellano Camynensi, Nicolao de Rchow vexillifero Gne-

znensi, Vincencio Straszevicz de Lasscownicza, Nemerza de Dzewerzewo, et alys multis vocatis ad premissa.

Naklensis, *de Nakło.* Istebka, *de Izdebno.* Pantkow, *Pentków.* Swinarzewo, *osada znikła w okolicy m. Mrocza.* Lekno, *Łekno.* Wola, *Wulka Orchowska.* Camynensis, *de Kamień.* Rchow, *Orchowo.* Lasscownicza, *Laskownica.* Dzewerzewo, *Dziewierzewo.*

Nr. 1781.

Nicolaus episcopus Poznaniens. 1380 Oct. 12, in Wyszkythky; Zemovito duce Mazoviae et Martino eiusdem vicecancellario et ecclesiae in Mszczonów rectore petentibus, decimas de villis ad parochiam ecclesiae praedictae pertinentibus et de aliis pluribus eidem addicit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 41.

Nicolaus Dei miseracione episcopus Poznaniensis, notificamus tenore presencium tam presentibus quam futuris quibuscunque nosse fuerit opportunum universis, quod dum cum serenissimo principe et domino, domino Semovito duce Mazovie et Cyrnensi etc. terminos placitacionis celebravimus super nonnullis ecclesie nostre defectibus tractaturi: ubi inter cetera per eundem fuimus petiti specialiter et rogati pro honorabili viro et discreto domino, domino Martino Srzank vicecancellario curie ipsius domini ducis nec non rectore ecclesie parrochialis in Msczonowo, qui nobis et ecclesie nostre modo et in antea demeruit sufficienter et constanter, quatinus decimas ad ipsius ecclesiam in Msczonowo dudum pertinentes et ab antiquo, confirmare dignaremur: tandem nos habita super hoc nostrorum provisoris, officialium et ministralium sufficientibus informacionibus, et quia dicte decime, videlicet in Msczonowo nec non villis infrascriptis: Markovo, Drogon Minori, Koszlowycze, Radzyowycze, Popyelye, Potrukossy, Vssuchowo, Pyekarz alias Strzesze Pyekary, Symnycze, Powansky, Koszymy, villis Badowa, Szyelyga, Sdzyechyno, Gamky, Carnycze, Gurba, Adamowycze, Dworzno, Gnoyna, Gsdowo, Popyelye, Szavady, villis Belny, Czanyewo et Pothycz cum libertatibus earundem ad ipsas quomodolibet spectantibus dinoscuntur ab antiquo pertinere et pertinent ad dictam ecclesiam, uti sumus edocti; nos itaque contemplacione dictorum domini nostri ducis et Martini vicecancellarii supplicacionibus acclinati graciosius memoratis, decimas in opido et villis prenotatis ac libertates earum, nec non eciam villas nomine parochie ipsius ecclesie, videlicet Marcowo, Dragon Minori, Radzyeywycze, Popyelye, Pyekary, Szymnicze, Gnoyna, Gsdow, Corabyevycze, Suchowo, Markowo et earum libertates, et Grzegorzewycze, omnes ville Badowo, Adamowycze, Powansky, Coszmin, Carmycze, Sdzyeszino, Gurba et Szelyga, ac alias villas et libertates ipsarum, locatas et locandas, ad dictam ecclesiam Msczonoviensem appropriamus, confirmamus pertinere temporibus eviternis et ratificamus pretactas villas, decimas et villas in parochia et nomine parochie per ipsum dominum Martinum et ipsius successores, rectores ecclesie prefate, tenendas, habendas, regendas et pacifice temporibus eviternis possidendas harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum presencium testimonio literarum. Actum et datum in Wyszkythky die XII mensis Octobris, anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo, per manus Iacobi de Mandre.

Cyrnensis, *de Czersk.* Msczonowo, *Mszczonów.* Markovo, Drogon Minus, *nie odgadnione.* Koszlowycze, *Kozłowice.* Radzyowycze, *Radziejewice.* Popyelye, *Popiele.* Potrukossy, *Petrykozy.* Vssuchowo, *Osuchów.* Pyekarz alias Strzesze Pyekary, *Piekary Strzyce.* Symnycze, *Zimnice.* Powansky, *Powązki.* Koszymy, *Kosiny.* Badowa, *Badów.* Szyelyga, *Szeligi.* Sdzyechyno, *Zdzieszyn.* Gamky, *Gąba.* Carnycze, *Karnice.* Gurba, *Gurba.* Adamowycze, *Adamowice.* Dworzno, *Dźwierzno.* Gnoyna, *Gnojna.* Gsdowo, *Gzdów.* Szavady, *Zawady.* Belny, *nie odgadnione.* Czanyewo, *Coniew.* Pothycz, *Potycz.* Corabyevycze, *Korabiewice.* Suchowo, *pewnie zam. Osuchów.* Grzegorzewycze, *Grzegorzewice.* Omnes ville Badowo, *Badowe kłody, B. górne, B. msciska, B. danki.* Coszmin, *pewnie zam. Kosiny.* Carmycze, *pewnie zam. Karnice.* Wyszkythky, *Wyskitki.* Mandre, *Mądre.*

Nr. 1782.

Nicolaus episcopus Poznaniens. 1380 Dec. 1, in monasterio in Obra;

ecclesiam parochialem in villa Siedlec fundat.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1546—1547.

Nicolaus Dei et Sedis apostolice gracia episcopus Poznaniensis, universis Christi fidelibus notum fieri volumus in his scriptis, quod ad nostram presenciam conquesti venerunt venerabiles et religiosi, scilicet dominus et frater Theodoricus abbas monasterii in Obra totusque conventus Ordinis Cisterciensis, cum scultetis et rusticis villarum, videlicet Sedlecz, Kelpina, Neborza, Sodino, Carna, queruloseque conquerebantur et proposuerunt: quod cum quibuslibet temporibus, racione disturbii regni Polonie, parte ex una, principum circasedentium, parte ex altera, fuissent devastate, nunc reedificate et possesse, rector ecclesie parrochialis in Nalek se de cura animarum in prenotatis villis sine aliqua auctoritate et iurisdiccione intromisisset, inferens ipsis iniurias plurimas per negligencias in Sacramentis ecclesiasticis in detrimentum animarum. Nos igitur, de consilio nostrorum Damiani cancellarii et officialis, Stanislai Piwosz (sic) canonicorum ecclesie nostre, considerata longinqua nimium distancia vie et impedimentum per inundaciones aquarum, quia prescriptus rector ipsis preesse et regere minime valuit, inclinamus nos ad gemitus miserorum: cum nichil salubrius sit, nisi in Deum credere et colere, gremium sancte Matris augere et confortare: propter prescripta denuo fundavimus et consecravimus, statuimus et confirmamus ecclesiam parrochialem in villa Sedlecz in honorem sancti Michaelis archangeli Omniumque Angelorum dedicacionem templi ipso die celebrantes, coniugare, subiugare et adherere eidem volentes Kelpina, Neborza, Zodino, Carna villas cum sepultura et regimine Sacramentorum, ius patronatus abbate et conventu habituris et habendis, ita, ut nobis vel nostris successoribus monachus et frater predicti Ordinis per abbatem et conventum predicti monasterii presentetur, regimen et curam in spiritualibus et temporalibus suscipiendus. Specialem eciam nostram graciam prefate ecclesie volentes adhibere: omnibus Christi fidelibus confessis et contritis, eandem visitantibus et eleemosynas pro fabrica ecclesie porrigentibus, quadraginta dies indulgencie misericorditer impartimur. In cuius rei testimonium, presentes litteras nostro appenso sigillo fecimus roborari. Datum ibidem in monasterio in Obra anno Incarnacionis dominice millesimo tricentesimo octogesimo, sequenti die sancti Andree apo-

stoli, presentibus prefatis dominis Damiano et Stanislao Piwosz canonicis, domino Andrea abbate de Paradyso et fratre Stephano priore in Wyelyme Ordinis predicti, strenuo milite Ozep herede in Grodziscz, et aliis plurimis fidedignis.

Obra, *Obra.* Sedlecz, *Siedlec.* Kelpina, *Kiełpin.* Neborza, *Nieborze.* Sodino, *Zodyń.* Carna, *Karna.* Nalek, *Niałek.* Piwosz, *pewnie mylnie zam.* Prus; *cnfr. Nra. 1752 i 1834.* Paradysus, *klasztor Paradyż.* Wyelyme, *Wieleń.* Grodziscz, *Grodzisk.*

Nr. 1783.

Nicolaus episcopus Poznaniens. 1380 Dec. 1, in Obra monasterio; dotationem ecclesiae parochialis in villa Prochy confirmat, quam Samborius et fratres ipsius decimis et aliis proventibus locupletant.

Poznań. Königl. Staats Arch. Relation. Costens. a. 1775, fol. 34.

In nomine Domini amen. Quoniam negocia humana, minime in scripturis roborata, solent de facili venire in oblivionem, proinde nos Nicolaus Dei miseracione episcopus Poznaniensis, notum facimus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris litera cum presenti, quia ad nostram accedens presenciam nobilis vir Samborius, suo et suorum fratrum nomine, videlicet Iohannis, Stanislai, Stamphote et Mathie, heres et heredum in Prochy, proposuerunt coram nobis: quod eadem ecclesia parochialis in Prochy, cuius ius patronatus ad ipsos pertinet, ita sit exilis in proventibus, adeo, quod rector ipsius de facultatibus quoad usum non valeat sustentari circa eandem ecclesiam: nos humiliter suplicantes, quatenus decimam in villa Proszkowo, cuius eciam ipse et fratres heredes sunt existentes, post eorum araturas predicte ecclesie in Prochy adiungere et designare dignaremur. Nos enim peticionibus suis inclinati, ut ipse rector ecclesie prefate se melius supportare valeat, predictam decimam in villa Proszkowo et Prochy post araturas Szamborii et fratrum suorum prenominatorum ac successorum suorum legittimorum, eidem ecclesie parochiali asscribimus et tenore presencium confirmamus.

Insuper nos prenominati Szamborius cum fratribus, et cum consensu ac iuvamine reverendissimi in Christo patris ac domini, domini Nicolai episcopi Poznaniensis, bonis ac deliberatis animis, maturo consilio nostrorum amicorum prehabito, ob remedium ac salutem animarum nostrarum et progenitorum nostrorum, et in honorem Dei omnipotentis ac ipsius genitricis Marie et beati Nicolai confessoris Domini, et Inventionem sancte Crucis consecrandam (sic) ad quam quidem ecclesiam damus et conferimus unum mansum; medium videlicet in Maiori Prochy et medium in Minori Prochy, liberum ab omni iure et dominio, prout soli tenuimus et habuimus, libere, pacifice et quiete teneri infrascripto plebano et suis successoribus, omnibus impedimentis devolutis eviterne possidere. Ceterum tabernam liberam damus ad ecclesiam predictam; et ista taberna sita est super area ab ecclesia quarta, ubi locata est rectori ibidem ad utilitatem. Eciam damus ad ecclesiam sepedictam hortum seu aream, ubi potest construere domum circa molendinum aquaticum liberam, ac pratum Rudki et duo plaustra de feno de magno prato quod iacet prope villam. Item in villis et hereditatibus nostris, videlicet Prochy et Tarnowa et in Minori Prochy, damus et conferimus decimam campestrem de allodiis nostris post araturas nostras

de omni grano, videlicet siliginis, tritici, avene, hordei, pisorum, (*vacuum*) vulgariter (*vacuum*) nec non rape. Eciam de molendinis nostris singulis annis mensuram siliginis unam tenetur dare molendinator noster, nec non kmethones in villis supradictis, quilibet de uno manso, tenetur dare duas mensuras predicto rectori ibidem utriusque frumenti, siliginis et avene. Hec omnia prescripta predicte ecclesie adiunximus, appropriavimus, incorporavimus, donavimus et assignavimus et presentibus adiungimus perpetuis temporibus. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Obra monasterio in crastino beati Andree apostoli, sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, presentibus honorabilibus viris, dominis Sobeslao abbate Lubinensis monasterii, Nicolao archidiacono Poznaniensi, Iohanne Sremensi, Iohanne de Konoiad ecclesiarum rectoribus, et aliis fidedignis.

Prochy, Proszkowo, Tarnowo, Obra, Lubin, Śrem, Konojad, *dziś tak samo.*

Nr. 1784.

Stephanus de Iassenecz capitaneus Mazovie general. 1381 Ian. 16, in Iamno; protestatur, Mathiam Falislai de Słubice Nicolao episcopo Poznaniensi advocatiam villae Jamno compositione quadam facta restituisse.

Pergam. orygin. Skrawek pergam. od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Archiv. Capituli. V, 3.

In Christi nomine amen. Nos Stephanus de Iassenecz capitaneus Mazovie generalis, notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod cum reverendus in Christo pater et dominus, dominus Nicolaus Dei miseracione episcopus Poznaniensis, gravem querelam coram serenissimo principe et domino, domino Semovitho Dei gracia duce tocius Mazovie deposuisset: quomodo Mathias Falislai de Slubicza suam advocaciam in Iamno per violenciam occupasset et occupatam indebite detineret, Mathias vero predictus asseruit, se eandem advocaciam pro certa pecunia iusto tytulo comparasse: prefatus vero dominus dux, volens predictum dominum episcopum pacificum conservare et partes ipsas reducere ad viam karitatis, precepit Mathie predicto, ut pecunia sua quam erogaverat recepta a domino episcopo, sibi suam advocaciam resignaret. De quo eciam prefatus dominus episcopus contentus, sepedicto Mathie per manus nostras septuaginta tres marcas Torunenses in parata pecunia numeravit et realiter assignavit; ipse vero Mathias dictam advocaciam prefato domino episcopo cum omnibus iuribus et pertinentiis suis dimisit et resignavit integraliter et ex toto, tam coram bannito iudicio ibidem in Iamno quam eciam coram nobis. Et in huius rei testimonium et evidenciam pleniorem, presentes litteras scribi fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum in Iamno die XVI mensis Ianuarii, anno Domini MCCCLXXX primo, presentibus honorabilibus et nobilibus viris, dominis Dobrogostio decretorum doctore decano Cracoviensi et cantore Gneznensi, Swentoslao Plocensi, Vincentio Poznaniensi, Sassinone vicevenatore Plocensi, ac aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Iassenecz, *Jasieniec.* Slubicza, *Słubice.* Iamno, *Jamno.*

Nr. 1785.

Semovitus dux tocius Mazovie 1381 Ian. 21, in Ploczko; advocatiam villae Jamno, a Mathia Falislai de Słubice ecclesiae Poznaniensi vigore sui decreti restitutam, ecclesiae eidem incorporat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 10.

Nos Semovitus Dei gracia dux tocius Mazovie, notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod venerabilis in Christo pater, dominus Nicolaus eadem miseracione episcopus Poznaniensis, gravem querelam deposuit coram nobis: quod Mathias Falislai de Slubicza suam advocaciam in Iampno per violenciam occupasset et occupatam indebite detineret; Mathias vero predictus asseruit, se eandem advocaciam pro suis pecuniis iusto tytulo comparasse. Nos volentes ipsum dominum episcopum pacificum conservare et partes ipsas ad viam reducere caritatis, precepimus Mathie predicto, ut, pecunia sua quam erogaverat recepta a domino episcopo, sibi suam advocaciam resignaret. De quo et prefatus dominus episcopus contentus, sepe dicto Mathie per manus magnifici viri domini Stephani de Iassenecz, capitanei nostri generalis, septuaginta tres marcas Torunenses in parata pecunia numeravit et realiter assignavit; ipse vero Mathias dictam advocaciam prefato domino episcopo cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dimisit et resignavit integraliter et ex toto, tam coram bannito iudicio ibidem in Iamno quam coram nostro capitaneo memorato. Nos igitur audito, quod prefatus Mathias super eadem advocacia non haberet alias litteras, firmiter ipsam domino Nicolào episcopo memorato et sue ecclesie Poznaniensi incorporamus et appropriamus per presentes; decernentes omnes litteras, si quas idem Mathias vel aliquis alius forsitan haberet super ipsa advocatia, esse cassas, nullas, irritas et inanes, nec habere in iudiciis aliquam efficaciam vel extra, harum quibus sigillum nostrum est appensum presentium testimonio litterarum. Actum et datum in Ploczko in die beate Agnetis virginis gloriose, sub anno Domini MCCC octuagesimo primo, presentibus magnificis et nobilibus viris, dominis Andrea marschalko, Stephano capitaneo generali, Dobcone Cirnensi, Sassino Sochaczeviensi, Nicolao Gezanensi (sic) subdapiferis, Iohanne vicethezaurario, Iohanne de Coczicze, Petrassio de Milscowo heredibus, familiaribus et servitoribus nostris, et aliis quam plurimis fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, per manus Nicolai notarii curie nostre.

Slubicza, *Słubice.* Iampno, *Jamno.* Iassenecz, *Jasieniec.* Cirnensis, *de Czersk.* Gezanensis, *zapewnie mylnie, zam.* Gostinensis, *t. j. de Gostyń.* Coczicze, *Kacice.* Milscowo, *Myślaków.*

Nr. 1786.

Iohannes s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1381 Mart. 1, in Lovicz; ratam habet venditionem advocatiae oppidi Łowicz, quam Nicolaus Benonis Nicolao Hynczae Gerassii resignaverat.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 18 v.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus quibus expedit universis, quod in nostra presencia constitutus providus vir Nicolaus Benonis, advocatus noster Lovicensis, sanus mente et corpore, sufficientis etatis, deliberato animo, non per errorem vel per metum, sed ex certa sciencia et libere advocaciam suam in Lovicz predictam cum iuribus, censibus ad eam pertinentibus nunc et ab antiquo, scilicet cum sexto macello, sexto denario census minoris, tercio denario iuramentorum et cuiuslibet iudicati, et cum domo libera in eadem civitate Lovicz situata, cum agris et prato quod Naquasi dicitur vulgariter, prout continetur in suis metis et limitibus, nec non cum omnibus et singulis utilitatibus ad eam pertinentibus et oneribus (se vendidisse, promisisseque) (sic) (*vacuum*) sexagenis grossorum Pragensium et una domo, situata in platea sancti Iohannis inter domos advocacie predicte et Ubisonis, Nicolao Hyncze Gerassii civi Lovicensi presenti suisque liberis et legittimis successoribus se vendidisse, promisisseque, dictum Nicolaum advocacie emptorem erga quemlibet oppositorem et petitorem se debere exbrigare, et evincere dictam advocaciam suis dampnis et sumptibus ac expensis recognoscens, et cum effectu, oblato pileo suo quod habuit, coram nobis et in manibus nostris resignans. Cui eciam viceversa dictus Nicolaus Hyncze Gerassii domum predictam, iuxta dictum contractum habitum, coram nobis similiter resignavit, nobisque cum instancia supplicavit cum Nicolao Hyncze supradicto, quatenus supra expressum contractum approbare confirmareque graciose dignaremur iuxta privilegii felicis memorie domini Iaroslai, olim archiepiscopi Gneznensis, per nos visi, tenorem et modum huiusmodi contractus. Nos itaque vendicionis et empcionis contractum et resignacionis huiusmodi ratum et gratum habentes, ipsum et ipsas presentis scripti patrocinio ex certa nostra sciencia confirmamus, decernentes: quod dictus Nicolaus Hyncze Gerassii suique liberi et legittimi successores, eandem advocaciam Lovicensem cum iuribus, censibus, utilitatibus et oneribus superius in dicto privilegio nostri antecessoris lacius expressis, habere debeant et pacifice possidere, et alienare uni persone, prout et unus advocatus sit et esse debeat; decimam, videlicet per tres scotos de quolibet manso dictorum agrorum, rectori ecclesie in Lovicz, ubi audiunt divina et percipiunt Sacramenta ecclesiastica, annis singulis et perpetuis temporibus consueto tempore solvendo iuxta dicti privilegii ordinacionem et decretum. In quorum fidem et testimonium omnium premissorum, nostrum sigillum maius presentibus est appensum. Actum et datum in Lovicz feria tercia Carnisprivii, anno Domini m.ccc.lxxx. primo, presentibus honorabilibus, discretis, nobilibus et providis viris, dominis Bronislao Curzeloviensi, Andrea Vyelunensi prepositis, Bartoldo de Camyen, Petro Grolok Gneznensis, Alberto de Byelyavi, Martino de Makow, Lanciciensis ecclesie canonicis, ac Nicolao de Sowyna, Petro de Qwyeczyschow, Petro de Syedlymow plebanis, et Iaroslao de Mroczkovicz, Olbracht de Sroczkow, Preczslao de Pkanowo, Domarat de Ostrow, Petro Lezek de Bydlnowa, Henrico Cotek de Rogozno, Andrea de Sypnew,

Iancone Coth de Prandnow et Nicolao Szestrzenyecz de Woynow heredibus, nostris familiaribus, Hancone Cristani proconsule, Stephano Rusyn consule, Henselyno textore, oppidanis Lovicensibus, testibus ad premissa. Scriptum per manus Volmiri de Kyki, nostre curie notarii.

Curzeloviensis, *de Kurzelów*. Vyelunensis, *de Wieluń*. Camyen, *Kamień*. Byelyavi, *Bielawy*. Maków, Sowina, Kwieciszewo, Siedlimowo, *dziś tak samo*. Mroczkovicz, *Mroczkowice*. Sroczkow, *Sroczków*. Pkanowo, *Ptkanów*. Ostrow, *nie odgadnione*. Bydlnowa, *Bydłowa*. Rogoźno, Sypniewo, *dziś tak samo*. Prandnow, *Prądno*. Woynow, *Wojnowo*.

Nr. 1787.

Iohannes archiepiscopus Gneznens. 1381 Mai. 4, in Uneow; Capitulo ecclesie de Wrocław petente, quendam articulum Statuti provincialis, a Fulcone et Iacobo antecessoribus suis quondam editi transsumi facit.

Pergam. orygin. Na sznurze jedwabn. zielon. przywieszona podługowata pieczęć arcybiskupa Jana przedstawia w górnéj, większéj połowie postać Biskupa siedzącego pod bogatem cymborium, którego prawica błogosławi a lewa wsparta na pastorale. Pod nim okrągły łuk, a w nim postać biskupa klęczącego i zwróconego w prawo z rękami złożonemi, z pastorałem opartym o ramię. Obok niego po każdym boku tarcz z wyobrażeniem godła rodu Grzymałczyków (jak na pieczęci XLVI). Napis: S. Iohannis Archiepi. Gneznensis. *Przy końcu, obok oświadczenia* notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Wrocław. Archiv. Capituli. XX, 3.

In nomine Domini amen. Noverint universi, quod coram nobis Iohanne archiepiscopo Gneznensi constitutus honorabilis vir dominus Andreas de Lasziscz, prepositus Rudensis, procurator et nomine procuratorio venerabilium virorum, dominorum administratorum et.. Capituli ecclesie Wratislaviensis a venerabili et devotissimo viro domino Iohanne Albi Phalonis canonico Wratislaviensi, principali in hac parte procuratore ad infrascripta sufficienter constituto substitutus, prout ex instrumentis publicis, per discretos viros Leonardum condam Petri de Frankenstein super procuracione dicti domini Iohannis principalis procuratoris, ac per Volimirum condam Pauli de Kyky super substitucione huiusmodi, clericos et notarios publicos Wratislaviensis et Gneznensis dyocesis, confectis vidimus contineri, humiliter supplicavit, quatenus statutum provinciale a nostris antecessoribus editum, quod incipit: De hiis autem: quod in libro statutorum huiusmodi nostre curie, post statutum de captivitate et vulneracione clericorum provincie Gneznensis, scilicet: Crescente cottidie malicia perversorum etc.: sequitur, et quod, ut dicitur, in civitate et dyocesi Wratislaviensi inter statuta auttentica provincialia non habetur, sub nostro sigillo et manu publica et cum interposicione nostre auctoritatis et decreti decernere dignaremur. Nos igitur peticionem ipsius procuratorum (sic) in hac parte racioni consonam reputantes, dictum statutum ex dicto libro statutorum nostre curie coram nobis exhibito, sub nostro sigillo et sub manu publica discreti viri Volimiri condam Pauli de Kyky clerici Gneznensis dyocesis, notarii publici, scribi, transsumi, publicari et dari fecimus cum effectu et fidelitate. Cuius quidem statuti tenor dinoscitur fore talis.

De hiis autem, qui pontifices, prelatos aliosve canonicos ceterosque clericos capiunt, vulnerant vel occidunt, venerabilium patrum Fulconis et Iacobi archiepiscoporum Gneznensium remedium accedit sub huius (sic) verbis:

Quod si .. episcopum capi contigerit, vulnerari vel occidi, generale interdictum in tota provincia observetur; in alio prelato vel canonico kathedralis ecclesie si predicta fuerint perpetrata, in tota dyocesi generaliter cessabitur a divinis. Si autem circa plebanum vel aliam personam ecclesiasticam religiosam vel secularem similia fuerint attemptata, in toto archipresbiteratu, si vero ipsum archipresbiterum predictas iniurias pati contigerit, in toto archidiaconatu cessabitur a divinis. Si res ipsorum capi contigerit et ad locum aliquem deduci, locus in quo rapiuntur et in quo detinentur debeat subiacere ipso facto ecclesiastico interdicto.

Et quia transsumptum statuti prescripti, cum originali in dicto libro statutorum, quod pro originali statutorum provincialium per nos et in nostra curia habitum est conmuniter et habetur, cum dicto Volimiro notario publico auscultatum diligencius per omnia invenimus concordare, nullo penitus addito vel diminuto quod sensum dicti originalis statuti viciaret vel mutaret, huic instrumento publico et transsumpto nostram auctoritatem ordinariam duximus apponendam ex certa sciencia, decernentes in hiis scriptis, quod huiusmodi transsumpto inantea plena fides adhibeatur in iudiciis et extra, tanquam statuto originali predicto, et perinde habeatur, servetur et teneatur, ac si statutis provincialibus in ecclesia Wratislaviensi existentibus ab inicio fuisset insertum, et quod plenum vigorem habeat, prout in sacris canonibus de statutis huiusmodi diffinitum est et permissum. In quorum fidem et testimonium omnium premissorum, nostrum sigillum maius presentibus est appensum. Acta sunt hec in Uneow Gneznensis dyocesis quarta die mensis Maii, hora nona vel quasi, Indiccione quarta, anno Domini MCCC octuagesimo primo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Nicolao cancellario Gneznensi, Vincencio Uneoviensi, Andrea Rudensi prepositis, Bertoldo de Camen Gneznensi, Martino Lanciciensi canonicis et Nicolao de Sovina plebano, testibus ad premissa.

Et ego Volimirus condam Pauli de Kyky clericus Gneznensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, predicti statuti seu eius transsumpti peticioni, interposicioni auctoritatis et decreti aliisque et singulis predictis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi, tenoremque dicti statuti ex libro statutorum predicto de verbo ad verbum fideliter, nil addens vel minuens, presentibus inserui, transsumpsi et cum eodem domino .. archiepiscopo auscultavi et concordare inveni, predictaque de mandato dicti domini .. archiepiscopi in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis sigillique maioris ipsius domini .. archiepiscopi appensione consignavi in fidem omnium premissorum.

Lasziscz, *Łaziska.* Rudensis, *de Ruda.* Uneow, *Uniejów.* Camen, *Kamień.* Sovina, *Sowina.*

Nr. 1788.

Semovitus dux Mazovie etc. 1381 Iun. 2, Ploczko; ratam habet donationem duorum mansorum liberorum, ab Andrea succamerario Plocensi in favorem Iohannis Ruteni ipsius servitoris factam.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. A, Nr. 37.

In nomine Domini amen. Nos Semovitus, Dei gracia dux Mazovie et dominus Visnensis etc., significamus tenore presencium universis, quomodo in nostra et dominorum nostrorum presencia constitutus personaliter strenuus Andreas heres in Korabiewicze et succamerarius noster Plocensis, recognovit palam et per expressum, quomodo Iohanni alias Iassek Ruteno, dicto de Msczonowo, familiari suo et servitori, qui sibi et filiis suis fidelia servicia impendebat et impendit, de consensu nostro et de voluntate suorum filiorum duos mansos agrorum mensure Culmensis, inter agros et mansos oppidanorum de Msczonowo iacentes et consistentes, liberos ab omnibus solucionibus nostris ac ipsius Andree et filiorum suorum nec non oppidi predicti Msczonovo, ac exemptos ab omnibus contribucionibus, dacionibus, laboribus, angariis preangariis et a braxacione cerevisie et omnibus solucionibus domesticis, eciam cum area libera in ipsa Msczonovo situata et piscina in summitate piscine plebanalis in Msczonovo site et recte liberis (sic), cum omnibus usibus qui in dictis duobus mansis predicte mensure Culmensis ac area et piscina sunt aut quomodolibet per humanam industriam poterint adaugeri, cum agris, pratis, campis, pascuis, gagiis, rubetis, silvis, fructibus, redditibus, censibus, iuribus, utilitatibus et obvencionibus sive emolumentis, universis clausulis, punctis et condicionibus omnibus iuris Polonici et Theutonici Culmensis, exortis, oriendis et ponendis proculmotis, absolutos eciam, cum pascuis communibus intra limites ipsius oppidi prout in longum et latum se extendunt, cum omni iure, dominio et proprietate, nichil pro se et suis successoribus ac nobis reservantes, et hoc specialiter de consensu nostro, dedit, donavit, inscripsit et appropriavit prefato Iohanni Rutheno dicto et successoribus suis perpetue et in evum. Quam quidem donacionem prius predicto Iohanni per prefatum dominum Andream succamerarium factam et per nos approbatam et de novo ratificatam confirmamus, asscribimus, ratificamus et appropriamus, prout longe, late et ample in suis dimensionibus secundum ius Culmensis mensure dicti duo mansi inter alios agros vicinitatis agrorum predictorum oppidanorum de Msczonovo cum area et piscina se protendunt et distentant, nichil in eisdem duobus mansis predicte mensure Culmensis minuendo. De quibus quidem duobus mansis ac area, tam ipse Iohannes quam successores sui ipsi domino Andree succamerario nostro Plocensi predicto ac filiis suis, et neque nobis et nec successoribus nostris ad aliqua servicia facienda tenebuntur et neque obligabuntur; sed licite eosdem duos mansos cum usibus ipsorum, uti expressum est, omnimodam potestatem habebunt tenendi, habendi, regendi, gubernandi, utifruendi ac pacifice et quiete temporibus perpetuis possidendi et in evum, nec non eosdem mansos, aream, cum ipsorum omnibus attinenciis dandi, donandi, vendendi, commutandi, obligandi et alienandi in parte vel in toto, et ad usus ipsorum beneplacitos convertendi; nec non in eisdem mansis homines utriusque sexus locandi, ubi domestica mansione residentes, omnibus artificiis, foralibus empcionibus, vendicionibus, propinacionibus et quibusvis aliis usibus excogitatis, libere et absque quovis im-

pedimento prefati domini Andree filiorumque suorum et nostrorum procuratorum sive officialium oppidi predicti poterint uti et gaudere. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Ploczko dominica festi Pentecostes, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo, presentibus circa premissa Stephano capitaneo et succamerario Gostinensi, Czamborio subpincerna Plocensi, Iohanne de Coczycze et Paulo dicto Szyszka et aliis quam pluribus fidedignis. Datum per manus Martini vicecancellarii nostri et canonici ecclesie cathedralis Plocensis, qui presencia a nobis habuit in commissis.

Visnensis, *de Wizna.* Korabiewicze, *Korabiejewice.* Msczonowo, *Mszczonów.* Culmensis, *de Chełmno.* Gostinensis, *de Gostyń.* Coczycze, *Kacice.*

Nr. 1789.

Fr. Iacobus prepositus et conventus Tremesens. 1381 Iun. 24, in Tremesna; scultetiam hereditatis Miaty in ius Sredense locandae Petro dicto Mlinki vendunt.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte; śladu przywieszenia pieczęci nie masz. Trzemeszno. Privil. Convent. Canon. Regul. Lateran.

In nomine Domini amen. Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec litterarum serie nec proborum virorum testimonio fuerint perhennata. Proinde est, quod nos frater Iacobus, divina paciencia prepositus monasterii Tremesensis, una cum toto conventu domus eiusdem bona nostri monasterii in melius proficere cupientes, hereditatem nostram Menhatowo vulgariter nuncupatam, in ius Theutonicum quod Sredense dicitur contulimus locandam. In qua videlicet hereditate discreto viro Petro dicto Mlinki scolteciam vendidimus pro quatuor marchis grossorum, sibi et suis liberis, temporibus perpetuis possidendam, habendam, tenendam, commutandam, vendendam cum nostra voluntate, et in suos usus proprios pro sue libito voluntatis convertendam. In qua videlicet scoltecia dedimus sibi et suis posteris duos mansos liberos et tercium denarium de omnibus iudiciis, tam in Theutonico quam in Polonico per ipsum in dicta hereditate iudicatis, tercium denarium de thabernis et de ortis similiter. Poterit eciam ibidem gregem ovium et iumenta conservare cum opilionibus suis sine dampno nostro et cmetonum. Damus eciam sibi pratum in quo poterit habere quatuor currus de feno. Licitum eidem erit scolteto lepores capere cum retibus ad hoc deputatis. Idem vero scoltetus et sui sequasses (sic) legittimi servicium nobis exhibebit, prout alii scolteti nostrarum hereditatum nobis exhibent et exhibere tenentur. Pro decima vero de predictis suis mansis per tres scotos grossorum de quolibet annuatim nobis dabit. Pro prandio magni iudicii semel in anno sex scotos grossorum nobis dabit, et pro missalibus duas mensuras, unam siliginis et unam avene. Viginti mansos solubiles pro nobis locabit, duobus ipsius non obstantibus. Omnibus vero cmetonibus, qui in dicta hereditate Menhnatow collocabuntur, damus a censu nostro sexdecim annorum libertatem; qua elapsa, quilibet de suo manso per sex scotos grossorum quolibet anno in festo beati Martini in perpetuum nobis solvere tenebitur. Decimam manipulatim nobis dabunt et ducent in curribus suis ad orreum nostrum. Pro decima linni (sic) per unum grossum. Ter in anno in nostris agris

arabunt, et semel falcabunt in pratis nostris et colligent. In festo Pasche per medium capete ovorum, et in Assumpcione beate Marie per duos pullos unusquisque nobis solvere tenebitur. Pro prandio magni iudicii bis in anno omnes pariter sex scotos grossorum nobis dabunt. Insuper omnia et singula iura, que nunc sunt et in posterum esse poterunt, pro nobis et pro nostro monasterio reservamus. Ut autem hec donacio et ordinacionis vendicio inconvulsa permanere videatur, nostro et nostri capituli sigillis (sic) hoc presens scriptum fecimus appensione roborari in robur omnium premissorum. Datum et actum in Tremesna in die beati Iohannis Babtiste, videlicet XXIIII die mensis Iunii, sub anno Incarnacionis Domini millesimo ccc.lxxxi, presentibus hys testibus: Iacussio de Choczicze, Iacussio de Russinowo et Michaele de Przesczeki heredibus, Paulo de Beslina, Paulo de Luben, et Petro de Golesnicza scoltetis, et aliis quam pluribus fide dignis.

Menhatowo, *w Taryfie łanowéj z r. 1619 Minaty, dziś Miaty.* Choczicze, *Chocicza.* Russinowo, *Rusinowo.* Przesczeki, *Przysieka.* Beslina, *Bieślin.* Luben, *Lubin.* Golesnicza, *Golaźnia.*

Nr. 1790.

Lodovicus rex Ungarie Polonie etc. 1381 Iul. 6, Poznanie; ratum habet privilegium, quod monasterio Paradyż dederat: **Premisl dux Polonie 1276 s. d., in Poznania.**

Rogalin. Biblioteka. Paradis. Lib. privil. A, Nr. 95.

In nomine Domini amen. Piarum quidem mencium est, ut in hac peregrinanti via ex speciali munificencia maiestatis regie cultus divinus pariter et bona ipsorum religiosorum augeantur, ut ex eo felicitatis divine actus meritorius, vite eterne (premia), exterminata vita presenti consequatur. Proinde nos Lodovicus Dei gracia rex Ungarie, Polonie, Dalmacie, Crovacie etc. notum esse volumus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod oblata nobis pro parte honorabilis ac religiosi viri Andree abbatis nec non tocius conventus fratrum monasterii de Paradiso, alias Gosczichovo nuncupato, peticio continebat, quatenus ipsorum litteram clare memorie illustris principis Premislai, eadem gracia ducis Polonie, sanam et integram omnique suspicione prorsus ac vicio carentem eiusque sigillo maiori sigillatam appenso, confirmare ratificando de innata nobis clemencia dignaremur; cuius quidem littere tenor per omnia sequitur in hec verba: *(Sequitur diploma Nr. 459).*

Nos igitur prefati Andree abbatis nec non conventus fratrum monasterii predicti peticionibus graciosius inclinati, supradictam litteram in omnibus suis punctis, articulis, sentenciis et clausulis ratam, gratam atque firmam per omnia habentes ratificamus, gratificamus, approbamus ac tenore presencium confirmamus, volentes et decernentes dictam litteram in prefatis suis articulis, clausulis, punctis et sentenciis vigorem obtinere perpetue firmitatis harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum Poznanie in octava beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo, presentibus: reverendo in Christo patre domino Nicolao episcopo Poznaniensi, Dobeslao castellano, Sandzivogio capitaneo Cracoviensibus, Domaratho capitaneo Maioris Polonie, Nicolao

Strossberg preposito Gneznensi, Nicolao subiudice Poznaniensi ac Symeone de Ruskow vicecancellario regni Polonie, et aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis viri Iohannis Radlicy cancellarii supremi regni nostri Polonie predicti.

Paradisus, *klasztor Paradyż. Król Ludwik nie był przy wystawieniu powyższego i trzech następujących dokumentów obecnym; występowali tylko w jego imieniu Dobiesław kasztelan krakowski, Sędziwoj starosta krakowski i wojewoda kaliski i Jan Radlica. Cnfr. kronika Jana z Czarnkowa pod r. 1381.*

Nr. 1791.

Lodovicus rex Ungarie Polonie etc. 1381 Iul. 6, Poznanie; rata habet privilegia, quae monasterio Paradyż dederant: **Bolezlaus dux Polonie 1245 s. d., in Poznan,** et **Premisl dux Polonie 1257 s. d., in Moder,** et insuper concedit, ut in allodiis dicti monasterii incolae locari possint.

Rogalin. Biblioteka. Paradis, Lib. privil. A, Nr. 96.

In nomine Domini amen. Benedictus Deus in Sanctis suis et in maiestate, zelatores ac promotores sui cultus sic exaltat et sublimat, ut post hanc caducam vitam ad Sancta Sanctorum feliciter valeant introire. Proinde nos Lodovicus Dei gracia rex Ungarie, Polonie, Dalmacie, Crovacie etc., ad universos et singulos presencium et futurorum noticiam presentibus volumus devenire, quod oblata nobis pro parte honorabilis ac religiosi viri Andree abbatis nec non tocius conventus fratrum de Paradiso monasterio, alias nuncupato Goscichovo, Ordinis Cisterciensis peticio continebat, quatenus eis litteras illustrium principum, recolende memorie Boleslai et Premislai eadem gracia ducum Polonie, sanas et integras omnique suspicione prorsus ac vicio carentes, eorum sigillis maioribus appensis sigillatas, confirmacione ratificando de innata nobis clemencia dignaremur; quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba: (*Sequuntur diplomata Nr. 248 et Nr. 350*).

Nos igitur prefati Andree omniumque fratrum monasterii prescripti, ob remedium salutis nostre, predecessorum et successorum nostrorum remedium, peticionibus iustis graciosius annuentes, supradictas litteras in omnibus earum punctis, articulis, sentenciis et clausulis ratas, gratas atque firmas per omnia habentes ratificamus, gratificamus, approbamus et virtute presencium confirmamus, volentes et decernentes dictas litteras in prefatis earum articulis, clausulis, punctis ac sentenciis robur obtinere perpetue firmitatis. Insuper, cupientes prescripti monasterii fratres ampliori gracia prosequi et favore ac utilitatibus eorum uberius succurrere, ut eo magis divinus cultus in Dei ecclesia augeatur, in ipsorum allodiis seu prediis mandato presencium damus et concedimus exposita nostra benignitate villas locandi, plantandi plenam et omnimodam potestatem, cunctos incolas etiam in eisdem locatos omni libertate perpetuis temporibus gaudere, in omnibus iuribus ac excepcionibus, ut in predecessorum nostrorum litteris insertis continentur, conservando harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum Poznanie in octava beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo

primo, presentibus reverendo in Christo patre domino Nicolao episcopo Poznaniensi, Dobeslao castellano, Sandzivogio capitaneo Cracoviensibus, Domaratho capitaneo Maioris Polonie, Nicolao Strosberk preposito Gneznensi, Nicolao subiudice Poznaniensi, Symeone de Ruskow vicecancellario regni Polonie, et aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Iohannis Radlicy cancellarii supremi dicti nostri regni Polonie.

Paradisus, *klasztor Paradyż.*

Nr. 1792.

Ludovicus rex Ungarie Polonie etc. 1381 Iul. 8, in Poznan; ratam habet donationem villae Psarskie ab Iosepho herede de Grodzisk in favorem Zemczae de Langmeil factam, privilegium quoque confirmat, quod Borkoni super villa eadem dederat: **Premisl secundus dux Polonie 1279 Iul. 6, in Poznania.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Costens. a. 1546, fol. 552. (Z oryginału).

In nomine Domini amen. Ut humanarum actionum condicio pro futuris temporibus illesa permaneat, racio prudencium perspicaci ingenio decrevit eam certis litterarum apicibus perhennare. Nos igitur Ludovicus Dei gracia rex Ungarie, Polonie, Dalmacie, Crovacie etc. notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis, quod veniens ad nostre maiestatis ac nostrorum baronum presenciam nobilis vir dominus Ioseph heres de Grodzyscze, sanus mente et corpore ac matura et certa deliberacione prehabita, consideratis et inspectis continuis ac fidelibus serviciis que Zemka de Langmyl sibi a pleris retroactis temporibus exhibuit et in posterum se prestancius reddidit exhibendus, eidem Zemcze ac suis legittimis successoribus dedit, contulit ac titulo donacionis iure hereditario assignavit villam Psary sic in vulgari dictam, sitam prope Srzem, per ipsum et suos legittimos successores tenendam, habendam, possidendam, commutandam, alienandam ac in usus suos et suorum beneplacitos convertendam, cum omnibus et singulis fructibus, utilitatibus, proventibus, redditibus et obvencionibus universis, videlicet agris, pratis, pascuis, silvis, rubis, nemoribus, piscinis, lacubus, paludibus aquarumque decursibus singularum, et cum omnibus ceteris appendiis et pertinenciis que ad predictam villam ab antiquo pertinere dinoscuntur, veluti in suis metis et graniciis et gadibus est distincta seu eciam limitata, et prout in privilegio serenissimi principis domini Premisl secundi, eadem gracia ducis Polonie, super dicta villa dato et concesso plenius continetur. Cuius quidem privilegii tenor per omnia sequitur in hec verba: *(Sequitur diploma Nr. 486).*

Nos itaque predictam donacionem et resignacionem per omnia ratam, gratam habentes atque firmam, ratificamus, gratificamus, approbamus ac ex nostra certa sciencia confirmamus harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Poznan ipso die sancti Kiliani et sociorum eius martirum, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo, presentibus his dominis: reverendo in Christo patre domino Nicolao episcopo Poznaniensi, Dobeslao castellano,

Sandivogio palatino Kalisiensi et capitaneo Cracoviensi, Domaratho capitaneo Maioris Polonie, Sandivogio dicto Svidva castellano Naklensi, Nicolao Falonis iudice Kalisiensi, et aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis viri Iohannis Radlicy cancellarii supremi regni nostri Polonie predicti.

Grodzyscze, *Grodzisk.* Langmyl, *Langmeil.* Psary, *Psarskie.* Srzem, *Śrem.* Svidva, *heres de Swidwin, dziś Swidlin.*

Nr. 1793.

Lodovicus rex Ungarie Polonie etc. 1381 Iul. 14, in Kalis; decernit, ut Mussco Iudaeus Poznaniens. hereditatem Srocko Wielkie ipsi a Przybislao herede de Ptaszkowo in debito 80 marcarum obligatam, de qua se tamen Domarathus ut capitaneus Poloniae intromiserat, tamdiu tenere debeat, donec ipsi dictum debitum fuerit persolutum.

Pergam. orygin. Na skrawku pergam. przywieszona pieczęć mała okrągła okazuje na trzech tarczach trzy godła zatarte. Z napisu: ...ovici ...onie et...

Poznań. Königl. Staats Arch. Person. Nr. 7a.

Lodovicus Dei gracia rex Ungarie, Polonie, Dalmacie, Crovacie etc. notum facimus quibus expedit universis, ex visa littera Przeczslai quondam capitaney Maioris Polonie et palatini Kalisiensis, piė memorie nostri fidelis, per Dobeslaum castellanum, Sandzivogium capitaneum Cracoviensem, Iohannem Radlicye supremum cancellarium ipsius regni Polonie et Domarathum capitaneum dicte terre Maioris Polonie, quos pro expediendis nostris negociis predicti regni nostri Polonie specialiter deputavimus, invenimus in eadem contineri, quod Przibislaus heres de Ptasszcovo cum uxore sua Mussconi Iudeo nostro Poznaniensi villam eiusdem sue uxoris, dictam Srodsko Magnum, in octuaginta marcis grossorum Pragensium tenendam obligavit; de qua quidem villa idem Domarathus capitaneus, nostro nomine, pro ipsius Przibislai dicte uxoris excessibus sive reatiabus, que heres eiusdem hereditatis existit, se intromisit. Et quia dictum Mussconem ob ipsius fidelitatis obsequia quibus nobis complacuit volumus indempnem reddere, decernimus, ut ipse dictam villam Magnum Srodsko in memoratis LXXX marcis grossorum tamdiu teneat et nulli alteri obliget, quousque sibi dicte pecunie simul et semel per nos aut nostrum capitaneum, qui est aut fuerit pro tempore, nostro nomine fuerint persolute. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Kalis in crastino beate Margarethe virginis, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo.

Ptasszcovo, *Ptaszkowo.* Srodsko Magnum, *Srocko Wielkie.*

Nr. 1794.

Fr. Iacobus prepositus Tremesnens. 1381 Sept. 16, in Tremeszna; privilegium, quod dederat monasterio de Trzemeszno: **Mesco dux Polonie 1145 Apr. 28, in Gnezden,** in formam publicam redigi iubet.

Pergam. orygin. bez pieczęci. Przy końcu, obok oświadczenia notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Trzemeszno. Privil. Conv. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Hoc est exemplum seu transsumptum cuiusdam privilegii bone memorie serenissimi principis Mesconis, Dei gracia quondam ducis Polonie, quod fuit per venerabilem ac religiosum virum dominum ac fratrem Iacobum prepositum monasterii Tremesnensis Gnesnensis dyocesis michi notario publico infra scripto tamquam persone autentice et fideli presentatum, et requisitum, ut dictum privilegium in formam publicam redigere deberem; cuius requisicioni acquievi, et inmediate dictum privilegium de manu prefati domini prepositi recipiens et in eo contenta diligenter auscultans, ipsum in hanc publicam formâm redegi. Cuius tenor sequitur in hec verba: *(Sequitur diploma Nr. 11).*

Cui quidem privilegio sigillum de cera alba oblonge figure in sericeis filis virideis erat appensum. In cuius medio imago hominis tenens in sinistra manu gladium in dextra vero lanceam ad modum vexilli, in capite vero quasi coronam habens ad modum cymborie decoratam; littere vero circumferenciales propter nimiam vetustatem et corrupcionem non bene apparebant, sed iuxta possibilitatem hee videbantur apparere + S. MESZCONIS DUCIS POLONIE. Quod quidem privilegium, sic ut premittitur exemplatum et per me transsumptum, una cum testibus infra scriptis diligenter auscultavi ipsumque privilegium dignum reperi, et ideo meum consuetum et solitum signum infrascriptum anotavi ad specialem requisicionem prefati domini prepositi. Acta sunt hec anno Domini m.ccc.lxxx.i, Indiccione quarta, pontificatus domini nostri Pape Urbani anno quarto, decima sexta die mensis Septembris, in Tremeszna in domo habitacionis sepedicti domini Iacobi prepositi Tremesnensis, hora quasi VI_a, presentibus honorabilibus viris: Martino Wroczlai canonici prebendati ecclesie Gnesnensis cathedralis, Iaroslao clerico de Grochowiska, Staskone Stanislai de Laskovo, Iacussio Wenceslai de Choczicza, laicis Gnesdnensis ac Poznaniensis dyocesis, testibus ad premissa.

Et ego Petrus olim Stanislay de Chocicza clericus Gnesnensis diocesis, auctoritate imperiali notarius publicus, dictum privilegium coram predictis testibus fideliter prout premittitur auscultavi, breviavi, ipsumque meo nomine, aliis certis occupatus negociis, per alium fideliter scribi feci, signoque meo et nomine solito signavi in fidem et testimonium omnium premissorum.

Grochowiska, Laskowo, Chocicza, *dziś tak samo.*

Napis na pieczęci księcia Mieszka nie dobrze odczytał notarius publicus *dokument ten sporządzający. Brzmiał on, według innéj kopji* D. V. M. M. A. C. S", *a pieczęć sama była prawdopodobnie* pieczęć II *naszego zbioru. Cnfr. Dodatki.*

Nr. 1795.

Lodovicus rex Ungarie Polonie etc. 1381 Nov. 30, Cracovie; homines ecclesiarum dioecesis Poznaniensis ab omnibus exactionibus, servitiis ceterisque praestationibus liberat, et loco eorundem solutionem annualem de quolibet manso possesso, et caritativi subsidii in certis casibus imponit.

Pergam. orygin. Na grubym sznurze nici jedwabnych zielonych przywieszona wielka pieczęć zatarta; daje się tylko rozpoznać wyobrażenie Króla siedzącego w majestacie z berłem i jabłkiem. Obok prawicy, na małéj tarczy godło Węgier.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Cum rerum temporalium ac earum spaciosum dominium ad futuram gloriam promerendam nil serviat, nisi quantum ad pias causas seu karitatis opera convertuntur: hoc nostrorum predecessorum principum providencia diligenter advertens, pro eadem consequenda gloria, divini cultus intuitu kathedrales et collegiatas tam secularium quam regularium ecclesiasticarum personarum et plures alias ecclesias in nostro regno Polonie villis, possessionibus, proventibus ac bonis aliis copiose dotarunt, diversis libertatibus, prorogativis et privilegiis decorarunt: nos igitur Lodovicus, Dei gracia rex Ungarie, Polonie, Dalmacie, Chrovacie, Ravie, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et Honoris montis sancti Angeli dominus, tam salubribus eorum vestigiis inherentes, volentes ob remedium salutis nostre et liberorum nostrorum et ampliacionem cultus divini graciose agere cum ecclesiis et ecclesiasticis personis, ecclesias ecclesiasticasve personas tam kathedralis Poznaniensis quam collegiatarum quam aliarum ecclesiarum, ac ipsarum homines, kmethones seu iobagiones omnes et singulos per dyocesim Poznaniensem constitutos, ab omnibus exactionibus, serviciis, laboribus, collectis, a sep, angariis et preangariis quibuscunque nominibus nuncupentur, si quas vel que per consuetudinem seu quocunque alio iure nostri predecessores et nos habuerunt et habuimus in eisdem, absolumus (sic), liberamus et eximimus nos penitus harum serie litterarum. Sed dumtaxat, in signum dominii regie magestatis, volumus habere pro nobis et successoribus nostris a quolibet kmethone seu iobagione ipsarum ecclesiarum civitatis et dyocesis Poznaniensis censum seu collectam de manso seu laneo quolibet possesso; videlicet, quod quilibet kmetho seu iobagio solum duos grossos currentis monete in dicto regno Polonie in festo sancti Martini confessoris singulis annis pro camera nostra regia et successorum nostrorum tenebuntur (sic) dare et assignare, taliter et simili modo, prout iobagiones seu kmethones nobilium dant et assignant: in hoc enim ipsos privilegio regnicolarum a nobis concesso penitus in omnibus volumus conformare, ex eo et pro eo, ne quitquam per notarios vel ministeriales ab ipsis exigatur: hoc tamen adiecto, quod cum nos personaliter aut successores nostros una cum regnicolis dicti regni Polonie ad aliquam generalem expedicionem extra limites regni ire contigerit, extunc ab ecclesiis dicte dyocesis Poznaniensis pro nobis et nostris successoribus caritativum subsidium licite postulabimus, dummodo talis generalis expedicio suum sortiretur effectum. Si vero ad talem aliquam generalem expedicionem edictam fuerit postulatum et receptum caritativum subsidium per nos aut successores nostros, et aliquo casu seu impedimento eadem expedicio non sortiretur suum effectum seu alio quovis modo inpediretur, extunc pro futura

et sequenti simili expedicione nichil penitus dare debebunt, nisi prius dicta pecunia pro expedicione tali generali fuerit exposita et deservita per dictos nobiles in expedicione. Similiter autem caritativum subsidium postulabimus, si et quando filium seu filiam nostram maritare, aut nupcias pro liberis nostris vel successores nostri pro ipsorum faciemus seu facient, vel ipsos seu alterum eorum coronari ad coronam dicti regni acciderit et continget. Homines vero seu iobagiones monasteriorum et claustrorum religiosorum ac sanctimonialium eiusdem dyocesis Poznaniensis, subsidium caritativum per omnia ut supra tenebuntur dare et assignare. Singulis annis similiter in festo sancti Martini confessoris quatuor grossos monete in regno Polonie communiter decurrentis de quolibet laneo seu manso pro nobis et successoribus nostris tenebuntur amministrare. Item unam mensuram siliginis, alteram vero avene in dicto festo sancti Martini dicti iobagiones seu kmethones monasteriorum et claustrorum dare et assignare ut supra tenebuntur. Item iidem iobagiones seu kmethones monasteriorum et claustrorum, pro nostra curia regali, ipsis propinquiori dumtaxat, duos dies infra unius anni spacium singulis annis, unam scilicet ad hyemem et aliam super estatem debent laborare, videlicet arare, seminare, seu metere, vel seminata frumenta colligere et ad horrea deducere earundem curiarum nostrarum. Preter autem premissa, nil penitus ab ecclesiis ecclesiasticisve personis secularium et regularium ecclesiarum dyocesis Poznaniensis volumus quitquam exigere vel extorquere. In quorum omnium testimonium, presentes litteras fieri iussimus et sigilli nostri appensione communiri. Actum Cracovie in die beati Andree apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo. Datum per manus venerabilis viri Iohannis Radlicye cancellarii supremi regni nostri Polonie predicti.

Nr. 1796.

Fr. Everardus abbas in Lekna 1381 Dec. 22, in cenobio Leknensi; una cum conventu suo ecclesiam parochialem in oppido Wągrowiec dotat.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Regestrum prelatorum anni 1438—1458.

In nomine Domini amen. Universis Cristi fidelibus presentibus et futuris presentem litteram inspecturis, nos frater Everardus abbas in Lekna una cum suo toto conventu Cisterciensis Ordinis salutem perpetue duraturam. Quoniam que aguntur in tempore, nisi litterarum testimonio perennata fuerint, cursu temporis preterierint elabendo: nos igitur prenominatus frater Everardus cum toto conventu, cupientes diem messionis extreme piis misericordiarum operibus prevenire et felici commercio terrena pro celestibus commutare, damus, concedimus et presentibus donamus temporibus perpetuis possidendum discreto viro domino Petro protunc nostre ecclesie rectori et plebano in Wangrovecz, ac omnibus et singulis in posterum ipsius succedaneys et pastoribus eiusdem ecclesie, quibuscunque nominibus censeantur, ad nutrimentum prescripte ecclesie presidentibus, et ut ex hoc fecundior divini servicii famulatus ibidem augeatur, puta duos mansos liberos cum pratis secundum mensuram, quos inter omnes eligere debet, et duos choretos farine qualibet septimana de molendino Wangrovecensi. Ceterum decimam in Strassewo qui agros colunt tenentur dare prescripto domino Petro plebano ibidem in Wangrovecz et eius successoribus omnes et singuli; missalia vero de quolibet manso duos choretos siliginis et duos

avene. Pratum circa finem lacus dicti Durowo usque ad flumen, piscatorem qui debet et habet posse libere piscari in aquarum decursibus in Wangrovecz, in Durowo in piscinis et in Langovo, damus, concedimus presentibus et assignamus, presertim ex usu et ritu antiquo. Cives ibidem in Wangrovecz omnes qui inhabitabunt, debent dare pro columbacione prescripto plebano ad Nativitatem Christi, hospites per medium grossum, subsides vero per quadrantem. Item, idem cives qui agros non colunt, debent dare ad festum Pasche per grossum, prout moris fuit in annis transactis. Item, in omnibus Quatuor temporibus singulis annis cives ibidem tenentur dare clerico et servitori ecclesie, hospites per quartam (sic), et subsides duos per denarios. Ne ergo huius nostre perpetue donacionis posicio et bonorum assignacio, per aliquos successu temporis nostros fratres errosionem incidat, presentem paginam per nostrum publicum et nostri conventus sigillum appensum fecimus solidare. Datum et actum in cenobio Leknensi in crastino sancti Thome apostoli gloriosi, anno Domini millesimo CCC octuagesimo primo.

Lekna, *Łekno.* Wangrovecz, *Wągrowiec.* Strassewo, *Straszewo.* Lacus Durowo, *jez. pod wsią Durowo.* Flumen, *rz. Wełna.* Langovo, *Łęgowo.*

Nr. 1797.

Semovitus dux tocius terre Mazovie etc. 1381 Dec. 24, in Sochaczowo; ecclesiae parochiali in Mszczonów, pro quibusdam agris villae Zator sibi ab eadem ecclesia concessis, areas circa eandem ecclesiam et quaedam privilegia largitur.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 133.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam nos Semovitus, Dei gracia dux tocius terre Mazovie et dominus Czirnensis, notum facimus universis presentibus et futuris, quod quamvis antique granicies ville Gsdovo a vado antiquo, alias od brodu starego, currente in medio ville nostre ducalis Zathor vulgariter dicte, limitabant ipsam villam nostram Zathor a villa Gsdovo, tamen, quia dominus Martinus plebanus noster in Msczonow sincere dilectus, nobis complacere volens, agros dicte sue ville Gsdowo et ecclesie Msczonoviensis, inter dictum vadum antiquum et novas granicies circa stratam publicam consistentes et ante villam Zathor scopelatos, pro melioracione bonorum nostrorum ad ipsam villam Zathor pertinere dimisit et consensit: propter quod nos ipsum dominum Martinum et suam ecclesiam Msczonoviensem, collacionis et patronatus nostri, amplioribus favoribus prosequi volentes, ad laudem Dei omnipotentis eiusque genitricis virginis Marie, ob remissionem nostrorum peccaminum et remedium animarum predecessorum nostrorum, spacium terre nostre sive sortem circa ipsam ecclesiam Msczonoviensem circumquaque adiacentem, ab area sive a domo advocati nostri Msczonoviensis incipiendo, deorsum ad occidentem tendendo et circa piscinam sive lacum nostrum, qui eciam ipsius ecclesie prius aduc ante commutacionem extiterat, usque per viam stratam que tendit de Msczonow in Wiskithki, et viceversa eadem via redeundo in Msczonow et per vicum eundo versus ecclesiam predictam, tendendo circumferencialiter, ipsi ecclesie nostre ac domino Martino et ipsius successoribus plebanis in Msczonow, dictam cessionem bonorum ad dictam villam nostram Zathor nobis factam meliorando, ne huiusmodi

alienacione bonorum ecclesie detrimentum anime nostre paciamur, ad antiquam aream sive fundum ipsius ecclesie dudum per predecessores nostros datam adiungentes, ipsi ecclesie pro domibus et edificiis sive edificacionibus, ipsi domino Martino plebano vicariisque sive presbiteris et hominibus ecclesie predicte quibuscunque per ipsum plebanum aut successores suos plebanos construendis, edificandis et locandis, pure et propter Deum dedimus, donavimus et incorporavimus, damusque, donamus et incorporamus graciose, perpetuis temporibus et in evum per ipsam ecclesiam et plebanos pro tempore existentes tenendum, habendum, regendum, utifruendum, gubernandum et possidendum pacifice et quiete. Eciam si aliquos homines in dicta dote sive fundo ecclesie predicte ipsum dominum Martinum vel successores suos plebanos in Msczonowo locare contigerit, tales absque omni impedimento nostro, oppidanorum et officialium nostrorum quorumcunque *(vacuum)*. Omnia fora, mercancias (sic), labores, mechanicas (sic) et propinaciones quascunque ad humanam industriam pertinentes, quocumque vocabulo aut nomine dici et excogitari poterint aut possint, in ipsa dote ecclesie valebunt et facultatem habebunt exercere, sine aliquali prohibicione nostra oppidanorumque nostrorum et officialium quorumcunque. De quibus omnibus prefati homines nulli alteri, quam ipsi domino Martino et plebanis pro tempore existentibus in Msczonowo iura, census et omnes proventus pagabunt et solvent. Et si ipsi homines in ipsa dote degentes, sive eciam ville Gsdowo, alicui ex nostris hominibus sive aliis quibuscunque fuerint culpabiles, eosdem predictus dominus Martinus plebanus et sui successores plebani Msczonovienses iure suo quo ipsis placuerit, Polonico aut Culmensi Theutonico, in bonis ecclesie predicte iudicabunt, per se aut ipsorum officiales, tociens, quociens opus fuerit et necesse, penamque ex ipsis provenientem in iudicio totalem pro se tollent et levabunt ullo impediente. Ac ipsi plebani Msczonovienses pro tempore existentes cum ipsorum subditis in bonis ecclesie degentibus, liberam excisionem roborum et lignorum, tam pro edificiis quam necessitatibus ipsorum, in silvis ac gays oppidi Msczonowo prout in longum et latum in suis dimensionibus extat, nec non pascua omnia omnium peccorum et pecudum quorumcunque cum hominibus oppidi nostri et villanis in Msczonowo habebunt, prout se ipsa bona protendunt et extendunt, absque omni impedimento, perpetue et in evum. Preterea, ipse dominus Martinus et plebani pro tempore Msczonovienses existentes, ad aggerem molendini sui in Zathor, quod sibi in ipsa villa nostra Zathor post novos limites reservavit, et per viam currentem in ipsam villam Zathor, pro molendinatore et edificiis ac pro orto circa huiusmodi limitacionem et cessionem reliquo, in utraque parte fluvii et in bonis nostris rubetum seccare, recipere, ducere et eciam pro aggere reparando tociens quociens opus fuerit recipere poterint; ipseque dominus Martinus et plebani pro tempore existentes, dicto suo molendino et aggere in Zathor eciam aquam, prout lacius et alcius ac longius voluerint, diffundere poterint iuxta ipsorum voluntatem et absque nostra contradictione. Omnia quoque grana cuiuslibet seminis emolumentorum in ipso molendino molencium (sic), tam a nostris quam suis subditis et omnibus hominibus venientibus, pro se et curia sua recipient plenarie et ex toto: hoc eciam addito, quia villa nostra Corabyevicze est annexa et contigua ad rippam ville Gsdowo ecclesie Msczonoviensis, et similiter Gsdowo ad rippam Corabyevicze ville nostre, ut ob hoc in ullo ipsis dicte ville debeant preiudicare in faciendis piscinis et aggeribus applicandis sive construendis; sed una et reliqua Corabyevicze ad rippam Gsdowo, et Gsdowo ad rippam Corabyevicze poterint aggeris applicare et piscinas facere debent et poterint imperte, ita tamen, ut una

villa aliam non excedet et uterque poterint de ambabus rippis et partibus, tam nostra quam ecclesie, terram pro aggeribus recipere, ducere, et rubetum secare et excidere pro huiusmodi aggeribus ipsorum edificandis, construendis et reparandis. Insuper, ne super huiusmodi commutacionem et alienacionem bonorum ecclesie cum prefato domino Martino factam, in nostra consciencia remorsum habeamus, de speciali nostra gracia ipsi domino Martino plebano nostro ac successoribus suis plebanis in Msczonowo pro tempore existentibus, ob remedium salutis nostre, in piscinis nostris in Msczonowo quolibet die ieiunii damus et concedimus liberam piscaturam et capcionem piscium quorumcunque pro mensa ipsorum plebanorum, rethibus vatha et clomya, tociens quociens opus fuerit et necesse, perpetue et in evum: super quo consciencias nostrorum successorum oneramus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Sochaczowo in vigilia Nativitatis Domini, anno eiusdem millesimo tricentesimo octuagesimo primo, presentibus hys testibus: Nemyerza castellano, Andrea marschalko succamerarioque Sochaczeviensi, Stephano capitaneo succamerarioque Gostinensi, Czamborio succamerario Plocensi, Iohanne de Cocicze, Paulo dicto Syszka, et aliis quam plurimis fidedignis: per manus venerabilis Martini cancellarii nostri et canonici utriusque cathedralis et collegiate ecclesiarum in Ploczko. Scriptum per manus honorabilis Anthony notarii curie nostre.

Czirnensis, *de Czersk.* Gsdovo, *Gzdów.* Zathor, *Zator.* Msczonow, *Mszczonów.* Wiskithki, *Wyskitki.* Corabyevicze, *Korabiewice.* Flumen, *strumyk, nad którym leżą wsie Korabiewice, Gzdów i Zator, prawy przypływ strumienia Rawki, prawego przypływu rz. Bzura.* Sochaczowo, *Sochaczew.* Gostinensis, *de Gostyń.* Cocicze, *Kacice.*

Nr. 1798.

Ladislaus dux Opoliensis etc. 1382 Mart. 26, Iuveni Wladislavie; protestatur, Besdzatkonem de Kołuda villam Szrubsk Iarando canonico Gneznensi certa conditione obligavisse.

Pergam. orygin., u którego na skrawku pergaminowym przywieszony ułamek okrągłéj pieczęci przedstawia okoloną sześciu łukami Głowę, zdaje się dziecęcą. W otoku pozostały z czterech, jak się zdaje tarczy, tylko dwie; z tych lewa przedstawia godło Ziemi Kujawskiéj, dolna zaś zatarta. Pomiędzy niemi napis... Ladislai Dei Gra. ducis Opolien...

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 211.

Nos Ladislaus Dei gracia dux Opoliensis, Welunensis, Cuyaviensis, Dobrinensis etc., notificamus quibus expedit universis presencium noticiam habituris, quod in nostra constitutus presencia fidelis noster Besdzatko de Coluda publice recognovit et expresse, dominum Iarandum canonicum Gneznensem in et super villa Srobsko habere trecentas sexagenas grossorum Pragensium; tali tamen supposita condicione, quod idem Besdzatko predictam villam Srobsko in prefatis trecentis sexagenis grossorum infra spacium unius anni integri et sex septimanarum contigue sequencium, a data presencium incipiendo, exsolvendi plenariam habeat facultatem. Quam etiam villam Srobsko si prefatus Bezdzatko in predictis trecentis sexagenis grossorum infra

spacium prenotatum non exsolverit, extunc supradictus dominus Iarandus sepedictam villam cum omnibus ipsius utilitatibus, fructibus, redditibus, censibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, gagiis, rubetis, paludibus, aquis et earum decursibus ceterisque pertinenciis et appendiis universis, quibuscunque vocabulis nominentur, plenariam habeat potestatem tenendi, habendi, utifruendi, vendendi, obligandi, commutandi, donandi et perpetue possidendi, ac in usus beneplacitos convertendi prout sibi melius et utilius videbitur expedire, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum Iuveni Wladislavie in crastino Annunciacionis Marie virginis gloriose, anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo secundo, presentibus hiis dominis: Petro Malocha capitaneo Cuyaviensi, Przedborio marschalco regni Polonie, Rogala castellano Gostinensi, Nicolao Purcz castellano Bidgostiensi, Wlodimiro pincerna, Iescone thezaurario Cuyaviensibus, et domino Nicolao cancellario curie nostre, et aliis pluribus nostris fidelibus fidedignis.

Opoliensis, *de Opole, z niem. Oppeln.* Coluda, *Kołuda.* Srobsko, *Szrubsk.* Iuvenis Wladislavia, *Inowrocław.* Gostinensis, *de Gostyń.*

Nr. 1799.

Nicolaus Strosberg prepositus Gneznens. etc. 1382 Apr. 14, in civitate Wratislaviensi; pro summa 5600 florenorum Ungaricalium, camerae apostolicae ratione collectoriae iurium eiusdem camerae debita, se omnia beneficia sua sub poena perpetui carceris expositurum obligat.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergaminowym przywieszona podługowata pieczęć przedstawia w górnéj części dwie osoby stojące obok siebie, każda pod osobném cymborium. Pod niemi osoba klęcząca, zwrócona w prawo, z złożonemi rękami; przed nią trójkątna tarcz zatarta. Napis starty. Na końcu textu, obok oświadczeń czterech notariorum publicorum, *Signa tychże narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 212.

In nomine Domini amen. Anno a Nativitate eiusdem millesimo trecentesimo LXXX secundo, Indiccione quinta, die XIIII mensis Aprilis, hora Terciarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providencia Pape sexti anno quarto, in civitate Wratislaviensi et in domo venerabilium ac.. religiosorum virorum dominorum abbatis et conventus monasterii Lubensis Ordinis Cisterciensis, in nostrorum notariorum et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus venerabilis vir dominus Nicolaus Strosberg prepositus Gneznensis, olim collector apostolicus in provincia Gneznensi et regno Polonie ac civitate et diocesi Wratislaviensi, et in plena libertate positus, fuit confessus clare, publice, sponte et voluntarie, absque aliquo metu, violencia vel timore vel impressione, et absque omni coaccione et extra vincula, non deceptus, sed deliberacione prehabita diligenti: se de certa sciencia teneri camere apostolice et domino nostro Pape predicto, de pecuniis per eum ex officio collectorie diversis vicibus et temporibus et a diversis personis de iuribus ipsius camere apostolice receptis, in florenis quinque milibus et sexcentis Ungaricalibus: de quibus promisit solvere nunc numeraliter et effectualiter infra tres dies reverendo in Christo

et domino domino Thome episcopo Lucerino, apostolice Sedis nuncio, florenos sexcentos Ungaricales boni auri et iusti ponderis. De reliquis qui restant et sunt in summa florenorum quinque milia, promisit et se obligavit clare, publice, sponte et voluntarie, et absque metu aliquo, violencia vel timore, et sine omni coaccione, compulsione seu decepcione, velle satisfacere dicte camere apostolice; sed quia plures pecunias non habebat de presenti nisi dictos sexcentos florenos, licet alias obligaverit se et omnia bona sua et beneficia et ad amissionem ipsorum beneficiorum coram eodem reverendo in Christo patre et domino Thoma episcopo Lucerino, Sedis nuncio, camere apostolice, prout in instrumentis exinde factis plenius et clarius continetur, tamen ad maiorem cautelam dicte camere apostolice nunc iterum obligavit se voluntarie, sponte et sine omni timore, violencia, impressione, metu, et sine quacunque coaccione ut prefertur, et omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura ubicunque existencia, in quibuscunque rebus de presenti et consistent in futuro, ac omnia et singula beneficia, videlicet prepposituram Gneznensem eius predictam, canonicatum et prebendam Poznaniensem, canonicatum et prebendam Cracoviensem, canonicatum et prebendam Plocensem, canonicatum et prebendam Wratislaviensem, fructus, redditus et proventus, obvenciones, presentaciones beneficiorum seu officiorum et collaciones, ac omnia et singula universa iura ipsorum beneficiorum, et villas et allodia, predia, domos, animalia et quecunque alia bona, quocunque nomine censeantur, dicte camere apostolice et reverendo in Christo patri et domino Thome episcopo Lucerino apostolice Sedis nuncio, presenti et nomine dicte camere apostolice auctoritate apostolica dictam promissionem et obligacionem recipienti, et iuravit ipse dominus Nicolaus Strosberg hec omnia et singula observare tactis sacrosanctis Ewangeliis in missali. Et quia pro dictis pecuniis quinque milium florenorum, quas pecunias ipse dominus Nicolaus Strosberg debet et dare tenetur dicte camere apostolice, et pro aliis, quas posset legitime reperire teneri ipse camere apostolice, nec non ex aliis causis animum suum moventibus ipse dominus episcopus Lucerinus dicta beneficia, prebendas et universa iura ipsorum superius expressata, et omnia alia bona sua auctoritate apostolica nomine dicte camere apostolice arrestavit, recepit et habuit, ac arrestari, recipi et haberi pro dicta camera apostolica mandavit et constituit, posuit et ordinavit in ipsis beneficiis et bonis aliis ad dictum dominum Nicolaum Strosberg spectantibus gubernatores, procuratores et singulorum iurium receptores et possessores auctoritate apostolica supradicta nomine ipsius camere apostolice: promisit ipse dominus Nicolaus Strosberg et solempniter ut supra se sponte et voluntarie et absque omni metu, violencia, timore vel impressione, et absque quacumque coaccione, compulsione seu decepcione obligavit et tactis sacrosanctis Ewangeliis ambabus manibus iuravit, ipsa beneficia et prebendas superius nominata non repetere nec aliquod ipsorum, nec se de illis aliquatenus intromittere neque se in eis vel eorum aliquo ingerere quovismodo, nec fructus, redditus et proventus et universa iura eorundem, nec per se nec per alium vel alios, nec directe vel indirecte, nec cum favore vel auxilio dominorum, principum vel magnatum, et de hoc eciam firmiter observando iuravit. Item promisit et se obligavit sponte et voluntarie ut supra et iuravit similiter ut supra: quod nec de facto neque per vim nec modo aliquo alio quocumque, nec violencia, nec industria vel via quacunque, vel auxilio et favore principum vel magnatum turbabit, molestabit, offendet, impetet, impediet vel inpugnabit modo vel colore quocunque, quesito per se vel alium seu alios, possessores, gubernatores vel detentores, procuratores supradictorum beneficiorum et bonorum

omnium et singulorum, per ipsum dominum Thomam episcopum Lucerinum supradictum nomine camere apostolice positos, statutos vel ordinatos hactenus vel in posterum ponendos, statuendos vel ordinandos; nec procurabit eosdem turbari, molestari, inpugnari vel impediri, quominus pacifice possideant, detineant et procurent et gubernent dicta beneficia, fructus, redditus et proventus, et omnia alia iura eorum recipiant nomine camere apostolice supradicte, quousque et donec de dicta summa quinque milium florenorum predictorum, per eum eidem camere apostolice debitorum, et de aliis pecuniis quibuscunque, ad quas reperietur ipse dominus Nicolaus Strosberg legitime teneri eidem camere apostolice, fuerit ipsi camere apostolice per eum, vel de fructibus, redditibus, iuribus et bonis aliis supradictis integre satisfactum absque licencia domini nostri Pape et Sedis apostolice. De quarum pecuniarum quinque milium florenorum, et omnium aliarum quas reperietur legitime teneri camere supradicte, satisfaccione et solucione integrali, vel licencia apostolica: quod possit de ipsis beneficiis vel aliquo eorundem intromittere: debet constare et apparere per litteras apostolicas; et de hoc observando prestitit similiter ad sancta Dei Ewangelia iuramentum. Item promisit similiter ut supra, sponte et voluntarie se obligavit ipse dominus Nicolaus Strosberg, quod: si absque dicta licencia domini nostri Pape, de qua debet per litteras apostolicas apparere, ipsa beneficia vel aliquod eorundem repeteret vel de illis se quocunque modo intromitteret vel in eis vel aliquo eorum se ingereret quovis modo, aut si fructus, redditus et proventus, collaciones, presentaciones et iura universa dictorum beneficiorum seu alicuius eorum peteret vel se de illis intromitteret, seu se ingereret in eisdem fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et bonis quibuscunque, aut impediverit, turbaverit vel molestaverit procuratores, collectores, gubernatores, detentores et possessores ipsorum beneficiorum et eorum reddituum, fructuum, proventuum et aliorum iurium aliquo quovis modo: quod ipso facto ipse dominus Nicolaus Strosberg amittat et perdat omne ius et omnia iura, quod et que habet in ipsis beneficiis et prebendis, fructibus, redditibus et iuribus supradictis, ac cadat totaliter ab ipsis beneficiis et iuribus superius expressatis; et de hiis omnibus et singulis observandis per eum, prestitit ad sancta Dei Ewangelia tactis Ewangeliis iuramentum. Item promisit sponte et voluntarie, absque metu vel impressione quacumque, et iuravit: quod absque licencia dicti domini nostri Pape et Sedis apostolice, non inpugnabit sentencias alias contra eum latas per eundem dominum episcopum Lucerinum, et maxime sentencias, per quas auctoritate apostolica ad manus et possessionem, usum et commodum camere apostolice apprehendit, habuit, arrestavit, confiscavit, cepit et detinuit, et nunc detinet omnia et singula supradicta beneficia, fructus, redditus et proventus et iura eorum universa, et omnia alia et similia bona mobilia et immobilia ipsius domini Nicolai Strosberg, pro satisfaciendo eidem camere apostolice de dicta summa quinque milium florenorum que est clara et per eum confessata et acceptata, et de aliis pecuniis quibuscunque, ad quas legitime ipse dominus Nicolaus Strosberg reperiretur teneri camere apostolice predicte. De qua quidem summa quinque milium florenorum remanenti post solucionem sexcentorum florenorum extenuanda, voluit dictus dominus episcopus Lucerinus et decrevit, quod omnes pecunie recepte aut que recipientur in futuro de ipsis beneficiis, bonis, allodiis, prediis, villis, bladis et animalibus et aliis bonis suis quibuscumque, computentur et recipiantur pro extinuacione (sic) ipsius summe quinque milium florenorum: et promisit ipse dominus episcopus Lucerinus sic intimare camere apostolice et mandare possessoribus dictorum beneficiorum et aliorum bonorum omnium

constitutis pro camera antedicta: nec dictis sentenciis vel alicui earum contradicet modo aliquo absque licencia et gracia domini nostri Pape; et de hoc inviolabiliter observando, similiter prestitit ad sancta Dei Ewangelia iuramentum. Item similiter sponte et voluntarie, absque metu aliquo vel impressione, compulsione vel dolo, decepcione et extra vincula: non inpugnare vel venire contra commissiones, per eundem dominum episcopum Lucerinum domino Iarando canonico Gneznensi, collectore (sic) iurium camere apostolice in provincia Gneznensi, et domino Nicolao Scronow canonico Cracoviensi, collectori iurium camere apostolice in civitate et diocesi Cracoviensi, super apprehensione, capcione, gubernacione et detencione dictorum beneficiorum et bonorum supradictorum, ut clarius in illis commissionibus continetur, factas et eisdem vel aliis in posterum faciendas; ymo fuit contentus, et voluit, quod dicte sentencie late et commissiones facte per ipsum dominum Thomam episcopum Lucerinum supradictum contra eundem dominum Nicolaum Strosberg, maneant, pendeant et stent sub gracia, venia, potestate, voluntate, pietate, mitigacione et correccione domini nostri Pape predicti et sancte Sedis apostolice, pro eo, quod ipse dominus Thomas episcopus et nuncius supradictus dicebat, quod: ex quo illas sentencias tulerat et commissiones predictas fecerat, intimabit et significabit eas eidem domino nostro Pape: sepius non erat ausus de illis et super illis absque mandato et voluntate domini nostri aliquid immutare, diminuere vel aliqualiter moderare; et de hoc inviolabiliter observando, ipse dominus Nicolaus Strosberg similiter prestitit ad sancta Dei Ewangelia iuramentum. Item similiter sponte et voluntarie se submisit super predictis promissionibus et obligacionibus iurisdicioni domini nostri Pape et sue camere apostolice, et obligavit se sub penis excommunicacionis et ammissionis omnium beneficiorum predictorum et honoris sui, ac sub pena inhabilitatis sue, quod: si contravenerit, esset ipso facto excommunicatus, privatus et inhabilitatus; et canonica monicione premissa, ipse dominus episcopus Lucerinus in hiis scriptis protulit exnunc prout extunc excommunicacionis et ammissionis et inhabilitatis sentencias contra eundem dominum Nicolaum Strosberg, si, quod absit, aliquo modo directe vel indirecte veniret contra promissiones et obligaciones supra nominatas per ipsum factas; quas penas et sentencias ipse dominus Nicolaus Strosberg voluntarie et sponte in se et supra se recepit et acceptavit, et iuravit similiter ut supra easdem penas et sentencias firmiter observare. Et renunciavit ipse dominus Nicolaus Strosberg expresse et de certa sua sciencia omnibus et singulis iuribus, privilegiis, beneficiis, auxiliis, favoribus, excepcionibus, apposicionibus, quibus contra predictas promissiones et obligaciones posset quoquomodo iuvari vel alias se tueri; et maxime renunciavit excepcioni de hiis, que vi fiunt; item excepcioni de hiis, que causa metus fiunt; item excepcioni de hiis, que in vinculis vel metu vinculorum fiunt; item beneficiis condicione sine causa et indebiti; item excepcioni doli mali; item iuribus dicentibus: generales obligaciones non valere; item renunciavit excepcioni non recte calculacionis vel non recti computi, et omnibus aliis et singulis defensionibus, beneficiis et auxiliis, excepcionibus legum vel canonum generalibus vel specialibus, quibus posset excipere contra supradictas promissiones et obligaciones, vel alias quovis modo contravenire, contradicere, seu eas in toto vel in parte debilitare, retardare, impedire, vel quominus suos sortirentur effectus, quomodolibet impugnare. Et pro omnibus et singulis superius in genere et in specie expressis et positis, ad ungwem et inviolabiliter per ipsum dominum Nicolaum Strosberg adimplendis et observandis, obligavit se libere, sponte et voluntarie ut supra ad penam perpetui carceris, et promisit

eciam sponte et voluntarie redire ad carcerem, si predicta vel aliquod predictorum non servaret. Et de hoc ac omnibus aliis et singulis supradictis per eum observandis, prestitit ambabus manibus sacrosanctis Ewangeliis in missali iuramentum; promittens nichilominus dictus dominus Nicolaus Strosberg nobis notariis publicis, solempniter stipulantibus vice et nomine et pro parte camere apostolice ac omnium quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futuro, se premissa omnia et singula (sic) eorum quodlibet in omnibus suis punctis, clausulis et articulis, prout superius sunt expressa, inconcusse ac inviolabiliter perpetuo servaturum et adimpleturum, nec contra ea vel eorum aliquod venire vel facere per se vel alium seu alios, verbo vel facto, publice vel occulte, quovis quesito ingenio vel colore, sub rerum suarum omnium ypotheca ac penis omnibus superius expressatis et suo eciam proprio iuramento. Et de dictis promissionibus et obligacionibus, ut supra dicitur sponte et voluntarie factis per dictum dominum Nicolaum Strosberg, peciit ipse dominus Thomas episcopus et nuncius supradictus nomine camere apostolice, sibi fieri per nos notarios publicos infrascriptos unum, duo vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta; et pro maiori cautela dicte camere apostolice, promisit idem dominus Nicolaus Strosberg hec instrumenta publica vel aliqua ex eis suo sigillo sigillare pendenti et in eis propria manu se subscribere. Acta sunt hec anno, Indiccione, die, mense, hora, pontificatu et loco predictis, presentibus venerabilibus et prudentibus viris, dominis Iohanne abbate monasterii beate Virginis in Arena extra muros civitatis Wratislaviensis, Petro de Cunczindorff, magistro Iohanne de Grotkow canonicis Wratislaviensibus, et Iohanne Horkwayn plebano in Conradisdorff, Iohanne Oczkonis commendatore domus Corporis Christi prope Wratislaviam Ordinis Cruciferorum sancti Iohannis Ierosolimitani, ac Rychardo de Gobin, Paulo Stengil, Iohanne Naldil, Nicolao Strelin civibus, et Erasmo de Wolavia notario civitatis Wratislaviensis, testibus ad premissa.

(Sequuntur protestationes Mathiae quondam Birkonis sculteti de Wesena, Jacobi quondam Tilemanni de Cindal, Mathiae quondam Nicolai de Goltberg et Petri quondam Petri de Boleslavia, clericorum Wratislaviensis diocesis, publicorum imperiali auctoritate notariorum).

Et ego Nicolaus Strosberg prepositus Gneznensis, omnia et singula supradicta, libere, sponte ac voluntarie, et cetera ut suprascribitur promisi de certa mea sciencia, et me ad illa observanda et complenda obligavi ut supra dicitur; et pro maiori cautela dicte camere apostolice, hoc instrumentum meo sigillo sigillavi ac in eo propria manu me subscripsi.

Nr. 1800.

Urbanus Pp. VI (1382) Iun. 9, Rome; Bodzantam praepositum ecclesiae s. Floriani Cracoviae, archiepiscopum Gneznensem constituit cleroque eiusdem dioecesis commendat.

Pergam. orygin., którego lewy bok, zdaje się że trzecia część pergaminu, oddarty. Na sznurku konopnym przywieszona bulla Urbanus Pp. VI.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 214.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis clero civitatis et diocesis Gneznensis salutem et apostolicam benedictionem. S..(...) instantia, ut solici-

ehrwirdigen und geistlichen Vater Herrn Andreas Apte des Klosters zum Paradysz und gegen der Samblunge desselben Klosters, von der Gueter wegen die da heissen Wischnaw die in dem Weichbilde zu Meseriz gelegen sin, mit allen ihren Nachkomlingen und Freunden keine Rede noch Ansproch darumb immer zu haben; mit solchem Unterscheidt, dass alle der Schade den dieselben Brueder dem vorgenantem Abte und Closter zum Paradysz und den vorgeschrieben Gütern gethan hatten, zumahle werde vergeben und hingeleyt, und sie beiderseiz von unser Unterweisung freundlichen und guetlichen verrichtet würden. Darüber sindt gewest die edeln und erbarn, unsere lieben getreuen Herr Hansz und Herr Ullrich Gebruedere von Beberstein, Herr Heinrich von Albesleben Comptor zu Lagow, Erich von Lessnow, Fritze von Lessnow unser Rahtt zu Crossen, Nicolaus Menzell, Heinrich Reyssberg unser Schreiber. Gegeben und geschehen in unser Stadt zu Schwibussem, nach Gottes Geburt dreizehnhundert Iahr und in dem zwey und achzigstem Iahre, an der Mittwoche vor sanct Bartholomei Tage, unter unserm Secret.

Sagan, *Żegań.* Crossen, *Krośno.* Koppin, *Koppen.* Paradysz, *klasztor Paradyż.* Wischnaw, *Wyszanów.* Meseriz, *Międzyrzecz.* Lagow, *Lagów.* Lessnow, *z niem. Gr. Lessen.* Schwibussem, *Świebodzin.*

Nr. 1802.

Sigmund Marggrafe tzu Brandenburg etc. 1382 Aug. 31, tzu Brysk; bestätigt dem Arndt und Ulrich v. d. Ost, Herren zu Drzeń, alle Briefe, die sie von den Königen von Polen und den Markgrafen von Brandenburg erhalten haben. .

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. A 18, p. 312. (Kopja).

Wir Sigmund von Gots Gnaden Marggrafe tzu Brandenburg, des heilgen Romischen Reiches Ertzcamerer und Herr des Konigreiches tzu Polan, bekennen und thun kunt offenlich mit diessem Briefe alle den die in sehen, horen adir lesen, das wir mit wol bedochtem Mute und mit unsers Retes Rate, durch getruwir Dienste willen die uns die edlen und strenghen Manne Hern Arnd und Herr Ulrich von der Oest, Heren tzu Drysden, unsere lieben Getruwen, und unsern Vorfarn manchfeldig, getruwlich und vorsichtiglichen han getan, thun und noch in tzukunftigen Tzeiten thun moghen, den obengenanten Herrn Arnd und Hern Ulrich und iren rechten Erben haben bestetiget und bestetighen mit Craft dises Briefes alle ire Herrschaft, alle ire Güttere, alle ire Freyheit, alle ire Gerechtikeit und alle ire gute Gewonheit, und wellen und sullen sie behalden bey Ere und Gnaden. Ouch bestetighe wir in alle ire Briefe, die sie von Alder von unsern Vorfarn Konighen tzu Polan, und auch von unsern Vorfarn Marggrafen tzu Brandenburg und auch von uns haben. Des seyn Getzug der erwirdige Here Bozdiatha Erczbischoff tzu Gnezen, die edlen Herren Sandzywoy Howbtman tzu Cracow, Here Damarath Howbtman tzu Grossen Polan, Herr Hannus Grafe tzu Lyndow unser Hofemeister, die erbarn und weysen Lewte Closse Rattman tzu Konigisberg, Kunman Rattman tzu Landisberg, Landesberg Rattman tzu Arnswalde und ander bedirwer Lewte genug, mit Urkundt diesses Briefes mit unserm anhangen Ingessegil vorsegelt, der gegeben ist tzu Brysk, nach Cri-

sti Geburtt dreytzenhundert Iar dar nach in dem czweyundachttigisten Iare, des Sontages vor synte Egidii Tage.

Drysden, *Drzeń, później Drezdenko, z niemiecka Driesen.* Konigisberg, *Königsberg N. M.* Landisberg, *Landsberg n./W.* Arnswalde, *Arnswalde.* Brysk, *Brysk.*

Nr. 1803.

Sigismundus marchio Brandenburgens. n. n. dominus regni Polonie 1382 Oct. 2, in Trzemeschnow; villam Zakłocice, quam monasterium de Trzemeszno vendiderat, iure spirituali privat; villam vero Jakubowo, ab eodem monasterio emptam, eodem munit iure, conceditque ut in oppido Trzemeszno forum institui possit.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia pieczęci.
Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Reg. Lateran.

Sigismundus Dei gracia marchio Brandenburgensis, sacri Romani imperii archicamerarius nec non dominus regni Polonie, ad perpetuam rei memoriam universis. Cum tam ex innata nobis clemencia quam ex principatus quem gerimus officio singulis quos ambit nostra serenitas munus gracie debeamus impartiri, specialiter tamen hys inclinamur ex affectu, qui huius vite blandientibus abiectis deliciis illam perpetuo mansuram Iherusalem inquirentes, se castro milicie claustralis ac celestis bravii stipendio manciparunt. Sane, quia religiosus vir frater Iacobus, monasterii sancti Adalberti in Trzemeschno et cenobii canonicorum regularium Ordinis beati Augustini prepositus, promocioni seu comodo fratrum dicte domus non indigne invigilans, de fratrum dicti conventus cum voluntate et unanimi consensu bona olim ipsis pertinencia in territorio Lancziciensi situata, villam videlicet Zachlotycze, propter gravitatem distancie vendidit, ac pro eodem vendicionis precio, videlicet pro trecentis marcis grossorum Boemicorum, villam seu hereditatem dictam Iacubow, propter sui vicinitatem plus eidem monasterio sancti Adalberti conpetentem, foro legitimo comparavit, prout venditores eiusdem ville Iacubow coram nobis personaliter constituti se legitime vendidisse ac proinde trecentas marcas grossorum percepisse vive vocis oraculo sunt professi: videlicet honesta matrona Pacoslawa relicta olim Iacobi Zawyschie, Czestko, Iacobus et Nynognew filii nec non Zofka filia antedicte Pacoslawe: omnes uno ore sepedictam villam Iacubow memorato monasterio sancti Adalberti Trzemeschno cum omnibus pertinenciis resignantes, ac eidem hereditati pro se et suis heredibus renunciantes perpetuis temporibus affuturis. Quare nos, de nostro ac nostrorum consiliariorum ac baronum deliberato consilio, antedictam villam seu hereditatem Iacubow cum omnibus agris cultis et incultis, pratis, silvis, rubetis, pascuis, lacubus, piscaturis, iuribus, libertatibus, ac totali dominio et omnibus ac singulis pertinenciis, quibuscunque censeantur vocabulis, prout in limitibus ac terminis veteribus eadem hereditas existit constituta, sepedicto monasterio sancti Adalberti Trzemeschnow nec non preposito et fratribus inibi constitutis ac degentibus, presentibus ac futuris, damus, donamus et virtute presencium appropriamus, et ab omni iure seculari seu terrestri excepimus (sic) et emancipamus temporibus perpetuo affuturis, quatenus dicta hereditas Iacubow, aliis ceteris dicti monasterii bonis exnunc in antea esse debeat incorporata; villam vero Zachlotycze cum omnibus pertinenciis, iure spirituali pri-

vamus et iuri terrestre (sic) sive seculari restituimus et mancipamus. Et quia memoratum monasterium Trzemeschnow in honorem gloriosissimi martyris et pontificis beati Adalberti, antistitis nostri, fundatum fore non ambigitur ut prefertur, qui quidem beatissimus vir inter Boemiorum regni patronos, de quorum nos alto sangwine duxisse constat originem, kathologo describitur: idem monasterium nostre singularis gracie munimine duximus insignire, regio edicto quo fungimur concedentes, ut singulis feriis terciis seu diebus Martis, in opido ante memoratum monasterium constituto vicinius, Trzemeschnow similiter nuncupato, publicum forum esse debeat perpetuo, et tam per indigenas quam per advenas debeat observari; dantes et concedentes tam indigenis quam extraneis, diebus prescriptis facultatem forisandi, adducendi, abducendi, emendi, vendendi quascunque merces seu mercimonia, prout alie tam regales quam alie civitates in regno Polonie simili forisandi perfruuntur facultate. Vias insuper, accessus et recessus ad idem opidum admittimus, salvis tamen theloneis veteribus, tam regalibus quam alienis. Huius nostre gracie admissionis seu apropriacionis sunt testes: reverendissimus in Christo pater dominus Bosnatha Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ac nobiles, dominus Sandziwogyus palatinus Kalisiensis et capitaneus Cracoviensis, dominus Damaratus capitaneus Maioris Polonie ac castellanus Posnaniensis, Iohannes comes de Lyndow et banus terre Slawoniensis curie nostre magister, consiliarii nostri dilecti, Andreas heres de Zernyk, Poray heres de Thokarzowa, Ianuschius de Koslow, nec non plures alii tam spirituales quam seculares fide digni. In cuius rei evidenciam, sigillum nostrum presentibus (sic) est appensum testimonio litterarum. Datum et actum in Trzemeschnow sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, die secundo mensis Octobris.

Zachlotycze, *Zakłocice.* Iacubow, *Jakubowo.* Zernyk, *Żerniki.* Thokarzowa, *Tokarzewo.* Koslow, *Kozłowo.*

Nr. 1804.

Primores totaque communitas Maioris Polonie 1382 Nov. 27, in Radomsko; primoribus et communitatibus Minoris Poloniae, de Sieradz et Łęczyca spondent, se fidelitatem huic filiae b. m. Ludovici regis servaturos, quae eis pro herede legittimo in regno Poloniae data fuerit; promittuntque, se ab iuribus occasione successionis in regnum Poloniae a rege praedicto concessis nunquam destituros.

Pergam. orygin. z pismem miejscami zniszczonem, u którego na skrawkach pergaminowych 29 okrągłych pieczątek przywieszono. 1sza rodu Doliwów, napis: S. Wincencii Poznan. Palatini. *2ga zatarta. 3cia Nałęczów; napis:* S. Sansevogii de Gyllewo. *4ta Porajów; napis:* S. Iohannis de Nancowo. *5ta Zarębów; napis:* S. Andree ... Ser..wo. *6ta Doliwów; napis zatarty. 7ma zatarta, może Korabitów; napis:* S. Mo... *8ma Pałuków (cnfr. Nr. 1780); napis zatarty. 9ta Wezenborgów* (pieczęć XLVIII); *napis:* S. Iosephi de Grodis. *10ta Łodziów; napis:* S. Wissote de Cornik. *11ta* (pieczęć LX); *napis:* S. Petri... *12ta Wyskotów; napis:* S. Thomislai Viscota. *13ta zatarta; napis:* S. Nicolai de... *14 ta Grzymałczyków* (pieczęć XLVI); *napis zatarty. 15ta Jeleni* (pieczęć XXXIX); *napis zatarty. 16ta Szaszorów* (pieczęć XLIX); *napis:* S. Iohannis ...ognefski. *17ta Wczeli (Szachownica postawiona na jeden róg); napis:* S. Dobrogostii de Wlosc...vi... *18ta zatarta; na-*

pis: Cunat . . . s. *19ta zatarta, okazuje pojedyńcze pola Szachownicy (Wczeli, Zarębów, Sulimów?); napis:* S. Ubislai de Domara . . . *20ta* (pieczęć LXI); *napis:* S. . . novo. *21sza Nowin* (pieczęć LXII); *napis:* S. . . v . . *22ga zupełnie zatarta. 23cia* (pieczęć LXIII); *napis:* S. Petri . . . *24ta Wieniawitów; napis:* S. Petri . . . *25ta, 26ta, 27ma znikły. 28ma zatarta. 29ta zatarta; napis:* . . . conis Dub.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata. — Volumina legum. — Bandtkie. Ius Polonicum p. 187.

In nomine Domini amen. Consonum racioni et sacris canonibus esse dinoscitur, ut ea que pro communi bono regni dictantur, testimonio litterarum approbentur. Proinde nos Vincencius Poznaniensis, Sandzivogius Kalissiensis palatini, Iohannes Kalissiensis, Sandzivogius Nakelensis, Andreas Srzemensis, Mogek Bechoviensis, Cristinus Sbanszinensis castellani, Svanthoslaus Poznaniensis, Nicolaus Kalisiensis subcamerarii, Ubislaus pincerna Kalissiensis, Lasotha dapifer, Ioseph de Grodziscze, Wisotha de Curnik, Cunath subiudex Kalissiensis, Petrko Dambiczki, Thomislaus de Wiscothi, Dobrogostius Radomiczki, Dobrogostius Wlosczegowski, Sczedrik Dupenski, Petrko Sosniczki, Nicolaus Petrski, Vlodzimir Borzugewski, Iasek Veleweski, Symon Grunowski, Potrek Szavatski, Miczko Cretcowski, Niczko Caczcowski, Ian Popczicz, Thomislaus Wascowski, Msczignew Pantcowski, Ianussius Iarognewski, Albertus de Gorai, ceterique nobiles, milites totaque communitas Maioris Polonie, reverendo in Christo patri ac domino, domino Iohanni divina providencia et apostolice Sedis episcopo Cracoviensi, nec non strenuis ac nobilibus viris et dominis Dobeslao castellano, Spitkoni de Melstin palatino Cracoviensi, Iohanni palatino, Iohanni castellano Sandomiriensi, Iohanni castellano Woyniciensi, ceterisque omnibus et singulis strenuis et nobilibus ac toti communitati terre Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie sub sacramento nostre fidei promittimus pure et sincere, omnem fidelitatem et obedienciam filie serenissimi principis ac domini, domini Lodwici sancte memorie olim regis Polonie et Hungarie, que nobis pro herede legittimo in regnum Polonie ad manendum dabitur, secundum tenores, prout articulatim in litteris sunt descripti per eundem dominum regem et suos predecessores nobis et nostris successoribus datis et concessis, inviolabiliter tenere. A quibus quidem iuribus, prout in omnibus suis clausulis, punctis et articulis continentur, sub premissa nostra iurata fide nunquam desistere volumus, sed circa eadem totaliter volumus remanere; promittentes pro successoribus nostris, quod sub fide et honore et sub sacramento iuramenti a premissis iuribus non recedent, sed ipsa iugiter cum prefatis dominis et successoribus eorum defensabunt et tuebuntur. Ceterum, quod absit, si quis aut qui contra aliquid premissorum ex nostris aut quispiam alter presumpserit insurgendo attemptare, omnes unanimiter et concorditer contra ipsum vel ipsos promittimus insurgere et tanquam contra fidefragos et iurium nostrorum destructores totis viribus nostris anhelare. Et si aliquis ex baronibus, terrigenis et nobilibus sepedicti regni nostri, contra iura et privilegia nostra iam dicta, ipsorum mutator fixe et studiose persistens, alterius cuiuscunque veluti destructor, prophanator et violator nostrorum iurium premissorum gwerras aut inimicicias quomodolibet contraxerit, eidem favore, consilio et auxilio plene sub suo iuramento nostra fideiussione ab ipsius vel ipsorum inimiciciarum adversitatibus eum volumus et sincere promittimus in omnibus cum nostris posteris defendere et tueri. Insuper, si qui extra granicies positi colonias seu bona ecclesie aut confinia regni nostro rege nondum coronato molestare presumpserint,

volumus promittendo sine dolo et fraude, cum ad hec specialiter requisiti fuerimus, iuxta posse facultatis nostre unanimiter defensare. In quorum rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum feria quinta post festum sancte Katherine, in Radomsko, sub anno Incarnacionis Domini millesimo tricentesimo octuagesimo secundo.

Na pieczęciach: Gyllewo, *nie odgadnione.* Nancowo, *Jankowo.* Sercowo, *Żerków.* Grodis, *Grodzisk.* Cornik, *Kurnik.* Viscota, *de Wyskoć.* ...ognefski, *de Jarogniewice*˙ Wlosc... vi..., *de Włościejówki.* Domara..., *de Domaradzice.* Dub, *Dupin. W tekscie:* Nakelensis, *de Nakło.* Srzemensis, *de Śrem.* Bechoviensis, *de Biechowo.* Sbanszinensis, *de Zbąszyń.* Grodziscze, *Grodzisk.* Curnik, *Kurnik.* Dambiczki, *de Dębicz.* Wiscothi, *Wyskoć.* Radomiczki, *de Radomicko.* Wlosczegowski, *de Włościejówki.* Dupenski, *de Dupin.* Sosniczki, *de Sośnica.* Petrski, *de Pietrowo.* Borzugewski, *de Borzujewo.* Veleweski, *de Wielawieś.* Grunowski, *de Grunowo.* Szavatski, *de Zawady.* Cretcowski, *de Kretkowo.* Caczcowski, *de Kaczkowo.* Popczicz, *zapewne zam. de Popowo.* Wascowski, *de Waszkowo.* Pantcowski, *de Pentków.* Iarognewski, *de Jarogniewice.* Gorai, *Goraj.* Woyniciensis, *de Wojnicz.* Radomsko, *Radomsk.*

Str. 528, wiersz 8 od d. zacząwszy od: Et si aliquis *etc. ustęp ten brzmi u Bandtkiego następnie:*

Et si aliquis ex baronibus, terrigenis et nobilibus sepedicti regni nostri, iuxta iura et privilegia nostra iam dicta, ipsorum imitator et defensor fixe ac studiose persistens, in alterum quemcunque seu quoscunque, veluti destructores, prophanatores violatoresque nostrorum iurium premissorum guerras aut milicias quomodolibet contraxerit, extunc eidem favore, auxilio consilioque pleno sub iurata nostra fide assistere, et ab ipsius vel ipsorum inimicorum adversitatibus eum volumus et sincere promittimus in omnibus cum nostris posteris defendere et tueri.

Nr. 1805.

Nicolaus abbas Lubinens. monasterii 1382 Dec. 10, in monasterio Lubinensi; civibus de Krzywin una cum suo capitulo quosdam hortos oppido praedicto adiacentes concedit.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1582—86.

In nomine Domini amen. Cum ea que fiunt in tempore, ne simul cum fluxu temporis a memoria hominum prolabantur, consueverunt litterarum apicibus cum testium fidedignorum subscripcione perhennari, proinde nos Nicolaus divina paciencia abbas Lubinensis monasterii notum facimus universis presencium noticiam habituris, cupientes nostris temporibus, quibus nos Deus omnipotens in humanis vitam ducere concesserit, bona monasterii nostri predicti, quantum magis pro nostris viribus possumus, Dei opitulante clemencia collocare, reformare et prout melius possumus meliorare, et ut inde ipsum monasterium maius et uberius valeat sumere incrementum: ad instantes igitur peticiones providorum virorum, dominorum oppidanorum nostrorum de Criwin, qui dampna non modica per incendia et hostilitates validas seu gra-

vastitatem sunt perpessi, in tantum, quod nisi Deus omnipotens eis providerit, aliter vix quoad vixerint ea poterunt instaurare, bona deliberacione, sano consilio ac maturo una cum fratribus nostris capitulo cenobii eiusdem ac eorum consensu legittimo accedente, prehabitis ipsis oppidanis nostris cum eorum legittimis successoribus ortos de novo plantandos sive locandos, incipiendo a fluvio nostro Obra circa ipsum fluvium usque ad limites ipsius oppidi inclusive, et alias in insulis ubi inter agros et prata per dictorum oppidanorum industriam possint inveniri, agris dumtaxat in culturam redactis prorsus exceptis, damus, assignamus, appropriamus, asscribimus et ratificamus perpetuo possidendos, habendos, tenendos, vendendos, commutandos, cum omnibus iuribus, censibus, fructibus, redditibus, excrescenciis universis pacifice et quiette. De quibus quidem hortis, prenominati oppidani annis singulis in festo beati Martini episcopi et confessoris gloriosi de mense Novembri, de horto quolibet duos grossos nomine census pro reparacione seu reformacione ipsius oppidi dare, solvere et assignare tenebuntur; nichilominus tamen sepedicti oppidani prefatos hortos a sepius nominati oppidi utilitate commutare, vendere, alienare quovismodo nullatenus presumant; in quo nobis et nostris legittimis successoribus omnimodam facultatem reservamus. Ut autem hec nostra donacio robur valeat optinere perpetue firmitatis, presentes litteras iussimus eciam sigillorum nostrorum, scilicet nostri et capituli appensione communiri. Actum et datum in monasterio nostro die decima mensis Decembris, sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, presentibus et consencientibus honorabilibus et religiosis viris, dominis Sulcone priore, Nicolao custode, Thomasio clavigero, Hancone Wonecensi, Nicolao Nove curie, Iohanne Kiwala Antique Gostine prepositis, Andrea, Michaele, fratribus professis Ordinis sancti Benedicti, abbatis et confessoris gloriosi, monasterii nostri Lubinensis, et aliis quam plurimis fidedignis testibus ad premissa, per manus Iacobi notarii nostri.

Lubinensis, *de Lubin.* Criwin, *Krzywin.* Fluv. Obra, *rz. Obra.* Wonecensis, *de Wonieść.* Nova curia, *Nowydwór.* Antiqua Gostina, *Stary Gostyń.*

Nr. 1806.

Dirske Uschczant Peczko Iachnik und Sanzywoy Gebrudir Smolkin genant 1382 o. T. u. O.; bekennen, dass sie mit ihren Vettern dem Kloster Paradyż gegenüber allen Ansprüchen auf das Gut Wyszanów entsagt hätten.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte wraz z śladami przywieszenia pieczęci; z tych 3 osobno zachowane przedstawiają na tarczach trójkątnych godła zatarte.

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 10.

Vor allin erbarn Lutin dy desin Bryf sehen adir horin lesin bekenne wir Dirske, Uschczant, Peczko, Iachnik und Sanzywoy, Gebrudir Smolkin genant, mit unsern Vettirn Heydan und Niczen, das wir komen syn vor den durchluchtin Ffurstin Herczogin Heynrich den edelstin Heren czum Sagan und czu Crossin, unsern gnedigin Heren, und ouch vor dy edeln und erbarn Heren, Hern Hannos und Hern Ulrich Gebrudir von Bebirsteyn genant, Hern Heynrich von Albeslebin Cumtheuwr czu Logow, Erich von Lesnow, Ffriczen von Lesnow Rotman czu Crossin, Nyclos Welczil, Heynrich von Reynsberg, und habin uns vor yn mit gutin Willin unt Rote unsir

Frunde vorczegin allir Ansproche, dy wir gehat habin kegin dem erwirdigin und geystlichin Vatir, Hern Andreas Abte des Clostirs czum Paradyse, und kegin der Samenunge desselbin Clostirs von der Gutir wegen dy do heysin Wischenow, dy in dem Wygbilde czu Mesericz gelegin syn: und gelobin in desim kegin wortigin Bryfe mit unsirn Erbin und mit allin unsirn Nochkomelingin, keynerleye Rede noch Ansproche nymerme czu habin kegin dem vorgenantin Clostir ume das egenante Gut; sundir wir vorczyens uns gancz und gar mit gutin Willin und bekennen, das uns eyn Gnuge dorum geschen ist, doran uns wol genugit hat: und habin den vorgenantin unsern gnedigin Heren gebetin, das he dorobir synen Bryf und Bestetunge gebin sulde. Das wir das stete und ane Arg haldin wellin, habin wir Dyrske, Peczko, Iachnik und Heydan unsir Ingesegil an desin Bryf gehangin, wy dy andirn irre Ingesegil nich gehabin mochten, der gegebin ist noch Gotis Gebort dryczenhundirt Ior und in dem czwey und achczigistin Ior.

Sagan, *Żegań*. Crossin, *Krośno*. Logow, *Lagów*. Lesnow, *Gross Lessen*. Reynsberg, *Reinberg*. Paradys, *klasztor Paradyż*. Wischenow, *Wyszanów*. Mesericz, *Międzyrzecz*.

Nr. 1807.

Primores et terrigene Maioris Polonie 1383 Ian. 18, in Pisdri; Mariae filiae b. m. Ludvici regis Poloniae fidelitatem spondent, civitatique Poznań promittunt, se apud eam suis corporibus et rebus perstituros.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergaminowych przywieszono 18 okrągłych pieczątek. 1sza rodu Doliwów; napis: S. Wincencii ... palatini. *2ga znikła. 3cia Porajów; napis:* S. Iohannis de Nancovo. *4ta Zarębów; napis:* S. Andree de Serkowo. *5ta Nałęczów; napis:* S... de Szidowo. *6ta Doliwów; napis:* S. Nicolai subcamerarii. *7ma Doliwów; napis:* S. Philippi ... *8ma Łodziów; napis:* S. Wissote de Cornik. *9ta zupełnie zatarta. 10ta znikła. 11ta zatarta; napis:* S. Nic... *12ta Nałęczów; napis:* S. Nicolai (?). *13ta Nałęczów; napis:* ...oznanien. *14ta, 15ta, 16ta, 17ta i 18ta znikły.*

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata.

Consonum racioni et sacris canonibus esse dinoscitur, ut ea que pro communi bono terre dictantur, testimonio litterarum approbentur. Proinde nos nobiles et terrigene subscripti, inclite principis (sic) ac domine domine Marie filie serenissimi principis ac domini domini Lodvici, sancte et eterne memorie olim regis Polonie, obsequiosam obedienciam cum sincera fidelitate promittimus iuxta tenorem nostrarum litterarum, prout articulatim in omnibus punctis et clausulis dinoscitur contineri: que quidem Maria nostrum regnum Polonie ingrediendo, coronam debet acceptare nobiscum in tacto regno commorando, taliter, quod corona predicta ad coronam regni Ungarie ammodo non debeat pertinere. Et insuper nos terrigene de quibus mencio superius fuit facta, videlicet Vincencius Poznaniensis, Sandzivogius Kalissiensis palatini, Iohannes Kalissiensis, Sandziwogius Swidva Nakeliensis, Andreas Srzemensis, Philippus Crzivinensis, Beniamin Xansensis castellani, Swanthoslaus Poznaniensis, Nicolaus Kalissiensis subcamerarii, Iohannes Poznaniensis, Nicolaus Kalissiensis iudices, Bar-

thussius de Wezenburg, Ubisco pincerna, Wisotha de Curnik, Cunathus subiudex Kalissiensis, Lasotha dapifer, Thomislaus de Wiscothi, Iasko Dambiczki ceterique terrigene et nobiles Maioris Polonie, bona fide et sub honoris nostri retencione circumspectis et honestis viris ac dominis consulibus totique communitati civitatis Poznaniensis promittimus, circa ipsos corporibus, bonis ac rebus persistere pro ipsorum iure tamquam pro nostro proprio laborando, nichil penitus sine ipsorum assensu, nec ipsi sine nostro facientes, ipsosque in omnibus articulis infestabilibus non desistando (sic). In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum et actum sub anno Domini millesimo tricenthesimo octuagesimo tercio in Pisdri, die dominica quo cantatur Circumdederunt me.

Na pieczęciach: Nancovo, *Jankowo.* Serkowo, *Żerków.* Szidowo, *Żydowo.* Cornik, *Kurnik. W tekscie:* Swidva, *de Świdwin, dziś Świdlin, na przedmieściu m. Szamotuły.* Nakeliensis, *de Nakło.* Srzemensis, *de Śrem.* Crzivinensis, *de Krzywin.* Xansensis, *de Książ.* Curnik, *Kurnik.* Wiscothi, *Wyskoć.* Dambiczki, *de Dębicz.* Pisdri, *Pyzdry.*

Nr. 1808.

Domaratus castellanus Poznaniens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1308 (sic) Iun. 29, in Wronki; protestatur, Mikossium hereditatem ipsius Pożarowo consorti suae Katharinae contra eiusdem dotalicium resignavisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Posnaniens. a. 1407, fol. 27 v. (Z kopji oryginalnéj).

In nomine Domini amen. Nos Domaratus castellanus Poznaniensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod ad nostram plurimorumque terre Polonie militum accedens presenciam nobilis vir dominus Mikossius heres de Pozarowo, ulla sinistra racione circumventus neque aliquo errore seductus, sed de sua spontanea voluntate nobili domine Katherine consorti seu uxori sue legitime hereditatem suam Pozarowo dictam contra ipsius dotalicium, cum omni iure et dominio, molendinis, stangnis, pratis, silvis, mericis ad ipsam predictam hereditatem spectantibus, sicud solus tenuit, cum universis utilitatibus, fructibus et proventibus, in ducentis marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti coram nobis resignavit, asscripsit, contulit et deputavit habendam, tenendam et possidendam; in cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Wronki ipso die beatorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini millesimo ccc^{mo}viii. (sic), presentibus hiis testibus: Nicolao castellano Starogrodiensi, Przedpelkone castellano Medzirzecensi, Sandzivogio de Bnyno, Alberto Radzimiensi, Przibislao Modrzensi, Niczel Konopka, et aliis multis fidedignis.

Pozarowo, *Pożarowo.* Wronki, *Wronki.* Starogrodiensis, *de Starogród.* Medzirzecensis, *de Międzyrzecz.* Bnyno, *sc.* castellano, *de Bnin.* Radzimiensi, *sc.* castellano, *de Radzim.* Modrzensi, *scilicet* castellano, *de Modrze.*

Nr. 1809.

Stephanus episcopus Chelneensis (sic) etc. 1383 Iun. 30, Poznanie; protestatur, Iacobum scultetiam de Słupia Petro dicto Czarni de Szewce vendidisse.
Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 89.

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi litterarum et testium amminiculo fuerint roborata. Proinde nos Stephanus, Dei gracia episcopus Chelneensis (sic) nec non vicarius in spiritualibus ecclesie Poznaniensis generalis, notum facimus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod ad nostram Capitulique Poznaniensis accedens presenciam Iacobus scultetus de Slup villa mense episcopalis Poznaniensis, predictam suam sculteciam cum omnibus suis iuribus et pertinenciis, que iura et pertinencias prout subscribuntur propter exustionem privilegii sui sufficienter coram nobis fidedigno edocuit testimonio, Petro dicto Czarni de Szewcze et successoribus suis legittimis pro sedecem marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis iusto vendicionis titulo vendidit, eamque sibi resignavit perpetuis futurisque temporibus habendam, tenendam, possidendam, vendendam, commutandam et in usus quos poterit meliores convertendam. Qui Petrus una cum successoribus suis legittimis racione scultecie predicte habebit quatuor mansos liberos agrorum, tabernam et in ipsa macellum carnium, pistrinam, calcipariam, fabrum, duos hortos et sortem agrorum circa lacum pro duobus hortis, et aream piscatorum dictam Myelnicza, et tercium denarium de re qualibet iudicata. Habebit insuper predictus Petrus cum suis sequacibus centum oves servare, fovere et pascere in predicta hereditate preter gregem villanorum et incolarum ibidem in Slup. Poterit eciam habere valtores (sic), accipitres nisosque, cum quibus sibi infra limites dicte hereditatis licitum erit venari. Insuper damus sibi et concedimus, quod habere poterit pro se unum piscatorem in lacu prefate hereditatis, qui piscari valebit cum parvis retibus sive instrumentis vulgariter dictis slampnicza, videlicet mrzeza, vienczierz, vierssa et venda. Item damus eidem racione dicte scultecie sue indaginem in Mielnicza consistentem, cum omni iure et proprietate ac dominio. Habebit preterea molendinum ventile racione dicte sue scultecie, quod in bonis ad se et eandem sculteciam pertinentibus constructum existit, ab omni obnoxietate nobis et successoribus nostris liberum. Prelibatus vero Petrus et sui successores tenebuntur nobis censum pecunialem predicte ville annis singulis exigere et in curiam nostram in Glowna deportare. Tenebitur nobis eciam et procuratori nostro Glownensi in equo valente marcam cum dimidia, tociens, quociens necesse fuerit deservire. Incole autem predicte ville nobis annis singulis in festo sancti Martini racione census quatuor mensuras siliginis, quatuor avene et decem grossos de quolibet manso dare, solvere et in Glownam ducere erunt astricti. Solvent eciam annis singulis exaccionem poradlne vulgariter nuncupatam, et de quolibet manso medium capete ovorum in festo Pasche, et duos pullos similiter de quolibet manso in festo Nativitatis Marie; et tria prandia in tribus magnis iudiciis nobis aut nostro procuratori facient, incole sive cmethones duo, et scultetus unum, vel pro quolibet prandio solvent fertonem grossorum. Nosque vendicionem huiusmodi et resignacionem ratam et gratam habentes, eas de voluntate et unanimi consensu venerabilis Capituli Poznaniensis presentis scripti patrocinio duximus confirmandas; in cuius rei testimonium, presentes litteras scribi fecimus et no-

stri Capitulique Poznaniensis sigillorum munimine mandavimus communiri. Actum et datum Poznanie ipso die Commemoracionis beati Pauli apostoli, sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo tercio, presentibus venerabilibus et discretis viris, dominis capitulariter congregatis: Troyano preposito, Petro decano, Alberto archidiacono, Nicolao cantore, Nicolao scolastico, Boguslao custode, Stanislao cancellario, Pribigneo, Petro Pczovensi, Nicolao Lanciciensi archidiaconis, Petro de Tarnowo, Nicolao de Moderz, Thilczone, Iohanne Borngraber, Mathia Blida, canonicis Poznaniensibus, et aliis quam plurimis dominis testibus fidedignis.

Chelneensis, *nie odgadnione.* Slup, *Słupia.* Szewcze, *Szewce.* Valtores, *u Du Cange* canis veltris, veltro, *dziś wyżeł.* Glowna, *Główna.* Pczovensis, *de Pszczew.* Tarnowo, *Tarnowo.* Moderz, *Modrze.*

Nr. 1810.

Troyanus prepositus ecclesie Poznaniens. s. a. d. et l.; Nicolao filio quondam Nicolai de Kicin petente, privilegium super advocatia de Ostrówek renovat. (Cnfr. Nr. 1111).

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 126.

In nomine Domini amen. Humani generis acciones perpetua indigentes memoria plerumque ab hominum noticia dilabuntur, que nec scripto nec annotacione testium fuerint roborate. Proinde nos Troyanus prepositus ecclesie Poznaniensis, pretendentes, quod summum bonum in hac vita est iusticiam colere et unicuique sua iura servare, Nicolao advocato nostro de Ostrow sive de insula sita circa civitatem seu opidum domini nostri domini Poznaniensis episcopi, filio quondam Nicolai dicti Kiczino, affirmante, se privilegium eiusdem advocacie sue, quod sub predecessorum suorum custodia habebatur, per mala tempora, guerris videlicet intervenientibus amisisse: ad noticiam eandem, de consensu fratrum nostrorum Poznaniensis scilicet Capituli, tenore presencium, quibus de novo appropriavimus et ascribimus sibi suis posteris seu liberis ac successoribus legittimis iure hereditario libere, pacifice, perpetuo possidendam cum plenaria et omnimoda potestate, dumtaxat de consensu nostro et successorum nostrorum, permutandi, donandi, vendendi, cui utilius videbitur expedire. Et cum succedente tempore heredes eiusdem advocacie multiplicati fuerint, unus ab aliis redimat et remaneat solus heres. Racione cuius advocacie dictus Nicolaus advocatus, seu qui pro tempore fuerit, habebit aream sive domum in qua nunc idem Nicolaus residet, ab omnibus solucionibus liberam, et in ea, si volet, panem pistabit et vendet, carnificium exercebit ac cerevisiam propinabit, tam libere, quod nullam penitus pro dominio solucionem exinde prestabit. Tercium quoque denarium iuramentorum recipiet et rei per ipsum cuiuslibet iudicate.

Ostrow, *dziś Ostrówek na przedmieściu m. Poznań.* Oppidum Poznaniensis episcopi, *przedmieście Śródka.* Kiczino, *Kicin.*

Nr. 1811.

Troyanus prepositus etc. totumque Capitulum ecclesie Poznaniens. 1383 Iul. 1, Poznanie in sacristia ecclesie kathedral. Poznaniens.; protestantur, b. m. Iohannem episcopum Poznaniensem ecclesias parochiales in Bane et Ostrowieczno, cum ecclesia oppidi Dolsk recenter fundati univisse.

Pergam. orygin. Skrawek pergam., z którego pieczęć znikła. Przy końcu, obok oświadczenia notarii publici, *signum tegoż narysowane.*

Poznań. Archiv. Capituli. V, 4.

In nomine Domini amen. Nos Troyanus prepositus, Albertus archidiaconus, Pribigneus canonicus totumque Capitulum ecclesie Poznaniensis tunc de anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, prima die mensis Iulii, que fuit quarta die (sic) post festum apostolorum Petri et Pauli, in Capitulo nostro Poznaniensi generali et capitulariter constituti, recongnoscimus publice per presens instrumentum cum protestatione: quod reverendus in Christo pater ac dominus Iohannes bone memorie natione Doliwa episcopus Poznaniensis, volens cultum divinum longe lateque dispersum in unum locum religiosum ponere et pro salute populi revocare, de anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, de unanimi fratrum suorum dominorum Capitulo nostro Poznaniensi ac discretorum virorum, dominorum videlicet Vitkonis in Bane ac Iohannis dicti Stravcza in Hostroveczno ecclesiarum rectoribus (sic) assensu et consensu, considerans inter cetera exilitatem dictarum ecclesiarum in Bane et in Hostroveczno, et (sic) plebani ibidem ipsorum exilitate instante onera incubentia suportare non poterant, et presertim ad peticionem parrochianorum et populo (sic), qui et tempore hyemniali et inundacionis et diluvium aquarum, cum pluvie inundant glaciesque dissolvitur, prefatas ecclesias sine magna difficultate non poterant adire et congruo tempore divinis officiis interesse, ac fundationem opidi sui in Dolsco ad quod utriusque homines sexus convenerunt et eciam confluebant, et ex aliis causis legittimis prefatas duas ecclesias univit, adiunxit et in unam curam animarum disposuit ac eciam ordinavit. Super quibus omnibus et singulis, per honorabilem virum dominum Paulum scolasticum Lubucensem et canonicum Poznaniensem qui tunc in Capitulo fuerant requisitis, idem dominus scolasticus nomine domini Lutkonis a me notario petiit fieri publicum instrumentum ipsumque sigillo minori Capituli roborari. Actum et datum Poznanie in sacristia ecclesie kathedralis Poznaniensis hora Tertiarum, anno, die, mense, loco, quibus supra, Indiccione sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Urbani digna Dei providencia Pape sexti anno ipsius sexto, presentibus honorabilibus viris, dominis Petro archidiacono Pczeviensi in ecclesia Poznaniensi, Petro de Tarnow canonico Poznaniensi, testibus ad premissa.

Et ego Mathias Blida de Poznania clericus Poznaniensis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, manu propria scripsi et in hanc publicam formam redegi, una cum appensione sigilli Capituli minori et signo meo consignavi in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

Bane, *osada znikła.* Hostroveczno, *Ostrowieczno.* Dolsco, *Dolsk.* Pczeviensis, *de Pszczew.* Tarnow, *Tarnowo.*

Nr. 1812.

Comes Andreas heres de Ryschewo 1383 Sept. 27, in Ryschewo; hereditatem suam Ryszewko in ius de Środa locandam exponit, ac scoltetiam eiusdem Falconi vendit.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Stanislaus abbas Trzemeszensis 1537 Dec. 24, in monasterio Tremesensi. *W dolnym brzegu oryginału wcięcia poprzeczne od przywieszenia dwóch pieczęci.*

Trzemeszno. Privilegia Convent. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Fragilitas humane condicionis, que labilis est et incerta, ad noticiam posterorum non deveniret, nisi esset litterarum serie et proborum virorum testimonio declarata. Proinde est, quod nos comes Andreas heres de Ryschewo, cupientes bona nostra ac fructus proventusque ampliare et in usus meliores convertere, hereditatem nostram Ryschewco iam dictam in ius Theutunicum quod Szredense dicitur contulimus locandam; in qua quidem vendidimus discreto viro Falconi suisque legittimis successoribus sculteciam pro septem marcis, continentem in se duos mansos, monete et numeri Polonicalis, perpetue possidendam, tenendam, habendam ac libere vendendam. Cui prenominato sculteto et suis posteris concedimus tabernam liberam, et aliam pro nobis reservamus. Damus eciam et apropriamus prefato sculteto de quolibet iudicio, quodcunque in prefata villa iudicatum fuerit, tercium denarium, et duos pro nobis reservamus; hoc exempto, quod si prefatus scultetus vel aliquis ex sua familia aliquid vicium seu crimen, puta homicidii, furti aut aliquid aliud malum perpetraverit, omnem penam pro nobis reservamus. Damus eciam prenominato sculteto et suis posteris ac cmetonibus qui ibidem locati fuerint, a regali exaccione et a nostra omni solucione sex annos libertatis. Dum vero in prefata hereditate fuerit faber aut suttor, aut qualiscunque venditor panis aut carnium, de omnibus pretactus ipse scultetus tercium denarium recipiet, et pro nobis duos reservabit. Similiter de indaginibus ac nemoribus, alias gayewego, tercium denarium habebit, et duos pro nobis reservamus. Vendidimus eciam nominato sculteto et suis liberis per medium laculum cum toto ibidem prato, sicut se extendit a dicto lacu usque viam que ducit in Galanzewo. Iumenta eciam et oves dum habuerit, pascere poterit in predicta hereditate sine dampno cmethonum. Item prefatus scultetus nobis servicium exhibebit, ut alii sculteti villarum. Dum autem pro legacione cmettonum eum equitare contigerit, et ad noctem domum non redigerit (sic), cmettones sibi de expensis provideant. Incole vero seu cmettones prefate ville pro censu nobis ad diem sancti Martini per octo grossos, et ad Assumpcionem virginis Marie per duos cappones, et per medium capette ovorum ad diem Pascarum nobis dare tenebuntur. Eciam prenominatus scultetus pro prandio iudicii terno per sex grossos nobis exhibebit, et ipsi cmettones pro suis duobus similiter. Et eciam prefati cmettones labores nobis facient, ad quos ex consuetudine tenentur. Et quia alia iura Novi fori prorsus sunt nobis incognita, ideo pro nobis omnia salva et integra reservamus. Item horti, qui extra mensuram possint inveniri, duos pro nobis reservamus, et unum sculteto in suis agris habere et facere admittimus. In cuius rei testimonium et omnium premissorum, sigillum nostrum presentibus appendi iussimus. Actum et datum in Ryschewo quinto Kalendas Octobris, anno Domini millesimo

tricentesimo lxxx. tercio, presentibus reverendis testibus: Grzymyslao herede de Parvo Ryschewo, comite Michaele herede de Dambrowca, dominis Nicolao plebano de Vyelathowo et domino Laurencio plebano de Mogylno, ac Alberto sculteto ibidem de Mogylno, et aliis testibus fide dignis ad premissa.

Ryschewo, *Ryszewo*. Ryschewco, Parvum Ryschewo, *Ryszewko*. Galanzewo, *Gałęzewo*. Dambrowca, *Dąbrówka*. Vyelathowo, *Wielatowo*. Mogylno, *Mogilno*.

Nr. 1813.

Iohannes episcopus ecclesie Poznaniens. 1383 Oct. 7, Poznanie; una cum Capitulo de distribuendis praebendis inter canonicos ecclesiae suae statuit. (Cnfr. Nr. 1716).

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 168.

In nomine Domini amen. Cum officium beneficio reddatur acceptum et officium absque beneficio negligatur, igitur duxit humana sagacitas, Deo militantibus de certis prediis et redditibus sufficienter providere, ut ex eorum proventibus, divinis laudibus insistentes congrue valeant sustentari. Proinde nos Iohannes Dei gracia episcopus ecclesie Poznaniensis, considerantes, quod cum mater Ecclesia plerumque nonnulla racionabiliter ordinat et consulte, que suadente utilitate postmodum consulcius revocat et in melius commutat, sane, licet predecessores nostri olim episcopi Poznanienses statuissent, quod quedam ville sive allodia, que ad collacionem sive disposicionem prepositi et Capituli nostri predicti spectare noscuntur, conferri deberent et distribui canonicis, ad usum proprium eorundem tenenda per ipsos sive presentes existerent sive absentes, quia cum huiusmodi statutum evidenter noscatur ad noxam tendere et in gravamen ipsius nostre ecclesie redundare: dum hii qui ipsius nostre ecclesie largius sunt ditati et magnis reditibus exaltati, beneficiis huiusmodi sic acceptis prorsus immemores et ingrati, nulla ipsi ecclesie debita impendere proinde obsequia consueverunt: attendentesque inequalem et inordinatam de villis ad Capitulum nostrum Poznaniensis ecclesie communiter spectantibus per prepositos prefate ecclesie qui pro tempore fuerint provisionem fieri ac fuisse factam ex quadam prava et usurpata consuetudine ab olim introducta; sic, quod prepositi aliquando carnalitatis et favoris sequentes affectum, non equitatis racione, uni ex prelatis vel canonicis duas aut tres, alteri quatuor vel quinque villas ad ipsum Capitulum pertinentes, dignis personis personalem residenciam circa ipsam ecclesiam facientibus negligenter pretermissis, conferebant, unde contigit, quod prelati et canonici in percepcione fructuum eorum de dictis villis proveniencium plus ceteris habundantes, non circa ipsam ecclesiam, sed magis in villis, ut agri eorum diligencius excolantur insistentes, residere sunt consueti, per quod ecclesia nostra Poznaniensis, prout nos certa experiencia edocuit, debitis obsequiis aut divinis laudibus fraudabatur. Cum itaque racionis ordine omnes prelati et canonici, qui in una ecclesia uni Domino equanimiter famulantur, pari debeant gaudere premio et mercede ac in percepcione fructuum esse pares, volentes defectum huiusmodi in melius salubriter reformare, de fratrum nostrorum videlicet prepositi et Capituli ecclesie Poznaniensis predicte consilio pariter et assensu, in Capitulo generali ad hoc specialiter convocato sufficienti

tractatu et maturo prius cum nostris fratribus predictis diligenter prehabito consilio, sacrosanctis Ewangeliis manu corporaliter tactis, iuramento firmantes provide duximus statuendum: ut omnes ville Capituli Poznaniensis, allodia, possessiones, decime, maldrate, fertones, seu quicunque redditus sive proventus ad dictum Capitulum pertinentes, qui nunc vacant seu in posterum per mortem alicuius aut alio quovis modo vacare contingerit, ad communes usus ipsius Capituli de cetero devolvantur, et ipsorum redditus secundum modum predictum inter presentes tantummodo prelatos et canonicos prebendatos et corporales dividantur. Salvo eo, quod omnes et singuli canonici et prelati, de omnibus villis per ipsos possessis censum incolarum Capitulo predicto assignare quolibet anno sint astricti, allodiis, molendinis et aliis utilitatibus cum pleno dominio pro ipsis ad tempora vite sue dumtaxat reservatis; post eorum vero decessum, ad communitatem seu communes usus ut prefertur revertantur pro libito sue voluntatis disponenda. Item statuimus: quod quicunque de nostris canonicis vel prelatis allodium vel possessionem aliquam ad predictum Capitulum pertinentem tenuerit, et de villa huiusmodi seu allodio debitam dicte nostre ecclesie seu Capitulo non persolverit pensionem debito solucionis tempore, ut tenentur, extunc ipso facto villa vel allodium seu possessiones vacent et ad communitatem seu communes usus dicti Capituli revertantur, per ipsum capitulum prout sibi utilius visum fuerit disponenda. Item statuimus: quod cum villa seu allodium ipsius Capituli ad affectum fuerit exponenda pro annua pensione, non cuiquam alteri extra Capitulum prius locetur, quam recipiatur quispiam ex ipsis canonicis, qui illud velit pro pensione congrua retinere ad usus ipsius Capituli persolvenda. Preterea, quia nonnulli nostre civitatis et dyocesis canonici et clerici, prebendarum et beneficiorum ecclesiasticorum suorum decimas et proventus, pro pensione aliqua vel in solutum pro suis debitis, laicis obligant et committunt, unde prebendarum ipsarum et ecclesiasticorum proventus et iura diminuuntur sepius et distrahuntur, nos volentes huic morbo remedio succurrere opportuno, statuimus: ut quicunque sui beneficii ecclesiastici decimas aut proventus pro pensione aliqua vel in solutum pro debitis obligare vel assignare voluerit, de cetero ipsos alicui beneficiato clerico in ecclesia Poznaniensi tantum, vel simul clerico et layco colligendos committat, et collectos conductori sive creditori, cui assignandi fuerint, per eundem vel eosdem assignet. Alioquin contrafacientes, sentenciam excommunicacionis ipso facto et penam periurii se noverint incurrisse. Verum, quia prepositura Poznaniensis in suis redditibus adeo tenuis et exilis existet, quod prepositus maxime residenciam faciens sustentacionem congruam iuxta sui decenciam, nisi aliquibus villis Capituli more pristino fulciatur, nequeat habere, ideo statuimus: quod predictus prepositus, qui nunc est et pro tempore fuerit, de quatuor villis Capituli, Manczniky videlicet, Srodka, Wela circa Nakel, et quarta quam duxerit eligendam, pro sui honorifica sustentacione iuxta consuetudinem priorem sit contentus. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, presentes litteras scribi fecimus et nostri dictique Capituli nostri Poznaniensis sigillorum iussimus appensione communiri. Actum et datum Poznanie VII die mensis Octobris, sub anno Nativitatis Domini m.ccc.lxxx. tercio.

Manczniky, *Mączniki.* Srodka, *Śródka na przedmieściu m. Poznań.* Wela, *Wiele.* Nakel, *Nakło.*

Nr. 1814.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1383 Oct. 24, Gnezne; Iohanni de Charznica archidiacono Gneznensi concedit, ut in ecclesia maiori altare in honorem b. Iohannis evangelistae et s. Mariae Magdalenae erigere et fundare possit.

Pergam. orygin. Na paskach pergam. przywieszono dwie pieczęcie; 1sza podłużgowata, pokruszona, bez wycisku; 2ga znikła.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 215.

In nomine Domini amen. Cum prudenter disponencium tam cauta debet esse operacio, quod a presentibus laudando comendetur et a futuris detrahendo non vituperetur: proinde nos Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod attendentes sincere devocionis affectum venerabilis viri domini Iohannis de Chwarznicza, archidiaconi Gneznensis, eiusque votivis supplicacionibus graciose annuentes, altare in ecclesia nostra Gneznensi ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie virginis, et precipue beati Iohannis ewangeliste et sancte Marie Magdalene patronorum concessimus fundandum; receptisque ab eodem domino.. archidiacono sexaginta marcas grossorum pro structura ecclesie nostre Gneznensis predicte, decimam in villa Pawlowo ad mensam nostram archiepiscopalem spectantem, de consilio et consensu venerabilium fratrum nostrorum Capituli Gneznensis, et aliam decimam archidiaconalem in villa Kszelmcza, sitas in districtu Palucensi prope Lecno, dicto domino archidiacono petente et consenciente, pro ministro dicti altaris et ad predictum altare dedimus et assignavimus, ac tenore presencium donamus et assignamus ac ascribimus et eciam incorporamus, perpetuis temporibus duraturis per ministrum altaris predicti, quem prefatus archidiaconus et sui successores, quibus ob grata et utilia servicia que predictus.. archidiaconus predecessoribus nostris et nobis ac ecclesie nostre Gneznensi multipliciter exhibuit et exhibet indefesse collacionem dicti altaris reservavimus, duxerint deputandum, per se simpliciter nulli presentantes conferendo, tollendas, habendas, possidendas et in usus suos beneplacitos convertendas. Altarista vero prefatus seu minister altaris predicti, correccioni nostre et ipsius.. archidiaconi tantummodo subiacebit. Poterit eciam archidiaconus prefatus, et qui pro tempore fuerit, altare huiusmodi clerico ordinato, eciam extra collegium vicariorum Gneznensium, pronunc et cum vacaverit conferre, statuto eciam nostre ecclesie Gneznensis in congruum edito penitus non obstante; quod statutum, quoad altare predictum, de consensu Capituli nostri tollimus iuxta intencionem ipsius.. fundatoris. Ita tamen, quod altarista seu minister altaris sepe dicti, per se vel substitutum tres missas qualibet septimana, videlicet sabbato de beata Virgine, feria secunda pro Defunctis, et feria tercia de sancto Iohanne ewangelista cum Collecta beate Marie Magdalene, et sequenti feria tercia de beata Maria Magdalena cum Collecta sancti Iohannis ewangeliste legere vicissim singulis septimanis sit astrictus, in quo conscienciam ipsius oneramus. Addicientes, quod in anniversario ipsius Iohannis archidiaconi, vicariis ecclesie Gneznensis qui Vigilias Novem Leccionum post Completorium circa predictum altare et mane missam Defunctorum, altarista vel substituto eiusdem altaris celebrante decantabunt, mediam marcam grossorum in Vigiliis et mediam in missa altarista predictus, qui pro tem-

pore fuerit, presentibus, anno quolibet, perpetuis per grossum dando distribuere tenebitur et debebit. Residuum vero marce predicte absencium vicariorum, pauperibus errogabit; ad cuius distribucionem si negligens vel remissus fuerit, per vicedecanum censura ecclesiastica compelletur. Dictus quoque altarista dominum suum .. archidiaconum cum superpillicio ad ecclesiam et de ecclesia conducendo sequetur, et solus superpilliciatus ecclesiam infra celebracionem divinorum intrabit, et in choro cum vicariis stabit, ac in processione ambulabit decantando; nil de proventibus vicariorum vendicando, preter offertorium quod sibi in altari suo fuerit oblatum. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in Capitulo generali, die sabbati XXIIII mensis Octobris, anno Domini M.CCC.LXXX tercio, presentibus honorabilibus viris, dominis Iarando decano, Iohanne archidiacono, Petro custode, Iacobo decretorum doctore, Nicolao Strzeszconis, Iohanne archidiacono Crusviciensi, Iaroslao Msczuyonis et Petro Grolok, canonicis Gneznensibus, et aliis fidedignis.

Chwarznicza, *Charznica.* Pawlowo, *Pawłowo.* Kszelmcza, *nie odgadnione.* Districtus Palucensis, *Pałuki, czyli pow. Kcyński.* Lecno, *Łekno.*

Nr. 1815.

Iohannes episcopus ecclesie Poznaniens. 1383 Nov. 12, Poznanie; Bartkoni Czeszmir civi Poznaniensi concedit, ut in ecclesia maiori altare in honorem s. Crucis et b. b. Petri et Andreae apostolorum erigere et fundare possit, idemque indulgentiis dotat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 75.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes Dei gracia episcopus ecclesie Poznaniensis, notum facimus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod ad nostram nostrique Capituli Poznaniensis presenciam accedens providus et circumspectus vir Barthko Czeszmir civis Poznaniensis, cupiens in suorum et progenitorum suorum remissionem peccaminum, et ut sui memoriam faceret, altare in honore sancte Crucis atque beatorum Petri et Andree apostolorum in ecclesia nostra Poznaniensi erigere de novo et fundare, nobis humiliter supplicavit, ut sibi ad id nostrum graciosum preberemus assensum: nos vero eius piis et iustis petitionibus inclinati, ad ereccionem et fundacionem eiusdem altaris graciose consensimus et tenore presencium consentimus. Ad quod altare nobis discretum virum dominum Lodvigum, rectorem ecclesie de Komorniky, instituendum per nos duxit presentandum; quo defuncto seu de mundo sublato, ebdomadarius chori ecclesie nostre kathedralis Poznaniensis, in missis in cuius ebdomada moriretur, et postea, quociescunque ipsum altare vacare contingerit, ebdomadarius in cuius ebdomada vacaverit, illud consequi debet et obtinere. Quod si ebdomadarius in cuius ebdomada vacaret, aliud altare obtineret, extunc ebdomadarius sequentis ebdomade, altare carens, illud obtinebit perpetuis futuris temporibus duraturis. Qui Barthko Czeszmyr pro sustentacione dicti domini Lotvici et successorum suorum, redditus quinque marcarum grossorum Pragensium numeri seu pagamenti Polonicalis, xl octo grossos pro qualibet marca conputando, annis singulis in festo beati Martini episcopi et confessoris infra decem

annos continuos a data presencium conputando, in bonis suis, domo videlicet murata in circulo et camera pannicide in medio civitatis Poznaniensis sitis et locatis dedit et assignavit. Dictis vero decem annis elapsis, si predictus Barthko vel successores sui legitimi predictos redditus quinque marcarum solvere ulterius noluerint sive recusaverint, extunc possessores predictorum bonorum, domus videlicet et camere pannicide, prefato domino Lodvico vel suis successoribus quinquaginta marcas grossorum Pragensium predicti numeri dare et solvere erunt astricti, pro quibus pecuniis sibi redditus, ubi placuerit, cum scitu Capituli Poznaniensis ement et comparabunt. Verum, quia beneficium datur propter officium et est eius sequela, volumus et statuimus: ut in eodem altari ipse Lodvicus et successores eius qui pro tempore fuerint, ut prefertur, racione reddituum et proventuum predictorum percipiendorum per ipsos, missas infrascriptas per se vel per alios dicere annuatim septimanis singulis et legere perpetuis futuris temporibus, quanto devocius cum Dei adiutorio poterunt, sub obtestacione divini iudicii debeant et sint astricti: primam missam die Lune, videlicet feria secunda, pro omnibus fidelibus Defunctis, secundam vero die Martis, videlicet feria tercia, de beatis Petro et Andrea apostolis predictis, terciam autem die Veneris, hoc est feria sexta, de sancta Cruce, per dictum dominum Lodvicum et alios qui dictum altare postmodum fuerint consecuti, dici devote per se vel alium semper et perhenniter debent legi; alias hec non faciens vel negligens, sentenciam excommunicacionis incurrat. Quem quidem Lodvicum altaristam et successores eius hac prerogativa gaudere volumus et preferri: ut post altaristas nostros per antecessores nostros antiquitus institutos, in dicta nostra Poznaniensi ecclesia in choro et stallo superiorem locum obtineat et ceteros inferiores vicarios antecedat. Ut autem Christi fideles circa audicionem divinorum eo fervencius sint intenti quo donis spiritualibus fuerint referti uberius: omnibus vere penitentibus et confessis, qui apud dictum altare missas superius expressatas seu quamlibet earundem cum sincera devocione audierint pro sua et aliorum orthodoxorum Christi clemenciam humiliter exorando, decem dies indulgencie, de omnipotentis Dei clemencia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, gratuite et benigniter in Domino elargimur. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, presentes litteras scribi et nostri nostrique dicti Capituli sigillorum fecimus appensione communiri. Actum et datum Poznanie XII die mensis Novembris, anno Domini M.CCC.LXXXIII, presentibus venerabilibus et discretis dominis, fratribus nostris de Capitulo Poznaniensi, Troyano preposito, Petro decano, Alberto archidiacono, Nicolao scolastico, Nicolao cantore, Michaele preposito Gluschinensi, Stanislao Prusz cancellario, Petro Pczevensi, Conrado Srzemensi, Nicolao Lanciciensi archidiaconis, Pribigneo, Petro de Tarnowo, Iohanne Borngraber presencium scriba, Nicolao Crusse et Mathia Blida, canonicis Poznaniensibus, testibus fidedignis.

Komorniky, *Komorniki.* Gluschinensis, *de Głuszyna.* Pczevensis, *de Pszczew.* Srzemensis, *de Śrem.* Tarnowo, *Tarnowo.*

Nr. 1816.

Vincencius comes de Nalke etc. 1384 Febr. 23, ... Kurtz; una cum filiis suis impetitioni, contra monasterium Paradyż ratione hereditatis Pieski et quarundam pecuniarum habita renuntiat.

Rogalin. Biblioteka. Paradis, Lib. privil. A, Nr. 99.

Noverint universi Christi fideles presentes, preteriti et futuri presencium noticiam habituri, quod ego Vincencius comes de Nalke dominus et heres in Wysense recognosco tenore presencium publice protestando: quod universis et singulis impeticionibus, quas racione quorundam (sic) pecuniarum ex parte patrui mei Dirskonis felicis recordacionis, nec non cuiusdam hereditatis nomine Pyzik Minoris ex hereditaria devolucione meorum progenitorum ac consanguineorum ego dictus Vincencius et filii mei infrascripti, Dirsco, Theodoricus, Nicolaus, contra venerabilem in Christo patrem ac dominum Andream abbatem et suum conventum monasterii in Paradiso Ordinis Cisterciensis Poznaniensis diocesis longo tempore habuimus ac nos legittime habere asserebamus, ob respectum divinum et animarum nostrarum in iuge remedium, ac omnium amicorum et consanguineorum nostrorum in perpetuam memoriam presentibus penitus renunciamus, tradendo dicto domino abbati et suo monasterio pro perpetuo testamento iugiter reservando, promittentes amodo dictum monasterium omnibus modis quibuscunque poterimus fovere consiliis et auxiliis, temporibus opportunis in quantum valebimus firmiter assistendo. In cuius renunciacionis tradicionisque testimonium, ego predictus Vincencius et Wernerus de Bellewitz sigilla nostra presentibus fecimus appendi. Datum et actum ... Kurtz anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo quarto in vigilia beati Mathie apostoli, presentibus Alberto .... Henrico ... vitz, Wernero Sak, Hercelino Bitzowo, et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Nalke, *Niałek.* Wysense, *z niem. zam. Weissensee, czyli Chyciny.* Pyzik Minus, *Pieski.* Paradisus, *klasztor Paradyż.* Bellewitz, *z niem. zam. Belwitz, czyli Bolewiec.* Kurtz, *z niem. zam. Kurzig, czyli Kursko.*

Nr. 1817.

Domarathus castellanus Poznaniens. etc. 1384 Febr. 25, in Medzeritz; protestatur, controversiam inter monasterium Paradyż et Vincentium heredem de Chyciny ratione quarundam impetitionum exortam, amicabili compositione esse sopitam.

Rogalin. Biblioteka. Paradis, Lib. privil. A, Nr. 100.

Nos Domarathus castellanus Poznaniensis et capitaneus Medziricensis recognoscimus publice, in subscriptis notum facere cupientes universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencia cogituris: quod omnis controversia, error et dissensio inter reverendum in Christo patrem ac dominum dominum Andream abba-

tem suumque conventum monasterii in Paradiso Ordinis Cisterciensis Poznaniensis diocesis, parte ex una, et nobilem virum Vincencium dominum et heredem in Wyssenze, parte ex altera racione quarundam impeticionum exorta et habita, de cetero per amicabilem composicionem ex utraque parte intervenientem omnimode sit sopita realiterque extincta; tali condicione interiecta, quod idem Vincencius in nostra presencia corporali existencia constitutus, non compulsus, non coactus, sed de matura providaque deliberacione suorum filiorum, scilicet Dirskonis, Theodorici et Nicolai, sponte et integraliter renunciavit omnibus et singulis impeticionibus, quas contra dictum dominum Andream abbatem suumque conventum habuit ac iure hereditario se legittime habere affirmavit, videlicet super quibusdam pecuniis ex parte patrui sui Dirskonis de Wyssenze felicis recordacionis hereditaria successione sibi devolutis, nec non pro quadam hereditate que Weinigin Pyzik vulgariter nuncupatur, sita in districtu Medzericensi. Dictas quoque impeticiones coram nobis totaliter resignavit, ac cum omni iuris integritate predicto domino abbati suisque fratribus monasterii antedicti in remedium anime sue nec non animarum filiorum omniumque amicorum et consanguineorum suorum liberaliter tradidit et donavit pro perenni memoriali iugiter retinendo; promittens nichilominus predictus Vincencius cum suis filiis et amicis, prefatum monasterium omnibus modis quibuscunque poterit se amodo velle fideliter fovere et promovere, consiliis et auxiliis temporibus opportunis firmiter assistendo. In cuius renunciacionis, resignacionis, tradicionis ac perpetue concordie testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Medzeritz anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo quarto in die beati Mathie apostoli, presentibus nobilibus viris, videlicet domino Matzkone de (sic) Borkewitz, Thoma milite de Nickerin, Peregrino de Komerov, Starclang advocato in Medzeritz, et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad premissa.

Medziricensis, *de Międzyrzecz.* Paradisus, *klasztor Paradyż.* Wyssenze, *z niemiecka zam. Weissensee, czyli Chyciny.* Weinigin Pyzik, *Małe Pieski.* De Borkewitz, *zapewnie mylnie zam.* dicto Borkowicz; *cnfr. Nr. 1830 i Dodatki.* Nickerin, *Niekart, z niem. Nickern.* Komerov, *Komorowo.*

Nr. 1818.

Iacobus prepositus una cum suo collegio etc. 1384 Febr. 28, in Strzemesna; renovant privilegium, quoda. 1378 Iun. 16, in Strzemesna Martino super locatione hereditatis Nowe Szelejewo in ius de Środa dederant, iuraque in eodem contenta in strenuum virum Grzimoltonem, scultetiae ibidem modernum emptorem transfundunt.

Pergam. orygin. miejscami przeżarty, z pismem miejscami zniszczonem; brzegi obcięte, śladu przywieszenia pieczęci nie masz.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran.

In nomine Domini amen. Quoniam ea que in tempore aguntur, solent una cum lapsu temporis a memoria hominum facillime evanescere, nisi ratitudine (sic) testium litterarumque assercione fuerint perhenniter roborata, igitur nos Iacobus divina paciencia prepositus, una cum suo collegio fratres Ordinis sancti Augustini canonicorum

regularium in Strzemesna, notum esse cupimus tam presentibus quam futuris quibus presens privilegium fuerit recitatum, quod famosus vir Martinus scoltetus de nostra villa Sselevo, dicta Nowina, veniens in nostram presenciam, sanus mente, non coactus nec compulsus, sed mera fide habitoque suorum amicorum maturo consilio, consensu et assensu suorum liberorum prelibato, vendidit ac resignavit scolteciam in eadem Sselewo pro octo marcis grossorum Pragensium, pro unaquaque quadraginta octo grossos computando, strenuo viro domino Grzimoltoni et suis liberis natis ac procreandis legittimisque successoribus iure hereditario perpetue possidendam, habendam cum omnibus et singulis proventibus, fructibus, utilitatibus et cum omni iure, quo idem Martinus secundum suum privilegium (*7 lit. des.*), quod eciam (*10 lit. des.*) protunc resignavit eidem Grzimoltoni; cuius fuit tenor talis etiam est: (*Sequitur diploma Nr. 1751*).

Nos autem prenominati Iacobus prepositus cum suo collegio in Strzemesna, concernentes condignam fore contractionem celebratam inter prefatos viros Martinum resignantem et Grzimoltonem (*9 lit. des.*) consensum et assensum unanimiter impertimus super omnibus et singulis in hoc ipso privilegio contentis. Decrevimus eciam ad instanciam eorundem virorum presens privilegium renovari nostrisque sigillis communiri; hac tamen condicione interposita, quod iam sepedictus Grzimesch suique legittimi heredes, si noluerint obedire sive adimplere omnes articulos nostri iuris in hoc ipso privilegio positos, nisi loca inculta sufficientibus incolis infra spacium libertatis non collocaverit, vel si eciam eandem scolteciam vendere libere proposuerint, extunc iuxta nostrum velle non militi, sed kmethoni sepedictam scolteciam vendant suum iuxta posse. Si autem emptorem de genere kmethonum invenire non poterit, extunc multociens fatam scolteciam debent nobis sive nostris successoribus resignare, eisdem octo marcis grossorum in minimo capiendo. In eiusdem eciam rei testimonium, sigilla nostrum nostrique capituli presentibus sunt appensa. Actum et datum in Strzemesna die dominico quo cantatur Invocavit me et ego exaudiam, sub anno Domini m.ccc.lxxx.IIII, sub testimonio iam inclusso (sic).

Sselevo dicta Nowina, *Szelejewo budy.*

Nr. 1819.

Urbanus Pp. VI 1384 Mart. 8, Neapoli; mandat officiali Wratislaviensi, ut bona mensae archiepiscopalis a Bodzanta archiepiscopo Gneznensi et praedecessoribus ipsius clericis vel laicis ad tempus vel perpetuo concessa, eidem mensae restituat.

Pergam. orygin. Na sznurku z nici lnianych, białych przywieszona bulla Urbanus Pp. VI.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 216.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio.. officiali Wratislaviensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam venerabilis frater noster Bodzatha archiepiscopus Gneznensis, quam predecessores sui archiepiscopi Gneznenses qui fuerunt pro tempore, decimas, redditus, terras, vineas, possessiones, domos, casalia, prata, grangias, nemora, molendina, iura, iurisdictiones, et quedam alia bona ad mensam suam archiepiscopalem Gneznensem spectantia, datis

super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renunctiationibus et penis adiectis, in gravem ipsius mense lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam vel sub censuo annuo concesserunt; quorum aliqui dicuntur, super hiis confirmationis litteras in forma communi a Sede apostolica impetrasse. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius mense per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, iuramentis, renunctiationibus, penis et confirmationibus supradictis, ad ius et proprietatem eiusdem mense legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritàti testimonium perhibere. Datum Neapoli apud maiorem ecclesiam Neapolitanam VIII Idus Martii, pontificatus nostri anno sexto.

Nr. 1820.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1384 Apr. 24, Znene; litteras, quas dederat: **Iaroslaus s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1358 Iul. 30, Gnezne**, et idem archiepiscopus **1358 Iul. 30, Gnezne**, transsumi facit, censusque de molendinis in Kwieciszewo, pro sustentatione altarium b. Mariae v. et b. Martini in ecclesia cathedrali Gneznensi erectorum assignatos, cum decimis mensae suae de villis Wapno et Stołężyn commutat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Relationes Gnesnens. a. 1608, fol. 410 v.

In nomine Domini amen. Quia aliquando gesta sanctorum patrum et deffiniciones legitime facta et factas, ex causa rationabili iuxta cursum temporum expedit et licet in melius commutare, proinde nos Bodzantha Dei gratia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum facimus quibus expedit universis, quia duo altaria ad laudem divini nominis in ecclesia nostra Gneznensi percepimus erecta fore et dotata divisim et in scriptis huiusmodi sub tenore: (*Sequuntur diplomata Nr. 1387 et 1388*).

Considerantes itaque pias ordinationes altarium predictorum, in percipiendis eis redditibus assignatis predictis, peccatis exigentibus, ex permissione divina per devastationes, spoliationes et concremationes dicti oppidi Queciszow, factas sepissime, fore adeo prepeditas, quod dicti census et redditus annui, prout ordinatum extitit, tam de molendinis quam alias de censibus provenientibus ex bonis et molendinis Queciszow commode non possint persolvi, et nichilominus affectantes predictas ordinationes altarium utilitate et gratia prosequi ampliori, habito super his cum venerabilibus fratribus nostris in Christo dilectis, videlicet Capitulo Gneznensi, tractatu sepius solenni, dictique Capituli ac Iohannis Lassota altaris capelle beatissime Marie virginis et beati Iohannis apostoli et evangeliste, ac Petri Glupczyna altaris capelle beati Martini episcopi et confessoris et beate Catharine virginis et martyris ministrorum et vicariorum dicte ecclesie Gneznensis legitimis accedentibus consensibus et expressis, census et redditus annuos, pro dictis altaribus in molendinis et bonis Queciszow ut prefertur deputatos, in meliorem utilitatem et comodum dictorum ministrorum alta-

[illegible]

[illegible]

Nr. 1521

[illegible]

[illegible]

[illegible] quod [illegible] Wladislaviensem [illegible] Poznaniensem [illegible] ecclesie [illegible] Wladislaviensem ecclesiam [illegible] dicte Wladislaviensis ecclesie [illegible] quod nobis [illegible] ecclesie [illegible] quod [illegible] dicte ecclesie [illegible]

vel in posterum vacaturas ordinacioni et disposicioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac ad provisionem ipsius ecclesie Poznaniensis celerem et felicem, ne longe vacacionis subiaceret incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, ac cupientes eidem ecclesie talem preesse personam, que eam sciret, vellet et posset preservare a noxiis et adversis ac in suis manutenere iuribus et eciam adaugere: post deliberacionem quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Dobrogostium electum Poznaniensem, decanum tunc ecclesie Cracoviensis, decretorum doctorem, in presbiteratus ordine constitutum, cui de litterarum sciencia, vite mundicia, honestate morum, spiritualium providencia et temporalium circumspeccione aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditacione pensatis, de persona ipsius electi, nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum suorum exigenciam meritorum accepta, eidem ecclesie de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providimus ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; in illo qui dat gracias et largitur premia confidentes, quod dicta ecclesia sub ipsius electi felici regimine, gracia sibi assistente divina, prospere dirigetur et grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Cum igitur, ut idem electus in commissa sibi predicte ecclesie Poznaniensis cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur esse plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes: quatinus eundem electum ac ecclesiam sibi commissam, suffraganeam tuam, habens pro nostra et apostolice Sedis reverencia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis eiusdem Poznaniensis ecclesie iuribus sic eum tui favoris presidio prosequaris, quod ipse per tue auxilium gracie se possit in commisso sibi eiusdem Poznaniensis ecclesie regimine utiliter exercere, tuque divinam misericordiam et nostram ac eiusdem Sedis benivolenciam valeas exinde uberius promereri. Datum Neapoli apud maiorem ecclesiam Neapolitanam III Nonas Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Nr. 1822.

Bodzantha s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1384 Iul. 9, Znene; in ecclesia cathedrali Gneznensi altare in honorem s. Nicolai erigit et fundat.

Pergam. orygin., u którego dwie pieczęcie przywieszono. Po pierwszéj pozostały dwa trójkątne wcięcia, po drugiéj sznur nici jedwabn., czerwon. i żółt. przez takież dwa wcięcia przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 219.

In nomine Domini amen. Nos Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus quibus expedit universis, quod sufulti adiutorio divino cultum divini numinis augere cupientes, altare in ecclesia nostra Gneznensi ad honorem omnipotentis Dei et eius genitricis Marie virginis gloriose, et specialiter sancti Nicolai confessoris duximus erigendum, fundandum et creandum: eidem altari et ministris ipsius qui pro tempore fuerint, decimas mense nostre campestres in vil-

lis infrascriptis, videlicet in Malinecz, in Gosslawska Wola et in Comorowo Dirskonis, in districtibus Conynensi et Dzbarzensi situatas, pro sustentacione congrua et condigna sub ratihabicione wenerabilium fratrum nostrorum dominorum videlicet Capituli Gneznensis dantes, ascribentes et incorporantes, per ipsos ministros nomine dicti altaris perpetuis temporibus cum totali iure ipsarum habendas, recipiendas et exnunc et inantea possidendas. De quo quidem altari, considerata ydoneitate discreti viri Nicolai dicti Troxar vicarii dicte ecclesie nostre Gneznensis, sibi graciose providimus et tenore presencium providemus: ita tamen, quod ipse Nicolaus Troxar minister dicti altaris et sui successores, in die anniversarii nostri singulis annis, semel in quolibet anno in Vigiliis mediam marcam, et in crastino in missa aliam mediam marcam, et in anniversario dicti Nicolai Troxar unum fertonem, in Vigiliis similiter et unum in missa fertonem grossorum ipse Nicolaus Troxar pro tempore vite sue, et demum successores sui perpetuis temporibus distribuere; missas vero pro animabus nostra, antecessorum et successorum nostrorum ac ipsius Nicolai Troxar et suorum consanguineorum, videlicet omni feria secunda pro Defunctis, feria quarta sancti Nicolai patroni eiusdem altaris, et sabbato de Domina nostra, septimanatim celebrare singulis annis et perpetuo per se vel ydoneos alios presbiteros in dicto altari sint astricti. Ubi autem predictas Vigilias, missas et distribuciones contumaciter vel pertinaciter adimplere neglexerint aut noluerint, .. decanus noster Gneznensis vel eius vices gerens, qui pro tempore fuerit, predictum Nicolaum Troxar altaristam et successores suos per censuram ecclesiasticam compellent; in quibus ipsorum omnium consciencias oneramus. Ad quod faciendum, ipse Nicolaus Troxar se et successores suos racionabiliter obligavit. Quod altare exnunc censeri debeat, prout et est, nostre collacionis et successorum nostrorum. Extincta vero persona dicti Nicolai Troxar, prefatum altare per nos et nostros successores non aliis, quam uni ex vicariis predicte ecclesie nostre Gneznensis debeat conferri, iuxta constituciones eiusdem ecclesie nostre Gneznensis efficaciter observatas. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti Capituli nostri Gneznensis sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Znene in crastino Kyliani et sociorum eius martirum beatorum, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, presentibus honorabilibus viris, dominis Iohanne archidiacono, Bronislao cancellario et Nicolao Stresconis canonico Gneznensibus, Andrea preposito Rudensis, Symkone Wladislaviensis, Petro Wlosczowsky Curzeloviensis, et Petro de Peczinovicze Lanciciensis qui presencia conscripsit canonicis ecclesiarum, testibus ad premissa.

Malinecz, *Maliniec.* Gosslawska Wola, *nie odgadnione; może Łaszczowa Wola pod wsią Gosławice.* Comorowo Dirskonis, *Komorowo.* Conynensis, *de Konin.* Districtus Dzbarzensis, *północno-wschodnia część Wielkopolski; cnfr. Dodatki do Nru. 812 etc.* Znena, *Żnin.* Rudensis, *de Ruda.* Wlosczowsky, *de Włoszczowa.* Curzeloviensis, *de Kurzelów.* Peczinovicze, *Pieczewo.*

Nr. 1823.

Unoldus et Peregrinus fratres uterini de Treplin dicti 1384 Nov. 14, in civitate Gora; bona sua Schoenborn monasterio Paradyż conferunt.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia 4 pieczęci, z których 3 znikły, czwarta zaś osobno zachowana, zupełnie zatarta.

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 9.

In nomine Domini Ihesu Christi amen. Ffacilime ab humana memoria elabuntur ea que in tempore aguntur, nisi scripti testimonio proborum virorum perhennentur. Eapropter nos Unoldus et Peregrinus fratres uterini, de Treplin dicti, universis et singulis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris serie presencium cupimus fore notum: quod divina cooperante virtute dominus Stephanus abbas Laci sancte Marie, quod vulgo dicitur Velen, una cum consulibus et iuratis Gore civitatis, videlicet Niczcze Grolok proconsule, Niczcze Gumprecht, Heynke Linifice, Iurge Crucze, Niclos Rothe, inter nos, parte ex una, et dominum Andream abbatem de Paradiso et suum conventum, parte ex altera, amicabilem indissolubilemque concordiam fecerint, perpetuis temporibus duraturam, pro bonis Schonenborn dictis, cuidam hereditati Roessyn dicte eiusdem monasterii in medietate adiacentibus, a predecessoribus nostris iure hereditario ad nos devolutis, sed eisdem dominis bona eadem minus iuste possidentibus; pro quibus bonis eis aliqua dampna intuleramus ad tot se extendencia, et adhuc multo maiora cum tota nostra posteritate facere intendebamus eadem repetendo. Quibus bonis Schoenborn dictis, ob tam amicabilem composicionem a tantis viris celebriter factam, bona deliberacione maturoque amicorum nostrorum consilio preassumptis, sani mente et corpore nos presentibus abrenunciamus, ac prefatis dominis et eorum monasterio assignamus testamenti nomine atque legamus eviterne possidenda pacifice et quiete, nobis et nostris posteris perpetuum silencium imponentes; promittentes insuper cum nostra posteritate, in omnibus locis eosdem eorumque successores pro nostris viribus defensare fideliter atque tueri: tali dumtaxat condicione interiecta, quod de dampnis per nos eisdem illatis una cum nostris complicibus seu coadiutoribus, liberos debent habere et absolutos, nos et omnes predecessores cum successoribus nostris veros ac legittimos collatores dictorum bonorum scire debeant ac fateri, nobis et nostris predecessoribus, infra et successoribus anniversarium cum Vigiliis et missa in conventu sollempniter, secunda vel tercia feria proxima post festum beati Martini, singulis annis debeat celebrari; infra nos inscribi et ad fraternitatem suam et participacionem omnium oracionum recipere tenebuntur, harum quibus nostra sigilla presentibus sunt appensa testimonio litterarum. Actum et datum in civitate Gora proxima feria secunda post festum beati Martini episcopi et confessoris, anno ab Incarnacione Domini m.ccc.lxxxiiii, presentibus hys testibus, viris luculentis et dominis, videlicet domino Iohanne Groedis, Iohanne Rabe in Gleynik et Martino in Zandewal plebanis, nec non viris validis Iohanne et Arnoldo de Bancz fratribus, et Kunczkone advocati (sic) concivi et iudice civitatis Gore, et aliis quam pluribus fidedignis.

Treplin, *Treplin.* Lacus s. Marie, *jezioro pod wsią Wieleń.* Gora, *z niemiecka Guhrau.* Paradisus, *klasztor Paradyż.* Schonenborn, *Schoenborn.* Roessyn, *Rosin,*

z niem. Rissen. Groedis, *Grodzisk*, *z niem. Groeditz.* Gleynik, *Gleinig.* Zandewal, *Sandelwälde.* Bancz, *nie odgadnione.*

Nr. 1824.

Fr. Stephanus abbas monast. Laci s. Marie 1384 Nov. 14, in civitate Gora; protestatur, se una cum consulibus civitatis Gora unionem inter monasterium Paradyż et Unoldum et Peregrinum fratres, dictos de Treplin, ratione bonorum Schoenborn fecisse.

Rogalin. Biblioteka. Paradis, Lib. privil. A, Nr. 102.

Nos frater Stephanus abbas monasterii Laci sancte Marie, quod vulgo dicitur Velen, Ordinis Cisterciensis, diocesis Poznaniensis, una cum consulibus et iuratis Gore civitatis, videlicet Niczcze Grolok proconsule, Niczcze Gumprecht, Heynke Linifice, Iurge Cruse, Nicolao Rothe, consulibus et iuratis, universis et singulis tam presentibus quam futuris tenore presencium recognoscimus publice profitentes: quod divina gracia suffragante amicabilem incorruptibilemque concordiam fecimus ac unionem inter dominum abbatem de Paradiso et suum conventum, parte ex una, et inter Unoldum et Peregrinum fratrem eius uterinum, dictos de Treplin, parte ex altera, pro quibusdam bonis Schonenborn dictis, cuidam hereditati Rossyn dicte eiusdem monasterii immediate adiacentibus; ita, quod Unoldus suo suique fratris nomine dicti Peregrini prefati de Treplin, bona deliberacione ac maturo consilio suorum amicorum prehabitis, sanus mente et corpore ac spontanea voluntate dictis bonis coram nobis in consesso consilio abrenunciavit, ac eadem dictis dominis assignavit nomine testamenti atque legavit perpetuo possidenda pacifice et quiete, sibi cum fratre suo eorumque successoribus pro eisdem bonis perpetuum silencium imponens. Promisitque se, suo suique fratris nomine, cum tota sua posteritate dominos eosdem cum eorum successoribus pro totis viribus suis in omnibus locis defensuros fideliter atque tuituros; tali tamen interposita condicione, quod dominus abbas cum conventu suo Unoldum cum fratre suo Peregrino, de Treplin dictos, et omnibus complicibus et adiutoribus suis, de dampnis per eos ipsis illatis liberos dimittant et solutos, ipsumque Unoldum cum Peregrino fratre suo, dictos de Treplin, eorumque cum predecessoribus ac successoribus, pro veris legittimisque donatoribus dictorum bonorum habere debeant, et cum hoc anniversarium cum Vigiliis et missa in conventu pro Defunctis, secunda vel tercia feria proxima post festum beati Martini singulis annis debeat sollempniter celebrari pro eisdem; insuper ad fraternitatem et ad participacionem omnium oracionum nec non ad inscribendum recipi debeant universi, harum quibus nostrum ac civitatis Gore nec non Unoldi et Peregrini predictorum sigilla presentibus sunt appensa testimonio litterarum. Actum et datum in civitate Gora proxima secunda feria post festum beati Martini episcopi et confessoris, anno ab Incarnacione Domini millesimo trecentesimo octogesimo quarto, presentibus hys viris luculentis et dominis, videlicet domino Iohanne Grodis, Iohanne Rabe in Gleynik, Martino in Zandewal plebanis, nec non viris validis Iohanne et Arnoldo de Bancz fratribus, Kunczkone advocato concivi et iudice civitatis Gorensis, et aliis quam pluribus fide dignis.

Lacus s. Marie, *jezioro pod wsią Wieleń.* Gora, *z niem. Guhrau.* Paradisus, *klasztor Paradyż.* Treplin, *Treplin.* Schonenborn, *Schönborn.* Rossyn, *Rosin, z nie-*

miecka Rissen. Grodis, *Grodzisk, z niem. Gräditz.* Gleynik, *Gleinig.* Zandewal, *Sandelwalde.* Bancz, *nie odgadnione.*

Nr. 1825.

Dobeslaus castellanus Cracoviens. et ceteri iudices 1384 Dec. 12, in castro Cracoviensi; Hedvigim reginam Poloniae Bodzantam archiepiscopum Gneznensem calumniarum eidem impositarum innocentem declaravisse protestantur, insuperque archiepiscopum praedictum de utroque parente nobilem esse proclamant.

Pergam. orygin., u którego na paskach pergaminowych było przywieszonych dziesięć pieczęci. 1wsza zatarta, napis: S. Dobesii ... ros ... *2ga zatarta, napis:* S. Sandivogii Palati Kali... *3cia z godłem rodu Półkoziców, z napisem zatartym. 4ta z godłem rodu Leliwitów, napis:* S. Iohannis ... *5ta z godłem rodu Ogończyków, napis:* S. Petri de ... *6ta z godłem rodu Jelitów, z napisem zatartym. 7ma i 8ma znikły. 9ta zatarta, napis:* S. Crezlavi d'Vi . . a. *10ta znikła wraz z paskiem.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 220.

Nos Dobeslaus castellanus Cracoviensis, Sandivogius palatinus Kalisiensis nec non capitaneus Cracoviensis, Iohannes palatinus Lanciciensis nec non procurator Cracoviensis, Iohannes Sandomiriensis, Petrus Lublinensis, Stanislaus Wisliciensis, Clemens Radomiensis, Petrus Malogostensis castellani, Predborius marsalcus Cracoviensis, Pelka iudex, Prandotha subiudex Sandomiriensis, Petrus dictus Saffronecz subdapifer Cracoviensis, iudices et commissarii partibus infrascriptis per gloriosissimam principem et dominam dominam Hedvigim reginam Polonie dati legitime ac specialiter deputati, notum esse volumus quibus expedit universis: quod quamquam reverendus in Christo pater et dominus, dominus Bodzantha archiepiscopus ecclesie Gneznensis, de impositis sibi per quosdam emulos suos diversis iniuriosis et criminosis infamiis, ad mandatum serenissime principis et domine, domine Elizabeth regine Ungarie, coram domino Dimithrio kardinali in Cracovia et coram magnifico principe domino Sigismundo marchione Bramburgensi, aliquibus ex nobis audientibus et presentibus, coniunctim et divisim suam innocenciam et famam prestito ibidem corporali iuramento digne et laudabiliter ac sufficienter expurgavit et ostendit, demum predicta domina nostra Hedvigis regina Polonie, in Cracovia, quarto die ante coronacionem suam per ipsum dominum archiepiscopum factam et celebratam, audita ipsius domini archiepiscopi huiusmodi expurgacione ac innocencie ostensione informataque de sua constancia et fidelitate, ex certa sua sciencia et de consensu matris sue domine Elizabeth regine Ungarie predicte, litteris suis cum appenso sigillo eundem dominum archiepiscopum sic ut premittitur expurgatum ac fidelem declaravit sufficienter et expresse, quas litteras domine nostre regine Polonie predicte in medium nostri offerebat: tamen volens ex superhabundanti suam famam et innocenciam ostendere, coram nobis in iudicio comparens proposuit querulose super dominum Wenczeslaum dictum Rosscowski, quomodo ipsum dominum .. archiepiscopum eisdem et aliis criminosis et iniuriosis infamiis diffamabat et accusabat coram predicta domina nostra regina Polonie et nobis presentibus; et insuper narrabat ipse Wenczeslaus, eundem dominum .. archiepiscopum non esse nobilem ex utroque parente procreatum. Nos vero auditis huiusmodi propositis et partibus predictis presentibus, habito inter nos

tractatu et consilio speciali, informati per nonnullos nostrum: quod ipse dominus.. archiepiscopus, instante sibi protunc domino Grothone castellano Lublinensi, tempore domini Kazimiri, felicis memorie regis Polonie, in Cracovia coram iudicio regali et coram aliquibus nobis suam nobilitatem per nobiles fratres et patruos suos sue genelogie et clypei sui de terris Thesinensi, Cuyaviensi et Mazoviensi, et per alios amicos suos post matrem, ad testificandum per ipsum dominum archiepiscopum protunc inductos, per eorum corporalia iuramenta ostendit et docuit sufficienter, de eadem et de infamiis per dictum Wenczeslaum sibi ut premittitur impositis proprio corporali iuramento suam innocenciam expurgavit sufficienter: ipsum dominum archiepiscopum vigore fideiussionis predicte nobilem ex utroque parente, solum Deum pre oculis habentes, declaramus iudicialiter et sentenciamus, ipsumque de predictis infamiis declaratum et expurgatum pronunciantes in hiis scriptis ac eciam iustificatum, condempnantes dictum Wenczeslaum in duabus penis dictis pandznadzescza, unam in causa nobilitatis, et aliam pro infamiis predictis, eidem domino archiepiscopo dandam et solvendam. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in castro Cracoviensi in crastino dominice in qua Gaudete in Domino in Ecclesia katholica decantatur, anno Domini millesimo CCC^{mo} LXXXIIII, presentibus nobilibus viris, dominis Otthone subcamerario Bidgostensi, Michaele venatore Sandomiriensi, Wladimiro subdapifero Lanciciensi, Falibogone subiudice Syradiensi, Dadzibogone herede de Orlow, Nicolao Iastrzambecz de Borzyslavicze, et aliis pluribus fidedignis.

Malogostensis, *de Małogoszcz.* Rosscowski, *de Ruszków.* Orlow, *Orłów, nie odgadnione, który z pomiędzy kilkunastu wsi tegoż nazwiska.* Borzyslavicze, *Borysławice.*

Nr. 1826.

Sandivogius palatinus Kalisiens. et ceteri fideiussores 1384 Dec. 12, in castro Cracoviensi; Bodzantae Gneznensi archiepiscopo spondent, Wenceslaum de Ruszków castrum Opatów cum pertinentiis eidem restituturum.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergam. trzy pieczęcie przywieszono. 1wsza przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Pałuków (Topór stojący, zwrócony ostrzem w prawo; cnfr. pieczęcie XVIII i XLVII), napis: S. Sandzivogii Pal... *2ga na takiejż tarczy przedstawia godło rodu Odrowążów; napis:* S. Crez... *3cia na takiejż tarczy godło rodu Toporczyków; napis zatarty.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 221.

Nos Sandivogius palatinus Kalisiensis nec non capitaneus Cracoviensis, Prandotha subiudex Sandomiriensis, Navogius heres de Lankawi, omnes in solidum et manu coniuncta ex certa nostra sciencia bona fide ac pura mente sine omni fraude et dolo promittentes fideiubemus reverendo in Christo patri ac domino, domino Bodzanthe archiepiscopo Gneznensi et ad manus suas, pro domino Wenczeslao dicto Rosscowski: quod ipse Wenczeslaus castrum Opatow cum omnibus villis, allodiis et obvencionibus quibuscunque ad dictum castrum pertinentibus, in festo sancti Thome apostoli proxime affuturo predicto domino archiepiscopo et sue Gneznensi ecclesie restituere debet et restituet ac Stanislao Belawski, cui cum dicto castro Opatow idem

Wenczeslaus promisit nomine dicti domini archiepiscopi dare et assignare in festo predicto totaliter possidendum. In quo castro predictus Wenczeslaus centum mensuras tritici, ducentas mensuras siliginis aut farine, et ducentas mensuras avene dimittere tenetur; aliasque obvenciones tam in censibus quam in frumentis, maldratis, decimis et rebus quibuslibet, que ad festum sancti Martini in dictis castro et villis proxime elapsum et pro anno preterito provenire et derivari debuerunt, ipse Wenczeslaus cum fratribus suis pro se recipient et recipere debent ac eciam obtinere, nec deinceps per dictum dominum archiepiscopum et.. Capitulum Gneznensis ecclesie pro predictis et dampnis omnibus, in dictis castro et villis quomodolibet factis, debent moneri aut aliqualiter impediri et molestari. Si autem alique remanencie de predictis anni preteriti obvencionibus inexacte remanent vel manserunt in castro et villis eisdem, easdem ipsi Wenczeslaus cum fratribus ad finem recipient et obtinebunt: exceptis tritico, siligine aut farina et avena supradictis, que ut premittitur in castro pro domino.. archiepiscopo predicto reponi et dimitti debent. Quitquid autem predicti Wenczeslaus cum fratribus aut homines eorum, in dictis castro et villis post festum sancti Martini predictum et pro anno presenti in rebus, censibus, maldratis, decimis et obvencionibus quibuscunque derivandis et proveniendis receperint aut receperunt, vel dampna aliqua fecerint aut fecerunt, ad eadem reddenda, resarcienda et exsolvenda eidem domino archiepiscopo tenebuntur sine excusacione aliquali. Ubi vero ipse Wenczeslaus castrum predictum Opatow cum villis et allodiis, ut premissum est, predictis domino archiepiscopo et Stanislao in festo sancti Thome predicto non restituerit, extunc ipsum Wenczeslaum in presencia predicti domini archiepiscopi statuemus et ad manus suas assignabimus omni semota difficultate. Pro quibus omnibus, in forma superius expressa eidem domino archiepiscopo promittimus et fideiubemus per presentes. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in castro Cracoviensi in crastino dominice in qua Gaudete in Domino in Ecclesia katholica decantatur, anno Domini millesimo CCC^{mo}LXXXIIII^{to}, presentibus strenuis ac nobilibus viris, dominis Dobeslao castellano Cracoviensi, Iohanne palatino Lanciciensi, Iohanne Sandomiriensi, Petro Lublinensi, Clemente Radomiensi, Petro Malostensi, Stanislao Wisliciensi castellanis, et aliis pluribus testibus fidedignis.

Lankawi, *Łukawa.* Rosscowski, *de Ruszków.* Opatow, *Opatów.* Belawski, *de Bielawy.* Rodomiensis, *de Radom.* Malostensis, *de Małogoszcz.* Wisliciensis, *de Wiślica.*

Nr. 1827.

Bodzanta s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1385 Ian. 9 (?), in Lowicz; ecclesiam parochialem a Bronislao archidiacono Gneznensi in Niestronno fundatam, decimis de tribus villis mensae suae dotat.

Gniezno. Bibliotheca Capituli Metropol. Liber beneficiorum archidiaconatuum Gnesnens. etc. ex antiquo originali descriptus a. 1646.

In nomine Domini amen. Salvator humani generis Dei filius vera sapientia sanctam domum Ecclesiam ineffabili divina providencia sibi edificans, in ea populi Christiani ob salutem columnas septem antique Hierusalem typo extruxit, quibus

fideles sustentati, suorum veniam peccaminum in presenti et in futuro largiente Domino eterne vite premia consequentur, (quo) ardescentius ad eandem confugient. Eatenus nos Bodzanta Dei gratia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus quibus expedit universis, (quod) digne studio vigilanti ex officii pastoralis debito intendentes ut cultus in Dei Ecclesia divinus pullulantia catholice fidei crebrescente augeatur, (ecclesiam parochialem in honorem) omnipotentis Dei et sue Genitricis gloriose, et specialiter sancte Crucis et sancti Michaelis archangeli, ad petitionem venerabilis viri domini Bronislai archidiaconi ecclesie Gneznensis, sancti Spiritus gratia specialiter allecti, in villa nove plantationis Nestronno vulgariter nominata ereximus, erigimus et fundamus. Cuius quidem ecclesie idem Bronislaus archidiaconus Gneznensis tanquam verus fundator, duos mansos agrorum, unam tabernam, lacum quod dicitur Grzybno, pratum circa Melnum, insuper et piscatorem ibidem in Nestronno, qui cum retibus estivalibus, excepta sola sagena dicta niewod, piscari omnimodam pro rectore ecclesie habebit libertatem, ab omni prorsus censu, exactione, contributione et iure temporalium dominorum eosdem libere solutos penitus et exemptos, cum omnibus usibus et fructibus et proventibus, nunc (et) quo(modo)libet in futurum ex eisdem emergentibus, pro ipsius progenitorum ac successorum suorum animarum salute, pie et gratuite perpetuis temporibus appropriando adiunxit et donavit. Rector vero eiusdem ecclesie molendinum pro se locabit in rivulis qui ibi sunt in silvis; scultetus vero qui ibi erit in Nestronno, plebano suo manipulatim decimabit. Nosque pro veneratione cunctorum plasmatorum ecclesie (sancte) Crucis et sancti Michaelis archangeli totiusque celestis ierarchie in laudem et honorem, et pro congrua sustentatione et competenti Stanislai rectoris ecclesie et suorum imposterum successorum, necnon eiusdem quibusvis oneribus supportandis, de consensu fratrum nostrorum dominorum Capituli nostre ecclesie Gneznensis, in Novo Paliendze, quod dicitur Smerdzaczee, in Lavki et in Drebno, per quoscunque homines (cuiusvis) status vel honoris culti, arrati et alio quovis modo procurati agri earundem villarum fuerint, decimas campestres ad nostram mensam archiepiscopalem de iure pertinentes et consuetudine spectantes damus, ascribimus ex certa scientia et incorporamus prescripte ecclesie in Nestronno, circa ipsam et omnes rectores qui pro tempore fuerint canonice instituti perpetuis temporibus mansuras, per eos denique deinceps perpetuo habendas, tenendas, exigendas, tollendas et pro usibus ipsorum benivolis libere, pacifice et quiete convertendas, eo modo, iure et consuetudine, quibus ad nostram mensam spectant. Cupientes animarum providere benigniter saluti, villas Nestronno, Betki et Wienecz vulgariter nominatas, iure parochiali eidem ecclesie modo per nos de novo fundate immiscentes adiungimus per presentes, ut inhabitatores earum Dei divina audiant, ecclesiastica in ipsa percipiant Sacramenta accuratius, eosdem (ab) obedientia rectoris alterius ecclesie totaliter absolvent(es). In cuius rei testimonium, nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Lowicz feria sexta (sic) infra octavas Epiphanie, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Simone de Dzankowo Wladislaviensi, Petro de Pieczinowicze Lanciciensi, Alberto Iastrambecz Sandomiriensi, Ialibrzicone altarista Miroviensi et Ianusio Sactra, ac Nicolao Kobylka capellano curie nostre, testibus ad premissa.

Nestronno, *Niestronno*. Lacus Grzybno, *jezioro pod leśnictwem Głęboczek*. Melnum, *Mielno*. Novum Paliendze, *Palędzie dolne*. Lavki, *Ławki*. Drebno, *Drewno*.

Betki, *nie odgadnione.* Wienecz, *Wieniec.* Dzankowo, *Dziankowo.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Pieczinowicze, *Pieczewo.* Miroviensis, *nie odgadnione.*

Kopją powyższą nader niedbale wykonaną, uzupełniono tu według prawdopodobieństwa w miejscach widocznie poopuszczanych wyrazami ujętymi w klamry. Feria sexta infra octavas Epiphanie a. 1385, *przypada na samą oktawę Trzech Króli, może miało bydź* feria secunda. *Oprócz tego przestawiono powyżéj: wiersz 17 od g., str. 554 wyrazy* ex eisdem emergentibus, *które stały po* et fructibus *w wierszu poprzednim; również wiersz 19 od g., str. 554 ustęp:* Rector vero *aż do* decimabit, *który stał pomiędzy* circa Melnum *a* insuper et piscatorem; *wreszcie wiersz 8 od dołu, str. 554* accuratius, *które stało po* eosdem.

Nr. 1828.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1385 Apr. 6, in Byssovia; rectoribus quarundam ecclesiarum mandat, ut incolas certarum villarum districtus Naklensis, census decimales monasterio de Byszewo solvere recusantes, ad requisitionem abbatis monasterii praedicti quovis tempore excommunicent. (Cnfr. Nr. 1710).

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć okrągła okazuje górną połowę postaci biskupa błogosławiącego; pod nią na tarczy trójkątnéj wyobrażenie godła rodu Szeligów. Napis zatarty.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 127.

Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, discretis viris de Gosticzin, de Drzevanow, de Dambovo, de Sanseczno, de Wyrzchuczino et Wawelno ecclesiarum rectoribus seu eorum vicariis, et aliis omnibus qui presentibus fuerint requisiti, salutem in Domino. Vobis et vestrum cuilibet sub excommunicacionis pena firmiter committimus et mandamus: quatenus, dum quociens et quum per venerabilem ac religiosum virum dominum.. abbatem de Byssovia vel suum procuratorem eius nomine fueritis vel fuerit aliquis vestrum monitus et requisitus, omnes et singulos utriusque sexus incolas de villis subscriptis, videlicet de Bralewicze, de Przerowa, de Karcz, de Wawelno, de Swinarzew, de Miroczino, de Thuscovo, de Dambowo, et in triplici Sanszeczno, scilicet Magno, Parvo et Gliscze, in casu ubi census decimales non solverunt eidem vel solvere contradixerunt, monicione XIIII dierum premissa, excommunicatos publice et solempniter vestris in ecclesiis, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis et demum extinctis infra missarum sollempnia denuncietis et ab aliis nunciari procuretis: quos eciam nos extunc prout exnunc dicta monicione premissa excommunicamus in hiis scriptis: et demum, satisfaccione premissa per dictos incolas, ad denunciacionem prefati domini.. abbatis vel sui procuratoris ab huiusmodi sententiis relaxetis. Datum in Byssovia feria quinta infra octavas Pasche, anno Domini m.ccc.lxxx quinto, nostro sigillo presentibus subappenso.

Gosticzin, *Gostyczyn.* Drzevanow, *Drzewianowo.* Dambovo, *Dębowo.* Sanseczno, *Samsieczno.* Wyrzchuczino, *Wierzchucin.* Wawelno, *Wąwelno.* Byssovia, *Byszewo.* Bralewicze, *Bralewice.* Przerowa, *Przyrowa.* Karcz, *Karczewo.* Swinarzew, *osada znikła.* Miroczino, *Mierucin.* Thuscovo, *Tuszkowo.* Sanszeczno triplex, *Samsieczno, Samsieczynek i Gliscze.*

Nr. 1829.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1385 Apr. 7, in Gnezna; expositionem mericae kmethonibus de Orzeł a praedecessoribus suis sub annuo censu factam confirmat.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 62 v.

Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod ad nostri venientes presenciam scoltetus et kmethones de Orzel, villa nostra sita in terra Pomoranie, nobis exposuerunt, qualiter olim dominus Clemens archidiaconus Calisiensis, procurator predecessorum nostrorum, ibidem quandam mericam ipsorum hereditati adiacentem et ultra numerum mansorum ville eiusdem excrescentem, ac iuxta ipsorum assercionem tredecim mansos cum medio continentem, ipsis sub annuo censu, videlicet octo marcarum monete et numeri Thorunensis duxerit exponendam: sic, quod quolibet anno incole prefate ville octo marcas numeri et monete Thorunensis ut prefertur, in festo Purificacionis beate Virginis solvere, et quoddam pratum in eadem merica falcare, colligere, cumulare et in Camyen vel Czirequyczam adducere sint consueti et tenentur: supplicantes, quatenus huiusmodi ordinacionem et exposicionem ratam et gratam habentes, approbare et confirmare dignaremur. Nos itaque ipsorum supplicacionibus iustis et condignis acclinati utilitatemque nostram ac incolarum nostrorum predictorum condigne pensantes, ipsam de consilio et consensu fratrum nostrorum, Capituli videlicet Gneznensis approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus perpetuis temporibus duraturam; volentes, ut idem rector ecclesie parochialis ville predicte, huiusmodi merice sit particeps ut alter ex ipsis: harum quibus nostrum et Capituli nostri sigilla sunt appensa testimonio litterarum. Datum in Gnezna feria sexta post festum Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, presentibus honorabilibus viris, dominis Iohanne archidiacono, Bronislao cancellario Gneznensi, Bertholdo vicecancellario, Simone Wladislaviensi et Petro Lanciciensi canonicis, testibus ad premissa.

Orzel, *z niem. Wordel.* Camyen, *Kamień.* Czirequycza, *Cerekwica, z niem. Zirkwitz.* Wladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1830.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1385 Mai. 18, in Trzemeszno; fidelibus in ecclesia monasterii de Trzemeszno varia pietatis opera devote peragentibus indulgentiam quadraginta dierum largitur.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci. Trzemeszno. Privil. Convent. Canon. Regul. Lateran.

Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, universis Christi fidelibus, presertim in nostra diocesi constitutis, salutem in Eo qui est vera salus. Cum humana condicio prona ad peccandum divinis affectat muneribus expiari, nos cupientes quibusdam allectivis Christianum populum ad devocionis graciam invitare,

ut qui remissi fuerant, excitati indulgenciis ad ecclesiarum limina propensius mardescant: omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad monasterium in Trzemeszno nostre diocesis tam in festivitatibus precipuis, videlicet Nativitatis, Resurreccionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, nec non Concepcionis, Annunciacionis, Nativitatis, Purificacionis et Assumpcionis beate Marie virginis genitricis Domini nostri Ihesu Christi, ac diebus apostolorum, martyrum, virginum, confessorum et electarum, ac Omnium Sanctorum, nec non in festo dedicacionis et Patroni ipsius monasterii, diebusque dominicis, festivis et ferialibus per circulum anni occurrentibus devote accesserint divinam graciam petituri, missas, sermones et alia divina officia audituri, et qui ad opus fabrice eiusdem monasterii et pro ornatu, libris, calicibus, vino, ostiis et luminibus atque sale manus porrexerint adiutrices, nec non Corpus Christi et oleum sacrum ad infirmum procurandum et redeundo ab ipso infirmo ad monasterium eundo adduxerint et secuti fuerint, reverenter et devote Lignum vite adoraverint reliquiasque Sanctorum omnes vel singulariter osculati fuerint, aliaque opera fecerint pietatis devote et opere pietatis, de omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius clemencia confisi, quadraginta dies de iniunctis eis penis misericorditer relaxamus, presentibus perpetuis temporibus valituris. Datum in Trzemeszno decima octava die mensis Maii, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, nostro sigillo presentibus subappenso.

Nr. 1831.

Andreas abbas monasterii in Paradiso 1385 Iun. 6, in monasterio Paradiso; villam sui monasterii dictam Kernin civitati Landsberg modo feudi vendit, et pro pecunia recepta villam Goskar a Fridhelmo et Hentzkone fratribus dictis de Wesenburg emit.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburgens. A 18, p. 408. (*Kopja*).

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Ne actiones humane a nonnullis successoribus immutentur, sed magis vigorem perpetuitatis obtineant, expedit eas scripturis autenticis ac personarum idonearum testimoniis perennari. Hinc est, quod nos frater Andreas abbas monasterii in Paradiso Ordinis Cisterciensis, Posnaniensis diocesis, recognoscimus publice subscriptis notum fore cupientes universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentia audituris vel visuris, quod cum dictum monasterium nostrum, Paradies vulgariter nuncupatum, quandam villam nomine Kernin in dicta diocesi Posnaniensi sitam haberet ipsi monasterio minus utilem, respectu ville Goskar, que ipsi monasterio redditibus, commodis et utilitatibus ac aliis emolumentis longe fructuosior est et utilior, prout hec omnia adeo publica sunt et notiora, quod inficiationum locus nullus existit: quam quidem villam videlicet Gotskar prope opidum Crosne in diocesi Wratislaviensi locatam, nos dictus Andreas abbas monasterii predicti ipsi nostro monasterio ac nomine et ad utilitatem ipsius et profectum loco dicte ville Kernin iusto commutationis seu permutationis titulo, prout liquet subscriptis, pro trecentis et decem sexagenis grossorum Pragensium a nobilibus et famosis viris, domino Fridehelmo et Hentzkone fratribus dictis de Wesenburgk dinoscimur comparasse. Sed quia nos Andreas abbas predictus monasterii predicti, de et super dicta commutatione seu permutatione facienda antero-

gato, requisito et habito consilio plenoque consensu venerabilis in Christo patris ac domini, domini Henrici abbatis monasterii in Lenyn, visitatoris nostri eiusdem Ordinis, Brandenburgensis diocesis, nec non premisso et prehabito tractatu solenni et diligenti, omnibus fratribus et monachis nostris ob hoc specialiter convocatis et in capitulo congregatis, videlicet Hermanno priore, Nicolao suppriore, Luca cellerario, Matthia cantore ceterisque fratribus conventualibus expresse consentientibus, prout de hoc patet per publicum instrumentum manu Arndes Lorentdorp publici notarii conscriptum, nostro nostrorumque successorum nomine ac vice et nomine prefati nostri monasterii sponte et libere vendidimus et in his scriptis vendimus honorabilibus et discretis viris Michaeli Lunenborg, Petro Brisman, Henningo Caslevenstorp, Henningo Krüger, Iohanni Glumen et Henrico Schmiter, consulibus et iuratis oppidi Nove Landsbergk Caminensis diocesis, suis suorumque omnium successorum ac totius universitatis et ipsius oppidi vice et nomine ementibus, dictam villam Kernin cum omni iure et dominio, iurisdictione superiori et inferiori et proprietate et singulis graniciis circumferentialiter distinctis, nec non cum omnium pertinentiarum et attinentiarum generibus et speciebus, videlicet lingnis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, paludibus, piscationibus, mellificiis, venationibus, cum omnibus et singulis usufructibus, redditibus, proventibus et utilitatibus universis, prout nos ab antiquis temporibus habuimus et possedimus, libere, pacifice et quiete absque omni impeditione, impugnatione, adversitate perpetualiter iure hereditario sine omni servitio possidendam, pro trecentis sexagenis grossorum Pragensium Polonici pagamenti numerate pecunie ab eisdem consulibus datis et etiam numeratis, in presentia domini nostri visitatoris de Lenyn integraliter persolutis nomine nostro ac nomine predicti monasterii predictis famosis viris Fridehelmo et Heintzkoni fratribus dictis de Wesenborgk, a quibus villam Gostgar emimus predictam. Nichilque iuris nobis vel nostris successoribus aut supradicto nostro monasterio in predicta villa Kernyn et eius pertinentiis reservamus, relinquendo et resignando universum ius omnemque proprietatem, quam nos habuimus ad eandem ipsamque villam ac eius attinentias; nec non et singula supradicta eis et eorum successoribus ab omni homine et universitate legitime defendere, authorisare (sic) et disbrigare promittimus, in quantum in nobis et nostris successoribus consistit. Verum tamen hoc adiicimus observandum: quod quicunque et quotiescunque novus abbas in sepe dicto nostro monasterio electus et confirmatus fuerit et possessionem pacificam habuerit, et cum hoc ad notitiam consulum dicti oppidi Nove Landspergk cum nuncio et litera novi electi abbatis pervenerit, duo de consulibus super hoc sufficiens mandatum habentes, infra annum et diem, dum tamen principum vel eorum officialium guerre vel abbatis absentia seu alia legitima causa impedimento non existant, memoratum dominum abbatem in ipsius monasterio, si eum propius habere non potuerint, debebunt adire, eique decenter et humiliter exhibere, recognoscendo videlicet, se suosque concives eorumque oppidum Landsbergk, predictam villam Kernyn ab ipso domino abbate tanquam eorum domino habere, tenere et possidere in feudum, petendo nichilominus et postulando ipsius ad hoc gratiam et favorem. Quam quidem villam extunc predictus petitus abbas, omni conditione cessante et excusatione remota, sine cuiusque exactione muneris predictis consulibus conferre tenetur; nichilque mandati, nichil iuris, nichil petitionis pecuniarie, nichil servitii privati vel communis aut cuiuscunque, dictus petitus abbas sibi vel suis successoribus aut suo monasterio predicto Paradys super consules aut cives dicti oppidi Nove Landspergk nomine dicte ville Kernyn reservare poterit aut de-

bebit, literasque super predictam emptionem, venditionem et commutationem seu permutationem prius confectas, suis suique conventus literis recognoscitoriis confirmare debet et tenere. Quam siquidem villam nos Andreas abbas supradictus nomine monasterii nostri predicti, supra dictis consulibus, Nove Landsbergk oppidi nomine, presentibus infeudamus, incorporamus, appropriamus ac conferimus, damusque eis faciendi, dimittendi, quodcunque eis placuerit, prout nos hucusque fecimus in supradicta villa Kernyn, plenariam potestatem. Quod si predictus abbas de novo electus predictis consulibus conferre recusaret, tunc predicti consules et civitatenses oppidi Nove Landspergk predictam villam seu possessionem ab illo domino abbate de novo electo in feudum petere et recipere non tenentur, sed libere et pacifice absque omni conditione debent possidere. Ceterum, si abbas secundus immediate sequens recusaret ipsis consulibus predictam villam videlicet Kernyn infeudare non obstante aliquo iure canonico vel legali, presens privilegium in suo vigore debet permanere. Et si tertius, quartus, quintus, sextus, et sic deinceps in infinitum numerando abbas, predictam villam Kernyn predictis consulibus oppidi Nove Landisbergk nollent infeudare, predicti consules et civitatenses a predicto privilegio non debent esse alieni; sed in predicta villa debent habere potestatem agendi, faciendi, dimittendi et uti privilegio ipsorum, ac si a predictis abbatibus seu a quolibet ipsorum predictis consulibus nomine oppidi Nove Landisbergk esset infeudata, non obstantibus constitutionibus, institutionibus, prescriptionibus quibuscunque. Recognoscentes, quod curtem vel curiam que vulgariter Monchenhoff olim vocabatur, predictis Nove Landisbergk consulibus pro octuaginta sexagenis grossorum Pragensium dudum nobis integraliter persolutis rite et rationabiliter vendidimus, ipsorum usui prout eis melius videbitur expedire penitus coaptandam. Ceterum vero literas super metas antiquas (quas) hucusque legitime possederunt, de quibus etiam annuatim in festo Martini episcopi et confessoris predicti oppidi Nove Landsbergk consules duodecim talenta piperis predicto nostro monasterio in dicto eodem oppido dare et solvere tenebantur, virtute et vigore presentium ratas, gratas atque firmas in omnibus eorum punctis, articulis suis et clausulis tenere firmiter volumus et habere, etiam, si opus fuerit, dictas literas de novo ipsis consulibus ministrare. Promittentes nichilominus pro nobis nostrisque successoribus ac vice ac nomine nostri dicti monasterii supradictis consulibus et eorum successoribus, quod omnes discordie, guerre, lites et emulationes, que inter nos et predictos consules et civitatem Nove Landsbergk et singulos cives et opidanos predicte civitatis longis temporibus fuerunt: primo ex parte dominorum dictorum de Wedel, et singulariter Titze de Wedel, qui in bonis et villis nostris spolia commiserunt, item de incendio ecclesie et curie quod in villa Kernyn fuit commissum: ceteraque singula alia, quecunque sunt vel fuerunt inter monasterium nostrum et predictos consules et cives oppidi Nove Landsbergk inter festum Nativitatis Christi anno dominice Incarnationis M.CCC.LXXXIIII, debent cum ipsa emtione, venditione et commutatione seu permutatione nunc et in perpetuum cassata esse et sopita. Renunciantes in premissis nostro nostrorumque successorum et ipsius monasterii nostri nomine omni exceptioni, actioni et liti iuris canonici et civilis et Ordinis privilegiis, que contra premissa seu aliquid premissorum possent nobis in aliquo suffragari. In testimonium omnium premissorum, sigillum dicti domini Henrici abbatis de Lenyn una cum nostre abbatie et conventus nostri cenobii sigillis presentibus filis sericis est appensum. Datum et actum in nostro monasterio predicto, anno Domini M.CCC.LXXXV, mensis Iunii die sexto, presentibus venerabilibus in Christo

patribus ac dominis, domino Nicolao abbate monasterii Zambritz Ordinis Cisterciensis diocesis Posnaniensis, et domino Henningo abbate monasterii Himmestede eiusdem Ordinis in diocesi Caminensi, domino Nicolao plebano ville Oschitz vicarioque perpetuo in ecclesia sancti Georgii prope pontem Nove Landsbergk in diocesi Posnaniensi, domino Andrea vicario perpetuo in ecclesia parochiali infra muros Nove Landsbergk in diocesi Caminensi, et ceteris quam pluribus fide dignis pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego frater Hermannus prior monasterii predicti Paradies recognosco, me tractatui de quo supra fit mentio interfuisse, meque commutationi supradicte expresse consensisse meque propria manu in premissorum testimonium subscripsisse. Et ego frater Nicolaus supprior monasterii predicti Paradys recognosco, me tractatui de quo supra fit mentio *etc.* Et ego frater Lucas cellerarius monasterii predicti Paradys recognosco, *etc.* Et ego frater Matthias cantor monasterii predicti Paradys recognosco, *etc.* Et etiam recognosco totum conventum in premissis consensisse.

Paradisus, *klasztor Paradyż*. Kernin, *z niem. Kernein*. Goskar, *Goskar*. Crosne, *Krośno*. Lenyn, *Łanin*. Nova Landsbergk, *Landsberg n./W.* Caminensis, *de Kamień*. Zambritz, *Zemsko*, *klasztor późniéj przeniesiony do m. Bledzew*. Himmestede, *Himmelstadt*. Oschitz, *Osieck*.

Z tekstu Riedla zmienione powyżéj zostały następne wyrazy. Str. 557 wiersz 14 od g., locum dictum, *na* loco dicte. *Str. 558, wiersz 15 od g.* circumventialiter, *na* circumferentialiter; *wiersz 21 od g.* numerata pecunia, *na* numerate pecunie; *wiersz 9 od d.* conscios, *na* concives. *Str. 559 wiersz 5 od g.* eius, *na* eis. *Wiersz 21 od g.* predicti, *na* predictis. *Wiersz 24 od g. po* antiquas *wsunięte* quas. *Wiersz 27 od g.* tenebuntur, *na* tenebantur; (*cnfr. Nr. 1657*). *Wiersz 11 od d.* cetera, *na* ceteraque.

Nr. 1832.

Consules oppidi Nove Landesberch 1385 Iun. 23, Nove Landesberch; villam Karnin a monasterio Paradyż in pheudum recipiunt.
Rogalin. Biblioteka. Paradis, Lib. privil. A, Nr. 103.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei geste infrascripte memoriam. Nos consules oppidi Nove Landesberch, Michael Limenborch, Petrus Umtzemstii, Henningus Raslenvestorp, Henningus Kruger, Iohannes Gelnem et Henricus Schimeler ceterique consules et iurati nostro nostrorumque successorum ac tocius universitatis dicti oppidi Nove Landesberch (nomine), universis et singulis ad quos presens scriptum pervenerit cupimus fore notum presentibusque publice protestamur: quod villam nostram Karnin, quam alias ab honorabilibus et religiosis viris, domino Andrea abbate et suo conventu monasterii in Paradiso Ordinis Cisterciensis, Poznaniensis diocesis, rite et racionabiliter iuste empcionis et vendicionis ac permutacionis titulo cum omni iure et dominio integro superiori et inferiori, ut ipsi ab antiquitus possederant, emimus et comparavimus pro trecentis sexagenis grossorum Pragensium Polonici pagamenti, in presencia venerabilis in Christo patris ac domini, domini Henrici abbatis

monasterii Lenin, visitatoris predicti monasterii Paradisi, numeratis ac integraliter persolutis. Quam quidem villam Karnin cum suis pertinenciis universis volumus et debemus a dicto domino Andrea abbate, aut qui pro tempore fuerit nomine dicti monasterii, recipere et habere in pheudum et inpheudari per eundem, (eamque), tamquam bona appropriata, requisitus dictus dominus abbas, aut qui pro tempore fuerit, absque aliquo donativo parvo vel magno sibi per nos faciendo, nobis et nostris successoribus ut premittitur gratis conferre debet et debeat absque omni contradiccione, impedimento aut reclamacione aliquali. Quod si dominus abbas de novo electus nobis predictis consulibus Nove Landesberch conferre recusaverit, extunc consules predicte civitatis Nove Landesberch, qui sunt vel qui pro tempore fuerint, nec non civitatenses, ab ipso domino abbate, quamdiu fuerit in regimine abbacie, predictam villam Karnin in pheudum petere ac recipere non tenentur; sed de omnibus aliis abbatibus subsequentibus eligendis, dictam villam Karnin, illo non obstante quod eorum aliquis abbatum dictos inpheudare consules denegaret, tamen in pheudum petere et recipere, prout in suprascriptis privilegiis domini Andree abbatis et conventus dicti monasterii Paradisi desuper confectis et nobis datis plenius est expressum tenebuntur. Preterea dicto domino Andree abbati aut qui pro tempore fuerit, nec non fratribus dicti monasterii Paradis sumus et legittime tenemur in duodecim libris piperis Brandenburgensis ponderis, prout dudum tenebamur racione iusti debiti nomine et occasione quorundam fluviorum ac pratorum racionabiliter obligati, quas quidem duodecim libras piperis, in festo sancti Martini episcopi et confessoris singulis annis et perpetuis temporibus duraturis in nostro oppido Nove Landesberch in annuam dabimus et solvere debemus pensionem expedite. Promittentes quoque predicto domino abbati aut qui pro tempore fuerit suoque conventui ac monasterio supradicto: ut ad nostri oppidi Nove Landesberch fora generalia seu specialia, aut quandocunque dictum oppidum adierint seu visitaverint, in adducendis vel deducendis per ipsos vel eorum alterum aut venditis aut emptis, in quibuscunque rebus constiterint, absque omni exaccione thelonei nostri oppidi imposita vel imponenda, et specialiter a theloneo pontis quod proprie dicitur Brughe pennunghe, liberi penitus debent esse et exempti evis temporibus permansuris; exceptis villis et villanis predicti monasterii Paradis, qui theloneum nobis dare tenebuntur. Ex hoc eciam omnes et singule dissensiones, lites et controversie inter nos et sepedictum abbatem et suum conventum undecunque habite hucusque et exorte, debent penitus esse terminate et sopite; renunciantes in premissis et eorum quolibet, excepcionibus, contradiccionibus vel reclamacionibus iuris aut facti quibuscunque, per que premissa viciari potuerint vel infringi quovismodo, eciam iuridicenti (sic) huiusmodi generalem renunciacionem non valere. In premissorum omnium evidens testimonium, sigillum maius nostri oppidi Nove Landesberch presentibus est appensum. Datum et transactum Nove Landesberch anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo quinto, in vigilia sancti Iohannis Babtiste, presentibus venerabilibus viris in Christo patribus et dominis, domino Henrico abbate in Lenin visitatore dicti monasterii Paradis, domino Nicolao abbate monasterii Zomericz Ordinis Cisterciensis in diocesi Poznaniensi, domino Henrico (sic) abbate monasterii Hemelstede eiusdem Ordinis in diocesi Caminensi, domino Nicolao Pnezch (sic) perpetuo vicario in ecclesia sancti Georgii trans pontem nostri oppidi in diocesi Poznaniensi, ac ceteris quam pluribus fidedignis pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Nova Landesberch, *Landsberg n./W.* Karnin, *z niem. Kernein.* Paradisus, *klasztor Paradyż.* Lenin, *Łanin.* Zomericz, *Zemsko.* Hemelstede, *Himmelstadt.* Caminensis, *de Kamień.* Pnezch, *mylnie zam.* Osieck; *cnfr. dyplomat poprzedni. Imiona tak mieszczan Landsbergskich, jak opata z Himmelstadt, również nie zgadzają się z imionami podanemi w poprzednim dyplomacie.*

Nr. 1833.

Peregrinus capitaneus regni Polonie 1385 Iun. 28, Poznanie; protestatur, Gnevomirum heredem de Starałęka perpetuam solutionem mediae mensurae farinae de molendino suo ibidem sito, ecclesiae collegiatae in Głuszyna septimanatim faciendam assignavisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 109.

In nomine Domini amen. Nos Peregrinus capitaneus regni Polonie generalis, notum facimus presentibus et futuris quibus expedit universis, quod ad nostram plurimorumque terre militum accedens presenciam nobilis vir Gnevomirus heres de Staralanka, non compulsus nec coactus, sed bona et spontanea voluntate et maturo prehabito consilio suorum amicorum, mediam mensuram farine seu duo corea de molendino ipsius sito in fluvio Warta in predicta hereditate Staralanca, ad ecclesiam collegiatam in Gluschina sancti Iacobi apostoli gloriosi singulis septimanis, pure propter Deum et ob salutem et remedium anime sue suorumque parentum et amicorum iam defunctorum, perpetuis temporibus ad eandem ecclesiam pertinendam addidit, appropriavit, assignavit, et coram nobis rite et racionabiliter benivole possidendam post mortem suam, si ipsum sine prole mori contingerit, in perpetuum resignavit; ita tamen, ut quicunque proximior fuerit ad molendinum memoratum et qui ipsum tenuerit, premissa singulis septimanis debet et tenetur adimplere nulla occasione interposita mediante. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Poznanie circa ecclesiam kathedralem sancti Petri, in vigilia sancti Petri apostoli, sub anno Domini m.ccc.lxxx quinto, presentibus hys testibus, dominis Dobrogostio episcopo, Alberto archidiacono, Vincencio Grochola scolastico, Stanislao cancellario et canonico Poznaniensi, Michaele preposito in Gluschina, et aliis quam pluribus fidedignis vocatis specialiter ad premissa.

Staralanka, *Starałęka.* Grochola, *nieodgadniony przydomek jednéj z familii rodu Nałęczów, która przy końcu XIV w. według równoczesnych Ksiąg Ziemskich Poznańskich dziedziczyła mianowicie wieś Raczkowo. Jeden z jéj członków, Dirsko Grochola kasztelan Santocki znany z wojen Grzymałczyków, zmarły r. 1387, jest protoplastą wygasłéj familji Ostrorogów.* Gluschina, *Głuszyna.*

Nr. 1834.

Troyanus prepositus n. n. Capitulum ecclesie Poznaniens. 1385 Iun. 30, Poznanie; scultetis de Śródka et de Sokolniki privilegia super scultetiis ipsorum renovant.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 78.

In nomine Domini amen. Quoniam omnia que aguntur in tempore, simul cum cursu temporis evanescunt, nisi literarum et fidedignorum testimoniis solidentur, proinde nos Troyanus prepositus nec non Capitulum ecclesie Poznaniensis, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris: quod ad nostram accedentes presenciam circumspectus vir Nicolaus, alio nomine dictus Micula, et Woyczecha relicta Ianislai, sculteti de Srzothka et de Sokolnyky villis nostri Capituli Poznaniensis, asseruerunt et exposuerunt non sine modico cordis suspirio, quomodo, cum nuper civitas Poznaniensis exusta fuisset et igne concremata, privilegium sculteciarum suarum cum aliis rebus in domo cuiusdam civis esset proch dolor exustum et igne consumptum; petentes humiliter, a nobis privilegium ipsorum et iura sculteciarum suarum renovari. Quorum supplicacionibus annuentes et inclinati decrevimus, ipsos per sufficientes et ydoneos testes iura privilegii sculteciarum predictarum docere et probare; que iura ex deposicionibus testium suorum probaverunt, et talia reperta sunt prout subscribitur. Primo etenim habent racione sculteciarum suarum tres mansos liberos et unam tabernam cum duobus ortis, possent eciam habere molendinum in dicta hereditate, gregem ovium, equinum, iumentorum, et nisum cum cane venatico, fabrum, sutorem et pistrinum. Dicti quoque sculteti tenentur habere pro servicio domini equum valentem sexagenam grossorum, et servicium diurnum domino suo debent exhibere cum redditu eiusdem diei. Habent eciam facere magna tria iudicia quolibet anno in domo sua; kmetones duo prandia in duobus iudiciis, vel pro quolibet tres grossos, et sculteti tercium prandium, pro quo similiter tres grossos solvere tenebuntur. Habent eciam dicti sculteti de iuramento penam et de qualibet re iudicata tercium denarium; item, quando kmetho in dicto magno iudicio luet penam sexagenam grossorum. Incole vero dicte ville de quolibet manso singulis annis maldratam frumentorum, videlicet duas mensuras tritici, duas ordei, quatuor siliginis et quatuor avene, et unum fertonem grossorum nomine census dare et solvere et in Poznaniam ducere sint astricti. Ad festum Pasce pernam carnium aut loco perne sex grossos, duos edos vel tres grossos pro ipsis, et de manso quolibet decem ova; et ad festum Assumpcionis Marie quilibet similiter de quolibet manso duos pullos dare et assignare tenebuntur. Item tenebitur quilibet kmethonum domino ville pro hyemalibus ad unam mensuram, et pro estivalibus similiter ad unam mensuram agros excolere et seminare. Que, iure suarum videlicet sculteciarum, ipsis et ipsorum legittimis successoribus presentis scripti patrocinio renovamus et confirmamus habenda, tenenda, possidenda, vendenda, commutanda et in usus suos quos melius poterint convertenda, prout ipsorum melius et efficacius videbitur voluntati. Quoniam alia iura Srzedensis civitatis nobis prorsus sunt incognita, igitur omnia iura que commodum et honorem respiciunt dominorum, nobis et successoribus nostris presentibus reservamus. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, presentes renovacionis literas scribi fecimus et nostrorum si-

gillorum iussimus appensione communiri. Actum et datum Poznanie in crastino apostolorum Petri et Pauli, sub anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo quinto, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Troyano preposito predicto, Petro Unru decano, Vincencio Grochola scolastico, Alberto Poznaniensi, Nicolao Cirnensi, Nicolao Lanciciensi, Conrado Sremensi, Petro Pczeviensi archidiaconis, Sandzivogio cantore, Stanislao Prus cancellario, Alberto Crusviciensi, Michaele Gluszinensi, Svanthoslao sancti Spiritus prepositis, Paulo scolastico Lubucensi, Pribigneo, Vilkino, Ticzcone de Mogelycz, Iohanne de Wronovo, Iohanne Borngraber, Miroscone de Bnyn, Mathia Blida, Paulo de Ptaskovo, Nicolao de Moderzs, canonicis Poznaniensibus in Capitulo generali capitulariter congregatis.

Srzothka, *Śródka, przedmieście m. Poznania.* Sokolnyky, *Sokolniki.* Grochola, *przydomek familji rodu Nałęczów, cnfr. diploma poprzednie.* Cirnensis, *de Czersk.* Pczeviensis, *de Pszczew.* Gluszinensis, *de Głuszyna.* S. Spiritus, *kościół niegdyś w Poznaniu.* Lubucensis, *de Lubusz.* Mogelycz, *Mogwitz w Szlązku.* Wronovo, *Wronowo.* Bnyn, *Bnin.* Ptaskovo, *Ptaszkowo.* Moderzs, *Modrze.*

Nr. 1835.

Iarandus decanus Gneznens. etc. 1385 Iun. 30, Gnezne; Bodzantam Gneznens. archiepiscopum de summa 20 marcarum quitat, quam ut collector vicesimae a Sede apostolica impositae deputatus receperat.

Pergam. orygin. przetlały; w dolnym założonym brzegu szczątki paska pergaminowego przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczone.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 218.

Nos Iarandus decanus Gneznensis ac vicecollector apostolicus in civitate et dyocesi Gneznensi etc. specialiter deputatus, recognoscimus et publice in hys scriptis profitemur recepisse et habuisse a reverendissimo in Christo patre, domino Bodzantha sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, de mensa sua archiepiscopali racione vicesime viginti marcas grossorum numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos marcam faciencium; de quibus quidem viginti marcis, ipsum dominum archiepiscopum et ecclesiam suam absolvimus et quitamus. Datum Gnezne ultima die mensis Iuny, anno Domini millesimo CCC.LXXX quinto, nostro sigillo subappenso.

Nr. 1836.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1385 Sept. 8, in Curzelow; universo clero dioecesis Cracoviensis mandat, ut Chebdam scultetum de Bodzanów, gravioris excommunicationis sententiae reum in ecclesiis ipsorum nuntient, et a fidelibus arctissime vitari faciant.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergaminowych pięć pieczęci przywieszono. Z tych pierwsza i czwarta zatarte, z drugiéj i piątéj pozostały małe ułamki bez wycisku, trzecia znikła, pozostał tylko pasek. Przy końcu, obok oświadczenia notarii publici *signum tegoż narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 223.

Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, honorabilibus et discretis viris, dominis vicariis ebdomadariis ad kathedralem, ad Omnes Sanctos,

ad beatam Virginem, ad sanctum Stephanum et ad sanctam Annam in civitate Cracoviensi, nec non ad Corpus Christi, ad sanctum Iacobum et ad sanctum Stanislaum in Kazimiria, nec non in Weliczka, in Nepolomicze, in Bochna, in Bodzanow et in Slompnik rectoribus ecclesiarum, ac omnibus aliis plebanis, presbiteris et notariis publicis per civitatem et dyocesim Cracoviensem ubilibet constitutis, ad quos presentes pervenerint et qui fuerint presentibus requisiti, salutem in Domino. Quia Chebda dictus Rogowsky, advocatus sive scoltetus de Bodzanow, laicus Cracoviensis diocesis, dudum virtute statutorum per reverendissimos in Christo patres nostros, dominos olim Firmanum episcopum, Gentilem, Sedis apostolice a latere legatos, ac Fulconem, Ianussium, Iacobum, Ianislaum et Iaroslaum archiepiscopos Gneznenses, antecessores nostros, de consensu unanimi omnium dominorum episcoporum ac tocius cleri provincie nostre Gneznensis protunc editorum, sentenciis excommunicacionum, aggravacionum et interdicti est publice et manifeste, propter violento peccorum (raptu), hominibus nostris in villa nostra Prussy prope Mogila diocesis Cracoviensis per ipsum facto et indebite illato est ligatus(?), innodatus et legittime involutus, per vosque et alios certos executores, in vestris et ipsorum ecclesiis per processus nostros priores, quos hic pro iustis habere volumus, in publico excommunicatus et denunciatus, in quibus sentenciis actenus iacet et permanet animo dampnabiliter indurato in contemptum Clavium beatorum et in scandalum Christi fidelium plurimorum: ne igitur de sua malicia et temeritate commodum valeat reportare et alii Christi fideles exemplum (sic) simile deducantur, in ipsum Chebdam sentencias predictas taliter duximus aggravandas, vobis et cuilibet vestrum diocesis vestre in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, vobisque omnibus et singulis diocesis Cracoviensis virtute laudi firmiter iniungendo mandamus, quatenus, visis presentibus, predictum Chebdam, taliter ut premittitur et virtute statutorum predictorum monitum, excommunicatum et interdictum vestris in ecclesiis, dum maior populi affuerit multitudo, denuncietis et quilibet vestrum denunciet singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis, candelis incensis et demum extinctis; quem Chebdam et nos, similiter monitum, excommunicatum et interdictum virtute predictorum statutorum denunciamus in Christi nomine in hiis scriptis. Moneatis eciam familiam dicti Chebde sexus utriusque et quilibet vestrum moneat uno edicto pro tribus, efficaciter et peremptorie, quos et nos monemus similiter per presentes: ut infra XIIII dies a monicione per vos et quemlibet vestrum coniunctim vel divisim ipsis facienda, predictum Chebdam hortentur et realiter inducant, ut ad gremium sancte matris Ecclesie, reposita malicia et temeritate sua predicta recurrat, et habita satisfaccione pro raptu predicto, se absolvi procuret. Alias, ubi et in quantum predicta familia premissa facere et implere contumaciter contempserit, ipsam familiam predicti Chebde extunc prout exnunc et exnunc prout extunc excommunicamus in nomine Domini serie in presenti. Quam familiam vos et quilibet vestrum taliter excommunicatam circa missarum solempnia ut premittitur denuncietis et quilibet vestrum denunciet, removentes ipsam et quilibet vestrum removeat a divinis et ab ecclesiastica sepultura; facientes et mandantes sub penis predictis, et quilibet vestrum faciat et mandet predictum Chebdam ab omnibus Christi fidelibus et a sua familia predicta, tamquam monitum, excommunicatum, aggravatum et interdictum ut est premissum, in participacione, conversacione, in cibo, potu, locucione, empcione, vendicione, balneo, foro, igne, hospiciorum recepcione arcius evitari. Et ad quamcunque et quociens ecclesiarum et locorum vestrorum ipse Chebda venerit, in ipso loco et ecclesia, quamdiu moram

personaliter traxerit et post recessum suum per tres dies feriales immediate sequentes, sub penis premissis et in statutis predictis contentis et expressis ecclesiasticum interdictum observetis et observari faciatis, et quilibet vestrum in sua ecclesia observet ut premittitur et faciat observari tamdiu, donec via veritatis cognita et malicia sua contumaci abiecta, satisfaccione pro premissis habita et impensa, a nobis mereatur iuxta formam Ecclesie debitam legittime absolvi. Ut autem monicionum, excommunicacionum, aggravacionum et interdicti sentencie, virtute predictorum statutorum in predictum Chebdam et contra familiam et Christi fideles sibi participantes ut premittitur prolate per vos et quemlibet vestrum, in publicum et ad noticiam omnium Christicolarum diocesium predictarum deducantur, processum nostrum huiusmodi scribi fecimus et sigilli nostri appensione cum subscripcione notarii publici infrascripti mandavimus communire. Actum et datum in Curzelow in domo nostra diocesis Gneznensis, VIII die mensis Septembris, hora Primarum vel quasi, Indiccione VIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani Pape VI anno octavo, presentibus honorabilibus viris, dominis Bronislao cancellario Gneznensi et Alberto canonico Sandomiriensi dicto Iastrzambecz, et Petro de Skow clerico nostre diocesis Gneznensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Sequitur protestacio Petri quondam Iohannis de Peczinovicze, clerici Gneznensis diocesis, publici imperiali auctoritate notarii.)

Kazimiria, *Kaźmierz.* Weliczka, *Wieliczka.* Nepolomicze, *Niepołomice.* Bochna, *Bochnia.* Bodzanow, *Bodzanów.* Slompnik, *Słomka.* Prussy, *osada znikła.* Mogila, *Mogiła.* Curzelow, *Kurzelów.* Skow, *pewnie Szkwa.*

Nr. 1837.

Iachnicz de Czelmen et ceteri arbitri 1385 Oct. 20, in Czulchow; ratione molendini in Nowe Kramsko concordiam inter monasterium de Obra, et Woytonem Beth, Clementem fratremque eius Gregorium Zewczkowicz faciunt.

Poznań. Königl. Staats Arch. Obra, Lib. privil., fol. 87.

In nomine Domini amen. Nos Iachnicz de Czelmen heres de Calczk, Beroldus de Czelmen filius eius heres de Radebicz, Channus de Calkruthe heres in Klemczk et Clavko Lange heres in Mozaw, tanquam electi, nec non Ericus de Lessonow heres in Grim, tanquam arbiter inter partes subscriptas in causis subscriptis, notum facimus universis et singulis presentem litteram publicam visuris, audituris et lecturis: quia nos, examinata actione parcium infrascriptarum, racione molendini in Nova Cramczk et piscine molendini eiusdem concordiam fecimus inter religiosos viros dominum Theodoricum abbatem totumque conventum in Obra parte ex una, et Woytonem Beth, Theodoricum filium suum, Clementem Zewczkowicz et Gregorium fratrem Clementis predicti, parte ex altera, in hunc modum: sic, quod predicti viri religiosi dominus Theodoricus abbas totusque conventus monasterii Obrensis, dare, solvere debet et debebit XI marcas grossorum Pragensium Woytoni Beth filioque suo Theodorico, Clementi Zevczkowicz et Gregorio fratri Clementis predictis, quas ipsis integre coram nobis iam exsolverunt; ita tamen, quod per amplius Woyto Beth, Theodoricus filius eius, Clemens Zewczkowicz et Gregorius predicti et eorum successores legitimi ce-

terique eorum consanguinei, predictum molendinum cum piscina eiusdem in parte vel in toto inpetere nec repetere debent, debebunt et tenebuntur quovis modo, in iudicio vel extra, directe vel indirecte, publice vel oculte. De quibus predicti Beth Woytto cum filio suo Theodorico, Clemens Zevczkewicz et Gregorius frater eius, coram nobis sua sponte bonoque animo sine dolo et omni fraude submiserunt se, omnibusque excepcionibus iuris, legis, statuti et consuetudinis, ipsis contra premissarum concordiam suffragantibus renunciando; nichilominus ulla mencio de causa prescripta parcium prefatarum fieri debet, sed plane composita et discussa. De cuius ratihabicione Paulus Poloni fideiussit pro Woytone Beth, et Paulus Piseczki fideiussit pro Clemente Zevczkowicz, Gregorio fratre eius et pro Czetlzin nec non legitimis eorum successoribus. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Czulchow anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, proxima feria sexta post diem sancti Luce evangeliste.

Czelmen, *Tschellen.* Calczk, *Kalsk.* Radebicz, *Radewitsch.* Klemczk, *Klemsk.* Mozaw, *Mohsau.* Grim, *Grimmnitz.* Nova Cramczk, *Nowe Kramsko.* Obra, *Obra.* Piseczki, *de Pieski.* Czulchow, *Cylichowa.*

Nr. 1838.

Bodzantha s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1385 Oct. 26, Lovicz; villam Dobrogosty, Andreae de Grzmiąca iure de Środa ad locandum tradit.

Pergam. orygin., u którego na sznurze z nici jedwabn. czerwon. przywieszona podługowata pieczęć bardzo zatarta, przedstawia osobę stojącą pod baldachimem; prawica podniesiona do góry, lewa trzyma skośnie krzyż czy pastorał. Napis zatarty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 224.

In nomine Domini amen. Dignum et consonum racioni fore arbitramur, bene meritos pocioribus premiis extolli, ut ceteri exinde illecti, fidelioribus serviciis studiosius inflammentur. Proinde nos Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad cunctorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus devenire, quod consideratis fidelibus serviciis per Andream de Grzmancza nobis et ecclesie nostre Gneznensi predicte diutinam (sic) exhibitis et in posterum Altissimo concedente exhibendis, volentesque bona ecclesie nostre Gneznensis prefate quantum nobis ab alto fuerit concessum in usus deducere meliores, hereditatem mense nostre archiepiscopalis Dobrogostowicze vulgariter nuncupatam, sitam in terra Łanciciensi, prout in suis limitibus circumferencialiter est distincta, de iure Polonico in ius Theutunicum Sredense videlicet duximus transferendam, quam ut prius Dobrogostowicze de cetero volumus appellare. Eidem Andree, intuitu dictorum serviciorum suorum, scolteciam in villa Dobrogostowicze supradicta, sub ratihabicione venerabilium fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli, donavimus et tenore presencium donamus graciose; dantes dicto Andree et suis successoribus legittimis nomine dicte scoltecie duos mansos liberos, terciam partem tabernarum, ortorum, pistorum, sutorum, fabrorum, maccellorum, iuramentorum et cuiuslibet iudicati, per ipsum Andream et successores suos legittimos perpetuis temporibus tenendam, habendam, possidendam, commutandam, vendendam ac pro sua et suorum successorum voluntate prout

eis melius et utilius videbitur expedire convertendam, nostro tamen et successorum nostrorum consensu ad id accedente. Damus insuper prefato Andree, quod pro se et suis successoribus possit facere et construere piscinam, in qua, quocienscunque nos et successores nostros in predictam villam descendere contigerit, liberam piscandi habebimus facultatem. Preterea incolis dicte ville iam collocatis, ad unum annum; locandis vero, ad duos annos a data presencium continuo subsequentes concedimus libertatem. Huiusmodi itaque libertate sic ut premittitur evulsa, prefati incole per unum fertonem grossorum Pragensium, duodecim grossos pro quolibet fertone computando, de quolibet mansorum singulis annis successive in festo beati Martini confessoris, ac per duos grossos pro vacca, pro porco vero per unum grossum nobis et successoribus nostris perpetuo dare et solvere sint astricti. Scoltetus vero manipulatim in campis illi, cui incole decimare consueverunt ab antiquo, decimabit, nobisque et successoribus nostris in uno equo tres marcas grossorum Pragensium valente, in duabus ioppis, in cyrotecis ac pileo ferreis, cum balista, iuxta modum et formam scoltetorum nostrorum districtus nostri Lanciciensis omnimode serviendo. Et quoniam iura Sredensia nobis prorsus sunt incognita, omnia iura que comodum et utilitatem respiciunt dominorum, nobis et successoribus nostris salva et integra reservamus. In quorum fidem et evidenciam pleniorem, presentes scribi fecimus nostrique ac dicti Capituli sigillorum appensione muniri. Actum et datum Lovicz feria quarta proxima ante festum Symonis et Iude apostolorum beatorum, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, presentibus honorabilibus viris, dominis Petro custode, Bronislao cancellario Gneznensi, ac Pelka preposito Curzeloviensi et aliis multis fidedignis. Scriptum per manus Andree Iohannis, notarii curie nostre, transivit autem per manus domini Bronislai cancellarii supradicti.

Grzmancza, *Grzmiąca.* Dobrogostowicze, *Dobrogosty.* Curzeloviensis, *de Kurzelów.*

Nr. 1839.

Semovitus dux Mazovie etc. 1385 Nov. 1, in Ieszew; omnia privilegia ab antecessoribus suis ecclesiae Gneznensi super districtum de Łowicz concessa confirmat.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec., fol. 3 v.

Nos Semovitus Dei gracia dux Mazovie, Cuyavie etc. nec non dominus Plocensis et heres, notum facimus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod consideratis favoribus et complacenciis condignis, nobis per reverendissimum dominum in Christo patrem, dominum Bodzantham divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum multipliciter exhibitis et impensis, volentesque vestigiis progenitorum nostrorum inherere, omnia iura, libertates, immunitates et privilegia per patrem et antecessores nostros quoslibet super districtu Lovicensi in terra nostra Sochaczoviensi situato ecclesie, archiepiscopis et Capitulo Gneznensi data et concessa, ex certa nostra sciencia et de consensu nostrorum baronum confirmamus, ratificamus et vigore presencium approbamus perpetuis temporibus duratura; promittentes bona fide, predicta iura, libertates, immunitates et privilegia, per nos et nostros successores in omnibus eorum articulis, clausulis et punctis eidem domino

Bodzanthe archiepiscopo, suis ecclesie, Capitulo et successoribus archiepiscopis Gneznensibus per omnia tenere, ac perpetuo inviolabiliter servare ac eciam adimplere. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Ieszew feria quarta ipso die Omnium Sanctorum Dei, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, presentibus hiis viris nobilibus: Abraham palatino Plocensi, Iunosza capitaneo Ravensi et subcamerario Zacroczimiensi, Paulo vexillifero Warszoviensi, Creslao subcamerario Brestensi, Petro iudice Ravensi, Iohanne dicto Pilek Andrea (sic) filio, et aliis fide dignis.

Ieszew, *Jeżów.* Ravensis, *de Rawa.* Zacroczimiensis, *de Zakroczym.* Brestensis, *de Brześć Kujawski.*

Nr. 1840.

Hedvigis regina Polonie 1385 Dec. 15, Cracovie; castrum et civitatem Międzyrzecz villasque Sokolniki et Nowawieś, Dobrogostio episcopo Poznaniensi nec non Iohanni et Nemerzae militibus ac Abrahae heredibus de Nowydwór in quibusdam pecuniis obligat; castrum vero Białaczów iam antea praedictis militibus obligatum recipiens, in locum eiusdem oppidum Kościan substituit.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Dobrogostius episcopus Poznaniens. 1387 Nov. 22, s. l.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 368.

Hedvigis Dei gracia regina Polonie, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod pro quibusdam regni nostri Polonie factis (sic) plenius instaurandis, baronum nostrorum fidelium sano et maturo communicato consilio castrum nostrum et civitatem Medzirzecz cum eorum pertinenciis, nec non villis (sic), videlicet Socolniky et Nova villa in districtu Pisdrensi situatum (sic), cum ipsarum omnium utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus et obvencionibus universis, prout in earum graniciis et metis longe lateque sunt distincte, prout eciam ipsum castrum et civitatem Medzirzecz cum eorum pertinenciis necnon memoratas villas Socolniky et Nova villa sole (sic) tenuimus et possedimus, rite et racionabiliter in mille ducentis marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri, XL octo grossos pro marca qualibet computando, obligavimus et tenore presencium obligamus reverendo in Christo patri domino Dobrogostio episcopo Poznaniensi, nec non Nemerze et Iohanni militibus ac Abrahe Abrahe, heredibus de Nova curia, fidelibus nostris dilectis, per ipsos tenendas, habendas, utifruendas et possidendas tamdiu, quousque per nos predicte mille ducente marce grossorum ipsis fuerint integraliter persolute. Eciam serenissimus princeps dominus Lodovicus bone memorie, olim rex Ungarie, Polonie, Dalmacie et eciam genitor, nec non illustrissima domina Elizabeth regina, awa nostri carissimi (sic), castrum nostrum Balaczew cum suis pertinenciis alias obligaverunt in certa pecunie quantitate, prout in litteris super eo confectis lucidius continetur: hanc obligacionem nos ratam et gratam habentes, loco ipsius castri Balaczow et pertinenciarum eius, civitatem nostram Cosczan cum suis pertinenciis obligavimus in eadem pecunie summa domino Dobrogostio episcopo, Nemerze, Iohanni et Abrahe Abrahe supradictis. Unde premissorum omnium unum absque re-

liquo redimere non debemus; sed premissa omnia dominus Dobrogostius episcopus, Nemerza, Iohannes, Abraham sepedicti tenere et possidere debebunt tamdiu, quousque per nos prefate mille ducente marce nec non pecunie in quibus alias Balacevo nunc vero Cosczan obligate existit, ipsis simul et semel fuerint persolute. Et ne census et proventus predictarum possessionum, in sortem solucionis eiusdem pecunie per nos ipsis faciende debeant computari, volumus, ut ydem cum tribus hastis iuxta regni nostri consuetudinem nobis servire sint astricti; hoc eciam adiecto, quod si sepedicti expensas aliquales in muris et aliis edificiis ac fossatis fecerint, illas, secundum arbitrium proborum virorum ad hoc eligendorum, simul cum principali pecunia promittimus resarcire harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Cracovie feria sexta post diem Lucie virginis, anno Domini M.CCC.LXXX quinto, presentibus hiis strenuis viris: Spitkone Cracoviensi, Iohanne Liganza Lanciciensi palatinis, Sandiwogio Naklensi, Derslao Santhociensi castellanis, et aliis nostris fidelibus pluribus fidedignis.

Medzirzecz, *Międzyrzecz.* Socolniky, *Sokolniki.* Nova villa, *Nowawieś.* Nova curia, *Nowydwór.* Balaczew, *Białaczów.* Cosczan, *Kościan.* Naklensis, *de Nakło.* Santhociensis, *de Santok.*

Nr. 1841.

Albertus heres Maioris Sandschzeschzena 1385 Dec. 28, in monaster. Byssoviensi; cum monasterio de Byszewo de decima de villa Suchary solvenda componit.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona okrągła pieczątka okazuje godło rodu Trąby, lub Rola; napis zatarty.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 128.

Nos Albertus heres Maioris Sandschzeschzena notum facimus universis quibus nunc aut in posterum presencium noticia contingerit intimari publice protestantes, quod cum venerabili ac religioso viro, domino Iohanne abbate monasterii Byssoviensis, ac suo monasterio Byssovia hanc composicionem fecimus ex utraque parte perpetue permansuram: videlicet, quod incole nostre hereditatis dicte Czuchery et eorum successores, de quolibet manso, evolutis quatuor annis a data presencium, dicto domino abbati et suis successoribus pro decima ipsorum quinque grossos super beati Martini confessoris et pontificis festum absque retentione inviolabiliter persolvere et dare perpetue teneantur, iuxta quod cum patre nostro felicis recordacionis dicte hereditatis Sandschzeschzena herede compositum est et antiquitus ordinatum. Datum et actum in dicto monasterio Byssoviensi sub anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo quinto, in die sanctorum Innocencium, nostro sigillo presentibus subappenso.

Maior Sandschzeschzena, *Samsieczno.* Byssovia, *Byszewo.* Czuchery, *Suchary.*

Nr. 1842.

Urbanus Pp. VI 1386 Ian. 26, Ianue; conservatoribus mandat, ut bona ecclesiae Poznaniensis contra violentias quascunque protegant.

Pergam. orygin. Pismo po części bardzo wyblakłe, w miejscach ujętych poniżéj w klamry pociągnięte czarnym inkaustem; w miejscach oznaczonych znakiem zapytania, wyrazy w ten sposób odświeżone mniéj jednakże miejsca zabierają, niż pierwotny text zajmował. Na sznurze konopnym przywieszona bulla: Urbanus Pp. VI.

Poznań. Archiv. Capituli. V, 5.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri .. episcopo Culmensi, et dilectis filiis .. abbati in Mogila alias in Claratumba, ac .. preposito in Glacz per prepositum soliti gubernari, Cracoviensis et Pragensis diocesis monasteriorum, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc nos Deus pretulit in familiam domus sue, ut oportuna singulis provisionis auxilia fidelis servitutis iniuncte pr(ovi)dencia pro tempore dispensantes, eorum presertim necessitatibus intendamus et occurramus dispendiis ipsosque ab oppressionibus relevemus, qui assumpti in partem solicitudinis, pocioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane venerabilis fratris nostri Dobrogosti episcopi Poznaniensis conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi aliique ecclesiarum prela(ti et) clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam seculares, nec non duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates opidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, ac alie singulares persone civitatum et diocesium et aliarum parcium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdiciones, nec non fructus, census, redditus et proventus (et nonnulla [?]) alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia (ad mensam episcopalem Poznaniensem) spectancia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem; nonnulli eciam civitatum, diocesium et parcium predictarum, qui nomen Domini in va(cuu)m recipere non formidant ut eidem episcopo super predictis castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus et iurisdiccionibus, fructibus, censibus, redditibus et proventibus (eorundem [?]), et quibuscunque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus, et aliis rebus ad (episcopum et mensam suam predictos) spectantibus multiplices molestias et iniurias inferant et iacturas: quare dictus episcopus nobis humiliter supplicavit: ut, cum eidem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam Sedem habere recursum, providere (sibi) super hoc paterna diligencia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes eidem episcopo remedio subvenire, per (quod ipsorum) compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, eciam si sint extra loca in quibus deputati estis conservatores et iudices, prefato episcopo efficacis defensionis presidio assistentes, non permitt(atis et) eundem super hys et quibuslibet aliis bonis et iuribus (ad episcopum et suam mensam predictos) spectantibus, ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari vel ei gravamina seu damna vel iniurias irrogari; facturi dicto episcopo, cum ab eo vel procuratoribus (suis aut eorum aliquo fueritis re)quisiti, de

predictis et aliis personis quibuslibet, super restitucione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, iurisdiccionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque ac proventuum et aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuslibet molestiis, iniuriis atque damnis presentibus et futuris, in illis videlicet que iudicialem requirunt indaginem, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit iusticie complementum; occupatores seu detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel condicionis extiterint, quandocunque et quociescunque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis. Non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur: Ne aliquis extra suam civitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur; seu: Ne iudices et conservatores a Sede deputati predicta, extra civitatem et diocesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presencium non trahatur; seu: Quod de aliis quam de manifestis iniuriis et violenciis et aliis que iudicialem requirunt indaginem, penis in eos si secus egerint et in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant; quam aliis quibuscunque constitucionibus, a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, que nostre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum: Quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, Ordinibus et nominibus propriis mencionem; et qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam, presentibus non expressam vel totaliter non insertam, nostre iurisdictionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris mencio habenda sit specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus: quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum eciam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus; quodque a data presencium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere, (ac si) predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et iurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum, in predictis omnibus et singulis, per citacionem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitucione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante: presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Ianue VII Kalendas Februarii, pontificatus nostri anno octavo.

Culmensis, *de Chełmno,* Mogila, *Mogiła.* Glacz, *Kłocko.* Ianua, *Genua.*

Nr. 1843.

Wladislaus dominus et tutor regni Polonie etc. 1386 Febr. 18, Cracovie; affectum incolarum regni Poloniae rependens, quo eum in tutorem et gubernatorem elegerunt, omnia antiqua iura et privilegia ipsorum confirmat.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Wladislaus rex Polonie etc. 1386 Aug. 29, in Nova civitate Corczin.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata. — Bandtkie. Ius Polonicum p. 189.

Wladislaus Dei gracia dominus et tutor regni Polonie, supremus dux Litwanorum ac dominus Russie naturalis, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod piis affectibus, quibus nos prelati, barones totaque communitas procerum et nobilium divina ipsis inspirante gracia in tutorem et gubernatorem benivole et gratanter elegerunt et susceperunt, congruas vices rependere et retribuere cupientes, ipsis libertates infrascriptas, in articulis sequentibus contentas, tenore presencium concedimus et donamus, per nos et successores nostros perpetuis temporibus observandas. Et primo: quod honores et dignitates singularum terrarum, tunc quando eas vacare contigerit, nulli extraneo, nisi nobili benemerito illius terre in qua honor vacaverit, videlicet terre Cracoviensis terrigene Cracoviensi, Sandomiriensis terrigene Sandomiriensi, et sic de singulis terris regni Polonie, de consilio tamen nobilium illius terre in qua talis honor consistit dabimus, conferemus et distribuemus, litteras eciam expectanciales super honoribus et dignitatibus vacaturis, a nobis ipsis impetrare volentibus nullatenus concedemus. Preterea, cum per tenutarios fortaliciorum gentis extranee nacionis, regna quelibet ut frequenter contingit disrumpi solent, promittimus: quod omnia et singula fortalicia parva et magna in regno Polonie consistencia, a (sic) nulli extraneo, preterquam alicui nobilium a progenitoribus suis in eodem regno Polonie nato, ad regendum, tenendum et gubernandum nec non perpetuo possidendum quoquomodo dabimus, assignabimus et conferemus. Promittimus eciam: quod quociescunque et quandocunque nobiles terrarum regni Polonie nobis requirentibus ad expedicionem et ad repellendam seviciam hostium nostrorum extra metas terrarum suarum processerint, ipsis satisfactionem condignam tam pro dampnis quam pro captivitate gratanter impendemus et impendi faciemus. In casum autem, in quem aliquis hostis regni aliquam terrarum apperte vel occulte intraverit et nobiles illius terre cum ipso hoste intra metas terre ipsorum conflictum fecerint, ipsis pro captivitate et dampnis notabilibus satisfactionem impendemus. Captivos autem, per nobiles regni Polonie predicti tam intra metas regni quam eciam extra detentos pro nobis reservamus, preterea duos grossos de singulis kmethonibus prelatorum, nobilium ceterarumque ecclesiasticarum personarum regni Polonie predicti, ad quos se serenissimo principi domino Lodovico recolende memorie olim Ungarie etc. regi solvendos libere subdiderunt; iura quoque iusticiariorum et ipsos iusticiarios in regno Polonie, cum suis officiis omnino deponimus et tenore presencium penitus amovemus. Tandem promittimus: quod, dum tempore se offerente et necessitate urgente in spem futuram alicuius expedicionis, hostilitates aliquas sencientes, pecunias nostras nobilibus regni Polonie distribuere nos contigerit, casu vero se offerente, post distribucionem pecuniarum huiusmodi ipsis nobilibus factam infra annum ad expedicionem non processerimus, extunc ipsi nobiles a pecuniis prefatis et a serviciis occasione

ipsarum fiendis sint exempti penitus et soluti. Omnes eciam et singulos articulos et clausulas in privilegiis serenissimorum principum, dominorum Kazimiri, Lodovici recolende memorie olim regum Ungarie et Polonie etc., ac preclare principis domine Hedvigis regine Polonie contentos, illos dumtaxat qui comodum, profectum et utilitatem regni prefati Polonie et nobilium incolarumque ipsius concernunt, promittimus in hiis scriptis firmiter et inviolabiliter perpetuis temporibus observare presencium sub nostre celsitudinis sigillo testimonio litterarum. Datum Cracovie die dominica Septuagesime, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto.

Nr. 1844.

Nicolaus de Kosczol iudex Brestensis ac Albertus heres de Pakoscz 1386 Apr. 8, in Pakoscz; Iarando Gneznensi decano et filiastro ipsius, pro debito Alberti castellani de Kamień ac fratris ipsius Mathiae, heredum de Szaradowo, sese obligant.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu dwa paski pergaminowe, każdy przez dwa wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 225.

Nos Nicolaus de Kosczol iudex Brestensis ac Albertus heres de Pakoscz, universis publice recognoscimus et per presentes profitemur, nos fideiubuisse et eciam bona fide promisisse manu coniuncta venerabili viro domino Iarando decano Gneznensi et Nicolao filiastro suo germano, pro nobilibus viris Alberto castellano Coninensi et Mathia fratre suo germano heredibus de Vszeradovo: in casum et in ventum (sic), si aliquis impediret vel molestaret eundem dominum Iarandum aut suum filiastrum pro villa Przibiwe sita in terra Bidgostiensi, quam dicto domino Iarando et filiastro suo prefati Albertus et Mathias in C marcis grossorum Boemicalium, XLVIII marcam faciencium, cum toto iure et dominio obligarunt, nos ipsos tenebimur pro huiusmodi inpedimentis aut molestiis omnino et in totum expedire et exbrigare. Quod si non faceremus, extunc submittimus nos omnibus dampnis et expensis, quas proinde dictus dominus Iarandus aut suus filiaster facerent, sustinerent aut haberent, quibus, simplici verbo dicti domini Iarandi aut sui filiastri, stare debebimus absque iuramento. Eciam promittimus et fideiubemus: quod dicti fratres Albertus et Mathias debent intercedere et indempnem reddere de dicta villa Przibiwe prefatum dominum Iarandum et suum filiastrum ab omni servicio ducali et eciam ab expedicione. Preterea, si non possemus ut predicitur dictum dominum Iarandum et suum filiastrum expedire, et exbrigare ab universis impedimentis et molestiis in toto vel in parte predictam villam Przibiwe, tunc tenebimur sibi obligare in eisdem C marcis villam Brzezkorzistew ex integro et cum toto dominio et pleno iure, et eciam pro eadem villa ipsos ab omnibus ut premissum est expedire impedimentis omnibus. In cuius rey testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Pakoscz per manus notarii nostri Przesdrew, in dominica Iudica, anno Domini M.CCC.LXXXVI.

Kosczol, *Kościelec.* Pakoscz, *Pakość.* Coninensis, *de Konin.* Vszeradovo, *Szaradowo.* Przibiwe, *nie odgadnione.* Brzezkorzistew, *Brzezkorzystew.*

Nr. 1845.

Vladislaus rex Polonie etc. 1386 Apr. 18, in Pizdri; ratas habet litteras, quas dederat monasterio de Ląd: **Thomislaus iudex Kalisiens. 1375 Iun. 25, Gnezne.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 22.

In nomine Domini amen. Vladislaus Dei gracia rex Polonie, Lithuanie princeps supremus et heres Russie etc. ad perpetuam rei memoriam. Revera clemencia Salvatoris generis humani imbecillitati, que decursu temporis et oblivionis errore plurimum obnubilatur, industriosum remedium indidit, ut actus suos, et signanter perpetuitatem concernentes, consuevit literarum apicibus et fide dignorum testimonio perennare. Sane pro parte religiosi fratris Iohannis abbatis monasterii Landensis Ordinis Cisterciensis, devoti nostri dilecti, maiestati nostre nuper oblata peticio continebat, quatenus Thomislai literam iudicis Kalisiensis, sigillo ipsius pendenti signatam, non rasam nec viciatam, sed sanam et integram et omnis prorsus suspicionis vicio carentem, de nostre celsitudinis innata clemencia approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Cuius quidem litere tenor per omnia sequitur in hec verba: *(Sequitur diploma Nr. 1722).*

Nos igitur predicti fratris Iohannis abbatis Landensis iustis peticionibus acclinati, prescriptam literam in omnibus suis punctis, clausulis, articulis et sentenciis ratam et gratam habentes, ipsam approbamus, rathificamus et confirmamus presencium patrocinio mediante, decernentes ipsam in eiusdem suis punctis, clausulis, articulis et sentenciis obtinere omnimodam et perpetuam roboris firmitatem harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Pizdri feria quarta post dominicam Ramis palmarum, anno Domini m.ccc.lxxxvi.

Landensis, *de Ląd.*

Nr. 1846.

Andreas et Nicolaus fratres germ. heredes de Pthaszcowo 1386 Apr. 27, Poznanie; Wladislao regi Poloniae fidelitatem de castro suo Ptaszkowo spondent.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergaminowych przywieszono dwie pieczęcie. Z tych 1wsza przedstawia godło Pomorskiego rodu Borków, (dwa Wilki po nad sobą bieżące w prawo); 2ga znikła. Cnfr. Dodatki.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 301.

Nos Andreas et Nicolaus fratres germani heredes de Pthaszcowo, spondemus presentibus bonaque nostra fide pollicemur serenissimo principi domino Wladislao, regi Polonie, Lithwanie et domino nostro gracioso fideles fore cum nostro fortalicio Ptaszcowo predicto, omnibusque hominibus pro singulis iniuriis vel dampnis per nos a data presencium quod absit in casu inferendis, in regali iudicio respondere iudi-

ciumque iuxta terre Maioris Polonie conswetudinem fideliter sustinere. Item dictum fortalicium nostrum Ptascowo contra inimicos regales ipsi domino nostro regi aut suo capitaneo tunc in Polonia existenti aperire ipsumque intromittere ad illud absque fraude et dolo. Si autem premissa per nos omnia non fuerint adimpleta, extunc domino nostro regi predicto aut suo capitaneo ad manus ipsorum dictum nostrum fortalicium Ptaszkowo fideliter promittimus resignare. Huius rei testimonio, nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Poznanie feria sexta proxima post festum sancti Adalberti, anno Domini M.CCC.LXXX.VI.

Pthaszcowo, *Ptaszkowo.*

Nr. 1847.

Vladislaus rex Polonie etc. 1386 Mai. 3, in Gnezna; civibus Poznaniensibus concedit, ut cameras pannorum et pistorum in locis specialiter assignatis murare, et in parte superiori sutorum aedificia construere possint.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć, na któréj tarcz kwadrowana przedstawia 1, Orła w koronie, 2, Pogoń; 3, 4 i napis zatarte.

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 18.

Vladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. harum noticiam cunctorum memorie quibus expedit commendamus: quod civitati nostre Posnaniensi et ipsius incolis zelo favoris benigniter acclinati, ipsam et eiusdem civitatis nostre ut premittitur incolas graciarum studiis prosequentes, condicionem ipsius et instauracionem meliorem reddere affectantes, prefatis nostris civibus de innata nobis clemencia et ex certa nostra sciencia concedimus indulgentes, ut pannicidia seu pannorum cameras murandi et pistorum specialiter, et in parte superiori sutorum edificia construendi et locandi habent (sic) liberam et omnimodam facultatem: in locis duntaxat, pro eisdem edificiis memoratis nostris civibus per consiliarios et barones fideles nostros congruo (sic) deputatis specialiter et ostensis. Et ut nostrum presens indultum vigorem obtineat et effectum, contra ipsum venientibus et renitentibus silencium perpetuum imponimus, ipsorum proterviam compescentes presencium sub nostre celsitudinis sigillo testimonio literarum. Datum in Gnezna die Inventionis sancte Crucis, anno Domini millesimo CCC^{mo} octuagesimo sexto.

Nr. 1848.

Bodzantha s. Gneznensis ecclesie archiepiscopus 1386 Mai. 5, Gnezne; in ecclesia cathedrali altare in honorem b. Mariae v. erigit et dotat.

Pergam. orygin., u którego w dolnym założonym brzegu sznurek z niekręconego jedwabiu zielonego przez dwa wcięcia przewleczony i równe dwa wcięcia próżne.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 226.

In nomine Domini amen. Nos Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus tam presentibus quam futuris presencium noticiam

habituris, quod cupientes Dei cum adiutorio quantum in nobis est cultum divinum in ecclesia nostra Gneznensi, que cunctas in provincia nostra excellit ecclesias, deducere in augmentum, considerataque devocione dilecte in Christo filie domine Swanthoslawe, matris strenui militis domini Iohannis castellani Kalisiensis heredis de Antiquo Birzglino, et propter conplacencias ipsius et servicia specialia, que in diversis rebus, ymmo pecuniis paratis pro fabrica ecclesie nostre predicte animo impendit gratuito: altare de novo in predicta ecclesia nostra Gneznensi in honorem omnipotentis Dei et specialiter eius genitricis Virginis gloriose duximus erigendum et fundandum, census et frumenta decimales ad nostram mensam pertinentes de villa Mirzewo in districtu Gneznensi situata, pro sustentacione altariste eiusdem altaris qui pro tempore fuerit, de consensu venerabilium fratrum nostrorum dominorum Gneznensis ecclesie Capituli dantes et incorporantes, perpetuo per altaristam dicti altaris habendos, tenendos et possidendos. Ita tamen, quod altarista predictus et sui successores tres missas, feria secunda pro Defunctis et anima predicte domine ac ipsius successorum et progenitorum, feria quarta de sancto Nicolao confessore et sabbato de Domina nostra, singulis septimanis dicere et celebrare sint astricti cum congrua devocione; et in quantum neglexerint, per decanum Gneznensem pena spirituali puniantur. Ubi vero dictum altare infra viginti annos a data presencium computandos semel vel pluries vacaverit, et (sic) predicta domina aut successor ipsius legittimus unum ex vicariis predicte nostre ecclesie Gneznensis per nos aut nostros successores instituendum et confirmandum presentabit; post elapsum vero annorum viginti predictorum, predicti altaris disposicio omnimoda ad nos et nostros successores, et non ad alium pertinebit. In cuius rei testimonium, nostrum et dicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in crastino beati Floriani martiris gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, presentibus venerabilibus viris, dominis Petro preposito, Iohanne archidiacono, Bronislao cancellario, Nicolao Strzesconis et Petro de Peczinovicze, canonicis Gneznensibus, et aliis quam plurimis fidedignis.

Antiquum Birzglino, *Bierzglin*. Mirzewo, *Mierzewo*. Peczinovicze, *Pieczew*.

Nr. 1849.

Wladislaus rex Polonie etc. 1386 Mai. 6, in Trzemeschno; monasterio de Trzemeszno concedit, ut in eodem oppido forum septimanale instituere valeat.

Pergam. orygin. W dolnym brzegu dwie dziurki od przywieszenia jednéj pieczęci. Trzemeszno. Privil. Conv. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Wladislaus Dei gracia rex Polonie Litwanieque princeps supremus ac heres Russie etc. Innata cordi nostro benignitas, curarum anfractibus circumducta, quibus pro subditorum quiete usquequaque distrahitur, ad hoc precipua consideracione intendit, ut ecclesiarum profectibus et commodis valeat sub tempore nostri felicis regiminis salubriter providere. Sane considerantes *(7 literae deletae)* devotarum oracionum insignia, quibus prepositus et conventus monasterii Trzemeschno pro nostra predecessorumque no-

strorum salute omnipotentis Dei veniam iugiter non desinunt invocare, cupientes igitur ex singularis zelo devocionis prepositum et conventum prefatos specialium graciarum plenitudine prosequi, ut nostris suffulti munificenciis, divino cultui liberalius valeant intendere ac Salvatoris nostri clemenciam invocare, ipsis preposito et conventui Trzemeschno ex certa nostra sciencia indulsimus et tenore presencium indulgemus, ut forum septimanale feria tercia in opido ipsorum Trzemeschno facere et statuere possint perpetuis temporibus duraturis. Decernentes ipsum forum omni feria tercia in iam dicto opido fore singulis septimanis celebrandum, dantes eciam et concedentes universis et singulis hominibus et mercatoribus cuiuscunque status aut condicionis extiterint, ad ipsum opidum venientibus omni feria tercia cuiuslibet septimane ut prefertur, plenam et omnimodam facultatem mercatores (sic) et res eorum, cuiuscunque generis vel speciei fuerint, libere emendi, vendendi iuxta ipsorum et cuiuslibet eorum beneplaciti voluntatem: harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Trzemeschno ipso die beati Iohannis ante portam Latinam, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, presentibus hys: Vincencio Poznaniensi, Sandzivogio Kalisiensi palatinis, Iohanne castellano Kalisiensi, Peregrino capitaneo Maioris Polonie, Andrea de Karneschowo et Stephano subdapifero Kalisiensi, ac aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis viri domini Zaclice prepositi Sandomiriensis aule nostre cancellarii, fidelis nostri dilecti.

Karneschowo, *Karniszewo.*

Nr. 1850.

Wladislaus rex Polonie etc. 1386 Mai. 6, in Trzemischno; protestatur, Dirskonem de Bieganowo, vexilliferum Poznaniensem, villam Daniszewo monasterio de Trzemeszno vendidisse.

Warszawa. Biblioteka Uniwersytecka. Foljant Nr. 632, fol. 45. — Trzemeszno. Privileg. Canon. Reg. Lateran. Lib. privil., fol. 112. (Z pergaminu orygin. klasztoru Trzemeszeńskiego, u którego na sznurze jedwabnym zielon. i czerwon. przywieszona pieczęć przedstawiała na kwadrowanéj tarczy 1. Orła, 2. Pogoń, 3. godło Ziemi Kaliskiéj, 4. godło Ziemi Kujawskiéj; napis był zatarty).

In nomine Domini amen. Wladislaus Dei gracia rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres etc. ad perpetuam rei memoriam. Verum clemencia Salvatoris humani generis imbecillitati, que decursu temporis et oblivionis errore plurimum obnubilatur, industriosum remedium indidit, ut actus suos, et signanter perpetuitatem concernentes, consuevit litterarum apicibus et fidedignorum testimonio perhennare. Sane in nostre maiestatis constitutus presencia Dirsko Beganowski vexillifer Poznaniensis, noster fidelis dilectus, sanus corpore et integer racione, non compulsus nec seductus, sed ex certa sua sciencia, libera et spontanea voluntate villam suam Danyschowo in districtu nostro Conynensi sitam, cum omnibus ipsius utilitatibus, censibus, redditibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis et earum decursibus, et aliis pertinenciis ad eandem villam quomodolibet spectantibus quibuscunque vocabulis nominentur, eo iure et dominio quibus eandem

villam solus tenuit, habuit hactenus et possedit, prout eciam eadem villa in eius limitibus circumferencialiter est distincta, rite et racionabiliter iustoque vendicionis titulo pro centum et quinquaginta marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri et consueti, quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, vendidit et coram nobis more solito resignavit honorabili et religioso viro Iacobo preposito et toti conventui monasterii in Trzemischno, devotis nostris dilectis, per eosdem tenendam, habendam, donandam, utifruendam, vendendam, obligandam, commutandam, alienandam et perpetue possidendam, nec non in usus ipsius monasterii convertendam: harum quibus nostre maiestatis sigillum appensum est testimonio litterarum. Actum in Trzemischno die dominico proximo post festum Invencionis sancte Crucis, anno Domini millesimo CCC octuagesimo sexto, presentibus hiis strenuis viris: Vincencio Poznaniensi, Sandzivogio Kalisiensi palatinis, Iohanne castellano Kalisiensi, Peregrino capitaneo Maioris Polonie, Andrea de Karneschowo et Steffano subdapifero Kalisiensi, ac aliis pluribus nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis viri domini Zaklice prepositi Sandomiriensis aule nostre cancellarii, fidelis nostri dilecti.

Beganowski, *de Bieganowo.* Danyschowo, *Daniszew.* Conynensis, *de Konin.* Trzemischno, *Trzemeszno.* Karneschowo, *Karniszewo.*

Nr. 1851.

Georgius de Swas Olstinensis et ceteri fideiussores 1386 Iun. 15, in Opol; Dobrogostio Poznaniensi episcopo et Iohanni de Nowydwór pro solutione 7000 florenorum Ungaricalium nomine Wladislai ducis de Opole sese obligant.

Pergam. orygin., u którego na paskach pergamin. cztery pieczęcie przywieszono. 1sza okrągła przedstawia na tarczy trójkątnéj przedmiot zatarty, napis: S. Georii de Swusin. *2ga na takiejż tarczy godło rodu Toporczyków; napis:* S. Victoris de Stru.... *3cia i 4ta znikły.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 228.

Nos Georgius de Swas Olstinensis ac Victor de Merzicz Opoliensis, Iohannes Radlo Dobrinensis capitanei, Stephanus Strala de Melnan, tenore presencium promittimus bona fide et sine dolo manu coniuncta et in solidum reverendo in Christo patri, domino Dobrogostio episcopo Poznaniensi, ac strenuo militi domino Iohanni Abrae de Nova curia: si pecunia, videlicet septem milia florenorum Ungaricalium boni auri et ponderis, non fuerit soluta et pagata in Ianna nunciis et procuratoribus predicti domini episcopi, videlicet Petro de Liza Crusviciensi et Wilhelmo Poznaniensi canonicis, vel alteri ipsorum, vice et nomine domini Wladislay ducis Opoliensis, Welunensis et C., infra hinc ad sex septimanas inmediate sequentes, tunc dictam pecuniam, videlicet septem milia florenorum, tanquam principales debitores, sine omni opere excepcionis domino episcopo et domino Iohanni predictis in Cracovia vel Wratislavia aut in Maiori Polonia secundum intimata predictorum dominorum exsolvemus cum effectu. Et si aliqua dampna ex non solucione vel retardacione dicte pecunie iam dicti domini quod absit receperint, illa promittimus eisdem domino episcopo et Iohanni et cuilibet ipsorum coniunctim et divisim simul cum

principali pecunia exsolvere et pagare: in quo ipsorum consciencias oneramus. In quorum testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in Opol XV die mensis Iunii, sub anno Domini millesimo CCC^{mo}LXXX^{mo} sexto.

Swas, *na pieczęci* Swusin, *Sworzeń*. Olstinensis, *de Olsztyn*. Merzicz, *nie odgadnione, może Mierzyce*. Opoliensis, *de Opole*. Dobrinensis, *de Dobrzyn*. Melnan, *nie odgadnione*. Nova curia, *Nowydwór*. Ianna, Liza, *nie odgadnione*. Dux C. *t. j.* Cuiaviensis.

Nr. 1852.

Ladislaus dux Opuliensis etc. 1386 Iul. 20, Opol; cividus de Ostrzeszów advocatiam oppidi certo modo confert.

Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplom. Poloniae I, Nr. 139. (Z oryginału, który się niegdyś znajdował w Archiwie Głównem Warszawskiem).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam, Ladislaus Dei gracia dux Opuliensis, Welunensis, Cuyaviensis, Dobrinensis etc. notum facimus tenore presencium universis, quod cum de commoditatibus et utilitatibus oppidi nostri Ostrzeschow, alias Schiltberg, nec non fidelium nostrorum civium in eodem commorancium ubilibet, et potissime qualiter ipsius oppidi et eius incolarum status pacificus successuris temporibus procuretur, ad quod primum mentem nostram dirigimus, salubriter intendamus, pacem et iusticiam unicuique tam pauperi quam diviti in personis et rebus equa ministracione cupientes firmiter exhiberi, volentes per infrascriptam ordinacionem dicti oppidi nostri condicionem et statum in melius reformare, primum quidem damus et conferimus eisdem nostris civibus, presentibus et futuris, advocaciam seu iudicium dicti oppidi Ostrzeschow cum omnibus penis parvis et magnis de ipsa advocacia provenientibus; capitalibus duntaxat penis exceptis, de quibus eisdem civibus tercium denarium damus, duobus autem denariis pro nobis et nostris posteris reservatis. Damus eciam eisdem civibus, quod nusquam in villis tocius districtus Ostrzeschow possit aliquis sal vendere; sed quod ipsius oppidi consules vendicionem salis in eodem oppido habeant ex parte communitatis. Damus insuper eisdem civibus omnes census in dicto oppido, eciam de macellis carnium provenientes; similiter et censum agrorum ville Bertoldisdorff foris civitatem seu dictum oppidum situate. Adiacentes eciam, quod ipsi cives quelibet eorum debita, que rustici villarum districtus eiusdem in eodem oppido apud ipsos cives fecerint seu contraxerint, eo iure et modo ab ipsis rusticis exigere et repetere possint, prout aliarum nostrarum civitatum cives pro similibus eorum debitis facere sunt consweti. Predicti quoque cives et eorum posteri, pro universis solucionibus et censibus viginti tres marcas grossorum usualium singulis annis et perpetuis temporibus, videlicet medietatem in festo sancti Martini et aliam medietatem in festo sancte Walpurgis, nobis et nostris posteris solvere tenebuntur; et quod de quolibet manso unum plaustrum lignorum pro nostra curia, dum et quociens ibidem fuerimus constituti, ducere sint astricti: harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum Opol anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, proxima feria sexta ante festum sancte Marie Magda-

lene, presentibus nostris fidelibus, dominis Henczkone Swantopolk de Landisberg, Georio de Swus Holsteinensi, Victore de Merzicz Opuliensi capitaneis, Bernhardo Werusch Osthreschoviensi, Hancone de Uschicz Welunensi, Niczkone Strus Karnoviensi burggraviis, et domino Nicolao Ticzkonis canonico Opuliensi, cancellario nostro, qui presencia habuit in commissis.

Opuliensis, *de Opole.* Ostrzeschow, *Ostrzeszów.* Bertoldisdorff, *Borek.* Landisberg, *m. Gorzów na Szląزku.* Merzicz, *pewnie Mierzyce.* Werusch, *nazwisko rodowe, powstałe od m. Wieruszów.* Uschicz, *Usice.* Karnoviensis, *de Krzenowice na Szląsku, z niem. Kranowitz.*

Nr. 1853.

Wladislaus rex Polonie etc. 1386 Aug. 29, in Nova civitate Corczin; litteras privilegiaque confirmat, quae ipse communitati incolarum regni Poloniae **a. 1386 Febr. 18, Cracovie** fuerat largitus.

Pergam. orygin. miejscami poprzeżerany; od przywieszenia pieczęci pozostały 2 dziurki w dolnym załoźon. brzegu wykrojone.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata, Vol. 11, Nr. 13. — Bandtkie. Ius Polonicum.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. harum noticiam habituris significamus quibus expedit universis: quomodo tota communitas prelatorum, baronum, militum, clientum atque nobilium regni nostri Polonie, dum in Nova civitate alias Corczin convencionem cum eisdem nostris prelatis et baronibus celebravimus, nobis affectuosissime supplicavit, quatenus litteras nostras, libertates quasdam et iura continentes ipsis prelatis et baronibus regni nostri Polonie prefati concessas, sigillo pendenti Litwanico consignatas, quo dum in minoribus constituti fuimus utebamur, dignaremur de innata nobis clemencia confirmare; quarum tenor de verbo ad verbum dinoscitur fore talis: *(Sequitur diploma Nr. 1843).*

Nos itaque predictas litteras ratas habentes et gratas, ipsas in omnibus suis punctis, articulis et condicionibus specialiter innovantes, ipsas approbamus et confirmamus; decernentes ipsas in predictis suis omnibus punctis, articulis et condicionibus robur optinere perpetue firmitatis, presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum in Nova civitate alias Corczin ipso die Decollacionis beati Iohannis Baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto.

Nova civitas alias Corczin, *Korczyn.*

Nr. 1854.

Fr. Henricus abbas de Lukna 1386 Sept. 3, s. l.; concedit, ut villa Swinarzewo monasterio de Byszewo resignari possit.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia dwóch pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 129.

Nos frater Henricus abbas de Lukna Ordinis Cysterciensis Gneznensis dyocesis, universis fide dignis notum fieri volumus per presentes, quod permisimus resignare hereditatem seu villam Swinarzewo nuncupatam venerabili in Christo patri et domino, domino Iohanni abbati ac suo conventui de Byssovia, coram domino Sandzewogio palatino Kalisiensi, Cracoviensi Naklensique capitaneo; quam quidem hereditatem eidem domino abbati et suo conventui iam dicto, de nostro ac nostri conventus de unanimi consensu, pro ducentis marcis grossorum Pragensium vendidimus cum omnibus fructibus et proventibus perpetue possidendam, ipsamque hereditatem limitare per debitas suas granicies in longitudine et latitudine distinguendo, atque ab omni infestacione, impeticione, evictione quorumlibet, in toto aut parte ipsam hereditatem infestancium, liberam per triennium reservare, nec non prefati domini abbatis et proborum iuvamine, firmacionem per litteram regalem desuper impetrare. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum cum sigillo nostri conventus predicti presentibus est appensum sub anno Domini m.ccc octogesimo sexto, feria secunda infra octavam Nativitatis beate et gloriose virginis Marie.

Lukna, *Łekno.* Swinarzewo, *osada znikła.* Byssovia, *Byszewo.*

Nr. 1855.

Fr. Henricus abbas de Lukna 1386 Sept. 3, s. l.; monasterio de Byszewo villam Swynarzewo resignat.

Pergam. orygin. Na niciach jedwabnych przywieszono dwie pieczęcie. 1sza podługowata wyobraża opata w infule, z pastorałem; napis: S. Fris. Henrici Abbatis... Lokna. *2ga klasztoru Łekińskiego;* (pieczęć XXXVIII).
Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 130.

In nomine Domini amen. Cum labente tempore et de subita mutacione mortalium nichil in hoc mundo firmum aut stabile dinoscatur, decet ergo ea que racionabiliter gesta fuerunt, ne oblivionis caligine obfuscentur et a memoria humane fragilitatis lapsum habeant, perpetuis litterarum testimoniis et voce proborum testium diligencius confirmare. Hinc est, quod nos frater Henricus, abbas de Lukna Ordinis Cysterciensis Gneznensis dyocesis, universis in Christo fidelibus presentibus et futuris ad perpetuam rei memoriam in verbo veritatis publice notum facimus protestantes, quod maturo consilio ac tocius nostri conventus de unanimi consensu vendidimus hereditatem seu villam nostram Swynarzewo vulgariter nuncupatam, sitam in territorio Naklensi, venerabili in Christo patri ac domino, domino Iohanni abbati monasterii de Byssovia et suo conventui dicti nostri Ordinis Cysterciensis et eorum

perpetuis successoribus, pro ducentis marcis grossorum Pragensium, sub tali condicione: quod iam dictus dominus abbas cum suo conventu, nominatam hereditatem Swynarzewo cum omni iure et iurisdicione et dominio, cum omnibus fructibus, redditibus, utilitatibus et quibuslibet proventibus, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, borris et earum mellificiis, rubetis, aquis, fluviis, lacubus, piscinis et earum piscaturis, stagnis, et obvencionibus universis ad iam dictam hereditatem pertinentibus, quibuscunque nominibus et appellacione censeantur, qui nunc sunt aut esse poterunt in futurum, in omnibus suis metis, gadibus, graniciis et limitibus tam in longitudine quam latitudine, rite et racionabiliter possidebunt, quemadmodum nos ipsi cum nostro conventu tenuimus, habuimus et possedimus cum omnibus fructibus et libertatibus, secundum privilegia, super sepedictam hereditatem a domino Iassekone herede de Ysdebna vel de Vola, thezaurario Kalisiensi felicis memorie, atque Missczigneo herede de Pantkowo cum omnibus et singulis patruis et fratribus ad ipsorum clippeum spectantibus nobis donata, resignata et concessa. Predictam siquidem hereditatem cum omni iure, iudicio et dominio inibidem totaliter abrenunciantes, nichil utilitatis ac proprietatis in ea pro nobis aut nostro monasterio volentes reservare; sed omnia in sepedicti domini abbatis et sui conventus sint potestate, ipsam hereditatem vendendo, donando, commutando et obligando et pro utilitate monasterii ipsorum convertendo, secundum quod predicto domino abbati et ipsius conventui melius conpetere videbitur et expedire. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, sigillum nostrum cum sigillo conventus nostri predicti presentibus est appensum sub anno Incarnacionis Domini millesimo trecentesimo octogesimo sexto, feria secunda infra octavam Nativitatis gloriose virginis Marie, presentibus hys testibus, videlicet fratre Conrado priore, Rulando subpriore, fratre Fredrico cantore, fratre Ebirhardo custode, et aliis plurimis fratribus et testibus fidedignis vocatis ad premissa.

Lukna, *Łekno.* Swynarzewo, *osada znikła.* Byssovia, *Byszewo.* Ysdebna, *Izdebno.* Vola, *Wulka Orchowska.* Pantkowo, *Pentkowo.*

Nr. 1856.

Dobrogostius episcopus Poznaniens. etc. 1386 Sept. 11, Cracovie;

protestatur, Bodzantam Gneznensem archiepiscopum 30 marcas ultra impositam a camera apostolica decimam de mensa eiusdem persolvisse, earumque restitutionem ordinat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu jedno wcięcie poprzeczne. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 229.

Dobrogostius divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, nunccius apostolicus et collector fructuum camere apostolice in provincia Gneznensi generalis ab eadem Sede specialiter deputatus, universis presentes litteras inspecturis salutem cum pacis prosperitate. Cum nos racione mille marcarum, sanctissimo in Christo patri et domino nostro, domino Urbano divina providencia Pape VI per reverendum in Christo patrem dominum Mamfiolum archiepiscopum Ragusensem eius familiarem mittendarum de decima triennali per eundem dominum nostrum imposita,

aliis diversis oneribus per eundem dominum archiepiscopum et nos relaxatis, recepimus a reverendissimo in Christo patre domino Bodzantha archiepiscopo Gneznensi centum marcas Polonicales, quamlibet marcam pro XLVIII grossis computando, de quibus centum marcis per alias nostras litteras patentes dictum dominum archiepiscopum et eius mensam archiepiscopalem plenissime quietavimus et liberavimus: verum quia, ut asseritur, pro primo anno ipse et dicta eius mensa non debet nisi septuaginta marcas prefati numeri solvere, idcirco triginta marcas superfluas, et plus et minus in quo repertum fuerit eum non teneri, promittimus et obligamus nos et bona camere, in festo Nativitatis Domini proxime futuro eidem domino archiepiscopo per nos vel .. subcollectorem Cracoviensem qui fuerit pro tempore integraliter eidem restituere; dantes exnunc eidem domino archiepiscopo, si in eodem termino satisfactum non fuerit, de pecuniis camere dictas triginta marcas, vel plus vel minus in quo repertum fuerit eum non teneri, plenam et omnimodam potestatem in eius provincia recipiendi harum quibus sigillum nostrum est appensum, quo in officio collectorie huiusmodi utimur, testimonio litterarum. Actum et datum Cracovie die XI mensis Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto.

Nr. 1857.

Fr. Andreas abbas monasterii Paradysi 1386 Nov. 5, in monasterio Paradyso; protestatur, monasterium suum a fr. Iohanne de Landsberg 10 marcas grossorum recepisse, pro quibus dicto Iohanni ad tempus vitae eius annuatim unam marcam se daturum promittit.

Pergam. orygin., którego brzegi obcięte wraz z śladem przywieszenia pieczęci klasztoru, osobno zachowanéj; (pieczęć LXIV).

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 8.

Nos frater Andreas abbas monasterii Paradysi Ordinis Cysterciensis Poznaniensis dyocesis, notum facimus universis presentibus et ad memoriam deferimus futurorum, quod de communi et maturo fratrum nostrorum consilio pariter et assensu, a fratre Iohanne de Nova Landisbergh, domus nostre professo, decem marcas grossorum Pragensium Polonici pagamenti sibi de bonis patrimonialibus derivatas, in parata pecunia datas ac eciam insimul numeratas fatemur integraliter nos recepisse. Pro quibus quidem pecuniis, quodam molendinum in villa nostra Schonenborg cum quodam orto ad ipsum pertinente, sub iuste empcionis titulo, nostro monasterio rite et rationabiliter constat a nobis fore comparatum; ea duntaxat condicione interiecta, quod nos frater Andreas predictus vel qui pro tempore una cum dicti nostri cenobii conventu, dicto fratri Iohanni, racione sue indigencie cum eo caritative dispensando, annis singulis in festo beati Martini quoad vixerit unam marcam grossorum Pragensium dicti Polonici pagamenti de redditibus seu proventibus monasterii nostri antedicti dare promisimus, et in presentibus promittimus perenniter presentare quolibet impedimento non obstante. Post obitum vero pretacti fratris Iohannis, prefata marca grossorum a domino abbate qui pro tempore fuerit, priori seu infirmario annuatim in predicto festo beati Martini perpetuis temporibus debeat presentari, subveniendo fratrum infirmorum indigenciis et defectibus pecunia ex eadem. Et si abbas qui pro tempore fuerit supradictum molendinum vendere decreverit, tunc pro huiusmodi

vendicionis pecunia idem abbas ut prefertur unam marcam grossorum annui census prememorato nostro monasterio alibi ordinare non refutabit: harum quibus nostra sigilla presentibus sunt appensa testimonio litterarum. Datum et actum in nostro monasterio prenotato anno Domini milesimo trecentesimo octuagesimo sexto, in die beati Malachie episcopi et confessoris.

Paradysus, *klasztor Paradyż.* Nova Landisbergh, *Landsberg nad Wartą.* Schonenborg, *Schoenborn.*

Nr. 1858.

Nicolaus heres in Srzebrznagorka ceterique arbitri 1386 Nov. 18, in Nakel; Iohannem abbatem de Byszewo et Przibislaum heredem de Gumnowice ratione hereditatis Dambagora concordant.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergamin. przywieszono siedem pieczątek. 1wsza przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Łodziów; napis zatarty. 2ga, 3cia, 4ta zupełnie zatarte. 5ta znikła. 6ta i 7ma zupełnie zatarte.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 131.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos Nicolaus heres in Srzebrznagorka, Nicolaus heres in Dobesszewo, Iasko heres in Daroniczgorki, Sandzivogius Sleszinski, Andreas Mencowski et Albertus heres in Sanszeczno, concorditer et spontanee electi arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores, reverendissimum virum dominum Iohannem abbatem in Bisszevia concordavimus pro dampnis sibi et hominibus ipsius illatis, parte ab una, et Przibislaum heredem in Gomnowicze pro hereditate Dambagora, mutuo parte ex altera tali ordinacione: quodcumque (sic) predictus Przibislaus domino abbati predicto et conventui monasterii Bisszeviensis ac hominibus ipsorum fecit dampna pro predicta hereditate et causa pro eadem, illud omne est mortuum et in vanum. Insuper sepedictus Przibislaus suis cum fratribus et sororibus, et omnes isti qui aliquod ius habuerunt ad predictam hereditatem, non debent dominum pretactum abbatem et conventum Bisszevienses pro iam dicta hereditate Dambagora impedire, sed apud silencium inpermanere (sic). Eciam predictus Przibislaus pactavit, vovit et promisit: quod absit, quod si aliqui fratres aut sorores ipsius, hereditate pro predicta dominum sepenominatum abbatem ac conventum iam dictum impedirent, extunc Przibislaus predictus ab omni dominum abbatem et conventum Bisszeviensem intercedere debet et eandem hereditatem Dambagora debet exbrigare, quod sepedictus dominus Iohannes abbas ipsius cum fratribus predictam Dambagora debet perpetue pacifice et quiete obtinere et possidere. Et vallamus inter ipsos vallatam presentibus xxxx marcarum grossorum: quod absit, quum aliquis ipsorum eandem concordiam per nos constitutam commoveret et violaret, debet xx marcas grossorum nobis prenotatis dominis dare, et viginti marcas grossorum actori dabit. In cuius rei testimonium, nostra sigilla dominorum ut supra et Przibislai predicti sunt appensa. Datum et actum in Nakel in vigilia sancte Elizabeth, anno Domini millesimo ccclxxx sexto.

Srzebrznagorka, *Srebrnagórka.* Dobesszewo, *Dobieszewo.* Daroniczgorki, *niepewno, czy Górki Zagajne lub G. Dąbskie.* Sleszinski, *de Ślesin.* Mencowski, *de*

Minikowo. Sanszeczno, *Samsieczno.* Bisszevia, *Byszewo.* Gomnowicze, *Gumnowice.* Dambagora, *osada znikła, już za czasów Kazimierza króla deserta; cnfr. Nr. 1286.*

Nr. 1859.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1386 Dec. 26, Gnezne; Iacobo praeposito Trzemesznensi eiusque successoribus stallum in choro eccle siae maioris concedit.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 109.

In nomine Domini amen. Nos Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus quibus expedit universis, quod considerata et inspecta eximia idoneitate, probitate ac morum honestate, quibus ab alto venerabilis et religiosus vir dominus Iacobus de cognacione Poray, nobilis ex utroque parente, prepositus Trzemeschnensis monasterii Ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, de conversacione laudabili, muracionum et edificacionum possessionum et villarum eiusdem monasterii augmentacione et locacione prefulsit, ipsum dominum Iacobum prepositum, intuitu premissorum, de consilio et assensu venerabilium fratrum nostrorum Capituli videlicet Gneznensis, in ecclesiam nostram predictam superpeliciatum induximus, stallum in choro tantum et locum celebrandi missas circa maius altare ipsius nostre Gneznensis ecclesie sibi et suis successoribus, pro tempore prepositis Trzemeschnensibus, dantes presentibus ac perpetuo assignantes. In quorum fidem et testimonium premissorum, nostrum et dicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in die sancti Stephani prothomartiris gloriosi, anno Domini m.ccc. octoagesimo sexto, presentibus venerabilibus viris, dominis Petro preposito, Iohanne archidiacono, Bronislao cancellario, Vincencio preposito Uneoviensi, Iohanne de Thrlang archidiacono Cruswiciensi, Nicolao Strzesconis, Borcone, et Petro de Peczynovycze, prelatis et canonicis dicte ecclesie Gneznensis, fratribus nostris karissimis.

Thrlang, *Trląg.* Peczynovycze, *Pieczewo.*

Nr. 1860.

Thomislaus castellanus Zunens. 1387 Mart. 31, Costan; protestatur, Henszel olim molendinatorem de Kościan tertiam mensuram de molendino aquatico et tertiam partem molendini quadrupedalis Iekel dicto Rorman vendidisse.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Nałęczów; napis zatarty.

Poznań. Archiv. Capituli. V, 6.

In nomine Domini amen. Quoniam fere omnia que in tempore cursus (sic) temporibus, nisi litterarum sufficienti testimonio perhennata fuerint, pretereunt elabendo, noverint igitur universi tam presentes quam posteri coram quibus presens hoc fuerit recitatum, quod ante nos videlicet Thomislaum castellanum Zunensem, bur-

grabium tunc temporis Costanensem nec non procuratorem tunc temporis domini et domini Dobrogostii divina providencia episcopi Poznaniensis, veniens honestus vir Henszel olim molendinator in Costan, non compulsus nec coactus nec aliquo vicio circumventus, sed de sua libera voluntateque spontanea, terciam mensuram suam ipsum concernentem molendine (sic) aquatice ante Costan civitatem site, et quadrupedalis molendine terciam partem similiter site in civitate ante castrum, provido viro et honesto Iekel Rorman dicto taliter, et post eum suis successoribus legittimis natis et nascendis vendidit et coram nobis resignavit pro sexcentis marcis latorum grossorum Pragensium monete usualis Polonicalis numeri, videlicet quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, cum omni iure, proventu et quibusvis pertinenciis spectantibus ad tercias easdem partes molendinorum premissorum, sicut solus hucusque tenuit et usus est, temporibus perpetuis possidendum, vendendum, commutandum et ad usus proprios beneplacitos convertendum, prout eidem Iekel et suis legittimis successoribus melius et utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium meliorem et ad evidenciam, in robora firmiora sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Costan et actum in domo Michaelis Stylle dicti, die dominica qua in ecclesiis universaliter a Cristi fidelibus Domine ne longe facias auxilium etc. decantatur, ab anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo septimo. Testes sunt: dominus Dobrogostius Pechhnynski, dominus Iohannes Punynski, Syffridus advocatus Costanensis, Adam tunc proconsul ibidem, Hanko Borzyna theoloneator ibidem, Thycze institor ibidem, Heynrych, Weynrych fratres ibidem, Michael vitricus ecclesie parochialis, et Hannus sartor cum ceteris ibidem fide dignis, ad premissa vocatis in testimonium specialiter et rogatis.

Zunensis, *de Żoń.* Costanensis, *de Kościan.* Pechhnynski, *de Piechanin.* Punynski, *de Ponin.*

Nr. 1861.

Thomislaus Szunski capitaneus etc. 1387? Apr. ?, Costan; protestatur, Anselmum molendinatorem tertiam partem molendini aquatici ante civitatem Kościan et tertiam partem molendini equini in eadem civitate siti cuidam Iakyel Rorman vendidisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 121.

Nos Thomislaus Szunski, capitaneus per reverendum in Christo patrem dominum Dobrogostium episcopum Poznaniensem in Costan constitutus, notum facimus presentibus quibus expedit universis, quod vir circumspectus Hanselmus molendinator, civis in Costan, non compulsus et incoactus, sed salva deliberacione premissa nostram accedens presenciam, rite ac racionabiliter provido viro Iakyel Rorman eius consangwineo, civi civitatis dicte, suisque liberis natis ac nascendis terciam partem unius molendini aquatici dictam ante civitatem siti fructuum omnium, nec non partem terciam molendini equini in civitate prefixa, pro centum marcis grossorum Pragensium Palonicalis pagamenti vendidit sibique iure hereditario coram nobis, singulis, diversis ac cum usibus et proventibus, quemadmodum dictus Hanselmus civis civitatis dicte circa reges et capitaneos Polonie generales diversos multis annis tenuit pacifice et possedit, perpetue resignavit evisque temporibus possidenda, habenda,

commutanda, vendenda et in usus meliores convertenda. In quorum evidenciam maiorem, sigillum nostrum pagine presenti est appensum presentibus nobilibus Iohanne Mockenberg, Dobrogostio de Rechelin, Siffrido advocato civitatis dicte, nec non viris sagacibus Adam Rynd proconsule tunc temporis, Michaele in Acie vitrico ecclesie, Tyczkone institore et Hankone Borszina, civibus in Costan, et aliis fidedignis. Actum Costan die Palmarum, anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo septimo mensis Aprilis (sic).

Szunski, *castellanus de Żoń.* Costan, *Kościan.* Iohannes Mockenberg, *(w poprzednim dokumencie* Punynski), *pewnie dziś Mochbern pod Wrocławiem. Według współczesnych Ksiąg ziemskich Kościańskich byli właściciele Ponina dziedzicznymi wójtami Kościana, z pomiędzy nich wymieniani tam częstokroć Jan i Sifryd. Familja Łodziów posiadła Ponin dopiero na początku XVI w. przez Wojciecha z Brodów.* Dobrogostius de Rechelin, (*w poprzednim* Pechhnynski), *Reklin.*

Nr. 1862.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1387 Apr. 24, Gnezne; universo clero Gneznensis et Cracoviensis dioecesium mandat, ut Derslaum castellanum de Santok, ob violentias contra homines ecclesiae Gneznensis commissas dudum excommunicatum, nunc aggravatum in ecclesiis suis nuntient et a fidelibus arctius vitari faciant.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergamin. 11 pieczęci przywieszono, z których 4ta i 7ma pozostały w ułamkach z zatartym wyciskiem, inne odpadły. Prawy górny róg pergaminu oddarty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 230.

(*16 lit. des.*) sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, discretis viris vicariis ebdomadariis et ecclesiarum rectoribus (*8 lit. des.*) Kalis, in Oppatow, in Staw, in Wartha, in Syradia, in Buzanino, in Sczirczow, in Dobris.. (*8 lit. des.*).. ske, in Curzelow, in Malogosch et in Chanczini, nostre Gneznensis, in Cracovia, in Kazimiria et ad sanctum Florianum et sanctum Nicolaum extra muros Cracovienses, in Prossovicze, in Scarbimiria, in Wislicia, in Nova civitate, in Stobnicia, in Paczanowo, in Sydlow, in Polancz, in Ossek, in Copriwnicia, in Sandomiria et in Zavichost, Cracoviensis diocesis, aliisque omnibus et singulis qui presentibus fuerint requisiti salutem in Domino sempiternam. Quia Derslaus castellanus Santhoczensis, themeritate propria, de anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, in Cleczsco domini nostri regis Polonie opido, cives nostros Zneynenses, recipiendo ipsis manu violenta et sine omni culpa equos, currus et alias multas res cum allecibus de nonaginta una marca grossorum Bohemicalium spoliavit, dictas pecunias in proprios usus convertendo, propter quod factum et spolium, virtute statutorum provincialium, synodalium et Sedis apostolice legatorum, in quibus expresse canetur (sic): quod omnes violenti spoliatores, raptores, occuppatores bonorum, hominum ecclesie et rerum, excommunicati, et loca ad que talia spolia deducuntur et retinentur in eisdem, ecclesiastico interdicto subiecta sunt ipso facto: dictus Derslaus, premissa canonica et sufficienti municione (sic), in certis locis per nostram et Poznaniensem dioceses pu-

blice diebus et horis consuetis per nos et per certos executores fuit et est excommunicatus, aggravatus, reaggravatus et interdictus denunciatus, in quibus hactenus iacet animo dampnabiliter indurato, in contemptum Clavium sancte matris Ecclesie, predictorum statutorum, et scandalum Christi fidelium plurimorum. Ne igitur de sua themeritate cum sibi similibus comodum valeat reportare, (*6 lit. des.*) ipsum Derslaum predictas excommunicacionem, agravacionem et reaggravacionem duximus in hiis scriptis proferendas, vobis nostre Gneznensis diocesis, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, vobis vero de diocesi Cracoviensi, virtute laudi firmiter iniungendo mandantes: quatenus visis presentibus, predictum Derslaum virtute statutorum predictorum excommunicatum, aggravatum, reaggravatum et interdictum vestris in ecclesiis denuncietis et denunciare faciatis singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis, incensis et ad terram proiectis candelis, familias ipsius Derslai a divinis et ab ecclesiastica sepultura penitus removendo; facientes nichilominus ipsum Derslaum a Christi fidelibus in participacione, conversacione, locucione, salutacione, cibo, potu, empcione, vendicione, igne, foro, balneo, hospicy recepcione, navigio, equitura et veccione, et in quibusvis aliis legittimis actibus, sub penis premissis arcius evitari. Et in quamlibet ecclesiarum vestrarum, ad quam quocienscunque predictus Derslaus vel ad loca ipsarum vestrarum ecclesiarum intraverit et quamdiu ibidem moram traxerit, et post recessum ipsius per triduum immediate sequens, ecclesiasticum observetis interdictum et observari faciatis tamdiu, donec, recognito suo errore huiusmodi et satisfaccione de predictis pecuniis nobis et hominibus nostris prehabita et inpensa, beneficium absolucionis obtinere mereatur. Datum Gnezne in crastino sancti Adalberti martiris et pontificis gloriosi, anno Domini millesimo CCC^{mo}LXXX^{mo} septimo.

Reddite litteram, in signum execucionis sigillis vestris appendentibus sigillatam.

Oppatow, *Opatówek.* Staw, *Staw.* Buzanino, *Bużenin.* Sczirczow, *Szczerców.* Dobris.., *Dobryszew.* Curzelow, *Kurzelów.* Malogosch, *Małogoszcz.* Chanczini, *Chęciny.* Prossovicze, *Proszowice.* Scarbimiria, *Skalbmierz.* Nova civitas, *Korczyn.* Stobnicia, *Stobnica.* Paczanowo, *Pacanów.* Sydlow, *Szydłów.* Polancz, *Połaniec.* Ossek, *Osiek.* Copriwnicia, *Koprzywnica.* Santhoczensis, *de Santok.*

Nr. 1863.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1387 Apr. 24, in Capitulo generali; Bronislao archidiacono Gneznensi petente dotationem et privilegia altaris s. Stanislai in ecclesia cathedrali confirmat, quod Preczlaus de Gułtowy b. m. palatinus Kalisiensis fundaverat. (Cnfr. Nr. 1293).

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1475.

In nomine Domini amen. Nos Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis: quod licet strenuus vir dominus Preczslaus de Goluthowo, olim palatinus Kalisiensis, altare in honorem omnipotentis Dei et eius genitricis Virginis gloriose et specialiter sancti Stanislai martyris et pontificis gloriosi, pro sua, antecessorum et successorum suorum salute, per reverendum in Christo patrem et antecessorem nostrum, dominum Iaroslaum olim archiepiscopum Gneznensem felicis recordacionis, erigi

et fundari et de decimis in villis infrascriptis, videlicet in Panewo, in Slawoszevo, in Wlanowo, in Wyno, Clodzyno et in Dzyekczyno dotari procuraverit, ita quod procuracionem predicti altaris ad tempora vite sue habuit et habebat: nunc autem, cum quodam casu privilegium sive littere ipsius domini Iaroslai super decimis predictis et onere predicti altaris sunt deperdite nec rehaberi sperantur, ad instanciam et peticionem venerabilis viri domini Bronislai archidiaconi nostri Gneznensis, ut voluntas predicti palatini perpetuo compleatur, de consilio et consensu venerabilium fratrum nostrorum, dominorum Capituli videlicet Gneznensis, decrevimus animo volenti: quod collacio dicti altaris ad nos et ad nostros successores pertineat, et quod huiusmodi altare deinceps et in antea, prout ab antiquo fuit consuetum et observatum, uni ex vicariis ecclesie nostre Gneznensis predicte, et non alteri, quociens vacaverit, per nos et per nostros successores conferatur. Discretus vero vir dominus Albertus frater domini archidiaconi predicti, altarista eiusdem altaris, et sui successores legitimi altariste sive ministri altaris supradicti qui pro tempore fuerint, predictas decimas habeant et nomine supradicti altaris possideant temporibus perpetuis, tres missas, unam de sancta Cruce feria sexta, secundam de beata Virgine sabbato, et terciam feria secunda Defunctorum, in qualibet septimana pro remedio animarum predictorum cum summa devocione per se vel per alium complendo ac eciam celebrando. In cuius rei testimonium, nostrum ac dicti nostri Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum die in crastino beati Adalberti, anno Domini M.CCC.LXXX septimo, presentibus honorabilibus viris, dominis Alberto custode, Ianussio scolastico, Iohanne de Tralang archidiacono Crusviciensi, Nicolao Penasconis, Vincencio cancellario, Boguslao scolastico Lanciciensi, Nicolao Strzesconis, Borkone, Lorcone, Andrea de Tarnow, Henrico Bel, Petro de Peczinovicze, Marco, et Iaroslao Msczugii, prelatis et canonicis Gneznensibus in Capitulo generali congregatis.

Goluthowo, *Gułtowy.* Panewo, *Paniejewo.* Slawoszevo, *Słaboszewo.* Wlanowo, *Ułanowo.* Wyno, *Winna.* Clodzyno, *Kłodzin.* Dzyekczyno, *Dziekczyn.* Tralang, *Trląg.* Tarnow, *nie odgadniony.* Peczinovicze, *Pieczew.*

Nr. 1864.

Urbanus Pp. VI 1387 Mai. 18, Luce; Bodzantae archiepiscopo et clero Gneznensi tertiam partem decimae triennalis remittit, ipsosque a censuris, quas decimas non solventes incurrerant, absolvit.

Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 1025.

Urbanus episcopus *etc.* venerabili fratri Bodzanthe archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo Gneznensibus, et clero civitatis et diocesis Gneznensium salutem *etc.* Sedes apostolica pia mater, recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum se libenter exhibet propiciam et benignam. Dudum siquidem venerabilis frater noster Dobrogostius episcopus Poznaniensis, apostolice Sedis nuncius, decimam triennalem per vos in certis terminis camere nostre apostolice persolvendam de mandato nostro imposuit, vosque omnes et singulos per suas certi tenoris litteras moneri mandavit et fecit, ut huiusmodi decimam in certis terminis ad hoc per ipsum statutis solveretis, alioquin in vos excommunicationis et in singulares personas suspensionis,

et in Gneznensem et alias ecclesias civitatis et diocesis Gneznensium interdicti sentencias promulgabat, vosque monitionibus et mandatis huiusmodi infra dictos terminos parere neglexistis huiusmodi sentencias incurrendo. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra continebat peticio, vos ex certis causis eratis impotentes ad huiusmodi triennalem decimam persolvendam, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobiscum in premissis pie et mite agere, ac moniciones et quoscunque processus per dictum episcopum contra vos occasione premissorum factos suspendere, vosque ab huiusmodi sentenciis absolvere, et super irregularitate, si quam premissorum occasione contraxistis, dispensare, et interdicta posita relaxare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, licet de premissis omnibus et singulis plenam noticiam non habeamus, volentes tamen vobis in premissis favorabiles inveniri, huiusmodi vestris supplicacionibus inclinati, unum annum seu terciam partem huiusmodi triennalis decime de apostolice liberalitatis munificencia vobis remisimus et tenore presencium remittimus et donamus, ac processus, moniciones et mandata ac sentencias huiusmodi, usque ad nostrum beneplacitum suspendimus per presentes, vosque nichilominus et vestrum singulos ab omnibus et singulis penis et sentenciis in dictis contentis processibus, quas occasione non solucionis huiusmodi incurristis, absolvimus, et super irregularitate, si quam vos et vestrum singuli vel aliquis vestrum huiusmodi ligati sentenciis, non tamen in contemptum Clavium, celebrando divina vel immiscendo se illis incurrit seu incurristis, dispensamus, et quecunque interdicta, occasione premissorum lata et posita relaxamus. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi primam decimam, primi anni videlicet in festivitate Omnium sanctorum anni presentis, et secundam decimam huiusmodi, in festo Pasche tunc proxime secuturo, prefato episcopo vel succollectori aut succollectoribus per eum deputatis tradatis realiter et eciam assignetis; alioquin, si in huiusmodi terminis vel ipsorum aliquo in solucione huiusmodi defeceritis vel aliquis vestrum defecerit, deficientes seu deficientem in pristinas penas et sentencias relabi volumus eo ipso. Nulli ergo *etc.* nostre remissionis et donacionis, suspensionis, absolucionis, dispensacionis, relaxacionis et voluntatis infringere *etc.* Datum Luce XV Kalendas Iunii, anno decimo.

Nr. 1865.

Stanislaus clericus Poznaniens. diocesis 1387 Iun. 4, in opido Uneyow; ad rogationem Stanislai clerici, nomine Dobrogostii Poznaniensis episcopi Nicolaum custodem Lanciciensem ac Petrum vicarium de Uniejów petentis, ut impositam in provincia Gneznensi a Sede apostolica triennalem decimam exequantur, instrumentum publicum conficit, in quo declaratio eorundem continetur, quod in hac causa ad eandem Sedem fuisset appellatum.

Pergam. orygin., na którym przy końcu obok oświadczenia notarii publici *signum tegoż narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 231.

In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem M.CCC.LXXX.VII, Indiccione X, die quarta mensis Iuny, hora VI vel quasi, in opido Uneyow Gneznensis diocesis, in cimiterio ecclesie collegiate ibidem in Uneyow, in mei notarii publici in-

frascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter discretus vir Stanislaus clericus Poznaniensis diocesis, ex parte et pro parte reverendi in Christo patris domini Dobrogostii episcopi Poznaniensis ac collectoris apostolici in regno Polonie et in provincia Gneznensi deputati, requisivit honorabilem virum dominum Nicolaum custodem Lanciciensem et officialem Gneznensem ac discretum virum Petrum vicarium protunc ebdomadarium ecclesie Uneoviensis predicte, ut processus pro decima triennali, per dominum Papam imposita in provincia Gneznensi, exequentur iuxta tenorem in dictis processibus contentum. Ipsi autem dixerunt, quod a solucione dicte decime esset appellatum et ob hoc non possent dictos exequi processus, et quod ipsi adheserunt predicte appellacioni. Super quibus omnibus et singulis, dictus Stanislaus a me notario infrascripto unum vel plura sibi confici peciit publicum vel publica instrumentum vel instrumenta. Acta sunt hec anno, Indiccione, mense, die, hora et loco, quibus supra, presentibus discretis viris Stanislao, Clemente, vicariis ecclesie Uneyoviensis predicte, et Petro Lyzak presbitero Gneznensis et Cracoviensis diocesis, testibus ad premissa.

(Sequitur protestatio Theodrici olim Cunadi de Syradia clerici Gneznensis diocesis, publici auctoritate imperiali notarii.)

Uneyow, *Uniejów.*

Nr. 1866.

Barthossius de Wyszenborg palatinus Poznaniens. etc. 1387 Oct. 13, in Ponecz; protestatur, Vincentium de Granowo castellanum Naklensem hereditates Zakrzewo, Kawćze et Jasień Iohanni de Donin et Margarethae consorti eius de Sarnowa vendidisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Costens. a. 1421, fol. 132.

Nos Barthossius de Wyszenborg palatinus Poznaniensis nec non tutor Costensis et Ponecensis, notum facimus universis presentibus et futuris, quod ad nostram aliorumque terre Polonie nobilium veniens presenciam strenuus miles dominus Vincencius de Granowo castellanus Naklensis, non compulsus nec coactus, sed bona deliberacione, spontanea voluntate nobili viro domino Iohanni de Donyn et Margarethe consorti sue de Sarnowo, eis ipsorumque successoribus cunctas hereditates suas, dictas Zacrzewo, Cawcze et Iessen, in districtu Ponecensi sitas, cum universis utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, pertinenciis, quibusvis aliis censibus, agris, pratis, silvis, nemoribus, paludibus, aquis, piscinis, molendinis, mellificiis et singulis obvencionibus que ibi sunt vel fieri poterint, nullam iuridiccionem pro se suorumque posteriorum (sic) in dictis hereditatibus reservando, pro tricentis marcis grossorum latorum Pragensium numeri vero Polonicalis vendidit et coram nobis benivole ac bono suorum amicorum consilio prehabito resignavit tenendas, habendas, vendendas, commutandas et ad usus beneplacitos convertendas, prout eis et eorum successoribus melius videbitur expedire; promittens prefatus dominus Vincencius de Granowo suo firmo promisso, quod ipsos, videlicet Iohannem et Margaretham prius dictos, a quolibet homine impediente, cuiuscunque condicionis fuerint, infra revolucionem trium annorum, quociens necesse fuerit, plenius exbrigare (sic). In cuius rei testimonium, si-

gillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Ponecz die dominica ante festum sancte Hedvigis electe, anno Domini millesimo ccclxxxvii, presentibus nobilibus viris, dominis Iohanne iudice Poznaniensi, Lassotha dapifero Polonie, Ianussio Iarognewski, Iohanne Cyrniski, Przybislao Gryzinski, Nicolao Cobilinski, testibus ad premissa vocatis, et aliis quam plurimis fidedignis.

Ponecensis, *de Poniec.* Granowo, *Granowo.* Donyn, *nazwisko Saskiej familji Dohna.* Sarnowo, *Sarnowa.* Zakrzewo, Kawcze, Jasień, *dziś tak samo.* Iarognewski, *heres de Jarogniewice.* Cyrniski, *de Czernina.* Gryzinski, *de Gryżyna.* Cobilinski, *de Kobylin.*

Nr. 1867.

Sandziwogius heres de Tomiszewo 1387 Oct. 31, in monasterio Luknensi; sortem hereditatis Toniszewo monasterio de Łekno confert, scultetiam vero villae praedicti monasterii, dictae Bartodzieje, nobili viro Grabiec iure Magdeburgensi ad locandum vendit.

Wągrowiec. Archiv. monasterii Cisterciens. Protocollum 3tium, pag. 21.

In nomine Domini amen. Quoniam ea que aguntur in tempore, a memoria hominum evanescunt nisi testibus idoneis vel scriptura fuerint perennata, igitur noverint universi tam presentes quam futuri presentem litteram inspecturi, quod nos Sandziwogius heres de Tomiszewo, sana mente constitutus, non compulsus nec coactus, sed bono animo nostro super eo habito (sic), cupientes cultum divini numinis ampliare, in remedium peccatorum nostrorum ac predecessorum parentum nostrorum, et ad honorem omnipotentis Dei et eius Genitricis, ad honorem beati Petri apostoli patroni monasterii Luknensis, sortem hereditatis nostre Tomiszewo ad eundem claustrum assignavimus, contulimus, dedimus in perpetuum iure hereditario possidendam, hanc sortem adicientes eorum hereditati Bartodzieie et in unum coniungentes, a via que ducit de Kopaszynewo in Nowe in sinistra manu, in latitudine et in longitudine cum omnibus utilitatibus, mericis, silvis, rubetis, paludinibus, pratis, pascuis ac omnibus fructibus, nemine contradicente. In qua quidem hereditate Bartodzieie, nobili viro Grabiecz scultetiam vendidimus iure Magdeburgensi locandam hereditario, cum consensu domini Henrici abbatis nec non ipsius conventus cenobii Luknensis. Ratione vero ipsius scultetie, tres mansos liberos sibi ac suis legitimis successoribus dedimus in perpetuum possidendos, tenendos, habendos, vendendos, commutandos prout sibi et suis successoribus videbitur melius expedire. Addimus etiam memorato sculteto pratum quod vulgariter nuncupatur Orle. Etiam perpetualiter damus piscari in piscina ante molendinum pro sua mensa cum parvis retibus, cum gulgustris et slempnicze et vanda; et in eadem piscina potest construere molendinum suis pecuniis, et metretam tollet tamdiu, quousque libertas durabit. Elapsa libertate, de eodem molendino scultetus medietatem fructuum percipi et pro monasterio medietatem, et pro emendatione eiusdem medietatem tenetur dare. Et in equo tenetur nobis servire, tantum in territorio Polonie, valente pro duabus marcis grossorum, et nos sibi pro damno stamus. Item sculteto prenarrato etiam contulimus de hortulanis et tabernis tertium denarium. Oves, iumenta servare potest absque damno incolarum. Omnem venationem avium et animalium que ibi possunt inveniri, libere venabit.

Accipitrem, nisum pro utilitate sua servabit; mellificia etiam, ubi potest construere absque damno, in eadem hereditate faciat. Totum iuramentum pro se percipiet, et qualicunque iudicio iudicabit, Theutonicali seu Polonicali, tertium denarium habebit, et pro decima fertonem de suis agris tenetur dare. Tria iudicia generalia ter in anno celebranda (sic) cmetones de duobus liberos facimus et scultetum de tertio. Incolis vero eiusdem ville, a censu nostro et porco et decima et laboribus et cultura agrorum allodii nostri, ac omnibus solutionibus nostris que dominium nostrum tangunt, damus sexdecim annorum omnimodam libertatem. Evulsa vero libertate, incole ibidem degentes singulis annis domino abbati et suo conventui de quolibet manso pro decima et porco ad Purificationem beate Marie pro censu per mediam marcam grossorum sint adstricti, et pro honoribus nostris ad Assumptionem beate Marie per duos pullos, et ad Pascha per viginti ova tenentur dare; hortulani per sex grossos et per viginti octo ova. Ter in anno quilibet cmetho tenetur ad duo scilicet iugera arare, unum ad hyemalem et alterum ad estivalem seminationem, et tam bene per omnia parare, prout sibimet solent laborare et in Kobylicz et in Kaliszany. Ut autem hec venditio et ordinatio robur perpetue firmitatis obtineat, presentes scribi fecimus et nostri sigilli, prenarrati domini Henrici ipsiusque conventus subappensione fecimus roborari. Actum et datum in monasterio Luknensi in vigilia Omnium Sanctorum, presentibus his testibus, nobilibus viris Sandivogio et Nicolao filio de Koszelsko, Troiano de Grylewo, Dobrogostio de Mrowienca, Zbiludo de Starazyno, Sadlone de Lowacza, Nicolao Rozenszy dominis heredibus et aliis quam plurimis fide dignis, sub anno Domini M.CCC.LXXXVII.

Tomiszewo, *Toniszewo.* Luknensis, *de Łekno.* Bartodzieie, *Bartodzieje.* Kopaszynewo, *Kopaszyn.* Nowe, *Nowe.* Kobylicz, *Kobylec.* Kaliszany, *Kaliszany.* Koszelsko, *Kozielsko.* Grylewo, *Grylewo.* Mrowienca, *Mrowiniec.* Starazyno, *Staręzyn.* Lowacza, *nie odgadnione, może mylnie zam. Laskownica.* Rozenszy, *nie odgadnione.*

Nr. 1868.

Dobrogostius episcopus Poznaniens. 1387 Nov. 22, in Czanszim; litteras transsumi facit, quas dederat heredibus de Nowydwór: **Hedvigis regina Polonie 1385 Dec. 15, Cracovie.**

Pergam. orygin. bez pieczęci. Przy końcu, obok poświadczenia notarii publici, *Signum tegoż narysowane.*

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 368.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem milesimo tricentesimo octuagesimo septimo, Indictione decima, die Veneris, vicesima secunda mensis Novembris, hora sexta vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani divina providencia Pape sexti anno decimo, reverendus in Christo pater dominus Dobrogostius episcopus Poznaniensis in mei notarii publici ac testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum presencia personaliter constitutus, quas dam patentes litteras vero sigillo serenissime principisse domine Hedvigis regine Polonie cere rubee in albam impresso, prout in sculptis literis circumferencie

legebatur et alias constabat, plene in cauda seu pressula pargamena impendenti sigillatas, sanas et integras, non cancellatas nec viciatas, in suis tenens manibus michi tradidit et assignavit, petens per me notarium publicum infrascriptum, huiusmodi litteras in hanc formam publici instrumenti redegi et transsumi, ut huic transscripcioni sicut originalibus literis predictis in iudicio et extra, ubi ipsas produci seu ostendi contingat, fides plenaria adhibeatur; quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: *(Sequitur diploma Nr. 1840).*

Acta fuerunt hec in Czanszim dicti domini episcopi fortalicio Poznaniensis diocesis, sub anno, Indictione, mense, die et pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris, dominis Iohanne de Srzem presbitero, et Stanislao Iasczoldi de Dolsko notario publico, parrochialium ecclesiarum rectoribus dicte Poznaniensis diocesis, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Ditmarus Hereken clericus Traiectensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, predictarum literarum presentationem (sic) omnibusque aliis et singulis suprascriptis, dum sic ut premittitur agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audivi, et de dicta littera originali superius inserta prius collacione facta, eam in hanc publicam formam redegi et transsumpsi, licet per alium, me aliis occupato negociis, fideliter scripta, hic me propria manu subscripsi et signo meo solito signavi in fidem et testimonium omnium premissorum, per dictum reverendum patrem dominum D. episcopum Poznaniensem requisitus et rogatus.

Czanszim, *Ciążyń.* Srzem, *Śrem.* Dolsko, *Dolsk.*

Nr. 1869.

Katherina filia palatini Benyamin de Urzaszowo 1387 s. d. et l.;

una cum sorore sua Margaretha protestatur, se hereditatem Kołdrąb Sandivogio de Janowiec fratri ipsarum vendidisse.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Regesta Actorum anni 1419.

Noverint universi ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos Katherina una cum sorore nostra Margaretha filie palatini Benyamin de Urzaszowo, vendidimus hereditatem nostram nomine Coldramb nobili viro domino Sandivogio fratri nostro, heredi in Ianow mlyn, pro xl et ducentis marcis grossorum ponderis Pragensis, sibi et suis successoribus possidere et libere tenere iuste et digne sine ullo impedimento. Eciam promittimus et fideiubemus, sibi et suis successoribus resignare coram capitaneo generali vel coram rege nostro regni Polonie, quandocunque necesse sibi fuerit. Eciam promittimus domino Sandivogio, quod ullus ipsum debet impedire in eadem empcione infra tres annos, pacifice tenere sine ullo impedimento. Eciam notificamus omnibus, quod eadem pecunia nobis est persoluta ex toto. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Anno Domini millesimo CCC.LXXX septimo.

Urzaszowo, *Uzarzewo.* Coldramb, *Kołdrąb.* Ianow mlyn, *Janowiec. Cnfr. Dodatki.*

Nr. 1870.

Sandzivogius palatinus Kalissiens. etc. 1388 Ian. 10, in Subino; venditionem villae Swynarzewo, a monasterio de Łekno monasterio de Byszewo resignatae confirmat.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć okrągła, połamana; ułamki ukazują na tarczy trójkątnéj godło rodu Pałuków, rysowane w sposób Topora; cnfr. Nr. 1780. Napis: S. Sandzivogii...

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 132.

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam Sandzivogius palatinus Kalissiensis nec non capitaneus Cracoviensis et Naklensis territorii gubernator, significamus tam presentibus quam futuris quibus expedit tenore presencium universis, quod ad nostram aliorumque multorum nobilium veniens presenciam venerabilis et religiosus vir dominus Henricus abbas monasterii de Lakna, non compulsus nec coactus, sed sua bona et spontanea voluntate, de consilio et consensu fratrum suorum conventus monasterii predicti, venerabili ac religioso viro domino Iohanni abbati et conventui ac ecclesie monasterii Bissoviensis villam suam dictam Swynarzewo, in districtu Naklensi situatam, pro ducentis viginti marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, videlicet quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus, obvencionibus, agris, pratis, silvis, mericis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, tabernis et aliis quibusvis utilitatibus, que in dicta villa seu ipsius graniciis nunc sunt et in futurum quomodolibet poterint inveniri, recognovit se rite ac racionabiliter in perpetuum vendidisse, ipsamque villam Swynarzevo eidem domino Iohanni et suo conventui monasterii ecclesie Bissoviensis hicidem in perpetuum resignavit, per eundem dominum Iohannem abbatem et suum conventum predictum ac ipsorum legittimos successores tenendam, habendam, regendam, gubernandam, possidendam, utifruendam, vendendam, commutandam et in usus suos beneplacitos convertendam iuxta ipsius et ipsorum omnimodam voluntatem. Quam quidem vendicionem et resignacionem sic racionabiliter factam ratam et gratam habentes, ipsam ratificamus et tenore presencium approbamus perpetuis temporibus valituram; in quorum omnium testimonium premissorum et evidenciam pleniorem, presentes scribi fecimus nostrique appensione sigilli communiri. Actum et datum in Subino feria sexta proxima post festum Epiphanie Domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, presentibus strenuis et nobilibus viris, dominis Wlodcone palatino Gnewcoviensi, Swenthoslao subcamerario Poznaniensi, Woythcone castellano Cuninensi, Vincencio de Gromadno subiudice Kalisiensi, Woythcone de Sampulburg et Arnoldo de Waldow heredibus, ac aliis quam plurimis testibus ad premissa.

Lakna, *Łekno.* Bissoviensis, *de Byszewo.* Swynarzewo, *osada znikła.* Subino, *Szubin.* Gnewcoviensis, *de Gniewkowo.* Cuninensis, *de Konin.* Gromadno, *Gromadno.* Sampulburg, *Sępolno.* Waldow, *Wałdowo.*

Nr. 1871.

Nicolaus iudex Kalisiens. 1388 Ian. 17, Gnezne; possessionem allodii in Wrąbczyn monasterio de Ląd contra petitionem Philippi castellani de Krzywin et eius proximorum adiudicat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 22. (*Transsumpt potwierdzony przez:* Vladislaus rex Polonie 1425 Iun. 12, Gnezne).

Nos Nicolaus iudex Kalisiensis notum facimus quibuslibet universis presentibus et futuris, quod sub anno Domini M.CCC.LXXXVIII, feria sexta proxima post octavam Epiphanie summis terminis Gnezne celebratis, ubi reverendi domini strenuique milites terre Polonie penes nos presidebant, videlicet Bodzatha archiepiscopus Gneznensis, Andreas episcopus Ceretensis, Sandivogius palatinus Kalisiensis, Iacussius Iacca nunc vices gerens Kreslai capitanei generalis Polonie, Sandivogius Gneznensis, Iohannes castellanus Kalisiensis, Francko pincerna Kalisiensis, Barnabas vexillifer Kalisiensis, Vincencius subiudex Kalisiensis, et aliis quam plurimis fidedignis iudicio presidentibus, ibi venientes nobiles viri, videlicet Philippus castellanus Kryvinensis, Petrus Koth cum suo fratre Ianussio, quandam actionem contra Iohannem abbatem Landensem Ordinis Cisterciensis fecerunt pro quodam allodio in Wronchyno Maiori; ipse vero abbas per literam pie recordacionis quondam Thomislai iudicis Kalisiensis firmiter coram nobis docuit, quod suum allodium esset et ad monasterium pertineret. Nos vero ex consensu et informacione militum in iudicio presidencium dictum allodium prefato abbati adiudicavimus et perpetuis temporibus adiudicamus, etiam eisdem militibus perpetuum silencium ob hoc imponentes. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus his est appensum. Actum et datum die, loco, ut supra.

Ceretensis, *de Cereto w Neapolitańskiem.* Kryvinensis, *de Krzywin.* Koth, *przydomek jednéj z familji rodu Doliwczyków.* Landensis, *de Ląd.* Wronchyno Maius, *Wrąbczyn.*

Nr. 1872.

Iohannes dux Mazovie etc. 1388 Febr. 12, in Warsszovia; recepta a Dobrogostio episcopo Poznaniensi recompensa pecuniali, incolas villarum ecclesiae eiusdem ab aedificatione unius stubellae in castro de Czersk liberat.

Pergam. orygin., miejscami podarty. Na sznurku jedwabnym, żółtym wiszący ułamek dużéj, okrągłéj pieczęci przedstawia średnią część postaci męża zbrojnego, opartego lewą ręką na mieczu; napisu braknie.

Poznań. Archiv. Capituli. V, 7.

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam nos Iohannes Dei gracia dux Mazovie, dominus et heres Cirnensis, Warszoviensis, Sacroczimiensis, Wisszegradiensis et Czechonoviensis, notum facimus tam presentibus quam futuris presencium litterarum tenorem habituris quibus expedit universis, quod, sicut incole et kmethones villarum ecclesie Poznaniensis unam stubellam, vulgariter istbiczǿ, castri nostri Cirnensis edificare et laborare ab antiquo tempore tenebantur et debebant,

eosdem incolas ab huiusmodi laboribus et edificacione ipsius castri nostri Cirnensis et stubelle eiusdem perpetue et in evum absolvimus, liberamus et fecimus omnimode absolutos: racione huius, quia reverendus in Christo pater dominus Dobrogostius, protunc episcopus Poznaniensis, pro laboribus memoratis, quibus predicti kmethones ipsius ecclesie Poznaniensis aggravabantur, nobis cum pecuniis competentibus ad plenum satisfecit: harum quibus sigillum nostrum mayus presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Warsszovia feria quarta in Capite ieiunii ipso die Cinerum, sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, presentibus hys testibus, dominis Martino palatino nostro Cirnensi, Iohanne Pilik dicto, Andrea vexillifero Plocensi, Nemersa castellano Zacroczimiensi, Petrasio marschalco nostro, et aliis quam plurimis nostris fidelibus et fide dignis, per manus Dominici capellani et cancellarii curie nostre.

Cirnensis, *de Czersk.* Sacroczimiensis, *de Zakroczym.* Wisszegradiensis, *de Wyszogród.* Czechonoviensis, *de Ciechanów.*

Nr. 1873.

Wladislaus rex Polonie etc. 1388 Febr. 29, in Peterkow; regnicolis Poloniae ampla privilegia largitur, antiqua confirmat.

Pergam. orygin. Pieczęć majestatyczna Władysława króla przywieszona na grubym sznurze nici jedwabnych, czerwon. i żółt.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Diplomata. — Bandtkie. Jus Polonicum.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Revera clemencia Salvatoris humani generis inbecillitati, que plerumque decursu temporis et oblivionis errore confunditur, industriosum indidit remedium, ut actus suos, et signanter perpetuitatem concernentes, consuevit litterarum apicibus perhennare. Proinde nos Wladislaus, Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Litwanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus quibus expedit universis presencium noticiam habituris: quod ad regnum nostrum Polonie ipsiusque incolarum statum comodosum salubrem et profectum pyo et sincere mentis affectu, quemadmodum ex assumpte dignitatis debito tenemur officii, sollicite aspirantes, regni nostri Polonie predicti et eius incolarum, ymmo communi bono, quod privato preferendum est, in omnibus suadente ac eciam deposcente, articulos infrascriptos, maturo super eisdem habito consilio et tractatu, volumus et decernentes promittimus firmiter et irrefragabiliter temporibus perpetuis observare ac eciam observari. Primo quidem: quod universas et singulas edes sacras seu ecclesias, in omnibus earum iuribus et libertatibus, quibus temporibus dominorum predecessorum nostrorum Polonie regum fruebantur, volumus omnimode observare. Dignitates seculares terrarum regni, equo modo circa iura et consuetudines ipsarum, que et quas temporibus serenissimorum principum dominorum Kazimiri et Lodowici regum Polonie obtinebant, dimittemus persistere penitus et manere. Quas quidem dignitates, cum eas quoquomodo vaccare contingerit, nulli extraneo terrigene, nisi nobili bene merito illius terre in qua dignitas sive honor vaccaverit, terre videlicet Cracoviensis terrigene Cracoviensi, Sandomiriensis terrigene Sandomiriensi, et sic de

singulis terris regni nostri dabimus vel quomodolibet conferemus; super quibus eciam dignitatibus secularibus et ecclesiasticis, litteras expectanciales nulli persone dabimus in futurum. Cumque per tenutarios fortaliciorum et castrorum aliene gentis et extranee nacionis, regnum in se et in suis partibus crebrius periclitari contingit: pro eo et ex eo nulli ducum et de ducali genere descendenti seu extraneo cuipiam aliquod fortalicium, castrum, civitatem ad regendum pro tempore vel in evum obtinendum dabimus, assignabimus aut quomodolibet conferemus, nec eciam aliquem talium in capitaneum aut tenutarium terre alicuius aut terrarum regni nostri predicti preficere volumus vel eciam subrogare. Promittimus insuper et spondemus: quod dum ad requisicionem nostram nobiles regni nostri extra metas eiusdem regni ad repellendum hostium seviciam transitum facere contingerit, ipsis satisfaccionem condignam pro captivitate ceterisque dampnis notabilibus faciemus. Metas vero seu granicies regni Polonie, predicti nobiles ab insultu et incursu emulorum et hostium propriis dampnis et sumptibus tueri et defensare debent et omnimode teneantur. In casu vero, quo aliquis emulus regni nostri quocumque modo regnum ipsum intraverit, et cum eodem conflictum intra metis (sic) ipsius regni terrigenas nostros facere contingerit, eisdem terrigenis pro captivitate dumtaxat, si vero extra metas id ipsum fieri contigerit, tunc et pro dampnis, si que quod absit incurrerint, et pro captivitate satisfaccionem condignam impendemus. Captivos autem quoslibet, quos extra metas et intra regni predicti per nostros terrigenas capi contigerit, pro depactacione per eosdem captivos nobis facienda retinere volumus penitus et habere. Promittimus eciam: quod si tempore et necessitate urgente, in spem alicuius expedicionis future, hostium et emulorum insultus et hostilitates sencientes, terrigenis nostris pecunias, videlicet quinque marcas super hastam quamlibet dare vel distribuere nos contigerit, casu vero se successu temporis offerente, dum infra spacium duorum annorum post distribucionem pecuniarum, sic ut premittitur factam, ad expedicionem non processerimus, extunc iidem terrigene ab huiusmodi pecuniis et a serviciis racione predictarum pecuniarum faciendis erunt soluti penitus et exempti. Si autem infra decursum eorundem duorum annorum ad expedicionem cum eisdem terrigenis nostris transitum faceremus et extra metas regni nostri predicti processerimus, extunc predicti terrigene ab eisdem pecuniis et a serviciis pretextu earundem similiter sint soluti. Absolvimus insuper et perpetuo liberamus omnes et singulos omnium nostrorum terrigenarum kmethones ab omnibus solucionibus, contribucionibus, exaccionibus, dacionibus, vecturis, laboribus, equitaturis, angariis, equitaturis (sic), gravaminibus, frumentorum dacionibus sep dictis vulgariter: preterquam duos grossos, quos quilibet kmetho predictorum terrigenarum de quolibet laneo possesso, scoltetis, servitoribus, ac eciam molendinatoribus, thabernatoribus et ortulanis agros non colentibus dumtaxat exceptis, singulis annis in futurum a festo sancti Michaelis archangeli usque ad diem sancti Nicolai nobis solvere sit astrictus; ad quos quidem duos grossos, alias serenissimo principi Lodovico regi Ungarie solvendos se libere submiserunt. Quod si infra prefixum terminum nobis aliqua villa pecuniam huiusmodi solvere neglexerit, extunc exactor noster, quem pro tollenda eadem exaccione duxerimus deputandum, in eadem villa unum bovem racione non solucionis absque spe restitucionis habebit recipiendi omnimodam facultatem. Si vero infra quindecim dies post eiusdem bovis recepcionem eadem villa et quevis alia dictam pecuniam non solverit, extunc idem exactor noster duos boves consimili modo sine spe restitucionis recipiat atque tollat, penam eandem continuans duabus septimanis iterando, quousque predicta pecunia de eadem

villa fuerit integraliter persoluta. Memoratus eciam exactor, predictarum pecuniarum pretextu note, quod napisne dicitur, nichil exigat neque tollat. Ceterum, si in aliqua terra regni nostri predicti, iusticiarium aliquem communicato baronum nostrorum consilio constituere nos contingat, idem iusticiarius recipiendi quartas vel quamcumque exaccionem seu excogittatam pecuniam, que oprawne dicitur, super kmethones nullam habebit nec habeat potestatem. Idem quoque iusticiarius nullam habebit facultatem quempiam iudicandi vel sentenciandi, preterquam furem cum rebus furtivis notorie deprehensum, vel in foris furem publice proclamatum et proscriptum, quem iusticie debitum exequendo pena capitis plectere valeat; cuius furis medietatem bonorum pro se recipiat, aliam vero medietatem pro furis uxore vel ipsius pueris aut affinibus derelinquat. Preterea promittimus singulos articulos et clausulas, in privilegiis serenissimorum principum dominorum Kazimiri et Lodovici regum Polonie nostrorum predecessorum contentos, presertim comodum et profectum regni nostri Polonie sepefati et ipsius incolarum concernentes, firmiter et inviolabiliter perpetuis temporibus observare. Postremo pollicemur: quod nullas staciones in villis et hereditatibus nobilium et terrigenarum nostrorum faciemus. Si vero casualiter, opportunitate et necessitate nos cogente, stacionem in bonis, villis ac hereditatibus alicuius vel aliquorum nostrorum nobilium nos facere contigerit, extunc nil vi vel potencia recipi faciemus vel quomodolibet permittemus; ymmo queque necessaria pro nobis nostris pecuniis propriis volumus comparare: harum nostrarum quas appensione maioris sigilli nostri communiri fecimus testimonio litterarum. Actum in Peterkow sabbato ante dominicam Oculi, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo. Datum per manus honorabilis viri Zaclicze prepositi Sandomiriensis, cancellarii, et Clementis de Moskorzow vicecancellarii aule nostre, fidelium dilectorum.

Peterkow, *Piotrków*. Moskorzow, *Moskorzów*.

Nr. 1874.

Fr. Theodoricus abbas monasterii in Obra 1388 Mart. 31, s. l.; una cum conventu suo protestatur, se cum Friczone Treppelen ratione duorum tractuum in lacu Kramsko per arbitros esse concordatum.

Poznań. Königl. Staats Arch. Obra, Lib. privil. fol. 58.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei geste memoriam. Nos frater Theodoricus abbas monasterii in Obra Cisterciensis Ordinis Posnaniensisque diocesis, cum nostro conventu protunc existente et qui pro tempore fuerit recognoscimus publice universis et singulis presencium litterarum noticiam habituris, quod Fricz Treppelen heres in Klempsco nobiscum litigavit pro duobus tractibus, quorum unus Koleszniko alter vero Zgon in vulgari nominatur, in lacu dicto Krampsko adiacente hereditati sue Colsyn. Quarum quidem litium causas interceperunt nobiles viri infrascripti, videlicet Frenczil de Donyn, Tamen Kalgrete heres in Clempsco, Wiache Kotewicz heres in Padilgar, Hannus Lange heres in Moze, et fecerunt unionem de libero consensu partium utrarumque, perpetuo duraturam et tenendam ab ambabus partibus secundum talem modum: sic, quod predictus Fricz Treppelen et sui filii, nominaliter Keyden, Niklosz, Ramsolt, de duobus pretactis tractibus et de finali parte aggeris,

quos impetendo ad se pertinere asserebant, sponte cesserunt et libere prefato monasterio Obrensi appropriaverunt, taliter, quod prenominatus Fricz et sui legitimi heredes, in antea nunquam super premissum monasterium debebunt impetere aut quovis modo infestando molestare. Et cum hoc, abbas aut conventus, vel quibus commiserint, liberam habeant potestatem absque omni contradictione recipiendi, quidquid necessarium fuerit ad previsi aggeris melioracionem seu instauracionem, terram videlicet, arenam seu virgulta in prefati Friczen hereditate vel heredis pro tempore existentis. Et quoscunque rivulos et fontes scaturientes ad molendinum suum ducere poterint, liberam habeant facultatem absque omni impedimento, damno tamen pratorum submoto. Propter que omnia et singula premissa, abbas et suus conventus prenarratum Friczen et suos pueros ac sequaces tali privilegaverunt prerogativo: quod ligna ad curiam suam et suorum posterorum excidendi liberam habeant potestatem, et cum hoc, ipsis et eorum kmetonibus in Colsyn dedit libere pascere pecora et pecudes in eorum hereditatibus, Novo Cramsko videlicet et Kaschko. Et quando abbas suis kmetonibus indulserit glandes colligere, tunc eciam ipsi libere et contradictione proculmota similiter debebunt colligere, sine tamen nocumento satorum hominum monasterii. In casu vero, quo predictum Fricz suosque pueros ac sequaces, in animalium suorum pastu et glandium collectura ab aliquo prohiberi seu impediri quod absit contigerit, tunc nos et nostri successores, dolo penitus excepto, spondemus eosdem pacificare ac defendere modo quo potuerimus meliori. Insuper damus nominato Friczen et suis heredibus ac sequacibus liberam piscacionem in lacu nostro Cransko ubique, duntaxat ad eorum mensam, quotquot pisces piscando poterint capere. In cuius unionis et promissi testimonium, sigillum nostrum ac conventus nostri, et nobilium prehabite concordie compositorum sigilla sunt appensa, feria tercia proxima post festum Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo.

Obra, *Obra.* Klempsco, *Klemsko, z niem. Klemtzig.* Lacus Krampsko, *jezioro pod wsią Kramsko.* Colsyn, *z niem. Goltzen.* Padilgar, *z niem. Padligar.* Moze, *z niem. Mohsau.* Novum Cramsko, *Nowe Kramsko.* Kaschko, *osada znikła; może ma bydź Stare Kramsko.*

Nr. 1875.

Wladislaus rex Polonie etc. 1388 Mart. 31, in Poznania; confirmat privilegium, quod civitati et terrae de Wschowa dederat: **Kazimirus rex Polonie 1349 Mai. 13, in Poznania.**

Pergam. orygin. Na niciach jedwabn., czerwon. przywieszona pieczęć mniejsza Władysława króla przedstawia na tarczy kwadrowanéj 1mo Orła w koronie, 2do Pogoń, 3tio godło Ziemi Kaliskiéj, 4to godło Ziem Kujawsk., Łęczyck., Sieradzkiéj.

Poznań. Königl. Staats Arch. Stadt Fraustadt, Nr. 2.

In nomine Domini amen. Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium universis quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod pro parte fidelium nostrorum militum, nobilium, clientum et incolarum terre nostre

Wschowa, nec non civium tociusque universitatis civitatis nostre Wschowa nobis oblata peticio continebat, quatenus litteram serenissimi principis domini Kazimiri, olim regis Polonie felicis recordacionis, ipsius maiori sigillo pendenti sigillatam, omni prorsus suspicione, vicio carentem, approbare, confirmare et ratificare velimus; cuius tenor continuo sequitur in hec verba: *(Sequitur diploma Nr. 1282).*

Nos igitur iustis huiusmodi peticionibus graciosius annuentes, suprascriptam litteram ratam habentes et gratam, ipsam in omnibus suis punctis, clausulis, sentenciis, articulis et condicionibus approbamus, confirmamus et ratificamus de nostre celsitudinis gracia speciali, decernentes, eandem litteram in eisdem suis omnibus punctis, clausulis, summis, articulis et condicionibus robur obtinere perpetue firmitatis. Promittimus insuper et sincera mente pollicemur, universos et singulos vasallos, efeudales (sic), milites, clientes et incolas terre nostre Wschowa, nec non cives ac totam universitatem ipsius civitatis nostre Wschowa, circa ea omnia iura, quibus tempore dominorum predecessorum nostrorum Kazimiri Polonie et Lodovici Ungarie etc. regum fruebantur, graciosius conservare, decernentes et de nostre maiestatis plenitudine volentes, ut ydem omnibus iuribus, quibus ut prefertur tempore serenissimorum regum predictorum utebantur, pociantur et gaudeant perpetuis temporibus affuturis, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Poznania die tercio festi Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, presentibus Spithcone Cracoviensi, Barthussio de Wezemburg Poznaniensi, Sandzivogio Kalisiensi palatinis, Krzeslao castellano Sandomiriensi et capitaneo Maioris Polonie, Cristino de Kozeglow Sandecensi et Iohanne Kalisiensi castellanis, ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis Zaclice prepositi Sandomiriensis aule nostre cancellarii, fidelis dilecti.

Wschowa, *Wschowa.* Sandecensis, *de Sącz.*

Nr. 1876.

Wladislaus rex Polonie etc. 1388 Apr. 10, in Trzemeschno; monasterio de Trzemeszno concedit, ut villam Gąsawa iure Magdeburgensi in oppidum locare, et theloneum, quod in oppido Wielatowo percipiebat, cum theloneo in Trzemeszno commutare possit.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Regul. Lateran. Lib. privil. fol. 13 et 70.

In nomine Domini amen. Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. ad perpetuam rei memoriam. Quamquam regalis benignitatis generosa sublimitas, universis fidelibus quos regni sui latitudo complectitur grata beneficia dignetur impendere, et tanto copiosius in subiecto sue largitatis propagare donaria, quanto ex huiusmodi distribucione magnifica suis frequenter accrescere commoda et devociones augeri fidelibus experitur: tamen ad illos, qui per observanciam regularis discipline, mundi derelictis illecebris, Conditori nostro dignum prebent obsequium, specialis prerogativa favoris dignanter intendit, ut et ex rebus transitoriis, immarcescibilis beatitudinis in eternis beatorum gaudiis depositum thezaurizet. Sane, si ad quorumlibet religiosorum promovenda commoda et temporales ubertates augendas ex officii nostri debito conspicimur obligari, nichilominus ad monasterium

in Trzemeschno ardentiori zelo nostra aspirat intencio, et ideo eciam cummulata dulcedine ad eius exaltacionem desideria nostra porrigamus, cum sint ibidem salutis nostre saluberrima fundamenta. Horum itaque consideracione, venerabili preposito et conventui monasterii in Trzemeschno ex certa nostra sciencia indulsimus et tenore presencium indulgemus, ut de villa Gansawa in districtu Gnesnensi sita, opidum et forum septimanale facere et statuere possit perpetuis temporibus duraturis; decernentes forum feria secunda in iam dicto opido fore singulis septimanis celebrandum, dantes eciam et conferentes universis et singulis mercatoribus et aliis hominibus, cuiuscunque status aut condicionis extiterint, venientibus ad dictum opidum omni feria secunda ut prefertur, plenam et omnimodam facultatem merces et res eorum, cuiuscunque generis vel speciei fuerint, libere vendendi, emendi iuxta ipsorum et cuiuslibet eorum beneplaciti voluntatem. Demum affectantes condicionem opidi memorati fieri meliorem, dicto opido ius Theutunicum Maydburgense damus, addicimus et confirmamus perpetuis temporibus affuturis. Et, ut eciam predictum monasterium Trzemeschno possit et valeat feliciora suscipere incrementa, theloneum quod in opido Vyelatowo pro predicto monasterio Trzemeschno ab antiquis temporibus solvebatur, transferrimus in Trzemeschno; dantes et concedentes memorato preposito et eius conventui predicti monasterii Trzemeschno plenariam et liberam potestatem, huiusmodi theloneum in opido Trzemeschno recipiendi et exigendi modo et consuetudine, quibus ipsum theloneum in predicto opido Vyelatow antiquitus solvebatur: harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Trzemeschno feria sexta post octavas festi Pasche, anno Domini m.ccc.lxxx.viii, presentibus Krzeslao Sandomiriensi, Sandzivogio Gneznensi, Cristino de Kozeglow Sandecensi castellanis, Thomcone subpincerna Cracoviensi, Iacussio de Medzvedz vexillifero et Alberto de Wamvorcow, et aliis multis nostris fidelibus fide dignis.

Gansawa, *Gąsawa.* Vyelatow, *Wielatowo.* Kozeglow, *Koziegłowy.* Medzvedz, *Niedźwiedź.* Wamvorcow, *Waworków.*

Nr. 1877.

Krzeszlaus castellanus Sandomiriens. et capitaneus Maior. Polonie 1388 Apr. 28, in Zirniki; protestatur, Andream heredem de Żerniki villam Targownica, quam monasterium de Trzemeszno praedecessoribus eius ad tenendum tradiderat, monasterio praedicto restituisse.

Pergam. orygin. Dwie dziurki od przywieszenia pieczęci, w dolnym brzegu wykrojone.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Ab humana facilius labuntur memoria, que nec serie litterarum nec testium fide dignorum firmiter perhennantur. Eapropter nos Krzeszlaus castellanus Sandomiriensis et capitaneus Maioris Polonie, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod venientes ad nostram plurimorumque terre Polonie nobilium presenciam nobilis vir Andreas heres de Zirniki cum uxore sua legittima et liberis ipsorum, sani mente et corpore, non compulsi nec coacti aut aliquo errore seducti, sed mera et spontanea ipsorum

ex voluntate, freti ad hec sano, salubri et beatifico amicorum suorum consilio, ob remedium suorum predecessorum ac ipsorum animarum culmen (sic) cupientes divinum augmentare, villam ipsorum dictam Targownicza, que villa ad monasterium Tremesense Gneznensis diocesis pertinere ab antiquo dinoscebatur, et que eciam dictorum superque expressorum, ex consensu fratrum dicte domus ac monasterii Tremesensis tunc existencium speciali gracia ac favore, puta Andree ac Katherine ipsius uxoris predecessoribus fuit et erat ad tenendum concessa, cum omnibus utilitatibus, usibus, censibus, proventibus et obvencionibus universis omnique iure hereditario ac dominio, prout longe lateque in suis metis, gadibus, graniciis et limitibus ipsa hereditas Targownicza circumferencialiter est distincta et limitata, nichil in eadem pro se prorsus suisque successoribus iuris et dominii reservantes, rite et racionabiliter ad pristinum statum ac possessionem dicti monasterii Trzemesiensis addicientes et restringentes restituerunt cum effectu, et presertim domino Iacusio preposito tunc eiusdem monasterii Tremesiensis aut ipsius sequacibus, iure hereditario in perpetuum tenendam ipsam villam Targowniczam, possidendam et habendam, dandam, vendendam, commutandam, alienandam et ad usus beneplacitos convertendam, prout preposito aut fratribus monasterii predicti Tremesiensis in tempore melius et utilius videbitur expedire. Ut autem huius restitucionis sic coram nobis facte effectus robur obtineat perpetue firmitatis, presenti littere karacter nostri sigilli est appensum. Actum et datum in Zirniki feria tercia die sancti Vitalis, sub anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo octavo, presentibus viris nobilibus: Ianusio Kozlowsky, Thoma Belavsky, Alberto Gorzuchowsky, Alberto Crupka Laszkowski et Ianusio Miroslawski heredibus, aliisque quam pluribus testibus fide dignis ad premissa.

Zirniki, *Żerniki.* Targownicza, *Targownica.* Kozlowsky, *de Kozłowo.* Belavsky, *de Bielawy.* Gorzuchowsky, *de Gorzuchowo.* Laszkowski, *de Laskowo.* Miroslawski, *de Mirosławice.*

Nr. 1878.

Wladislaus rex Polonie etc. 1388 Iul. 31, in Dzanczyn; castrum Zbąszyń Martino subpincernae et Nicolao subcamerario terrae Dobrzinensis, fratribus germ. de Baruchów heredibus obligat.

Transsumpt orygin., sporządzony przez: Franciscus natus condam Bernhardi Rolle de Thorun notarius publicus, *na żądanie:* Martini subpincerne terre Dobrinensis de Baruchow et fratris sui Nicolai subcamerarii terre Dobrinensis. *Brzegi pergaminu obcięte wraz z końcem oświadczenia* notarii publici.

Elbing. Staedtisches Archiv. Diploma 64.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nobilibus viris Martino subpincerne et Nicolao subcamerario terre Dobrinensis, fratribus germanis de Baruchow, nostris fidelibus dilectis, in sexingentis marcis grossorum Bohemicalium Polonici numeri, quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, castrum nostrum Czbanschyn in territorio nostro Maioris Polonie cum omnibus et singulis pertinenciis, videlicet civitate, villis, molendinis, tabernis, theloneis, borris,

nemoribus, mellificiis, venacionibus, stangnis, lacubus, aquis et earum decursibus, censibus, proventibus et obvencionibus universis quibus dictum castrum Czbanschyn dotatum esse dinoscitur ab antiquo, nil pro nobis et nostris successoribus in eodem reservantes obligavimus et obligamus tenore presencium mediante, per ipsos Martinum et Nicolaum ac successores eorum legittimos tenendum, possidendum, ac tempore sive necessitate se offerente obligandum nostro consensu ad id specialiter requisito et optento, per octo annorum spacium, a die Nativitatis beate Marie virginis proxime affuturo, contemplacione serviciorum eorundem, pacifice et sine interrupcione, continue computando, optinendum. Post lapsum vero dictorum octo annorum, solutis dictis sexingentis marcis grossorum eisdem Martino et Nicolao ac successoribus ipsorum legittimis per nos aut successores nostros, dictum castrum nostre disposicioni et dominio regali revertetur, difficultate qualibet non obstante, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum et actum in Dzanczyn in vigilia beati Petri ad vincula, anno Domini **m.ccc.lxxxviii**, presentibus hiis, reverendo in Christo patre domino Dobrogostio episcopo Poznaniensi, ac strenuis viris Sandzavogio (sic) palatino Kalisiensi, Sandziwogio Gneznensi, Vincencio Naklensi castellanis, Pelka iudice Sandomiriensi, et Ramsche de Czacz aliisque multis nostris fidelibus fidedignis.

Dobrinensis, *de Dobrzyń.* Baruchow, *Baruchów.* Czbanschyn, *Zbąszyń.* Dzanczyn, *Dzięczyna.* Naklensis, *de Nakło.* Czacz, *Czacz.*

Nr. 1879.

Andreas de Slotniki Gyszbracht de Reczssadowo heredes 1388 Aug. 14, Olobok; protestantur, coenobium de Ołobok, cum Iarando herede de Kakawa, ratione rivuli inter villas Wielawieś et Kakawa fluentis ordinationem quandam iniisse.

Pergam. orygin. W dolnym brzegu skrawki pergam. od przywieszenia dwóch pieczęci.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ołobok Nr. 6.

Nos Andreas de Slotniki, Gyszbracht de Reczssadowo heredes, recognoscimus publice profitentes, quod quidam contractus inter devotam Christi ancillam Margaretham abbatissam de Olobok et suum conventum ibidem, parte ex una, et nobilem virum Iarandum de Cacawa heredem, parte ex altera coram nobis super quodam rivulo inter Velawes et Cacavam, qui ducit ad novum molendinum dicte ville Velaves et ad mineram eiusdem, rite et racionabiliter est celebratus modo qui sequitur: videlicet, quod dicta domina abbatissa cum suo conventu predicto et eorum successores, predicto domino Iarando super eodem rivulo prescribere non debeant aliqua racione, prefatus vero dominus Iarandus aggerem in dicto rivulo promitteret stare inviolatum tamdiu, donec dicte predicte hereditates Velaves et Cacava secundum modum et consuetudinem regni Polonie limitabuntur. Limitacione vero facta, si de iuris fine dictus agger et rivulus secundum nutum et voluntatem prefati Iarandi stare debebit, sin ad Cacavam pertinebunt, sin autem ad villam Velaves rite devolventur, extunc stabunt intacti perpetuo et inviolati. In cuius rei testimonium, sigilla nostra,

tanquam fideiussorum facti parte ex utraque, presentibus sunt appensa. Datum Olobok in vigilia Assumpcionis sancte Marie, anno Domini m.ccc^mo^lxxx^mo^ octavo.

Slotniki, *Złotniki.* Reczssadowo, *Racendów.* Ołobok, Kakawa, Wielawieś, *dziś tak samo.*

Nr. 1880.

Bodzantha s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1388 Aug. 29, in Squyrnevicze; Petro Nicolai de Osiek tertiam metretam de molendino in Skierniewice certis conditionibus largitur.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Lib. privil. XV sec. fol. 18.

In nomine Domini amen. Nos Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad noticiam deducimus universis presencium tenorem inspecturis, quod visis serviciis nobis et nostre ecclesie per fidelem nostrum Petrum Nicolai de Osyek impensis et in posterum impendendis, volentesque bona ecclesie nostre temporibus nostris ampliare, dicto Petro terciam metretam sive mensuram de molendino in Squyrnevicze dudum locato et constructo, perpetuo iure hereditario et suis successoribus damus, concedimus et assignamus tenendam, possidendam, duabus metretis sive mensuris de molendino memorato provenientibus, pro nobis nostrisque successoribus penitus reservantes: istis tamen specialiter interiectis, quod prefatus Petrus suique successores pro reformacione ferreamentorum, rotarum, lapidum molarium, tercium denarium dabit, nos vero duos denarios dabimus et impendemus; aggerem vero propriis sumptibus et expensis dictus Petrus custodiet reformando. Eciam si prefatus Petrus seu eius successores, ipsius culpa exigente et crescente, ab ipso molendino exiret fugiendo et discurrendo, extunc, per mensem expectato molendinatore predicto, nobis licitum sit huiusmodi mensuram sive metretam prout videbitur disponere seu assignare; quodque dictus Petrus molendinator suique successores, tabulas sive mensas, bancos, sedilia et scampna vetera et destructa renovare et reformare teneantur et omnino sint astricti. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in Squyrnevicze ipso die Decollacionis beati Iohannis Baptiste, anno m.ccc. octuagesimo octavo.

Squyrnevicze, *Skierniewice.*

Nr. 1881.

Wladislaus rex Polonie etc. 1388 Sept. 29, in Lublyn; Ekhardo de Wałdowo villas... et Pomarzanowice confert.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Poznuniens. a. 1475, fol. 117.

In nomine Domini amen. Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithphanieque princeps supremus et heres Russie etc. Ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium universis quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod ob grata serviciorum merita Ekhardi de Waldowo militis, nostri fidelis dilecti, quibus idem maiestati nostre plurimum meruit complacere, ut in fu-

turum aucto fidelitatis studio poterit uberius se reddere graciorem et tanto ardencius, quanto ampliora beneficia se a nostro culmine cognoverit recepisse: quorum intuitu, volentes eundem Ekhardum specialis favoris prerogativa letari et perfrui ampliori, et ut nostris appertius serviciis operosius valeat inherere, sibi suisque heredibus et successoribus legittimis villas nostras *(vacuum)* et Pomorzanowicze in terra nostra Maioris Polonie in districtu Poznaniensi situatas, cum omnibus et singulis ipsarum censibus, utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, mericis, gagiis, quercetis, virgultis, rubetis, borris, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, aquis et earum decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis, emolumentis, lacubus, stagnis, paludibus, ac quibuscunque aliis pertinenciis, obvencionibus et appendiis universis ad ipsas villas quomodolibet spectantibus, quibuscunque nominibus appellantur, nullis penitus exclusis, prout easdem villas soli tenuimus, habuimus hactenus et possedimus, et prout memorate ville in suis metis, graniciis et gadibus ab antiquo longe lateque circumferencialiter limitate sunt et distincte, damus, conferimus et donamus donacione perpetua et irrevocabili, perpetuis temporibus duraturis, prefatas villas per ipsum Ekhardum, suos heredes et successores legittimos tenendas, habendas, utifruendas, donandas, commutandas, obligandas, alienandas, vendendas et perpetue possidendas, ac in usus suos beneplacitos et voluntarios convertendas, prout sibi et eisdem melius, utilius et conveniencius expedire videbitur, pro suo et eorundem beneplacito voluntatis, constituentes eundem Ekhardum, suos heredes et successores legittimos, supradictarum villarum cum suis pertinenciis veros et legittimos heredes et dominos ac perpetuos possessores. Racione cuius, sepefatus Ekhardus una cum suis successoribus legittimis se nobis et successoribus nostris astrinxit se fideliter serviendum, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Lublyn ipso die beati Michaelis archangeli, anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo octavo, presentibus Iohanne Sandomiriensi, Barthossio de Wezemburgk Poznaniensi, Sandivogio Kalissiensi, Iohanne Lanciciensi palatinis, Petro Kmythe Lublynensi et Iohanne Kalissiensi castellanis, ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis Zaclice prepositi Sandomiriensis aule nostre cancellarii, et Clementis de Mozcorzewo vicecancellarii, nostrorum fidelium dilectorum.

Wałdowo, Pomarzanowice, Moskorzów, *dziś tak samo.*

Nr. 1882.

Wladislaus rex Polonie etc. 1388 Sept. 30, in Lublin; privilegium principis Elisabeth olim Hungariae et Poloniae reginae confirmat, quo civitati Poznaniensi villas Jeżyce et Winiary, quondam a Kazimiro rege receptas restituerat. Cnfr. Nr. 1665.

Pergam. orygin. Na sznurze jedwabnym, zielon. i czerwon. wiszą ułamki pieczęci wielkiéj Władysława króla.

Poznań. Königl. Staats Arch. Posen Nr. 2.

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam Wladislaus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Lithuanie princeps supremus, Pomoranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium tam presentibus quam futuris quibus expedit universis: quod pro

parte circumspectorum virorum, consulum civitatis nostre Poznaniensis, maiestati nostre oblata peticio continebat, quatenus privilegium serenissime principis domine Elisabeth, olim Hungarie et Polonie senioris regine, suo sigillo maiori sigillatum, super restitucione villarum Iszicze et Vinari vulgariter nominatarum ipsis datum et concessum, innovare, ratificare et confirmare de innata nobis clemencia dignaremur. In quo quidem privilegio vidimus et intelleximus contineri: qualiter dicta domina regina consulibus et civitati Poznaniensi dictas villas Iszicze et Vinari, per serenissimum principem dominum Kazimirum pie recordacionis regem Polonie quodam modo dudum ablatas et receptas, habito baronum et nobilium regni Polonie sufficienti testimonio, quod dicte ville Iszicze et Vinari a principio fundacionis dicte civitatis Poznaniensis existunt, restituit graciose per eosdem civitatem et consules Poznanienses qui pro tempore fuerunt cum omnibus et singulis utilitatibus habendas et perpetuo possidendas; tamen, dum contribucio regalis predicte Poznanie foret imposita, racione restitucionis dictarum villarum per dictam dominam Elisabeth seniorem reginam facte, eo pinguior deberet imponi: prout hec omnia et singula premissa in dicto privilegio plenius sunt expressa. Nos itaque dictorum consulum et civitatis Poznaniensis peticionibus graciose annuere cupientes, prefatum privilegium tenore presencium innovamus, ratificamus et confirmamus in omnibus suis punctis, clausulis et articulis ut premittitur, temporibus perpetuis valiturum harum quibus sigillum nostrum mayus est appensum testimonio litterarum. Actum in Lublin in crastino sancti Michaelis archangeli, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, presentibus strenuis et nobilibus viris: Iohanne Sandomiriensi, Barthossio Poznaniensi, Sandzivogio Kalissiensi palatinis, Krzesslao capitaneo Maioris Polonie, Iohanne iudice et Derskone vexillifero Poznaniensibus, et aliis pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis viri Zaclicze cancellarii et nobilis Clementis de Moskorzow vicecancellarii, nostrorum fidelium dilectorum.

Iszicze, *Jerzyce.* Vinari, *Winiary.* Moskorzow, *Moskorzów.*

Nr. 1883.

Mathias et ceteri fratres germani de Drzeczcowo ac alii vicini 1388 Oct. 15, in Wonesecz; Iohanni castellano de Przemęt et Mathiae castellano de Modrze concedunt, ut decursum aquarum per hereditates suas in hereditatem ipsorum Jezierzyce ducere possint.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergaminow. 8 okrągłych pieczątek przywieszono. 1wsza i 2ga przedstawiają na trójkątnych tarczach zatarte godła rodu Wieniawitów. 3cia i 4ta znikły. 5ta przedstawia na takiejż tarczy godło rodu Ostoja, w ten jednak sposób rysowane, iż w środku pomiędzy obu miesiącami stojący krzyż nie dochodzi dolnym swym końcem do połowy tychże miesięcy. 6ta i 7ma przedstawiają na tarczach trójkątnych godło rodu Bylinów; (pieczęć LIV). *7ma zatarta; napis:* S. Bogus... *8ma znikła. Od górnego brzega ciągnie się czarna plama aż do połowy pergaminu.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 232.

In nomine Domini amen. Cum humana condicio fragilis memorie adeo existat, quod (*8 lit. del.*) que temporaliter aguntur, fluxu temporis consuevit oblivisci nisi

fidedignorum testimonio firmiter fuerint perhennata: proinde nos Mathias, Philippus et Vincencius germani fratres Drzeczcow.. (*7 lit. del.*) Morkowo, Adam, Nicolaus de Woliszewo, Iarotha, Boguslaus de Wylkowo et G.. (*7 lit. del.*) Stephanus et Gywo, Iohannes, Sassinus de Carnino heredes, non coacti, non compulsi nec aliquo errore seducti, sed consensu et voluntate fratrum et amicorum nostrorum, attendentes et videntes fore profectum et utilitatem nobilium virorum, dominorum Iohannis Premantensis, Mathie Modrensis, heredum in Ieszerzicze et de Parussewo, damus, concedimus et omnimode presentibus fideiubemus perpetualiter servaturi ipsis et eorum legittimis successoribus, natis ac nascendis, ductum sive decursum aque fluentis de Grodnicza et de Piwniczika ac de Sulewo per terminos et hereditates nostras suprascriptas, videlicet Sulewo, Woliszewo, Chelkowo, Carnino; et in maiorem (*8 lit. del.*) nos Iarotha et Boguslaus per Sulewko de vallibus, foveis, pratis, rivulis, piscinis et locis omnibus, ubi commode aque decursus sive ductus possit (*3 lit. del.*).. eniri et commode duci, dantes, concedentes et attribuentes amicis et fratribus nostris supradictis cum eorum legittimis successoribus natis ac nascendis, per valles, prata, declivitates dictarum nostrarum hereditatum aque ductus huiuscemodi omnimodam facultatem, promittendo ipsos et eorum sequaces obstaculis, piscinis et aliis quibuscunque inpedimentis in nullo impedire. Insuper easdem aquas usque in villam ipsorum Ieszerzicze ducendi concedimus pro eorum piscinis ac molendinis omnimodam potestatem, sine aliquo nostro vel successorum nostrorum impedimento; promittentes omnia et singula irrefragabiliter perpetuis futuris temporibus observare. In quorum omnium et singulorum evidenciam pleniorem, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Wonesecz die XV mensis Octobris, anno Domini M.CCC.LXXXVIII, presentibus reverendo in Christo patre domino Thoma abbate monasterii Lubinensis, ac discretis viris Nicolao de Wonesecz, Nicolao de Griszina plebanis, ac Petro thabernatore de Wonesecz et aliis testibus fidedignis, per manus Iacobi.

Drzeczcow, *Drzeczkowo.* Morkowo, *Morkowo.* Woliszewo, *Wolkowo.* Wylkowo, *Niemieckie Wilkowo.* Carnino, *Karmin.* Premantensis, *t. j. castellanus de Przemęt.* Modrensis, *castellanus de Modrze.* Ieszerzicze, *Jezierzyce.* Parussewo, *Paruszewo.* Grodnicza, Piwniczika, *nie odgadnione, może stawy pod Górką Duchowną.* Sulewo, *Sulejewo.* Chelkowo, *Chełkowo.* Sulewko, *osada znikła.* Wonesecz, *Wonieść.* Lubinensis, *de Lubin.* Griszina, *Gryżyna.*

Nr. 1884.

Vyveancz und andere von Wediln 1388 Oct. 19, zcu Marienburg;

verpflichten sich dem Hochmeister von Preussen auf 15 Iahre zum Kriegsdienst gegen die Krone Polen mit 100 Rittern, 100 Schützen und 400 Pferden.

Gerken. Cod. diplomatic. Pomer. V, p. 307.

Wir Vyveancz von Wediln wonhaftig czum Freyenwalde, Godike von Wediln wonhaftig zcu Recze, Titze und Frederich von Wedeln wonhaftig zcu Uchtenhayne, Zcules und Wedil von Wediln wonhaftig zcu Mellen, Hannuss und Hasse von Wediln wonhaftig zcu Valkinborg, Hasse von Wedeln wonhaftig zcu Schiltberg, Hasse

von Crempsov von Wediln wonhaftig zcu Basseviz, Hinrich und Lodvich von Wediln wonhaftig zcu Crempzov, Hannus und Ludeke von Wediln wonhaftig zcu Normberg, Vyveyancz von Wediln wonhaftig zcu Thanhardin, Wedige, Iorge und Ieske von Wediln wonhaftig zcu Uchtenhayne, bekennen offinlich yn desim Brieve: das wir an dem Montag nest noch Luce Evangeliste geteydinget und obir eyn sint kommen noch Rate unsir Freunde mit dem erwirdigin und gheistlichin Hern, Hern Conrad Zcolner von Rotensteyn Homeister Dutschin Ordins, yn sulch Meynunge, als hy noch geschrebin steet. Das wir uns verpflicht han dem vorgenanten Hern Homeister und dem Ordin zcu helfin off den Konyng und Konyngrich von Polen mit synir Zcugehoringe und off syne Helfer, usgenommen unsir Erbherren, xv Iar mit Hulfe, Rate und Tate, und by yn zcu blibin dy vorgenante Zeit us, als hy obgeschrebin steet. Und wen uns der Herre Homeyster und der Ordin heyschin bynnen den xv Iaren, so sal man uns vor zcu wissen thun iv Wochin; so sulle wir yn volgin und helfin off den Konyng und off das Konyngrich von Polen mit synir Zcugehorunge und syne Helfer, usgenomen unsir Erbherren als vorgeschrebin steet, wir und unsir Erbin mit hundirt wol gewopint Rittern und Knechten, und dorczu mit hundert Schuzzin, dy sollin habin Panzir und Isenhute und Hundeskogeln und Armbruste, und CCCC Pherde, und sullin yn dienen domete eyn Iar ab is Not ist. Dorvor gebit uns der Herre Homeister und der Ordin achzen tusind Mark Pruschir Monze, gewonlich Zcal, vor unsir Kost und unsyn Schadin; und wir sullin yn dienen mit den hundirt wolgewapnitin Mannen, mit den hundirt Schuzzin und mit den CCCC Pferdin off unsir Kost und Schadin. Und wer, das uns Got hulfe adir den Unsin, das wir fingin Grafin, Fryen, Herrin, Ritter, Knechte, Burger adir Gebuer, dy sullin unsir sin. Und hulfe uns Got adir den Unsin, das wir fingen den Konyng, Herczogin, is wy welchirley Herczogin is sy, adir des Konyges Brudir keynen, dy adir den sulle wir antwortin dem Herrin Homeister und dem Orden, und sullen ir sin und nicht unsir. Ouch wenne wir von dem Herrin Homeister und von dem Ordin werden bebotit als das wir yn das Lant czu Prusin komen, so sulle wir vinden des irstên an zcu Slochov funfftehalb tusint Mark Prusch off das erste Virteil Iares, und dar hebit sich unsir Solt an. Geschege is ouch, das wir lenger suldin blibin legin den das Virteil Iares, yn das ander Virteil Iares so sal man uns gebin, wen sich XIV Tage vorloufin, zwey Tusint Mark und CCL Mark Prusch; wen aber sich vorloufin sechs Wochin noch den XIV Tagen, so sal man uns dy andirn zwey tusint und CCL Mark gebin: und als hir obin ist geschribin, sal man uns haldin dorch das Iar. Ouch so sulle wir uns noch unser Erbin zcu keyme Herrin vorbindin bynnen den XV Iaren wedir den Herrin Homeister und den Ordin; sundir wir sullin und wellin yn helfin und ratin, bynnen unsin Landin als wol als yn dem Lande zcu Prusin, wenne uns der Herre Homeister adir der Ordin entpytet. Doch mit sulchin Vorwortin: ab wir gemanet wordin von dem Hern Homeister und dem Ordin das wir yn zcu Hulfe quemen mit den gewopinten Schuzzin und Pferdin als vorgeschriebin steet, und dar wir by yn werin eyn Vierteil Iares, mynner adir mehr, und sich also fugete, das wir heim zcogen und das Iar nicht vollin us by yn legin: was an dem Iare denne gebreche, das sulle wir und wellin is das andir, das dritte, das virde bynnen den xv Iarin dirsullin also lange, bys wir eyn Iar vollin usgelegin yn einin Kryge also als hir obin geschrieben steet. Ouch sulle wir und wellin den Hern Homeister und dy Synen vordern und nicht hindern yn keinerley Wies, noch alle Dy yene, Dy dem Herrin Homeister und dem Ordin wellin by legin. Were es

ouch, das wir den Konyng vingen adir dy Unsin, so sulle wir den Konyng antwortin dem Hern Homeister und dem Ordin, mit sulch Undirscheit, das sie uns do vor gebin sullin fumfhundirt Mark Silbers, und yo vor iklichen Herczogin hundirt Mark Silbers; und der Here Homeister und der Ordin sullin habin dy Willekor, welchin Herczogin sy um das selbe Gelt wellin behaldin adir uns lassin. Wer is ouch, das sich der Herre Homeister und der Ordin freden mit der Crone zcu Polen, so sullin sy uns und dy Unsin mete yn ein Frede nemen; doch also, wen der Herre Homeister und der Ordin Frede wellin machen, das sullen sy Macht habin und sal weder uns nicht sin. Were abir, das wir adir dy Unsin gefangen hettin wenn sich der Herre Homeister und der Ordin fredtin mit der Crone zcu Polen, und das der Herre Homeister und der Ordin der Gefangin von uns und den Unsin begerende werin, do vor sullin sy uns thun also: zcwene Hern von des Ordins wegen, und zcwene erbar Man von unsir wegen kysin das mogelich und bescheidin ist. Geschege is ouch, das Got nich in welle, das uns wordin abgefangin adir abgeslagin zceen adir XX Man, das sulle wir dir sullin bynnen vier Wochen; und wo es uns gebricht an den Luten, do gebreche is ouch an den Pfennyngen. Were ouch, das uns der Herre Homeister und der Ordin schrebin und betin das wir yn mer Lute suldin brengin: also vil als der Lute mer werin, also vil sulde ouch des Geldis mer werdin und sin. Ouch so welle wir, und dy Unsin dy von unsir wegen dar komen sullin, undirlegin des obirsten Marschals Gerichte zcu Prussin, dorch den Willin, das her uns und sy ouch neme yn syne Beschirmunge; und wir sullin vor ym gebin und nemen Recht also, als das Reyse Gerichte uswiset und zcu stayt. Alle dese obgeschriben Rede und Artikel, iklichs besundern und ikliches vor sich selbin, gelobe wir dem Hern Homeister und dem Ordin mit unsin Erbin by Erin und by Truwin veste und stete zcu haldin, ane allirley Argelist und Geverde. Zcu Sicherheit und Bekentnisse deser Dinge, habe wir Vorgenanten unser Ingesegil von unsim rechtin Wissen an desin Brief lasen hengin do wir selbir kegenwordig werin. Gegebin in der Iarzcal unsirs Hern M.CCC. ym LXXXVIII Iare, am nestin Montag noch Luce Evangeliste, zcu Marienburg.

Freyenwalde, *Freienwalde.* Recze, *Reetz.* Uchtenhayne, *Uchtenhagen.* Mellen, *Möllen.* Valkinborg, *Falkenburg.* Schiltberg, *Schildberg.* Crempsov, *Cremzow.* Basseviz, *Batzwitz.* Normberg, *Nörnberg.* Thanhardin, *nie odgadnione.* Slochov, *Człuchów.*

Nr. 1885.

Thomassius proconsul, consules et scabini civitatis Gneznensis 1388 Oct. 24, in pretorio Gneznensi; magistro Petro et Margaretha coniugibus petentibus, pactionem inter ipsos factam confirmant, vigore cuius alter eorum superstes domum et aream in circulo Gneznensi sitas hereditate accipere debeat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu paski pergaminowe przez wcięcia poprzeczne przewleczone, ucięte.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 233.

In nomine Domini amen. Nos Thomassius proconsul, Arnoldus, Gerlachus, Hampco, Thomas Rayconis et Hanczel, consules civitatis Gneznensis, notum facimus

quibus expedit universis presencium noticiam habituris publice protestantes et recognoscentes: quod cum sub anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, feria sexta proxima post diem Translacionis sancti Adalberti, in predicta civitate Gneznensi bannitum et magnum iudicium fuisset et esset celebratum coram Iohanne advocato Gneznensi et.. scabinis nominatim subscriptis dicto iudicio bannito presidentibus, accedens personaliter providus vir magister Petrus de Zavichost, concivis noster Gneznensis, cum sua conthorali legittima, domina Margaretha, ad predictum bannitum iudicium, sanus mente et corpore, deliberato animo et de mera sua voluntate, clara et lucida voce resignavit libere, nullo penitus contradicente, prefate domine Margarethe sue conthorali legittime domum suam cum area, quam habuit, habet pronunc et possidet in circulo eiusdem civitatis Gneznensis sitam et constructam tam late quam spaciose inter domum Martini Wys parte ab una, et domum honeste matrone domine Thomce, relicte olim Arnoldi, parte ab altera, prout in suis limitibus est distincta et constructa, cum ceteris bonis suis mobilibus et ymmobilibus in quibuscunque rebus consistant, ad ipsum et ad eandem domum suam, prout ipsemet tenuit et possedit, rite spectantibus, post obitum suum, si ipsum prius mori contingeret vel in ipso nutu divino aliquid humanitus eveniret, iure hereditario et successionis legittime per eandem dominam Margaretham, et non per aliquem alium, habenda, tenenda et possidenda temporibus perpetuis. Item eodem instanti anno et die, quibus supra, prefata domina Margaretha, eodem modo et forma superius expressatis, et viva voce, sana mente et corpore ibidem assistens, predicto magistro Petro marito suo eandem domum cum area, cum omnibus rebus et bonis adiacentibus eidem et ad ipsam spectantibus, mobilibus et ymmobilibus, in quibuscunque rebus et bonis consistant, cum omni iure civili, iuxta morem et consuetudinem alias tentam et observatam, sponte et libere totaliter et integre resignavit, donavit et assignavit; ita tamen, quod qui ex ipsis superstes ex voluntate Dei remanserit, predictam domum, aream nec non cum ceteris bonis remanentibus post obitum alterius, pacifice et quiete debebit ac debeat obtinere et possidere, et in eisdem bonis succedere nullo eis impedimento, cavillacione obviante. Super quibus resignacionibus, donacionibus et cessionibus hinc inde factis, prelibati, videlicet magister Petrus cum Margaretha conthorali sua venientes ad nostrum consiliatorium, ubi presencialiter residebamus, pecierunt nostras litteras confirmatorias, approbatorias et ratificatorias eis tradi et concedi. Nos autem Iohannes advocatus, nec non Thomassius proconsul, Arnoldus, Gerlachus, Hampco, Thomas Rayconis et Hanczel, consules Gneznenses predicti, considerantes quod iusta petentibus non est denegandus assensus, has nostras litteras presentes confirmatorias, approbatorias et ratificatorias eisdem concessimus et concedimus, nostrorumque sigillorum, videlicet Iohannis advocati et nostre civitatis Gneznensis predicte, appensione fecimus communiri. Datum et actum Gnezne in pretorio nostro Gneznensi, die sabbati post festum Undecim milium virginum, presentibus providis viris Martino Wys, Iacussio carnifice, Petro Cucla, Bartholomeo sartore, Iacussio pellifice, Niclone et Nicolao Rissconis, scabinis et civibus Gneznensibus, testibus ad premissa.

Nr. 1886.

Bronislaus archidiaconus etc. ecclesie Gneznens. 1389 Ian. 18, Gnezne; Nicolaum Strzesconis de thezauraria curie archiepiscopalis Gneznensis investit.

Pergam. orygin., u którego z przywieszonéj pieczęci pozostał pasek pergam.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 234.

Nos Bronislaus archidiaconus et administrator in spiritualibus ecclesie Gneznensis, notum facimus quibus expedit universis, quod vacante thezauraria curie archiepiscopalis Gneznensis per mortem domini Mathie ultimi et immediati eiusdem thezaurarie possessoris, de mandato venerabilium virorum, dominorum Capituli ecclesie Gneznensis, honorabilem virum dominum Nicolaum Strzesconis, canonicum Gneznensem, investivimus et presentibus investimus de eadem, curam et administracionem sibi dicte thezaurarie commitentes, tanquam vero thezaurario et legitimo possessori. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Gnezne ipso die beate Prisce virginis et martyris gloriose, sub anno Domini M.CCC.LXXX nono.

Nr. 1887.

Vladislaus rex Polonie etc. 1389 Febr. 17, in Nepolomicze; confirmat privilegium, quod dederat civitati Kalisz: **Elizabeth senior regina Ungarie et Polonie 1372 Iun. 4, in Pysdri.**

Pergam. orygin. Od przywieszenia pieczęci pozostały nici jedwabne, czerwone i żółte.

Kalisz. Archiw. Rządowe. Diplomata.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Vladislaus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie, Litvanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres, significamus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis, quod ad nostre magestatis accedentes presenciam cives et incole civitatis nostre Kalisiensis, nobis cum ingenti precum instancia supplicarunt, quatenus de innata nobis clemencia litteram serenissime principis, domine Elizabeth senioris regine Ungarie, Polonie etc., ipsius sigillo pendenti signatam, ratificare et innovare benigniter dignaremur; cuius quidem littere tenor de verbo ad verbum dinoscitur fore talis: (*Sequitur diploma Nr. 1661*).

Nos itaque iustis ipsorum peticionibus acclinati, dictam litteram in omnibus ipsius punctis, clausulis, articulis et sentenciis innovamus, laudamus, ratificamus et omnimode approbamus, volentes et decernentes ipsam optinere perpetui roboris firmitatem. Actum in Nepolomicze feria quarta post diem beati Valentini, anno Domini MCCCLXXXIX, presentibus Iohanne de Tarnow Sandomiriensi, Sandzivogio Calisiensi palatinis, Petro Kmithe Lublinensi, Cristino de Kozeglow Sandecensi castellanis, Thomcone Cracoviensi, Spitcone Sandomiriensi subpincernis, et aliis pluribus fide dignis. Datum per manus venerabilis Zaclicze prepositi Sandomiriensis, aule nostre cancellarii, fidelis dilecti.

Nepolomicze, *Niepołomice.* Tarnow, *Tarnów.* Kozeglow, *Koziegłowy.*

Nr. 1888.

Wladislaus rex Polonie etc. 1389 Apr. 22, Sandomirie; confirmat privilegia, civibus Poznaniensibus quondam a Kazimiro et Lodovico regibus concessa.

Pergam. orygin. Na sznurze nici jedwabnych, czerwon. i żółt. zawieszona pieczęć majestatyczna Władysława króla; napis zatarty.

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 19.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Wladislaus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Lituanie princeps supremus, Pomoranie Russieque dominus et heres, cunctorum memorie commendamus presentibus et futuris presencium noticiam habituris: quod attente consideratis multiplicibus fidelitatum obsequiis civium civitatis nostre Posnaniensis, fidelium nostrorum, quibus magestati nostre se gratos reddiderunt et in futurum aucto fidelitatis studio se reddere poterint continuo graciores, horum contemplacione volentes ipsos speciali prerogativa consolari, eosdem cives Posnanienses in omnibus iuribus, libertatibus, immunitatibus et antiquis ac laudabilibus ipsorum consuetudinibus, quibus tempore serenissimorum principum, dominorum Kazimiri et Lodovici divorum regum Polonie, nostrorum predecessorum, fruebantur et freti sunt, promittimus et spondemus perpetuis temporibus omnimode conservare harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Sandomirie feria quinta infra octavas Pasce, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nonno, presentibus Ioanne de Tarnow Sandomiriensi, Sandzivogio Caliziensi palatinis, Iohanne Caliziensi, Cristino Sandecensi castellanis, Iancone iudice Posnaniensi, Thomcone subpincerna Cracoviensi, et aliis pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis Zaclicze prepositi Sandomiriensis, aule nostre cancellarii, fidelis dilecti.

Tarnow, *Tarnów.* Sandecensis, *de Sącz.*

Nr. 1889.

(Konrad Zöllner v. Rotenstein Grossmeister d. Deutschen Ordens) 1389 Sept. 8, czu Thoron; schreibt an Sędziwoj von Szubin Palatin von Kalisz, er möge seinen Bruder Świętosław Unterkämmerer von Poznań anhalten, dass er das den Kaufleuten von Toruń zu Żnin abgenommene Gut wiedererstatten solle.

Königsberg. Königl. Staats Arch. Hochmeist. Regist. I, p. 52. — Voigt. Cod. diplomatic. Prussic. IV, Nr. 63.

Littera missa Sandzwoygio.

Unsern fruntlichen Grus czuvor. Edeler, lieber, besunder Frunt, euwer Liebe thun wir czu wissen, das vor uns synt gewest die Ratmanne unser Stat Thoron, und han uns clegelich vorgelegt, wy das Her Swantoslaw, Putkamers czu Poznaw, euwer Bruder, etlichen unsern Burgern czu Thoron nuwelich czu Sdzneyna das Ire mit Gewalt weder alle Recht hat genomen, und her in hat globt, das her in das Ire

welde wedir gegeben han alz nu am Sontage neest gewest czu Gnysen, des nicht geschen ist. Wor umb bitte wir euwer Libe, das ir euwern Bruder egeschreben gerucht darczuhalden, das her unsern Luten das Ire wedir gebe, want her unsern Undersassen eyn Sulchs wol mee hat gethan, das her in das Ire hat genomen und darczu gefangen und gestocket, Etliche in dem Stocke getottet und Etliche die Beyne abegefult, das wir Alles in guter Gedult durch euwer Libe willen han lasen besten, und bitten euch alz wir vor han gebeten, das ir euwern Bruder also underwiset, das her den Unsern das Ire wedir gebe, und das vorbas uns und den Unsern eyn Sulchs von im nicht mee Not geschee. Ist des nicht, so muste wir uns des dirclagen und vorbas daruff gedenken, wy wir uns eyn Sulchs ken im entczagen und dirweren. Gegeben czu Thoron am Tage Nativitatis Marie (1389) (sic).

Thoron, *Toruń*. Sdzneyna, *Żnin*.

Nr. 1890.

Bonifatius Pp. IX 1389 Nov. 10, Rome apud s. Petrum; facultates renovat, quas Urbanus Pp. VI Dobrogostio Poznaniensi episcopo ut reddituum Sedis apostolicae in regno Poloniae collectori dederat.

Pergam. orygin , u którego na sznurku konopnym przywieszona bulla Bonifatius Pp. VIIII.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 235.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Dobrogostio episcopo Poznaniensi, apostolice Sedis nuntio, salutem et apostolicam benedictionem. Cum felicis recordationis Urbanus Papa VI, predecessor noster immediatus, de tue fidelitatis et circumspectionis industria plenam fiduciam habens, te in nonnullis partibus fructuum, reddituum et proventuum camere apostolice debitorum constituerit collectorem: nos, ut huiusmodi officium favorabilius prosequi possis et efficacius ad utilitatem ipsius camere exequaris, tue fraternitati, ut huiusmodi officio et interim omnibus et singulis litteris, per dictum predecessorem nostrum aut gentes prefate camere tibi in officio predicto directis, super quibuscunque negotiis utilitatem ipsius officii vel camere prelibate concernentibus, tam ceptis quam non ceptis, uti et in eis contenta exequi valeas, proviso tamen, quod aliquas exactiones et extorsiones iniustas et indebitas nullatenus facias, plenam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum IIII Idus Novembris, pontificatus nostri anno primo.

Nr. 1891.

Vincencius armiger heres de Visense 1390 Ian. 2, in Visense; hereditates suas Rojewo et Kalsko monasterio de Zemsko vendit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Relationes Posnaniens. a. 1773, fol. 395.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Omnis calumnie via precluditur et omnis tunc ambiguitas tolli solet, dum id quod agitur et debet stabile permanere,

literarum apicibus sicut sapientum sanxit auctoritas roboratur. Noverint ergo universi et singuli presentes pariter et futuri presencium noticiam visuri, audituri seu percepturi: quod ego Vincencius armiger, heres de Visense, in plenaria corporis et mentis mee valetudine constitutus, et cum matura filiorum meorum subscriptorum, scilicet Dersiconis, Teodorici, Nicolai, omniumque aliorum amicorum meorum deliberacione bonaque voluntate, infrascriptas villas seu meas hereditates, videlicet Rugew et Kalczk, pronunc desolatas et in districtu Miedzerzecensi sitas, venerabilibus et religiosis viris, domino Iohanni abbati monasterii Zambrycz Ordinis Cisterciensis, Poznaniensis dicionis, suoque conventui ibidem rite et racionabiliter vendidi et dimisi, et in his scriptis vendo et dimitto pro triginta marcis grossorum Pragensium Polonici pagamenti, in una summa completa traditis, integraliter persolutis, et in usus meos evidenter conversis, cum omni iure et dominio, iurisdiccione superiori et inferiori, proprietate et solitis graniciis pronunc et ab antiquis temporibus circumferencialiter distinctis, nimirum cum omnibus pertinenciarum et attinenciarum generibus et speciebus universis, videlicet mansis agri cultis et incultis, pratis, pascuis, stagnis quinque precipuis quorum hec sunt vocabula, videlicet magnum Glabok et parvum Glabok, Kalczke, Grosgense ac Zaben, piscibus, piscacionibus, paludibus, nemoribus, mericis, lignis, rubetis, virgultis, melificiis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, venacionibus, et cum omnibus et singulis utilitatibus et proventibus, prout ego habui et possedi cum filiis meis pacifice, libere et quiete, absque contradiccione et reclamacione aliquorum, iure hereditario perpetualiter habendas, tenendas et possidendas, nichilque iuris proprietatis, dominii et mandati michi vel filiis meis et successoribus reservandi; et in eisdem insuper ego Vincencius predictus et filii mei prenotati, dictum dominum Iohannem abbatem suumque conventum monasterii prelibati in corporalem et pacificam induximus et presentibus inducimus possessionem. Promittentes nichilominus et volentes sepedictum dominum Iohannem abbatem, vel qui pro tempore fuerit, suumque conventum, cum nostra posteritate ab omni homine et ab omnibus et singulis molestacionibus, impeticionibus dictarum hereditatum legitime defendere et disbrigare nostris sub laboribus et expensis, dummodo dicti iure velint contentari. Renunciantes in premissis et eorum quolibet ego pretactus Vincencius meique filii supradicti et successores excepcionibus, contradiccionibus doli et mali quibuscunque, per quod presens privilegium viciari poterit vel infringi quovis modo, iuri eciam dicenti: generalem renunciacionem non valere. In premissorum omnium et singulorum testimonium, presens privilegium mei sigilli meorumque filiorum sigillorum munimine duxi roborandum. Actum et datum in Visense sequenti die Circumcisionis Domini, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, presentibus nobilibus et circumspectis viris ac dominis Lutoldo de Golmic in Pczeboburgbicz (sic), Alberto castellano Camenensi et capitaneo Mederecensi, Iohanne Konopke de Bukowecz, Thilicone de Gorzyc heredibus, Iohanne sculteto de Kanszyc, et aliis quam plurimis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Visense, *Weissensee, z niemiecka zam. Chyciny.* Rugew, *Rojewo.* Kalczk, *Kalsko.* Miedzerzecensis, *de Międzyrzecz.* Zambrycz, *Zemsko.* Stagna Glębok, Glęboczek, *jeziora dziś tegoż nazwiska.* Grosgense, *zapewne ma bydź Grossensee, pewnie jezioro Lubikowskie.* Zaben, *pewnie jezioro Twierdzielewskie.* Golmic, *z niem. zam. Chemsko.* In Pczeboburgbicz, *widoczna omyłka, nie odgadniona.* Camenensis, *de Kamień.* Bukowecz, *Bukowiec.* Gorzyc, *Gorzyce.* Kanszyc, *Kęszyce.*

Nr. 1892.

Sandzywoyus palatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie 1390 Ian. 3, in Landa; confirmat donationem medietatis molendini super fluvium Gąsawka siti, a Nicolao iudice Kalisiensi monasterio de Trzemeszno factam.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci. Trzemeszno. Privil. Conv. Canon. Reg. Lateran.

Nos Sandzywoyus palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie, notum facimus tam presentibus quam futuris presentem litteram inspecturis, quod ad nostram ceterorumque nobilium protunc nobis assistencium presenciam accedens nobilis vir Nicolaus heres de Wenacia nec non iudex Kalisiensis, sanus mente et corpore, non compulsus neque per aliquem errorem seductus, sed de animi sui amicorumque suorum bona deliberacione, compunctus corde, ob remissionem peccatorum suorum, in honorem sancti Adalberti medietatem molendini sibi iure hereditario contingentem, situm inter Chomanzam et Oczwecam sic dictas hereditates in fluvio dicto Gansawca; et quia molendinum in predicto loco situm, temporibus ab antiquis cum preposito et fratribus totoque collegio de Trzemeszna idem Nicolaus per medium tenebat, habebat et possidebat, eandem medietatem predicti molendini, veluti in gadibus seu graniciis suis est distincta et circumferencialiter limitata, cum universis et singulis utilitatibus ad eandem medietatem quomodolibet spectantibus, que nunc utilitates sunt vel esse poterunt in futurum, nichil iuris aut dominii pro se et suis successoribus reservando, religioso viro domino Iacobo et suo conventui, fratribus de Trzemeszna dedit et donavit et perpetuo coram nobis resignavit predicto Iacobo preposito et suis successoribus, in perpetuum iure hereditario tenendam, habendam et possidendam, eciam ad usus ecclesie Trzemeszensis quomodolibet iuxta placitum convertendam. Nos vero ipsorum precibus aclinati, eandem resignacionem sic rite et racionabiliter factam, vigore quo fungimur in hac parte ratam et gratam habentes, harum serie litterarum roboramus et confirmamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Landa octava sancti Iohannis apostoli et evangeliste, sub anno Domini **m.ccc.** nonagesimo, presentibus hys testibus: venerabili et religioso viro domino Iohanne abbate de Landa, Bodzantha custode Poznaniensi, Swantoslao castellano Kalisiensi, Stephano de Glogowecz subdapifero Kalisiensi, Ramszone de Czacz, Bogufalo de Nangowo heredibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

Wenacia, *Wenecja.* Chomanza, *Chomiąża.* Oczweca, *Oćwieka.* Fluv. Gansawca, *rzeczka Gąsawka.* Landa, *Ląd.* Glogowecz, *Głogowiec.* Czacz, *Czacz.* Nangowo, *Jankowo. Występujący tu i w innych miejscach sędzia Kaliski Mikołaj z Wenecji lub z Chomiąży, nazywanym jest kilkakrotnie w współczesnych księgach Ziemskich Poznańskich* krwawy dyabeł.

Nr. 1893.

(Konrad Zöllner v. Rotenstein magister general. Ordinis Theutonicorum s. a. d. et l.); Sandivogio de Szubin palatino Kalisiensi scribit, se Iesconi de Zedlin interdicturum, ne gwerras de dominio Ordinis contra ipsum moveat; ceterum eundem monet, ut capitaneum de Kalisz ad restituendum bona civibus de Toruń iniuste capta compellat. Cnfr. Nr. 1889.

Königsberg. Königl. Staats Arch. Hochmeist. Registr. Nr. I, p. 33. — Voigt. Cod. diplomatic. Prussic. IV, Nr. 64.

Sandziwogio, ex parte Ieszko de Zcedelin.

Amice sincere, scripsistis nobis significantes, quo[modo] Ieszko de Czedlin hominibus vestris comminatur, prohibens, ne vobis obediant sicud debent. Dileccio vestra sciat, quod de hac, de qua sic scribitis, nescimus; volumus tamen prefato Ieszkoni swadere et mandare: si lites vobiscum velit inire et gwerras, quod hoc faciat de alia terra, et non nostra: quia nolumus, quod ipse vel quisquam alius de terris nostris vobiscum vel alio quoquam de vestris lites moveat pro presenti. Volumus eciam sibi swadere, quod et ipse veniat ad diem inter nos decretam, et (sic) quidquid contrarii uterque habebitis, componere potestis et sopire. Ceterum dileccioni vestre alias scripsimus conquerentes, quo[modo] capitaneus Kalisiensis nostros de Thorun, minus iuste et inmerenter ablatis pecuniis et ceteris rebus, captivitati mancipavit, et usque hodie ablata reddere non curans, detinet captivatos. Quare adhuc petimus et hortamur, quatenus prefatum capitaneum inducere velitis, ut homines nostros, redditis ablatis, liberos mittat et solutos.

Czedlin, *Zedlin.*

Nr. 1894.

Iacobus prepositus cum collegio Trzemesznensi 1390 Ian. 12, in Trzemeszna; protestantur, se ex pacto cum Nicolao de Wenecja iudice Kalisiensi inito, capellam in latere templi Trzemesznensis pro sepultura praedicti Nicolai eiusque successorum instaurasse, et in recompensam, medietatem molendini in fluvio Gąsawka accepisse.

Pergam. orygin. miejscami przeżarty, pismo po części zniszczone. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia dwóch pieczęci.

Trzemeszno. Privilegia Convent. Canon. Reg. Lateran.

In nomine Domini amen. Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod nos Iacobus divina paciencia prepositus cum collegio, fratres de domo sancti Augustini canonicorum regularium in Trzemeszna, ex pacto et ordinacione firmissimis, nobili viro Nicolao heredi de Chomanza seu de Wenacia nec non iudici Kalisiensi conthoralique ipsius dilecte et suorum legittime successorum pro sepultura speciali, capellam cum altari et sepulcro in latere templi Trzemeszensis munivimus, edificavimus et construximus plenarie et ex toto; tali condicione, quia idem nobilis

vir Nicolaus molendinum situm inter Chomanzam et Oczwecam, sic dictas hereditates, in fluvio dicto Gansawca nobiscum prout diu temporibus ab antiquis habebat et possidebat, eandem medietatem predicti molendini, divina sibi gracia inspirante, ob remissionem peccatorum suorum racione testamenti nobis cum omni iure, dominio et utilitate, prout eadem medietas eiusdem molendini in graniciis suis est distincta et limitata, nobis donavit et realiter resignavit. Nos vero in capella eadem semel in ebdomada missam Defunctorum legere et tenere temporibus perpetuis promittimus, et spondemus, quod absit, si ex causa aliquando negligenciam aliquam committeremus in premissis, alio tempore oportuno adimplere promittimus pagina in presenti. Actum et datum in Trzemeszna feria quarta infra octavas Epiphanie Domini, sub anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo, presentibus et premissorum (sic) in huius rei testimonium sigilla nostra sunt appensa, presentibus hys testibus: Wiglozone de Sarbino, Bartholomeo de Drachowo, Spithcone, Ptholomeo de Strzesewo, Godzeba de Gigewcz, Potrasio de Dzwirdzino heredibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

Chomanza, *Chomiąża.* Wenacia, *Wenecja.* Oczweca, *Oćwieka.* Fluv. Gansawca, *rz. Gąsawka.* Sarbino, *Sarbinowo.* Drachowo, *Drachowo.* Strzesewo, *Strzyżewo.* Gigewcz, *Kijewice.* Dzwirdzino, *Dzwirzchno.*

Nr. 1895.

Proconsul et consules civitatis Poznan 1390 Febr. 3, Poznanie; protestantur, Woyczech Czabay scultetiam villae Górczyn a pueris Alberti emisse, nec non privilegium renovant, quod dederat Henrico dicto de Thonch: **Secundus Premisl dux Polonie 1284 Nov. 11, s. l.**

Pergam. orygin. Na sznurze z nici lnianych zielon. przywieszona wielka pieczęć miasta Poznań; (pieczęć L).

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 4.

In nomine Domini amen. Quoniam singula acta hominum que aguntur in tempore, temporis per successum, nisi suffragio scripture et testium roborata fuerint, annullentur: nos igitur Tyle Grazenow proconsul, Andirko Ponicz, Niczko Kemrer, Niczko Margoninski, Ffricze Zorewechter, Iohannes Bohemus, Georgius Merkel, Nicze Pathe consules protunc Poznanienses, universis tam presentibus quam futuris volumus fore notum, quod in nostra presencia constitutus discretus vir Woyczech Czabay emit et prout melius potuit comparavit sibi et suis successoribus legittimis scolteciam nostre hereditatis, Gorczino nuncupate, a natis et pueris Alberti condam scolteti ibidem in Gorczino; quam quidam scolteciam sibi coram nobis resignarunt perpetuis temporibus tenendam, possidendam, commutandam et ad usus prout sibi et successoribus suis salubrius videbitur expedire convertendam. Nichilominus tamen nos veraciter intelligentes, pristinum dicte scoltecie privilegium per voraginem ignis, cum civitas Poznaniensis a claro principe domino Wladislao rege Polonie fuit cremata, in domo Kunkonis fore suffocatum et combustum. Copiam vero tacti privilegii de verbo ad verbum dicimus esse talem: *(Sequitur diploma Nr. 547).*

Hec enim omnia iura in prescripto privilegio expressata, nos consules Poznanienses volumus rata tenere quantum nos tangit et concernit, et hoc iuxta possibilitatem nostram. In cuius rei testimonium, sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum et actum Poznanie in crastino Purificacionis Marie, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo.

Gorczino, *Górczyn.*

Nr. 1896.

Nicolaus iudex Kalisiens. 1390 Mart. 14, in Konin; limitationem inter villam Świątniki monasterii de Ląd, et villam Szetlewo Iohannis et Ianussii fratrum factam, monasterio praedicto adiudicat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 42.

Nos Nicolaus iudex Kalisiensis profitemur publice tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris quibus expedit universis: quod sub anno Incarnacionis Domini m.ccc nonagesimo, in Konin, feria secunda proxima post diem sancti Gregorii, ubi nobiles domini Barnabas vexillifer Kalisiensis, Sangneus de Golina dapifer Koninensis, Nicolaus de Ianowicze, Vincencius de Strzalcowo, Andreas de Kopidlovo heredes nobiscum iudicio regali presidebant, ibidem veniens ministerialis, dictus wozny vulgariter, recognovit limitacionem factam per milites inter villam Swiantniki monasterii Landensis, et inter villam Szetlewo duorum fratrum, Iohannis, Ianussii, Cecilie et aliorum heredum qui ius habere dinoscuntur ibidem ad Szetlewo: quod ibidem quadraginta tria signa connumeraverunt, et veram limitacionem tunc conspexit. Nos vero ex informacione et consensu predictorum dominorum nobis iudicio assessorum (sic), predictam limitacionem quadraginta trium signorum, vulgariter kopce, venerabili viro domino Iohanni abbati totique conventui predicti monasterii Landensis forma iuris et iudicialiter adiudicavimus et presentibus adiudicamus, confirmantes et approbantes tenendam predictam limitacionem perpetueque habendam. In cuius rei testimonium, signum nostri sigilli presentibus est appensum. Datum anno, loco, die et testibus, quibus supra.

Golina, Janowice, Strzałkowo, Kopydłowo, Świątniki, *dziś tak samo.* Landensis, *de Ląd.* Szetlewo, *Szetlewo.*

Nr. 1897.

Capitulum s. ecclesie Gneznens. 1390 Mai. 6, Gnezne; Venceslao heredi de Sadowiec sculteciam in villa Słabomierz confert, eamque in ius Sredense translocat.

Pergam. orygin. miejscami podziurawiony. Na sznurku jedwabnym, czerwon. i żółt. wiszą ułamki pieczęci bez wycisku.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 236.

In nomine Domini amen. Nos Capitulum sancte ecclesie Gneznensis vigore presencium recognoscimus per presentes universis, quod cupientes villam nostri Capituli

dictam Slawomirz, sitam in districtu Sneynensi, prout est in suis limitibus circumferencialiter distincta (sic), in ius Theutunicum quod Sredense dicitur duximus translocandam; dantes et concedentes in eadem villa Slawomirz nobili viro Venceslao heredi de Sadow et civi de Sneyna, propter sua fidelia servicia nobis et ecclesie Gneznensi impensa et impendenda, sculteciam cum duobus mansis liberis, terciam partem tabernarum, ortorum, iuramentorum et cuiuslibet iudicati, per ipsum Venceslaum et suos legitimos successores tenendam, habendam, donandam, commutandam, vendendam, nostro tamen ad hoc consensu accedente, et perpetuis temporibus possidendam. Preterea, ut eo celerius dicta villa Slawomirz possit collocari, incolis in eadem collocandis quatuor annos, a data presencium computandos, a solucione census et decimarum plenam damus et concedimus libertatem; qua elapsa, incole predicti de quolibet manso viginti scotos grossorum Pragensium pro censu et decima in festo sancti Martini singulis annis solvere perpetuo tenebuntur. Scoltetus vero predictus et sui successores, de suis duobus mansis liberis per tres scotos singulis annis rectori ecclesie, ubi divina audiet, percipiet ecclesiastica Sacramenta, solvere racione decime, nobisque et nostris successoribus servicia consueta prout alii scolteti villarum Capituli nostri predicti facere et ministrare teneatur. Et quoniam iura Sredensia nobis sunt penitus incognita, omnia iura que comodum et utilitatem respiciunt dominorum, nobis et nostris successoribus perpetuo reservamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum mayus presentibus est appensum. Actum et datum Gnezne die sancti Iohannis ante portam Latinam, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo.

(Recentiori scriptura). Venceslaus translocat eandem villam et locat tabernam et habetur census.

Slawomirz, *Słabomierz.* Sneynensis, *de Żnin.* Sadow, *Sadowiec.*

Nr. 1898.

Wladislaus rex Polonie etc. 1390 Mai. 12, in Wilno; Warcislao de Kraszków villam Dęborzeka confert.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergaminow. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia na kwadrowanéj tarczy 1mo Orła w Koronie, 2do Pogoń, 3tio godło Ziemi Kaliskiéj, 4to godło Ziemi Kujawsko-Łęczycko-Sieradzkiéj.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 237.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithvanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus quibus expedit universis, quod ob merita fidelium obsequiorum, que Warcislaus de Grozkow, noster fidelis, nobis exhibuit et in posterum prestancius poterit exhibere, sibi villam nostram Dambowa rzeczka cum molendino in flumine Krampa eidem ville confinanti, in quinquaginta marcis numeri et ponderis Polonicalium tenendam commisimus et habendam; quam cum omnibus eius pertinenciis et molendino tamdiu tenebit et habebit, quousque sibi predicte quinquaginta marce per nos fuerint persolute: harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Wilno ipso die Ascensionis, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo.

Grozkow, *Kraszków*. Dambowa rzeczka, *Dęborzeka*. Flum. Krampa, *prawy przypływ rzeki Pilica*.

Nr. 1899.

Ladislaus dux et dominus Opuliens. etc. 1390 Mai. 12, Wladislavie; universitates terrarum de Inowrocław, Bydgoszcz et de Tuczno, quas filiae suae Hedvigi, Alexandri ducis de Kiernów consorti certis conditionibus pro dote assignaverat, a praestito sibi homagio fidelitatis liberat, eisque mandat, ut suae filiae et genero praedictis idem homagium repetant.

Pergam. orygin. Na pasku pergamin. przywieszona wielka okrągła pieczęć przedstawia zbrojnego Jeźdzca pędzącego w lewo, z prawicą zamierzającą mieczem; napis zatarty.

Warszawa. Archiw. Główne. Nr. 30. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae II, Nr. 539.

Nos Ladislaus Dei gracia dux et dominus Opuliensis, Welunensis, Cuyaviensis, Dobrinensis etc. ad universorum tam presencium quam eciam futurorum harum tenore presencium deducimus noticiam, quod cum pridem permoti paterna pietate, qua respeximus uberius illustrem principem dominam Hedvigim conthoralem legittimam magnifici principis domini Allexandri generi nostri carissimi, filiam nostram amantissimam, sibique et suis pueris utriusque sexus terras et dominia, videlicet Wladislaviensem, Tucznoviensem et Bidgoscensem, cum singulis ipsarum pertinenciis, dominiis, iuribus et utilitatibus, excluso dumtaxat censu quadringentarum marcarum grossorum, quem nobis et illustri principi domine Ofce, conthorali nostre carissime, ad vite nostre tempora in, de et super civitate Wladislaviensi duximus specialiter reservandum, dedissemus, contulissemus et resignassemus liberaliter ordinacione et modo infrascriptis, prout eciam de dicta ordinacione sunt littere tam nostre quam eciam prefati generi nostri tenoris et continencie plenioris, videlicet: ut, si dictam nostram filiam de hac luce migrare contingat non derelicta prole, quod Deus omnipotens misericorditer avertere dignetur, extunc dictas terras, civitates, castra, dominia, cum singulis ipsorum fructibus, iuribus et dominiis dominus noster.. gener possidebit et servabit libere tamdiu, donec sibi sex millia marcarum grossorum Pragensium numeri Polonicalis fuerint integraliter persoluta; eciam si dictus dominus Allexander, gener noster dilectus, dictum censum quadringentarum marcarum apud nos aut dictam nostram conthoralem suis pecuniis redimeret, tunc similiter prefatas terras, civitates, castra, possessiones et dominia possidebit libere, donec sibi quatuor millia marcarum grossorum et numeri predictorum fuerint effectualiter persoluta; solutis quoque sibi dictis pecuniis modis prescriptis, extunc dicte terre, civitates, castra et dominia, eo modo et forma quibus nos dicte nostre filie resignavimus et contulimus, remota eciam omni astucia, versucia et contradictione, ad nos nostramque conthoralem ac nostros heredes et successores legitimos, duces Opulienses libere revertentur; prefatum quoque dominum Allexandrum, huiusmodi terrarum et possessionum ac dicte nostre filie constituimus tutorem legittimum et gubernatorem. Quocirca nobiles et validos dominos palatinos.. officiales dignitatum et ceteros terrarum prefatarum.. nobiles.. phasallos.. inhabitatores, modis et condicionibus prescriptis ab omagio fidelitatis et

subiectionis, nobis per eos prestito et dicte nostre conthorali domine Ofce atque pueris nostris utriusque sexus, absolvimus, liberamus, quitamus ac presentis scripti patrocinio, prout eciam vive vocis oraculo fecimus, absolutos, liberatos et quitatos publice et ex certa scientia nuncciamus. Mandamus igitur dictis.. nobilibus, officialibus dignitatum et ceteris.. phasallis et inhabitatoribus prefatarum terrarum exnunc, prout eciam ipsis viva voce mandavimus, et cuilibet eorum in solidum, quatenus omagium fidelitatis et subiectionis et illa que de iure facere astricti sunt, dicte domine Hedvigi ut heredi vero et legittimo, et prefato domino Allexandro ut tutori et gubernatori suo prestent realiter cum effectu iuxta ordinacionem superius expressatam, ipsisque ut tenentur obediant et intendant. Ut autem hec omnia robur firmitatis obtinere valeant, presentes fieri mandavimus nostri maioris sigilli municione consignatas. Actum et datum Wladislavie in die Ascensionis Domini, anno eiusdem millesimo tricentesimo nonagesimo.

Opuliensis, *de Opole, z niem. Oppeln.* Wladislaviensis, *de Inowrocław.* Tucznoviensis, *de Tuczno.*

Nr. 1900.

Nicolaus iudex Raviens. etc. ac Strachota subiudex 1390 Mai. 25, in Sochaczew; limites inter villam episcopalem Kozłowo et villam Zakrzewo, Alberti propriam, ac lacum inter ipsas iacentem Nicolao episcopo Posnaniensi adiudicat.
Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 172.

Nos Nicolaus iudex Raviensis, Sochaczoviensis, ac Strachota subiudex eiusdem, recognoscimus publice tam presentibus quam futuris quibus expedit universis, quod cum in presencia serenissimi principis Semoviti, Dei gracia ducis senioris Mazovie, et coram nobis multisque nobilibus exorta questionis fuisset materia inter reverendum virum dominum Nicolaum episcopum Poznaniensem, parte ex una, et Albertum heredem de Zakrzevo, parte ex altera, super lacu et graniciis sitis et locatis inter villas Coslowo, Zakrzevo nuncupatas; tandem nos animadvertentes bene et perspicaciter considerantes causam utrarumque parcium, visa itaque causa iusta et recta eiusdem domini episcopi, consilio multorum nobilium nobis pro tribunali assedencium et precipue Deum solum iusticiamque habentes nostris pre oculis, fatum lacum atque granicias prefato domino episcopo et suis successoribus adiudicavimus et presentibus adiudicamus perpetuo et in evum, memorato vero Alberto et suis successoribus natis ac nascendis sueque posteritati legitime, perpetuum silencium imponentes. In cuius rei evidens testimonium et ad maiorem confirmacionem premissorum, nostra sigilla presentibus sunt subappensa. Datum in Sochaczew quarta feria post Penthecosten, anno Domini m.ccc nonagesimo, presentibus testibus Nemerza castellano, Andrea marschalko domini ducis senioris ac subcamerario Sochaczeviensibus, Stephano capitaneo Plocensi et subcamerario Gostinensi, et aliis.

Raviensis, *de Rawa.* Zakrzewo, Kozłowo, Sochaczew, *dziś tak samo.* Gostinensis, *de Gostyń.*

Nr. 1901.

Wladislaus König zu Polen etc. 1390 ?, zu Krakau; gewährt fremden Kaufleuten die durch das ganze Königreich Polen ziehen seinen Schutz, befreit sie in Erwiederung der von den Herzögen von Pommern, den Markgrafen von Brandenburg und den Hanse-Städten getroffenen ähnlichen Maassregeln, von den verschiedenen Abgaben, und setzt die Handelswege, sowie für verschiedene Waaren die Eingangs-Zölle fest.

Raczyński. Codex diplomatic. Maior. Polon. Nr. 104. (*Z kopji*).

In dem Namen Gottes unsers Herrn amen. Wir Wladislaus von Gottes Gnaden König zu Polen und der Lande Krakow, Kujavien, Sieradz, Lentschitz, Ober-Fürst zu Litthauen, Herr und Erbling zu Pommern und zu Reussen, thun kund und offenbar allen Gegenwärtigen und Zukünftigen, dass wir angesehen haben und gemerket mancherlei Nutz und Frommen, der von fleissiger Besuchung unser lieben getreuen Kaufleute in fremde Land, und auch von Besuchung fremder Kaufleute die sie ihm (?) in unser Königreiche den ehrgenannten unsern Unterthanen entstehen: und weil die erlauchten Fürsten und Herrn Schwanteburus, Boguslaus, Warzislaus und Boguslaus, Herrn und Fürsten zu Stetin, der Wenden, der Kaschuben, der Pommern, unser lieben Brüdern, mit ihren Stäten, also Stralsund, Greifswalde, Tanglen, Wolgast, Stettin und Gartz und auch anderen ihren Städten, und auch Lübeck, Hamburg, Rostock, Wismar und Frankfurth, in der Alten Mark, und Landsberg in der Neuen Marken, und auch andere Städte die in der deutschen Hänse sind dem heiligen Römischen Reich unterthan, zu sollchem Nutz und Frommen und um ihrer Leute willen geneigt seint und den Unseren Sicherung gethan haben an Weigerung all ihren Zollen und anderen Ungelde, als das in besiegelten Briefen behalten stehet die wir gesehen haben: so geloben wir auch und geben allen der ehegenannten Herrn und Fürsten Kaufleute, auch der ehegenannten Städte, die die Unseren also vorfangen haben und vorfahren willen mit Sicherung und andern Sachen als vorgeschrieben stehet, die in unser Königreich kommen in den ausgelegeten Wegen mit ihren Gütern und Kaufmansschätzen, dass wir sie beschirmen willen mit allen ihren Gütern und Kaufmannsschätzen und sichern, als unsere eigene Kaufleute; und geloben vor uns und die Unsern, und vor alle derwegen die durch unsern Willen thun und lassen wollen, also, dass sie in den ehergenannten unserem Königreiche und unsern Städten frei kaufen und verkaufen mögen und sollen, also unsere eigene Kaufleute. Sonderlichen so setzen wir den Weg, dass hier in unserem Gefilden, anzuheben bei Santoch, soll gehen auf dem Lande und Wasser gegen Schwerin, und von dannen auf der Warthe oder auf dem Lande bis zu Posen, und von Posen vorbei durch unser Reich bis zu unser Stadt Krakau; wess Wegen sollen und mögen die ehegenannten ausländischen Kaufleute der vorbenannten Städte ziehen mit ihren Gütern und allerlei Kaufmannsschätzen ab und zu, in aller Freiung und Zollhebung oder anderlei Ungelds Recht, also unsere eigene Kaufleute in unserem Reiche wonende: jedoch merklichen ausgenommen die Zolle der Städte, darin unsere eigene Leute gesessen waren und bei wohnen. So setzen wir den Zoll zu Schwerin also, dass Iedermann, Aus- oder Inwohner, von einer Gerechtigkeit (?) Knarrholz, Hohenfussholz, Wagenholz, soll geben 23 Groschen: ausgenommen allerlei Holz, also Strauch

Holz, und Polnischen, das soll frei sein: und einhundert Klopfholz einen halben Groschen; von Bogenholze, 60 (?) Gebund vor einhundert gezahlet, vor iegliches hundert einen Groschen, von einem hundert Kiefern Holz zwei Heller. Pech, Theer und Asche, die kost 12 Heller, es sein grosse oder kleine Fass. Korn, Weitzen, Gersten-Malz, Mass oder Scheffel vor ein Fass gerecht, die Fass soll geben 12 Heller. Von einem Fass Honig 12 Heller, ein Fass Wachs 12 Heller, ein Fass Werkes, also Eichhornig, Heisnies und allerlei Schonewerk, vier Heller. Von einem Yarke oder Balle iegliches Schonewerkes oder ... vier Heller. Von einem Fasse oder Bunde Schnide oder Schnidengewandt, Gold oder Silber, gerechnet oder ungemerket das darinnen wäre, vier Heller. Von einem Fass Kupfer 20 Heller, von einem Fass Blei oder Eisen 6 Heller, von einem Fasse Alauns 1 Heller. Vor eine Yarke Baumwolle, ... (sic) und heute sie sind ... Hersen 4 Heller. Von einem Fasse Quecksilber, gross oder klein, 4 Heller. Von einem Fass festes Dinges, also Schmeer, Speck, Butter, Unschlitt und anderlei, 12 Heller. Von zwölf ... Fortmehr von zwanzig Tüchern Gewandes, welcherlei Farbe oder Aechtunge die sein, 3 Heller. Von sechzig ... 3 Heller. Von einem Fass Hosen, Mützen, Krämerei oder anderlei Geräthe, 4 Heller. Von einem ... 3 Heller. Von einem Fass Feigen oder ... Korbe, vor eine Fasse ... Heller, von zween Korben 1 Heller. Von einem Fasse Reiss, Mandel, 2 Heller. Von einem Fasse Baumöls 4 Heller, von einem Fasse Schwefel 2 Heller. Von einer Bothe Weins, ... Mallwasier und ieglicher starken Weins den man heruf führt, sechs Heller. Von einem Marke Leimwachs, inländisch, Brabantisch oder Französisch, 4 Heller. Von einem hundert Stockfische Bergisch, 2 Heller; von einem sechzig Stockfisch und Flackfisch, also ... Heller; von einem sechszig kleiner Stockfisch, also ... 6 Heller; von einer Meische Dürrfisch allerlei, 2 Heller; von einem Fasse Stör 2 Heller. Von einem Fasse Ole, Hering, oder allerlei gesalzen Fisch in Tonnen, 12 Heller; darüber gewöhnlih von allen Gütern und Kaufmannsschätzen, die ... sind von 10 Markken Werthes, einen Heller. Auch sollen alle ... und Kistenen, und geschnitten Gewandt zu Kleidern, von unserm Zoll frei sein. Ferner so setzen wir und wollen, dass ieglich Kaufmann, aus oder eigener, von allen vorbenannten Gütern und Kaufmannsschätzen zu ... zollen soll allermaasen, also zu Schwerin; ausgenommen Knarrholz, ... Fusse Holz, Wagenschoss; da soll man von geben von einem sechszig ... Groschen. Auch wollen wir ... setzen und gebieten allen unsern Zollnern ... Krakow und Zantoch in den vorbenannten Wegen ... dass sie kein Kaufmannsgut oder Kaufmannsschatz, er sei ... oder eigen, ... oder besehen sollen, der ... oder ... von der Wolle ... ein Zollner dem Kaufmann oder seinem Knechte, oder dem das Gut befohlen wäre, ... glauben, dass er alle sein Guth oder Kaufmannsschaz ganz und gar verzollet hätte, noch den vorbenannten ... so soll das der ehegenannte Kaufmann, ... oder sein Knecht, oder Iener dem das Gut befohlen ist, mit seinem Eide beweisen, so soll das Gut frei und ledig sein ohne alle Hinderungen. Auch sagen wir und wollen eigentlichen dass gehalten werde, dass die Zolle, die man vor zu Petrikow, zu Lenqschitz, zu Mageburk und zum ... genommen hat, soll nehmen zu ... und zu Posna, in aller Weise und Maass, als sie in den ehegenannten Städten sind genommen. Ferner, ob von ... in unserm Gebiete, der vorgenannten Herrn, Fürsten, Städte, Kaufleute ... oder ... oder Gut geworfen würde, so mag der Kaufherr oder Schiffmann das Gut bergen, und die dazu Hülfe thäten, redlichem um ihre Arbeit lohnen; dazu sollen wir Richter nicht haben. Ferner, so wollen wir sonderlichen, dass kein Kaufmanns-Güter oder Kauf-

mannsschätze, durch einen andern Kaufmann eigens oder ... durch welcherlei ... gross oder klein, oder ... schuld soll verhindert oder aufgehoben werden, und auch dass keine Kaufmannsgüter oder Kaufmannsschätze, durch seine Knechte ... oder anderlei ... soll aufgehalten werden oder gehindert; sondern den Knecht soll man richten nach seines Brodherrn Heissung, unschadlich seines Herrn Gütern; die sollen allezeit frei sein. Ob auch das geschehe, dass ein Kaufmann, aus oder eigen, einen Todtschlag oder Wundung, oder Diebe, oder Gewalt oder keinerlei (?) Bruch beginge, damit er Haupt oder Glied verrenkte; wenn aber dem Gerichte erginge, so sollen seine Güter frei bleiben und verhindert. Welche vorbenannte Artikel, alle und einen ieglichen besonderen, wir vorbenannter Wladislaus König geloben in dieser gegenwärtigen Schrift, vor uns und vor alle unser Erben und Nachkömmlinge, stete und veste zu ewigen Zeiten ... und zu halten. Zu grossen Zeugung, haben wir unser grosses Insiegel mit unser ganzen Wissenschaft und Willen und mit Wissenschaft unsers Raths angehängen lassen an diesen gegenwärtigen Brief. Gegeben zu Krakau am Dienstage ... nach Unser ... nach der Geburt unsers Herrn Christi dreizehnhundert Iahre darnach in dem neunzigsten Iahre, in Gegenwärtigkeit des ehrwürdigen Vaters in Gott, Herrn Bischoff zu Posnow, Herrn Petri Doktor beider Rechte, Herrn Spithco Woywode und Hauptmann zu Krakow, Herrn Sandzivoy Woywode zu Kalisch und Hauptmann zu Gross Polen, Herrn Günter unser Marschalek, Herrn Kristin Ostrofski, und anderer viel glaubwürdiger Herren und Mannen.

Diese gegenwärtige Kopei concordirt und lautet recht überein mit dem Königlichen versiegelten Original Brief. Das bezeuge ich Sebastian Muhm, von Geistlicher Gewalt offenbarer Notarius, mit dieser meiner eigenen Handschrift.

Tanglen, *Anklam.* Santoch, *Santok.* Schwerin, *Skwierzyna.* Bergisch, *von Bergen w Norwegji.* Petrikow, *Piotrków.* Lengschitz, *Łęczyca.* Mageburk, *nie odgadnione.*

Próba powtórnego skolacjonowania w archiw. Szczecińskiem powyższego dokumentu nie odniosła pożądanego skutku; w powyżéj podanym tekscie są zatem, równie jak u Raczyńskiego, próżne miejsca oznaczone punktami. Oprócz tego zmienione zostały tu następne wyrazy. Str. 624, wiersz 8 od g. u R. entstehet, *zmienione na* entstehen. *Wiersz 9 od g. u R.* Wenzislaus, *zmienione na* Warzislaus. *Wiersz 9 od g. u R.* Stadt in, *zmienione na* Stetin. *Wiersz 10 od g. u R.* Staaten, *zmienione na* Stäten. *Wiersz 16 od g. u R.* und, *zmienione na* an(ohne). *Str. 626, wiersz 9 od g. u R.* einem, *zmienione na* einen. *Wiersz 11, u R.* Städte, *zmienione na* stete. Veste, *na* veste. *Wiersz 9 od d. u R. próżne miejsca dopełnione przez* Spithco *i* Sandzivoy.

Nr. 1902.

Marinus dyaconus cardinal. etc. 1390 Iul. 11, Reate; Dobrogostio episcopo Poznaniensi mandat, ut cum Nicolao Strosberg praeposito Gneznensi de solvendis fructibus benigne agat.

Perg. oryg., u którego na jednym skrawku, przez jedno wcięcie poprzeczne w dolnym założonym brzegu przewleczonym, dwie cienkie pieczęcie przywieszono, obecnie pokruszone. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 238. — Theiner. Monumenta histor. Poloniae I, 1033.

Marinus miseracione divina sancte Marie nove dyaconus cardinalis, domini Pape camerarius, reverendo in Christo patri, domino Dobrogostio episcopo Poznaniensi,

fructuum camere apostolice in provincia Gneznensi et nonnullis aliis partibus regni Polonie debitorum collectori, salutem in Domino et presentibus fidem indubiam adhibere. Nuper nobis venerabilis vir dominus Nicolaus Strosberg prepositus ecclesie Gneznensis exposuit, quod vos et vestri commissarii, vigore quarumdam litterarum nostrarum nomine camere apostolice quosdam fructus, redditus et proventus, ac quamdam villam vocatam Scarmiricz ad dictam suam preposituram spectantem, pluribus annis in deductionem cuiusdam debiti, videlicet duorum milium florenorum, in quibus ipsa prepositura ex persona quondam Nicolai de Campa remanserat camere apostolice onerata, tenuistis et tenetis, et quod sibi per huiusmodi vestram tenutam magnum preiudicium generatur, quominus possessionem totalem eiusdem prepositure posset adipisci: quapropter pro parte ipsius domini Nicolai prepositi fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus sibi super premissis de remedio oportuno providere dignaremur. Nos volentes cum eodem domino Nicolao preposito benigne agere in eisdem et providere eciam indempnitati camere antedicte, vobis committimus et mandamus, quatenus presentibus receptis, per vos vel alium seu alios, vocatis ad hoc vocandis, cum prefato domino Nicolao aut eius legitimo procuratore computum et racionem de omnibus et singulis per vos et dictos vestros commissarios de fructibus dicte prepositure perceptis ponatis et faciatis, et nos ac gentes dicte camere quantocius, tam de eo quod vos aut dictos vestros commissarios de dictis fructibus percepisse constiterit, quam eciam de residuo dictorum florenorum, videlicet duorum milium, in quo prefatus dominus Nicolaus prepositus obligatus remanserit, certificare per vestras patentes litteras studeatis; notificantes vobis harum serie: quod nos dicto domino Nicolao Strosberg preposito, ad solvendum huiusmodi residuum dictorum duorum milium florenorum, dilacionem duorum annorum, a die adepte possessionis per eum de prepositura predicta vel maioris partis bonorum ipsius, concessimus et presentibus sub hoc modo concedimus, quod mediam partem eiusdem residui in fine primi anni, et reliquam partem in fine alterius anni proximi sequentis vobis vel alteri in partibus super hoc mandatum habenti solvere tenebitur indilate: pro quibus omnibus et singulis observandis, prefatus dominus Nicolaus prepositus se et bona sua mobilia et immobilia, et dictam suam preposituram ceteraque sua beneficia dicte camere obligavit. Volumus autem, quod post et contra dictam nostram ordinacionem super premissis, prefatum dominum Nicolaum prepositum in possessione dicte sue prepositure vel alicuius partis eiusdem minime perturbetis seu perturbari per quempiam faciatis; sed ipsum dominum Nicolaum dicta sua prepositura et eius possessione cum omnibus et singulis suis fructibus, redditibus et proventibus libere et pacifice tamdiu gaudere permittatis, donec a nobis aliud receperitis in mandatis. In quorum testimonium, presentes litteras fieri et sigilli nostri camerariatus officii iussimus appensione muniri. Datum Reate anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, die undecima mensis Iulii, Indictione tercia decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et nostri domini Bonifatii divina providencia Pape VIIII anno primo.

Scarmiricz, *Skalmierzyce.* Campa, *Kępa.*

Nr. 1903.

Albertus archidiaconus n. n. in spiritualibus Poznaniens. ecclesie vicarius general. 1390 Iul. 16, Poznanie; Henrico altaristae ecclesiae Poznaniensis decimas de araturis kmetonum in villis Biechowo et Osowo, Nicolao vero plebano de Biechowo decimas de araturis heredum villarum praedictarum adiudicat.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1624—27.

In nomine Domini amen. Nos Albertus archidiaconus nec non in spiritualibus Poznaniensis ecclesie vicarius generalis, notum facimus quibus expedit universis presentes litteras seu hoc presens instrumentum publicum inspecturis, quod cum in causa, que coram nobis inter discretos viros dominos Henricum Gregorii de Poznania altaristam ecclesie Poznaniensis, actorem, ex una, et Nicolaum rectorem ecclesie parrochialis in Bechovo Poznaniensis diocesis de et super decima campestri in Ossovo et eius occasione, reum parte ex altera vertitur seu verti sperabatur, orta fuisset materia questionis, pro parte dicti domini Henrici verbotenus extitit propositum coram nobis asserendo, predictam decimam campestrem in Ossovo post araturas kmethonum ad se et ad altare suum predictum, quod obtinere noscitur in ecclesia Poznaniensi, a primeva locacione hereditatis et fundacione altaris spectare et eciam pertinere de iure: dictusque dominus Nicolaus plebanus in Bechovo ex adverso asseruit, eandem decimam in Ossovo non ad dictum dominum Henricum nec ad suum altare, sed ad se et ad suam ecclesiam in Behovo ab antiquo pertinere: tandem eedem partes in causa sine strepitu et figura iudicii de consensu et voluntate partis utriusque procedere cupientes laboribusque sumptibus et fatigiis (sic) parcere volentes, dictus dominus Nicolaus plebanus in Bechovo se promptum obtulit dictam decimam in Ossovo dimissurum quam occupaverat, dumtaxat, quod si dominus Henricus altarista Poznaniensis per aliquod privilegium seu aliquas firmitates posset sufficienter docere et approbare, utrum dicta decima in Ossovo ad ipsum et ad suum altare predictum pertineat de iure? mox et incontinenti prefatus dominus Henricus altarista Poznaniensis quoddam privilegium ipsius reverendi in Christo patris et domini, domini Iohannis Dolive pie recordacionis episcopi Poznaniensis sigillo subappendenti, sanum, salvum et illesum omnique prorsus vicio et suspicione carentem, de et super decimis campestribus et censibus in Babyno et Bechovo et in Ossovo altaris sui predicti exhibuit coram nobis, contra quod dominus Nicolaus plebanus in Bechovo nichil penitus allegavit. Nos igitur Albertus archidiaconus pro tribunali sedentes, intellectis et auditis racionibus et allegacionibus utriusque que ipse partes coram nobis dicere et allegare voluerunt, et quia invenimus ex tenore privilegii coram nobis exhibiti eandem decimam in Ossovo ad dictum dominum Henricum et ad altare suum spectare et pertinere, ob hoc dictam decimam in Ossovo eidem domino Henrico nomine sui altaris et suis successoribus adiudicavimus et presentibus adiudicamus, prefato domino Nicolao plebano in Bechovo et suis successoribus in dicta decima perpetuum silencium imponentes; pronunciamusque eciam et declaramus: quod ubicunque et quandocunque in allodiis heredum tam in Bechovo quam in Ossovo aratrum seu aratura kmethonis vel kmethonum procedit aut procedunt, excolit vel excolunt in agris predictorum allodiorum, et si dicti kmethones cum propriis frumentis seminaverint, de quinto manipulo heredi recipiendo, ibi in eisdem agris allodii non pleba-

nus in Bechovo, sed dominus Henricus altarista Poznaniensis nomine altaris et sui successores decimam predictam recipere habebunt. Sed post araturas heredum tam in Bechovo quam in Ossovo seu de seminibus ipsorum, ibi plebanus vel cui dare voluerit, duntaxat ad suam parrochiam, recipere decimam habebunt. Harum igitur testimonio litterarum presentes litteras per Nicolaum de Gvasdovo, notarium publicum scribamque nostrum infrascriptum, in forma publici documenti ad instantem peticionem dicti domini Henrici altariste Poznaniensis scribi et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Actum et datum Poznanie in gradibus ante ecclesiam beatissime Marie virginis in Summo Poznaniensi, sub anno Domini M.CCC nonagesimo, Indiccione tredecima, die XVI mensis Iulii, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Bonifacii digna Dei providencia Pape noni anno primo, hora sexta vel quasi, presentibus discretis viris, domino Iohanne vicedecano, Preczlao vicecustode, vicariis et altaristis ecclesie Poznaniensis, et aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Bechovo, *Biechowo.* Ossovo, *Osowo.* Babyno, *Babin.* Gvasdovo, *Gwiazdowo.*

Nr. 1904.

Cristinus de Ostrovo et ceteri fideiussores 1390 Aug. 28, in Nowa civitate alias Korczyn; Lewconi Iudaeo Cracoviensi pro debito regis Wladislai 500 marcarum fideiubent.

Pergam. orygin., u którego na trzech paskach pergamin. trzy pieczęcie przywieszono. 1sza przedstawia godło rodu Rawitów; napis zatarty. 2ga godło rodu Jelitczyków; napis zatarty. 3cia znikła.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 239.

Nos Cristinus de Ostrovo magister curie preclare principis domine.. regine Polonie, Clemens castellanus Czechoviensis et Nicolaus Wanczobkr recognoscimus per presentes, nos pro domino nostro rege Polonie fideiussisse et fideiussoria caucione astrictos esse in quingentis marcis Lewconi Iudeo Cracoviensi, pro quibus illustris princeps dominus Ladislaus dux Opoliensis eidem Lewconi suas litteras obligaverat, quas quidem quingentas marcas, a festo Nativitatis Christi ad revolucionem eiusdem Nativitatis Christi continue sequentem, dare et solvere promittimus et spondemus per presentes. Quodsi dictas quingentas marcas memorato Lewconi aut suis pueris in termino Nativitatis Christi supradicto non solveremus, extunc ad usuram exsolvendam pretextu dictarum quingentarum marcarum, de qualibet marca et qualibet septimana medium grossum, nos subicimus et volumus obligari Lewconi supradicto. Et dum per ipsum Lewconem aut suos pueros moniti fuerimus pro dictis quingentis marcis et usuris inde provenientibus, ipsas sibi vel suis liberis solvere promittimus. Huius autem nostre littere, sine littera domini nostri regis predicti Lewconi dicto super quingentis marcis memoratis concessa, nullum robur volumus optinere. In cuius rei testimonium, sigilla presentibus sunt appensa. Datum in Nowa civitate alias Korczyn ipso die beati Augustini episcopi, anno Domini M.CCC.XC.

Ostrovo, *Ostrów.* Czechoviensis, *de Czchów.*

Nr. 1905.

Warcislaus dux Stetinens. etc. 1390 Nov. 2, in Pysdri; nomine suo et Boguslai et Barnyni fratrum suorum regno Poloniae iuramentum homagiale fidelitatis praestat, auxilium quoque Ordini Cruciferorum se recusaturum, et, recepto a rege Wladislao castro et terra de Bydgoszcz, castrum Nakło regno praedicto se restituturum spondet.

Pergam. orygin., w którego dolnym szeroko założonym brzegu cztery dziurki od przywieszenia jednéj pieczęci wykrojone.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 517.

Nos Warcislaus Dei gracia dux Stetinensis, Pomeranie, Cassubie, Slavie Rugieque princeps, recognoscimus nos fecisse ac tenore presencium facimus homagiale et fidelitatis iuramentum inclito principi et domino, domino Wladislao regi et regno ac corone Polonie; similiter frater noster Bogusslaus facere tenetur, simili modo tercius frater noster Barnyn, si ad sacros ordines promotus non fuerit, facere debet et tenetur, pro quo nos Warcislaus predictus promitimus, et frater noster Boguslaus veniens homagium facere debet et pro fratre Barnyn promittere debet. Eciam promittimus eidem domino regi et regno Polonie omnem assistenciam, iuvamina, consilia, auxilia et favores corpore et rebus inpendere cum effectu, contra et adversus magistrum qui pro tempore fuerit et Ordinem Cruciferorum domus Theutunicze de Prussia; nec umquam volumus aliquam concordiam vel treugas pacis inire cum eodem magistro et Ordine predictis, contra vel preter scienciam et voluntatem domini regis et regni Polonie predictorum. Item promittimus, quod iuxta posse nostrum non permittemus nec permittere volumus gentes armorum cuiuscumque nacionis per passus, loca, castra, civitates et dominia nostra pertransire in subsidium Cruciferorum, magistri et Ordinis, et in nocimentum et dampnum domini regis et regni Polonie predictorum; nec eidem magistro et Ordini predictis qui pro tempore fuerit prestabimus nec prestare volumus auxilia, consilia et favores, contra predictum dominum regem et regnum Polonie predictum. Eciam, si contigerit de nostris subditis aliquem arrestare vel captivare de venientibus in subsidium predictorum magistri et Ordinis et in dampnum domini regis et regni Polonie predictorum, istud non erit contra nos, nec pro malo habere volumus eidem. Eciam, si aliqui essent in terra nostra vel in quacumque parte, qui predicto domino nostro regi et regno Polonie vellent contrariari, hoc contra nos esse debet. Promittimus insuper eidem domino regi et regno Polonie predictis, quod postquam ipse dominus noster rex dederit nobis castrum Bidgoscza, alias Bramborg, cum opido et terra, prout in suis limitibus ab antiquo sunt distincta, extunc restituemus sibi et regno Polonie predicto, aut cui ipse dominus rex mandaverit, castrum Nakel cum omnibus suis pertinenciis, occasione et dilacione quibuslibet proculmotis; hominesque et terrigenas Naklenses, quos pronunc habemus loco pignoris, in eorum iuribus tenebimus et fovebimus, sicut eos invenimus et prout tenti fuerunt tempore ab antiquo; nec capitaneum preficiemus in dicto Nakel, nisi terrigenam regni Polonie memorati. Per has autem literas nostras, aliis nostris litteris dicto domino nostro regi et regno Polonie per nos prius datis, nolumus in aliquo derogare. Et hec omnia et singula suprascripta, bona fide sine dolo et fraude cum fratribus nostris predictis promittimus effectualiter adimplere, ad que premissa et

quodlibet premissorum, nos heredes et successores nostros presentibus astringimus striccius obligando. In quorum omnium testimonium premissorum et evidenciam pleniorem, presentem literam sigilli nostri munimine ex certa nostra sciencia iussimus roborari. Datum et actum in Pysdri feria quarta proxima post diem Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, presentibus nobilibus viris, dominis Sandzivogio palatino Kalisiensi et capitaneo Maioris Polonie generali, Sandzivogio Gneznensi, Domeratho Poznaniensi, Vincencio Naklensi castellanis, Drogossio iudice Cracoviensi, Ludolpho de Maschow, Mathia de Raczyn, Theodrico de Born, Heningo de Wedel, Ekardo de Wolde, Maczkone de Bork, aliisque multis fidedignis testibus ad premissa.

Nakel, *Nakło.* Maschow, *Maszków.* Raczyn, *Raczyn.* Born, Wedell, Waldow, Borek, *nazwiska familijne Pomorskie.*

Nr. 1906.

Laskarius heres de Kozarzewo 1390 Nov. 12, s. l.; Iacobo molendinatori molendinum in Koszuty in tertia metreta vendit.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin., z którego pieczęć znikła.

Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Cunctorum perit factorum memoria, nisi scripturis publicis simul testibus fidedignis talia roborantur. Hinc est quod ego Laskarius heres de Kozarzewo tam presentibus quam futuris publice fateor, quod vendidi in tercia metreta molendinum in Coschuti perpetue possidendum Iacobo molendinatori et sue legittime conthorali nomine Elizabhet, nec non eorum natis ac nascendis pueris pariter successoribus proximis, in oportunitate temporis ad vendendum; tali condicione interposita, quod predictus Laskarius ad quemlibet laborem dicti molendini debet dare duos denarios, Iacobus molendinator vero tercium denarium ad ipsorum utilitatem. Insuper Iacobus molendinator duos porcos foveat predicto Laskario et sibi tercium; si vero Laskarius quatuor porcos foveat (sic), tunc sibi duos amborum de proventu. Demum, quidquid de porcis, ovibus, vaccis, equis sepedictus Iacobus habere poterit, fructu proprio nutriat domini Laskarii sine dampno. In cuius rei testimonium, sigillum meum de sciencia certa presentibus est appensum coram hiis sagacibus et probis hominibus: Nicolao, Trutwino, Kunce institori (sic), Rudolfo viceadvocato, Petro Klinker, Iohanni filio Pauli de Chotuna et Andrea plebano de Cenino, et aliis quam plurimis fidedignis. Datum et actum proximo sabbato post festum beati Martini confessoris, sub anno Incarnacionis Domini millesimo tricentesimo nonagesimo, per manus Petri de Cosczan.

Kozarzewo, *Kozarzewo.* Coschuti, *Koszuty.* Chotuna, *Kotunia.* Cenino, *Cienin kościelny.* Cosczan, *Kościan.* *Rzecz działa się prawdopodobnie w m. Słupca.*

Nr. 1907.

Sandivogius palatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1390 Nov. 27, in Pysdri; protestatur, Swanthoslawam heredem de Staw, tertiam partem praedictae hereditatis Dobrogostio episcopo Poznaniensi vendidisse.
Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 189.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sandivogius palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, quod ad nostram ceterorumque terre nobilium veniens presenciam nobilis domina Swanthoslawa, heres de Staw, non compulsa, non coacta nec aliquo errore devio seducta, sed deliberacione sufficienti ac maturo consilio suorum fratrum et amicorum diligenter prehabitis, terciam partem eiusdem ville et hereditatis Staw ad ipsam iure hereditario et proprietatis spectantem, in districtu Pisdrensi situatam, reverendissimo in Christo patri ac domino, domino Dobrogostio episcopo Poznaniensi et suis successoribus legittimis pro duodecim marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri, quadraginta octo marcam facienciam, vendidit et coram nobis simpliciter vendicionis tytulo ad perpetua tempora rite et racionabiliter resignavit, cum omnibus censibus, fructibus, redditibus, agris, pratis, campis, silvis, virgultis, stangnis, paludibus, piscinis, fluviis, aquis et earum decursibus, ac aliis omnibus et singulis utilitatibus in prefata tercia parte prenarrata ville Staw pronunc existentibus et que per iam dictum dominum episcopum aut eius successores adinveniri poterint quomodolibet in futuro, prout dicta tercia pars in suis limitibus et metis existit circumferencialiter distincta, et prout dicta domina Swanthoslawa vera et legittima heres existens hactenus noscebatur possedisse, et generaliter cum omni iure, dominio ac obvencionibus universis, nichil pro se iuris in eadem penitus reservando, per prememoratum dominum episcopum et ipsius successores legittimos possidendam, tenendam, habendam, commutandam, vendendam et in usus proprios convertendam prout sibi suisque successoribus melius videbitur expedire. Quas quidem vendicionem et resignacionem perpetuas, sic coram nobis ut premittitur legittime factas, ratas et gratas habentes, ipsas tenore presencium approbamus. In quorum omnium et singulorum testimonium et evidenciam pleniorem, presentem litteram nostri sigilli munimine ex certa nostra scientia fecimus communiri. Actum et datum in Pysdri dominico die Ad te levavi, anno Domini **m.ccc** nonagesimo, presentibus dominis Swanthoslao castellano, Nicolao iudice Kalisiensibus, Zawissa de Vrzesna, Ianussio Furman, Henrico de Zymnawoda, Sandivogio de Urzazovo, et aliis.

Staw, *Staw.* Vrzesna, *Września.* Furman, *przydomek familji rodu Doliwczyków z Zaniemyśla, Miłosławia i Wrześni.* Zymnawoda, *Zimnawoda.* Urzazovo, *Uzarzewo.*

Nr. 1908.

(Conrad v. Wallenrod, Grosskomthur d. Deutschen Ord.) 1390 Dec. 10, zcur Mewe; antwortet auf ein Schreiben des Raths der Stadt Frankfurt, dass die durch den König von Polen und die Herzöge von Pommern neulich vereinbarte Handels Strasse das Ordensgebiet nirgends berühre, er daher gegen die Vorgenannten nicht remonstriren könne; sollte es sich indessen anders erweisen lassen, dann wolle er ihnen schreiben, was der Orden etwa dagegen zu unternehmen gedenke. Cnfr. Nr. 1901.

Königsberg. Königl. Staats Arch. Hochmeister Reg. Nr. 1, p. 76. — Voigt. Cod. diplomatic. Prussic. IV, Nr. 86.

Consulibus in Frankenfurt.

Erbaren, liben, besundern Frunde, ewern Briff, uns nuwlichst by ewerm Boten desem Brifczeiger gesant, haben wir wol vornomen und liplich entphangen, in deme wir geschriben vinden: wy das der Konig von Polan mit seinen Steten, mit den Herczogen von Stetyn, vom Sonde und iren Steten obir ein komen sein und haben nuwe Strasen gemacht von Polan und durch Polan bis ken Stetyn, und ouch wie das sie meinen zcu Wasser dy Warte uff und nedir zcu farn vor Landisberg, und dy Waginfart vor Drysen uff und nedir und wo sie mogen, das doch von Aldirs ny gewest ist bis her, und wie das dieselben Strasen des irluchten Fursten unsers Herren Marggrafen Iost Landen und ouch den unsern grosen Schaden brengin und tun, als wol zcu merken ist. Do antwurten wir also uff: Frunde allirbesten, wisset, das wir [die] Ewern bis her vorczogin haben mit der Antwurt durch des willen, das wir Lüte bebot haben den is kundig ist, und mit in do von gesprochin; also das wir undirricht sein, das die vorgenanten Strasen beide, zcu Wasser und zcu Lande, wol uff XII Mile ader uff X von Schivelbein gen und unsir Land nirgen ruren noch dor in geen, dorumb so haben wirs swer zcu weren. Ouch sin wir wol undirricht, das die selben Strasen geen mussen mitten durch unsirs gnedigen Herren Herczogen Iohann Land von Gorlicz, durch die Nuwe Marke, und sundirlich zcu Schiffe dy Warte neder bis in die Oder, und vort dy Oder nedir bis zcu Kostrin durch die Brukke, dannen vort bis zcu Odirsberg ouch durch die Brukke, also das wir merken, das sie unsir Herre der Herczog und die Seinen wol weren mogen ab sie wellen. Hirumb Frunde allirlibesten, so tun wir ewer Erbarkeit zcu wissen, das wir euch zcu desir Czeit nicht andirs doruff wissen zcu antwurten noch zcu schriben, wen uns die Sachin fremde sein und die Land unkundig: is were denne, das ir adir ymand andirs uns der Sachin andirs undirrichten welde adir undirrichtete; und were das wir andirs undirricht wurden, also das wir mit Eren adir mit Rechte icht dorczu getun mochten, ane Vordechtnis unsers Herren Herczogen Iohann von Gorlicz und der Seinen, und wenne uns das zcu wissen wurde, und wir des undirricht wurden, dornoch welden wir gerne doruff gedenken und ewir Liebe ein Antwurt schriben, was der Orden dorczu getun mochte adir nicht, do mite gebiet zcu uns. Solde wir icht tun euch zcu Libe und zcu Fruntschaft, das welde wir gerne tun. Gegeben zcur Mewe am Sonobend vor Lucie (1390) (*sic*).

Stetyn, *Szczecin.* Warte, *rz. Warta.* Landisberg, *Landsberg n./W.* Drysen, *Drzeń, później Drezdenko.* Schivelbein, *Schivelbein.* Gorlicz, *Zgorzelice.* Kostrin, *Kościerzyn.* Odirsberg, *Oderberg w Marchii Brand.*

Nr. 1909.

Czeslaus Bonin heres de Gelen capitaneus Naklens. 1391 Iun. 24, in Nakel; una cum ceteris arbitris monasterium de Byszewo cum Laurentio dicto Proszanthcovicz ratione cuiusdam molendini concordat.

Pergam. orygin. Skrawek pergamin. od przywieszenia jednéj pieczęci.

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 134.

Noverint universi quibus expedit presentem litteram inspecturi et audituri, quod nos Czeslaus Bonin heres de Gelen capitaneus Naklensis, Dobeslaus Runga, Nemszczon, Nicolaus Zegarz heres de Balovesze et Georgius plebanus de Sabarthovo, presentibus testamur publice recognoscentes: nam nos reverendissimum virum dominum Andream abbatem Bissoviensem et totum conventum hicidem, cum Laurencio dicto Proszanthcovicz et ipsius uxorem (sic), pro molendino quod inter Scarbevo et Boszcovo existit concordavimus divina gracia suffragante, tali condicione et concordacione: quidcunque Laurencius Proszanthcovicz predictus, molendino pro predicto, claustro Bissoviensi, toto (sic) conventui et ipsorum hominum (sic) combustione ac cremacione fecit, et alio malo opere et facto, debet esse mortuum et esse in vanum et vacuum ac quietum perpetualiter, quod nullus inter ipsos debet pro eodem recordare et dicere. Etiam quum uxor Laurencii predicti sana fiet, debet domino abbati predicto et toto (sic) conventui molendinum predictum resignare in Bissovia, quod nullus successor post Laurencium predictum et post ipsius uxorem, videlicet pueri et cognati eorum, debent molendinum propter predictum dicere et impedire. Ceterum dominus abbas predictus cum toto conventu, Laurencio predicto pro domino Arnoldo Waldow, pro domino Wilczkone de Lossow, pro domino Orlicone Drosdow, de Roszczimino heredibus, et pro suis hominibus hactenus debet promittere sine omni dolo falsitatis, quod debet esse securus ad omnes partes pro eodem. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum Czeslai capitanei Naklensis predicti est appensum. Datum in Nakel die beati Iohannis Baptiste, anno Domini **m.ccc.** nonagesimo primo.

Gelen, *Jeleniec.* Runga, *przydomek familji rodu Odrowążów, powstały od wsi Runowo.* Balovesze, *Białowieża.* Sabarthovo, *Zabartów.* Bissoviensis, *de Byszewo.* Scarbevo, *Skarbiewo.* Boszcovo, *Buszkowo.* Waldow, *Wałdowo.* Lossow, *dziś Losburg przyległe wsi Wałdowo, gdzie według Jana z Czarnkowa Arnold z Wałdowa postawił gródek.* Orlico, *heres de Orle.* Drosdow, *Drozdow.* Roszczimino, *Rościmin.* Nakel, *Nakło.*

Nr. 1910.

Iacussius dapifer heres de Mlini 1391 Iun. 29, s. l.; cum Czadrone de Ujazd, privigno suo, causam pecuniarum sibi ab eodem debitarum componit.

Pergam. orygin., u którego na skrawku pergaminow. wisi ułamek pieczątki bez wycisku.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 240.

In nomine Domini amen. Noverint quibus expedit universi, quod nos Iacussius dapifer heres de Mlini, non compulsus nec coactus, sed motus nostra propria

voluntate, privigno nostro domino Czadroni heredi de Vyastd et suis liberis sive successoribus legitimis dedi et defalcavi quinquaginta marcas de pecuniis nostris, quas habemus et habuimus super hereditate eius Coszmirzow, hoc est centum septuaginta marcas. Item residuitatem pecuniarum nostrarum quas tenetur nobis predictus Czader, CXX marcas, post mortem nostram sive liberi eius quicunque dabunt liberis nostris sive successoribus legitimis; et tunc liberi nostri debent conscendere et obligacionem dare in sepedictam villam Coszmirow, omni dilacione et ocasione proculmota. Insuper deliberavimus et deliberamus per presentem litteram et appensionem sigilli nostri, ut post mortem nostram sepedictum Czadronem et liberos eius, nulla prolixitate sive retardacione liberi nostri pro sepedicta hereditate Cosmirzow quovis modo evadant, sed statim amicabiliter et honeste conscendant. Datum et actum presentibus et ydoneis et discretis viris, domino Dobeslao castellano Cracoviensi, domino Cresslao castellano Sandecensi, Dominico Conarski herede de Grodzina et aliis quam plurimis fidedignis, sub anno Domini M.CCC. nonagesimo primo, in die apostolorum Petri et Pauli. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum.

Mlini, *zapewne Młyny, nie odgadnione, które z pomiędzy licznych wsi tegoż nazwiska w województwie Krakowskiem i Sandomierskiem, może Młyny p. m. Pinczów. Jakób tu wspomniany był bratem Dobiesława kasztelana Krakowskiego; cnfr. Piekosiński, Cod. diplomatic. Minor. Polon.* Vyastd, *zapewne Ujazd p. m. Iwaniska, w wojew. Sandomiersk.* Coszmirzow, *pewnie Koćmirzów p. m. Sandomierz.* Sandecensis, *de Sącz.* Conarski, *pewnie de Konary p. m. Iwaniska.* Grodzina, *nie odgadnione.*

Nr. 1911.

Conradus dux Slezie etc. 1391 Aug. 7, in opido Melicz; cum nuntiis Wladislai regis Poloniae treugas pacis init, inter possessiones suas et Henrici ducis de Głogów parte ex una, et regnum praedictum parte ex altera usque ad diem 11 Novembris duraturas, promittitque, earum infractores ad resarciendum damna quaecunque per ipsos illata passis fore astrictos.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.
Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 59.

Nos Conradus Dei gracia dux Slezie, dominus Olsniczensis et Koslensis, notum facimus presentibus universis nostras literas inspecturis, quod ex parte serenissimi principis ac domini, domini Wladislay regis Polonie Lythwanieque principis supremi et heredis Russie, domini nostri graciosi, reverendus in Christo pater dominus Dobrogostius episcopus Poznaniensis et nobilis dominus Sandziwogius capitaneus Maioris Polonie et palatinus Kalisiensis, fautores nostri dilecti, nobiscum fecerunt, firmaverunt et tractaverunt: quod servari debeant fixe et firme pacis treuge de omnibus nostris fortaliciis, terris, incolis, hospitibus, advenis, et aliis quibuscumque in nostro dominio existentibus. Et predicte treuge durare debeant infra hinc et festum beati Martini nunc proxime venturum inter predictum regnum Polonie ex parte una, et nostras ac illustris principis domini Heinrici mediocris, ducis Glogovie et Stynavie, patrui nostri, terras et dominia ex parte altera, et has pacis treugas promittimus servare sine dolo; et singulariter, quod si aliquis de nostris predictas pacis treugas

fregerit et scienter, tunc volumus, quod nostri capitanei absque omni impedimento et sine mora, illum fractorem pacis, si haberi poterit, ad mortem iudicare teneantur, et ipsi capitanei, si dicti fractores fugitivi fuerint de eorum bonis mobilibus et inmobilibus se intromittere debeant; ita, quod illi, quibus dampna illata existant, in dictis bonis sua dampna recuperare valeant atque possint, sub tamen protectione capitaneorum nostrorum predictorum. Preterea eciam predicti domini episcopus et capitaneus nobiscum unum certum terminum pro parte utrarumque terrarum assumpserunt, videlicet quatuordecim dierum post diem sancti Michaelis proxime nunc venturum, pro dampnis hominum ipsarum parcium in vere pacis treugis illatis, pro eo, quod cognosci et audiri debeant, qui huiusmodi pacis treugas fregerunt, et ita, quod hii refundere debeant huiusmodi dampna passis. Et ipse terminus debet servari coram ipso domino rege predicto in civitate Kalis; et si idem dominus rex ibidem in ipso termino non fuerit constitutus, tunc ipsius capitanei hoc nobis debebunt intimare, et tunc ipse terminus servari debebit in provinciis inter civitatem Goram et civitatem Ponitz. Ceterum omnes et singuli capti pro utraque parte terrarum qui non sunt depactati, et si sint depactati et non solverunt, non debeant moneri, sed pace frui usque ad prefatum diem sancti Martini, omni fraude et dolo semotis; ita tamen, quod si predicta depactacio aliis in quamcunque solucionem fuisset deputata, hoc sortiri debet suum effectum. Insuper promittimus bona fide, omnia et singula cappetula suprascripta firmiter observare. Et in maiorem evidenciam predicte treugarum pacis, presentem nostram litteram sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum et actum in opido Melicz Wratislaviensis dyocesis, die beati Donati martiris, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo.

Olsniczensis, *de Oleśnica.* Koslensis, *de Koźle.* Stynavia, *Ścieniawa, z niem. Steinau.* Gora, *z niem. Guhrau.* Ponitz, *Poniec.* Melicz, *Milicz.*

Nr. 1912.

P. episcopus Tropiensis 1391 Aug. 27, Wratislavie; Wladislao regi scribit petitque, ut Dobrogostium episcopum Poznaniensem in executione iurium camerae apostolicae in regno Poloniae protegat.

Karta papieru orygin. bez śladu pieczęci. Na końcu textu, w prawym rogu, podpis wystawiającego pismo biskupa.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 241.

Gloriosissime et Christianissime princeps. Debita recommendacione premissa, vestre serenitati presentibus patefiat, sanctissimum in Christo patrem et dominum, dominum Bonifacium sancte Romane ac universalis Ecclesie Papam VIIII, patrem vestrum, me misisse pro certis factis arduis, tangentibus sancte Romane ecclesie et sacri imperii statum prosperum et felicem, ad invictissimum dominum, dominum Wenceslaum Romanorum et Boemie regem. Leta mente vestram advenissem presenciam vos visurus et reverenciam debitam prestiturus; sed evi carencia me retraxit, eciam vestra longinqua absencia personalis. Prefatus sanctissimus dominus noster Papa didicit ab experto, quod eciam magistra rerum experiencia manifestat in patulo, serenitatem vestram in omnibus spectantibus ad sanctam Romanam ecclesiam, sponsam

suam, se exhibere obsequiosam et effectualiter graciosam, non immerito vos reputat suum filium cordialem. Hinc est serenissime princeps, quod memoratus dominus noster Papa noviter, pro certis iuribus apostolicam cameram concernentibus in regno vestro Polonie, presertim in ecclesia Gneznensi, transmisit reverendo patri domino Dobrogostio Poznaniensi episcopo, suo consiliario dignissimo et fideli, bullam suam pro dictis iuribus nanciscendis, ut vestra regia preclara maiestas in ipsa bulla poterit legi facere ac eciam intueri. Dignemini igitur in prosequcione ipsius dictum dominum episcopum more vestro benigno et favore orthodoxe fidei preconcepto suscipere commendatum, et taliter in materia regium auxilium impartiri, quod in exequcione dictorum iurium suum apostolica camera assequatur, et memoratus dominus noster Papa ultra solidum (sic) serenitati vestre reddatur in suis peticionibus graciosus. Me vestre regie maiestati devotissime recommendo, eo maxime, cum in certis ecclesiis regni vestri procurationes pro meis expensis imposui auctoritate apostolica exigendas. Scripta Wratislavie XXVII Augusti, XIIII Indiccione.

P. episcopus Tropiensis, domini nostri Pape referendarius, apostolice Sedis nuncius.

Nr. 1913.

Conradus secund. dux Slezie etc. 1391 Oct. 18, in castro Holstein; treugas pacis una cum aliis ducibus Silesiae nuper ad diem 11 Novembris a. cr. cum Wladislao rege Poloniae initas, ad diem 2 Iunii a. 1392 prolongat. Cnfr. Nr. 1911.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona okrągła pieczęć przedstawia tarcz trójkątną z wyobrażeniem Orła rozpostartego; obok tejże po lewéj stronie hełm zawarty, ustrojony ogonem pawim, na którym takiż Orzeł. Napis zatarty.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 40.

Nos Conradus secundus, Dei gracia dux Slezie, dominus Olsniczensis et Koslensis, notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod reverendus in Christo pater dominus Dobrogostius episcopus Posnaniensis et nobilis dominus Sandzivogius capitaneus Maioris Polonie et palatinus Kalisiensis, ex parte serenissimi principis et domini, domini Wladislai regis Polonie Lytwanieque principis supremi et heredis Russie, nobiscum fecerunt, firmaverunt et tractaverunt: quod servari debeant fixe et firme pacis treuge de omnibus nostris fortaliciis, terris, incolis, hospitibus, adveniis (sic) et aliis quibuscumque in terris nostris existentibus. Et predicte treuge durare debeant infra hinc et festum Penthecosten nunc proxime venturum inter predictum dominum regem et totale regno (sic) Polonie ex parte una, et illustris principis ducis Heinrici mediocris, domini Glogovie et Stynavie, et nostras terras et dominia ex parte altera, et has pacis treugas promittimus servare sine dolo; et singulariter, quod si aliquis de nostris terrigenis predictas pacis treugas fregerit et scienter, tunc volumus, quod nostri capitanei absque omni impedimento et sine mora illum fractorem pacis, si haberi poterit, ad mortem iudicare teneantur, et ipsi capitanei, si dicti fractores fugitivi fuerint, de eorum bonis mobilibus et inmobilibus se intromittere debeant; ita, quod illi quibus dampna illata existant, in dictis bonis sua dampna recuperare valeant atque possint, sub tamen protectione capitaneorum nostrorum predictorum. Preterea nos cum predictis dominis episcopo et Sandziwogio unum cer-

tum terminum competentem, dictis pacis treugarum (sic) pendentibus cum memorato domino rege Polonie, recipiemus hinc inde ex utraque parte pro dampnis hominum ipsarum parcium in vere pacis treugis illatis, pro eo, quod cognosci et audiri debeant, qui huiusmodi pacis treugas fregerunt, et ita, quod hii refundere debeant huiusmodi dampna passis. Et ipse terminus debet servari coram dicto domino rege in civitate Kalis; et si ibi in ipso termino prefatus dominus rex non fuerit constitutus, tunc ipsius capitanei predicti dicto domino duci Henrico et nobis intimare hoc idem debeant, tunc ipse terminus servari debeat in greniciis inter civitatem Goram et civitatem Ponicz. Ceterum omnes et singuli captivi pro utraque parte terrarum qui non sunt depactati, et si sint depactati et non solverunt, non debeant moneri, sed pace frui usque ad prefatam diem Penthecosten, omni fraude et dolo semotis; ita tamen, quod si predicta depactacio aliis in quamcunque solutionem deputata fuisset, hoc debet sortiri suum effectum. Insuper promittimus bona fide, omnia et singula capetula superscripta firmiter observare. Et in maiorem evidenciam predictarum treugarum pacis, presentem nostram literam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum et actum in castro Holstein ipso die beati Luce evangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo.

Olsniczensis, *de Oleśnica.* Koslensis, *de Koźle.* Stynavia, *Ścieniawa, z niem. Steinau.* Gora, *z niem. Guhrau.* Ponicz, *Poniec.* Holstein, *Hohlstein.*

Nr. 1914.

Peregrinus heres olim de Parvo Lagowco 1391 Nov. 10, in monasterio Lubinensi; una cum sua conthorali et filiis partem hereditatis Łagówko monasterio de Lubin confert.

Pergam. orygin. Skrawki pergam. od przywieszenia trzech pieczęci.
Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin Nr. 26.

Noverint quibus expedit universi, quod nos Peregrinus heres olim de Parvo Lagowco, una cum nostra conthorali Szmislawa dicta nec non Iohanne dicto Roszen ac Sbylutho, natis legitimis, volentes saluti animarum nostrarum salubriter providere, sani mente et corpore, non coacti nec conpulsi, sed maturo consilio prehabito amicorum, omnem partem hereditatis nostre dicte vulgariter Lagowco, quam ex successione patrimoniali tenuimus seu eciam possidebamus, monasterio Lubinensi et fratribus ibidem Deo militantibus contulimus, tradidimus, donavimus et donamus, eviterno tempore possidendam, tenendam, habendam, comutandam et ad usus beneplacitos convertendam, cum omni iure et pleno dominio, quemadmodum in suis gadibus et graniciis circumferencialiter est distincta, eo iure et dominio, quo soli tenuimus eandem hereditatem ab antiquo, nichil iuris seu dominii nobis inibi prorsus reservantes. Volentes igitur ut hec nostra libera donacio robur valeat obtinere perpetue firmitatis, nostrum et dominorum Petri de Morka et Derslai de Bloszeyewo sigilla presentibus duximus in testimonium lucidius appendenda. Actum et datum in monasterio Lubinensi die decima mensis Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, presentibus prescriptis dominis Petro de Morka, Derslao de Blo-

szeyewo, Martino de Morka, Iacobo de Lubin, et altero Iacobo de Criwin, notario publico, ecclesiarum parochialium rectoribus, et aliis testibus fide dignis.

Parvum Lagowco, *osada znikła, przyległa niegdyś wsi Łagowo.* Lubinensis, *de Lubin.* Mórka, Błożejewo, *dziś tak samo.* Criwin, *Krzywin.*

Nr. 1915.

Vincencius prepositus Poznaniens. 1391 Nov. 11, Poznanie; advocatiam in Ostrów Mathiae filio Vincentii confert.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 135.

In nomine Domini amen. Quoniam ea que aguntur, simul cum decursu temporis evanescunt, sapientum decrevit auctoritas, facta mortalium digna memoria, litterarum serie cum annotacione testium posterum (sic) commendare. Nos igitur Vincencius prepositus Poznaniensis, ad perpetuam rei memoriam notum facimus universis presentibus et futuris ad quos pervenerit scriptum presens, quod attentis et consideratis gravibus laboribus et serviciis fidelibus, nobis per Mathiam familiarem nostrum filium Vincencii constanter impensis annis pluribus retroactis, ut aliquo retribucionis munere letetur, sibi advocaciam in opido videlicet Ostrow sive Insula sita penes Srothcam opidum domini nostri episcopi Poznaniensis ante Poznan, dedimus, contulimus et eciam assignavimus, per eum et suos successores legittimos possidendam, tenendam, habendam, vendendam, permutandam et ad usus beneplacitos convertendam, prout sibi et suis legittimis successoribus melius et utilius videbitur expedire, assignantes eidem advocato ac ipsius legittimis successoribus tercium denarium iuramenti et cuiuslibet iudicati. Damus eciam eidem advocato ac ipsius legittimis successoribus in eadem advocacia tabernam, pistrinam, calcipariam, maccellum carnium, et ortum, sicut area sua seu vicinorum suorum se extendit ibidem in Ostrow locatorum, eidem advocato et successoribus libere perpetuo possidendum. Incole vero predicti opidi, de qualibet domo ix scotos grossorum et unum lapidem de sepo racione census annis singulis in festo beati Martini episcopi et confessoris nobis solvere tenebuntur. In cuius rei testimonium et ad evidenciam pleniorem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie ipso die beati Martini episcopi et confessoris, anno Domini m.ccc. nonagesimo primo, presentibus honorabilibus ac discretis viris: Borzislao, Iohanne rectore scole, Poznaniensibus canonicis, Iohanne de Schamotuli capellano ipsius domini prepositi predicti, Iohanne Sarna canonico Gluschinensi, Vincencio herede de Pnewy, Andrea advocato de Goslina, Iohanne dicto Plaska et Santcone de Insula ibidem, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, et aliis quam plurimis fidedignis.

Ostrow, *półwysep leżący pomiędzy Cybiną a starą Wartą przy połączeniu obu.* Srothca, *dziś przedmieście Śródka.* Schamotuli, *Szamotuły.* Gluschinensis, *de Głuszyna.* Pnewy, *Pniewy.* Goslina, *Goślina.*

Nr. 1916.

Wladislaus rex Polonie etc. 1391 Nov. 30, Cracovie; molendinum sub castro Poznaniensi situm Henlino certis conditionibus confert.

Pergam. orygin. Na sznurze nici jedwabnych wypłowiałych zawieszona pieczęć majestatyczna Władysława króla.

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 20.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Lithuanie princeps supremus, Pomoranie Russieque dominus et heres, significamus quibus expedit universis, quod nos, deliberacione nobiscum et cum nostris baronibus prehabita diligenti, considerantes ex submissis condicionem nostram fieri meliorem, provido viro Henlino molendinatori molendinum nostrum, situm in civitate Posnaniensi sub castro ibidem, cum universis suis pertinenciis et utilitatibus, quibuscunque censentur nominibus, racione propinquitatis a suis progenitoribus innatum, eidem damus, concedimus ac donamus tenendum, habendum, vendendum, commutandum, alienandum, in usus suos beneplacitos convertendum, et per ipsum Henlinum suosque heredes ac successores legittimos perpetuis temporibus possidendum; hoc addito, expressato et eciam interiecto, quod dictus Henlinus suique heredes et successores legittimi, qualibet septimana decem et octo mensuras brasei triticei perpetuis temporibus nobis et successoribus nostris dare et solvere sint astricti. Et ut hanc solucionem eo melius et efficacius idem Henlinus suique successores legittimi possint (sic), volumus, statuimus et mandamus: ne quisquam civitatis nostre prefate hominum, braseum in aliquo alio molendino molere presumat, preterquam in molendino nostro predicto; metretam eciam talem de braseo quolibet homines nostre civitatis eidem Henlino et suis heredibus dare debeant, qualem cives et homines nostrarum civitatum Calisiensis aut Pisdrensis de quolibet braseo solvere consueverunt. Insuper addicientes: ut dictus Henlinus suique heredes et successores legittimi, attinencia pro dicto molendino tempore oportuno, scilicet ferramenta, molares ac alia cuiuscunque generis extiterint, dent perpetue et assignent. Sufferant quoque et supportent iidem Henlinus cum suis heredibus et successoribus legittimis, omnia dampna in ipso molendino eveniencia, videlicet, si agger dicti molendini destrueretur per inundacionem aquarum seu alio quovis modo, si igne consumeretur, ita quod molere non posset, hoc ipsius Hanconis et suorum successorum dampnum fore volumus, et non nostrum; taliter, ut eque bene non molendo sicut molendo, censum decem et octo mensurarum ut premittitur solvere, erogare et realiter presentare tenebitur singulis septimanis Hanlinus prefatus ac sui legittimi successores. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus nostris literis duximus appendendum. Actum Cracovie ipso die beati Andree apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, presentibus hys: Sandzivogio Calissiensi, Spitkone Cracoviensi, Przybcone de Irzandz Siradiensi palatinis, Iohanne de Thanczin Woyniciensi, Cristino de Kozeglowy Sandecensi, et Paschcone de Pylchovicz Beecensi castellanis, et aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis Zaclicze aule nostre cancellarii.

Pisdrensis, *de Pyzdry.* Irzandz, *Irządze.* Thanczin, *Tęczyn.* Woyniciensis, *de Wojnicz.* Kozeglowy, *Koziegłowy.* Pylchovicz, *Pilchowice.* Beecensis, *de Biecz.*

Nr. 1917.

Sandivogius heres in Thomiszewo 1391 Dec. 8, in Kaliszani; hereditatem Bartodzieje monasterio de Łekno hac conditione donat, ut eam locare et ad tempora vitae suae possidere possit.

Wągrowiec. Archiv. monasterii Cisterciens. Protocollum 3tium, pag. 14.

Quoniam humana memoria non potest eternitatis spatio mensurari, expedit igitur, ut ea que ad perpetuitatem requiruntur, proborum testimonio et sigillorum titulo perennentur. Patefiat igitur singulis presentibus et futuris ad quorum noticiam pervenerit presens scriptum, quod nos Sandivogius heres in Thomiszewo cum nostra domina Catharina et cum nostris liberis pretendentes salutem nostrarum animarum, cupientes bonis operibus horam ultimam prevenire, seminantes in presenti quod in futuro meteremus, de mera et pura nostra voluntate, ad honorem Dei et sanctissime virginis Marie nec non sanctorum Petri et Pauli apostolorum, dedimus presentibusque damus et totaliter assignamus monasterio in Lekna ad victumque monachis dominis nostris, fratribus eiusdem monasterii, nostram hereditatem vulgariter dictam Barthodzege, cum omni dominio, potestate et iure, sicuti pro se tenuimus, puta cum mericis, rubetis, agris, pratis, aquarum cursibus, et cum ceteris utilitatibus nunc et in futurum existentibus, sicuti eadem hereditas circumferentialiter est distincta in suis gadibus, veluti ministerialis Gnesnensis gadibus et metis, ubi sibi ostendimus, predictam hereditatem cum infrascriptis dominis limitavit et per arbores signavit. Conditione tamen interposita: quod dictam hereditatem debemus ad tempora nostre vite gubernare et possidere eandemque locare; sed nostram post mortem, dicto claustro nostram hereditatem assignamus, nullusque nostram post mortem, puta nostri consanguinei aut liberi nostri, aliquod ius in dicta hereditate Barthodzege debent et teneantur habere, ipsique monachi, alias cenobite vocati, pro nobis tanquam pro suo fratre, et pro nostris progenitoribus mortuis et adhuc vivis summi largitorem premii tenentur invocare. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum pensile est appensum. Datum et actum in Kaliszani in die Conceptionis sanctissime et gloriosissime virginis Marie, anno Domini M.CCC nonagesimo primo, presentibus his testimonium perhibentibus si opus fuerit, religiosis et nobilibus viris et dominis: Tilmano abbate et Henrico quondam abbate in Lekna ibidem, Zbiludo de Kolypki, Grzymkne de Tarpice (sic), Tomislao de Lankowice, Petricone dicto Grabowiec, heredibus, et aliis plurimis fide dignis.

Thomiszewo, *Toniszewo.* Lekna, *Łekno.* Barthodzege, *Bartodzieje.* Kaliszani, *Kaliszany.* Kolypki, *Kolibki.* Tarpice, *nie odgadnione, zapewnie mylnie zam.* Carpisco, *czyli Karpisko; cnfr. Nr. 1930.* Lankowice, *Łąkowice.* Grabowiec, *de Grabowo.*

Nr. 1918.

Fr. Thomas abbas monasterii Lubinens. 1391 Dec. 13, in monasterio Lubin; fraternitatem sui monasterii cum monasterio de Tyniec renovat.

Kętrzyński. Kodeks dyplom. klaszt. Tynieckiego, Nr. 114. (Z kopji).

Venerabili in Christo patri domino Mscislao abbati totique conventui monasterii Tyniciensis Ordinis sancti Benedicti Cracoviensis diocesis, frater Thomas divina miseratione abbas monasterii Lubinensis Ordinis eiusdem diocesis Poznaniensis, benignas ac devotas in Christo orationes cum incremento salutis pariter et honoris. Attendentes una cum conventu nostro devotionem et affectum vestrum pieque dilectionis favorem, quem pridem ad nos per fratrem Paulum vestri cenobii per vestras patentes literas fraternitatis mutue amorem in se continentes amorose transmisistis, nos igitur eandem fraternitatem renovare et caritative approbare cupientes, damus et concedimus vobis plenam ac omnimodam fraternitatem et participationem omnium bonorum, que in presenti per nos fiunt et per subiectos nobis ac successores nostros scilicet in missis, vigiliis, orationibus, eleemosinis, ieiuniis et aliis operibus et exercitiis spiritualibus, que divina clementia per nos ac fratres nostros dignabitur operari usque ad consumationem seculorum: hec insuper adicientes, ut quandocunque alicuius de monasterio vestro obitus nobis nunciatus fuerit, extunc nos tenebimur Vigilias cum Novem Lectionibus pro abbate, et pro quolibet fratre conventuali sollemniter in crastino missam decantantes, pro remedio anime ipsius tenebimur dicere et complere: harum quibus nostrum et conventus nostri sigilla sunt appensa presentium testimonio literarum. Actum et datum in monasterio nostro die beate Lucie virginis, sub anno Domini M.CCC. nonagesimo primo.

Tyniciensis, *de Tyniec.* Lubinensis, *de Lubin.*

Nr. 1919.

Wladislaus rex Polonie etc. 1391 Dec. 27, in Radom; Lewconi Iudaeo Cracoviensi ad solutionem 80 marcarum, a Żegota Cracoviensi vexillifero eidem debitarum sese obligat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu pasek pergaminowy przez wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 242.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lythwanieque princeps supremus ac heres Russie etc. significamus quibus expedit universis presencium noticiam habituris, nos teneri et obligari Lewconi nostro Iudeo Cracoviensi in octuaginta marchis grossorum, pro quibus apud eundem intercessimus pro nostro fideli dilecto Szegotha vexillifero Cracoviensi: quas quidem octuaginta marchas eidem Lewconi Iudeo solvere promittimus bona fide ad festum Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi exnunc proxime affuturi. Quod si easdem octuaginta marchas eidem Iudeo non solverimus, quod absit, in festo prenominato, extunc, quamdiu ipsam pecuniam non solverimus, de qua-

libet marcha pro usura singulis septimanis medium grossum monete nostre currentis eidem Lewconi solvere debebimus; quam eciam pecuniam usurariam eodem modo similiter solvere et pagare promittimus bona fide harum quibus nostrum (sic) presentibus est appensum testimonio litterarum. Datum in Radom ipso die beati Iohannis apostoli et ewangeliste proximo post festum Nativitatis Domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo primo.

Nr. 1920.

Nicolaus iudex Kalisiens. 1392 Ian. 5, Gnezne; conventui de Trzemeszno piscationem in lacu Kamień contra petitionem heredum de Rękawczyn adiudicat.

Pergam. orygin. Brzegi obcięte, śladu przywieszenia pieczęci nie masz. Trzemeszno. Privil. Conv. Canon. Reg. Lateran.

Nos Nicolaus iudex Kalisiensis notum facimus universis presencium tenorem inspecturis, quod sub anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo secundo, in parvis terminis feria quinta infra octavas Circumcisionis Domini Gnezne celebratis, coram strenuis militibus, videlicet Wlotkone palatino Gnewcoviensi, Wicencio subiudice Kalisiensi, Nicolao subiudice Poznaniensi, Petro herede de Modlisewo tunc temporis burgravio Gneznensi, Martino gladifero, Viglosio vicepalatino Kalisiensibus, et aliis quam plurimis fide dignis qui tunc iudicio regali Gnezne personaliter presidebant, veniens frater Iacobus Ordinis sancti Augustini regularis canonicus de Trzemesna, verus ac legittimus procurator religiosi viri domini Pauli prepositi antedicti monasterii Trzemesensis, super Mathiam et filios suos, videlicet Petrum et Iohannem heredes de Rancawczino, iudicialiter proposuit: quod in quodam lacu, qui vulgariter nuncupatur Camon, sito et locato inter villas scilicet Rancawczino, Camenecz, Robacowo et Camen, prefati heredes de Rancawczino contra salutem animarum ipsorum piscabantur et pisces predabant furtive: quos prescriptus frater Iacobus procurator Trzemesensis sufficienti testimonio litterarum approbavit, nullum penitus ius ad eundem lacum habere, sed ad Trzemesensem ecclesiam temporibus perpetuis pertinere. Unde nos prefatum lacum, prout in suis littoribus est contentus et diffusus, supradicto preposito et suis fratribus totique conventui ecclesie Trzemesensis, de consensu militum suprascriptorum in nomine Domini adiudicavimus et presentibus adiudicamus; prenominatis vero heredibus de Rancawczino et eorum successoribus posteris, in perpetuum abiudicavimus et presentibus abiudicamus, silencium peramplius inponentes in perpetuum. In cuius rei testimonium, presentem tenorem scribi iussimus nostrique sigilli munimine roborari. Actum et datum Gnezne in vigilia Epiphanie Domini, anno eiusdem et testibus, quibus supra.

Gnewcoviensis, *de Gniewkowo.* Modlisewo, *Modliszewo.* Rancawczino, *Rękawczyn.* Camon lacus, *jez. Kamienieckie.* Camenecz, *Kamieniec.* Robacowo, *znikła osada nad jeziorem Kamień., już w r. 1567 deserta.* Camen, *Kamionek.*

Nr. 1921.

Wladislaus rex Polonie etc. 1392 Febr. 6, Cracovie; Iwano de Karmin villam Przybysławice in 100 marcis grossorum obligat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu pasek pergaminowy, przez wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 243.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithvanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod fideli nostro dilecto Iwano de Carnino villam nostram Przibislavicze, iuxta silvam Glogow sitam, in centum marcis grossorum numeri et ponderis Polonicalium duximus obligandam, cum omnibus censibus, fructibus, redditibus, proventibus ac appendiis universis ad eandem villam spectantibus tenendam, habendam, utifruendam tamdiu, quousque centum marce predicte per nos vel nostros successores sibi vel suis successoribus fuerint integraliter sine dolo et fraude persolute: harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Cracovie ipso die beate Dorothee, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo.

Carnino, *Karmin.* Przibislavicze, *Przybysławice.* Silva Glogow, *lasy przyległe wsi Głogowo.*

Nr. 1922.

Vladislaus rex Polonie etc. 1392 Mart. 28, in Luczsco; Henrico de Zimnawoda indulget, ut villam ipsius Zdziesz iure Magdeburgensi in oppidum erigere possit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Liber civitat. Borek. (Księga miejska, pisana w ciągu XV w.) — Łukaszewicz. Krótki historyczno-statyst. opis miast i wsi w powiecie Krotoszyńskim, II, fol. 141.

In nomine Domini amen. Vladislaus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lithuanie princeps supremus, Pomeranie Rusieque dominus et heres, cunctorum quibus expedit notitie commendamus, quod licet ex officii debito universorum regimini nostro subditorum utilitati teneamur intendere, ad illorum tamen procuranda utilitatum comoda liberalitatis dexteram uberius extendimus, quos fidei constancia et laboris indefessi solercia claris testimoniis nostre celsitudini recommendant. Hinc est, quod habito respectu ad fidei constanciam et utilia sincere fidelitatis obsequia, que Henricus de Szimnawoda, familiaris noster fidelis dilectus nobis exhibuit, et eo amplius poterit et tenebitur exhibere, quo maiora se noverit a nostro culmine beneficia recepisse: horum itaque consideracione, memorato Henrico ex certa nostra sciencia indulsimus et tenore presencium gratuite indulgemus, ut de villa sua Sdzesz dicta vulgariter, in terra nostra Maioris Polonie in districtu Pyzdrensy situata, opidum et forum septimanale statuere et facere possit perpetuis temporibus duraturis; decernentes, ipsum forum in iam dicto opido fore sabbato celebrandum singulis septimanis. Demum, affectantes condicionem eiusdem opidi ex eo fieri meliorem, eidem opido forum annuale damus, ap-

probamus et incorporamus super festo beati Mathie apostoli, quod forum a predicto festo incipiendo, servari debet usque ad revolucionem unius integre septimane; dantes eciam et concedentes universis et singulis mercatoribus et aliis hominibus, cuiuscunque status aut conditionis extiterint, venientibus ad dictum opidum omni sabbatho et quolibet festo beati Mathie apostoli, plenam et omnimodam facultatem, merces et res ipsorum, cuiuscunque videlicet speciei fuerint, libere vendendi, emendi iuxta ipsorum et cuiuslibet eorum beneplaciti voluntatem. Et ut opidum sepe dictum in dulcedine pacis in populi multitudine ceterisque rebus possit et valeat feliciora suscipere incrementa, memorato opido ius Theutonicum Maidburgense damus et confirmamus perpetuo duraturum, omnes modos et consuetudines iuraque Polonicalia, que ius ipsum Theutonicum plerumque impedire seu perturbare consueverunt, ibidem penitus removendo. Eximimus insuper advocatum et opidanos ipsius opidi ab omnibus iudiciis, potestatibus et citationibus omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum ceterorumque officialium et ministerialium eorundem: ita, quod coram ipsis aut eorum aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii, membrorum mutilationis et aliis quibusvis citati, minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur; sed tantum opidani et incole prefati opidi, coram suo advocato qui pro tempore fuerit, advocatus vero, coram prefato Henrico vel eius fratribus Paschone et Nicolao et ipsorum successoribus legitimis, omnibus ad obiecta respondere sint astricti. In causis criminalibus et capitalibus superius expressatis, advocato prefato sententiandi, iudicandi, corrigendi et puniendi damus et concedimus plenam et omnimodam potestatem, prout hoc ius Theutonicum Maidburgense predictum in suis articulis, conditionibus et sententiis postulat et requirit: iuribus tamen regalibus in omnibus semper salvis: harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum in Luczsco feria quinta post festum Annunctiationis beate Marie virginis, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo secundo, presentibus Dobrogostio Geczensi, Ianusio Rogosiensi castellanis, Pascone vexillifero de Brodnicza, Paskone de Gogolewo, Iacobo de Gorca et Nicolao de Cobilino, ac aliis militibus nostris fidelibus fidedignis.

Szimnawoda, *Zimnawoda.* Sdzesz, *Zdziesz.* Luczsco, *Łuck.* Geczensis, *de Giecz.* Rogosiensis, *de Rogoźno.* Brodnicza, *Brodnica.* Gogolewo, *Gogolewo.* Gorca, *Miejska Górka.* Cobilino, *Kobylin.*

Nr. 1923.

Wladislaus rex Polonie etc. 1392 Apr. 30, in Tharnow; Pasconi de Krajkowo, vexillifero Poznaniensi, 80 marcas grossorum in villa regali Żabno assignat.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć przedstawia tarcz kwadrowaną 1 w Orła w koronie, 2 w Pogoń, 3 w godło Ziemi Kaliskiéj, 4 w godło Ziemi Kujawsko-Łęczycko-Sieradzkiéj. Napis: Wladislaus: Dei: gra: rex: Polonie: Litwaniqe: prnc: supremus: et hes: Russ:

Warszawa. Archiw. Główne. — Stronczyński. Wzory. Nr. 43.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis. Ex mente sol-

licita propendentes clare fidei constanciam et laboris indefessi sollerciam, quibus nobilis Pasek vexillifer de Craycow, fidelis noster dilectus, maiestati nostre se gratum reddidit et in futurum continuato fidelitatis studio se poterit continuo reddere prompciorem: horum itaque consideracione, cupientes Pasconem specialium graciarum prosequi favoribus ipsumque ampliori prerogativa letari volentes et perfrui ampliori, sibi villam nostram regalem Minus Zabno, sitam in districtu Mosinensi, cum omnibus ipsius proventibus, utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, gagiis, rubetis, mericis, virgultis, quercetis, borris, pinetis, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, aquis et earum decursibus, molendinis, emolimentis (sic), piscinis, piscaturis, stagnis, paludibus, lacubus et aliis quibusvis pertinenciis, obvencionibus ac appendiis universis ad ipsam quomodolibet spectantibus, quibuscunque vocabulis pociantur, prout eadem villa in suis metis et greniciis ab antiquo longe lateque circumferencialiter est distincta, prout eciam ipsam soli tenuimus, habuimus hactenus et possedimus, pleno iure damus et conferimus, per ipsum Pasconem tenendam, habendam, utifruendam et pacifice possidendam, tamdiu videlicet, donec per nos eidem Pasconi octuaginta marce Polonicalis numeri consueti, quadraginta octo grossos scilicet in marcam quamlibet computando, persolute fuerint integraliter et ad plenum. De quibus quidem octuaginta marcis, sepe fato Pasconi providimus de gracia nostra et virtute presencium providemus, ac in et super villa memorata assignavimus et efficaciter assignamus harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Tharnow feria tercia ante diem beatorum Philippi et Iacobi apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo.

Craycow, *Krajkowo.* Minus Zabno, *pewnie dziś Holendry Żabnowskie.* Mosinensis, *de Mosina.* Tharnow, *Tarnów.*

Nr. 1924.

Tilmanus abbas cenobii Leknens. 1392 Mai. 23, in monasterio Lechninensi; pratum quoddam sui monasterii, recenter reformatum, cum certis pratis Iohannis sculteti de Bukowie commutat.

Wągrowiec. Archiv. monasterii Cisterciens. Protocollum 4tum, fol. 19 v.

In nomine Domini amen. Noverint universi quibus expedit, quod nos Tilmanus divina favente gracia abbas cenobii Leknensis Ordinis Cisterciensis, cum unanimi, salutifero fratrum nostrorum dicti Ordinis inibidem consilio commorancium et auxilio, notum fore cupimus presentibus et futuris: quod provido viro Iohanni sculteto in Bukowe, cum suis legittimis posteris natis ac nascituris, pratum assignamus quod iacet circa viam in Rigielsko' equitando a dextris in fine lacus, veluti dominus Doringus extirpavit et reformavit, pacifice possidendum, habendum et ad usus beneplacitos sibi convertendum: videlicet pro dicto prato quod dicitur Kampisca lanca, quod iacet circa fluvium Welma, et aliud quod dicitur Grobla, cuius prati pars tercia ad eundem scultetum pertinebat, quod iacet inter Durowo et Bukowe. Ergo presens scriptum nostri sigilli est municione roboratum. Actum et datum in die Ascensionis Domini nostri Ihesu Christi, in monasterio Lechninensi, sub anno Incarnacio-

nis Christi millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, coram hiis testibus: domino Woytchone palatino Gnevchoviensi, domino Zbiludo fratre suo uterino, heredibus de Dambagora, domino Doringo et domino Christiano fratribus cenobii Lechninensis, Stephano Mailozga sculteto de Kopaszino, Iacobo fratre suo uterino cive de Vangrowiec, Thomislao plebano in Tarnowo notario eiusdem littere, et aliis fidedignis ad premissa specialiter rogatis et vocatis.

Leknensis, *de Łekno.* Bukowe, *Bukowie.* Rigielsko, *Rgielsko.* Fluvius Welma, *rz. Wełna.* Durowo, *Durowo.* Gnevchoviensis, *de Gniewków.* Dambagora, *Dębogóra.* Kopaszino, *Kopaszyn.* Wągrowiec, Tarnowo, *Tarnowo.*

Nr. 1925.

Iaszek de Szobotha et Mala Golenczefszki 1392 Iun. 9, Poznanie;

Nicolao subiudici Poznaniensi nec non Tomislao canonico Wladislaviensi pro Andrea de Bytkowo fideiubent.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Poznaniens. a. 1392, fol. 78 v.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod ego Iaszek de Szobotha et Mala Golenczefszki recognoscimus presentibus: quod tenemur et obligamur et fideiubemus pro domino Andrea de Bitkowo, pro viginti marcis grossorum Pragensis monete conswete, nobili viro domino Nicolao subiudici Poznaniensi nec non honorabili viro domino Tomislao canonico Wladislaviensi; quas quidem viginti marcas grossorum promittimus manu coniuncta et solida sub fide et nostro honore persolvere dictis dominis, videlicet subiudici, in et super festum sancti Martini proxime nunc venturo, sub condicione tali: quod absit, si dictam pecuniam in termino prefixo non solveremus uti premittitur, extunc quatuor marcas grossorum pro censu dictis dominis in festo sancti Martini dare et resignare tenebimur pecunia in parata, sine falso; et si dictas tunc expost non solveremus viginti marcas, extunc quolibet anno, eciam pro censu, dictis dominis quatuor marcas dare promittimus sine fraude. Cum vero dicti domini suam pecuniam habere voluerint extunc et sine ea esse noluerint, et nos monuerint, si vero non solverimus cum parata pecunia, extunc obstagium tenebimur et promittimus Poznanie subintrare, quilibet cum uno famulo et duobus equis, et deinde nusquam exire, nisi dicta pecunia fuerit per nos fideiussores dictis dominis persoluta. Actum est ipso festo sancte Trinitatis circa dominum capitaneum.

Szobotha, *Sobota.* Golenczefszki, *de Goleńczewo.* Wladislaviensis, *de Włocławek.*

Nr. 1926.

Nicolaus de Venacia iudex terre Kalissiens. general. 1392 Iun. 25, in Venacia; ecclesiam parochialem in oppido Wenecja noviter erectam dotat.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1587.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere noticiam pocius noscitur esse divinum quam humanum, proinde nos Nicolaus de Venacia, iudex terre Kalissiensis generalis, notum esse volumus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quia matura deliberacione, sano sufficientique consilio super eo habito, Omnipotentis annuente auxilio, cupientes anime nostre et animabus progenitorum affinumque nostrorum de remedio salutifero providere: quatuor mansos agri in Mosciszevo hereditate nostra situatos, decimam vero manipularem in et super allodio hereditatis nostre nomine Mokre integraliter colligere, lacum qui dicitur Mossyna ex toto, item duos piscatores, qui liberam piscium capturam (exercebunt) in lacu Skrzinka dicto, mediante rethi wlok vulgariter nuncupato et aliis piscariis instrumentis, vulgariter mrzessa, wyeczersz, wersza et aliis pertinenciis, sagena newod vulgariter dicta tantummodo excepta; insuper structuram, alias yaz in vulgari, in pretacto lacu videlicet Skrzinka, item pratum dictum w zimne wode, divisum a pratis incolarum in Mosczissewo, item octo areas cum hortis in predicto oppido nostro, videlicet Venacia, pro opperariis aut quibuscunque mechanicis in eisdem locandis, ligna eciam arida sive sicca, ubicunque pro castro fuerint collecta: que quidem omnia supranotata, ad laudem et honorem Dei omnipotentis et beatissime Virginis matris sue, nec non pro ecclesia ibidem in Venacia oppido nostro noviter erecta, ad usum vero et victum rectoris eius sive plebani qui pro tempore fuerit dedimus, contulimus et asscripsimus, donavimus, assignavimus nec non in perpetuum presentibus resignamus. Premissa omnia itaque et singula, predicte ecclesie rector sive plebanus habebit, tenebit et usufruetur et perpetuis temporibus possidebit pacifice et quiete. Super qua quidem collacione premissorum volumus, quod quilibet ecclesie rector predicte duas missas singulis hebdomadis, unam sabbatho de beata Maria virgine et aliam feria secunda pro Defunctis, alta voce celebrare debebit. Si vero aliquis sua presumpcione nepharia predictam nostram donacionem vellet violare, super ipsum indignacionem Omnipotentis imploramus harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Venacia in crastino sancti Iohannis Baptiste, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, presentibus, honorabili viro Nicolao Strzesconis thezaurario ecclesie Gneznensis, Alberto plebano Znenensi, nobilibus viris, dominis Alberto castellano Camenensi, Dobeslao de Godavi, Bandzimiro de Iablovo, Dobrogostio de Marchinkovo heredibus, et aliis fidedignis.

Venacia, *Wenecja.* Mosciszevo, *Mościszewo.* Mokre, *Mokre.* Lacus Mossyna, Skrzinka, *nie odgadnione, które z licznych jezior okolicy Wenecji.* Castrum, *sc. Wenecja, z którego dziś pozostały gruzy.* Znenensis, *de Żnin.* Camenensis, *de Kamień.* Godavi, *Godawy.* Iablovo, *Jabłowo.* Marchinkovo, *Marcinkowo.*

Nr. 1927.

Wladislaus rex Polonie etc. 1392 Oct. 13, in monasterio Landensi; monasterio de Ląd villam Skorzęcin cum lacu Niedzięgiel confert.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 7.

In nomine Domini amen. Wladislaus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Lithvanie princeps supremus, Pomeranie Prussieque dominus et heres, ad rei memoriam sempiternam significamus universis quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris: quod dum in mente nostra crebrius revolvimus et equo animi liberamine celestia pensavimus cum terrenis, nichil cercius per vehemenciam laboriose meditacionis accepimus, quam, quod spretis mundi fallacibus deliciis et arescentis seculi sedutrice gloria prorsus evulsa nostre mentis, nostram animam in celestia figeremus, ubi candor eterne lucis visione gratuita cunctorum fidelium in fiducie tabernaculis habitancium et in requie opulenta mentes illustrat, corda conciliat, et extinctis odiorum flammis, universorum efficit unanimas voluntates. Quamquam igitur ex assumpte dignitatis officio singulorum nostro regimini subditorum utilitati teneamur intendere, tum tamen efficacius nos sollicitat incessanter, ut ad ea, que divini cultus ampliacionem, laudem, decus et gloriam, ac sacrarum edium seu ecclesiarum statum felicem ac quietum conspiciunt, convertamus animum, disponamus et mentem. Nec in hoc maiestatis nostre propositum oberrat; nam in celestes et immarcescibiles thesauros indubie reponi confidimus, quidquid ad magnificandos et augmentandos sanctarum ecclesiarum honores erogamus liberaliter. Sane, volentes extremi iudicis iram vindicem operibus misericordie prevenire, ad illius gloriam qui nos suo precioso redemit sanguine, et ad agnicionem sui vocavit nominis ac adscribi voluit milicie Christiane, habitoque respectu ad preclare devocionis insignia, quibus venerabilis abbas et conventus fratrum Cisterciensium monasterii nostri Landensis pro nostra ac illustris principis domine Hedvigis regine, consortis nostre charissime, nec non predecessorum nostrorum salute omnipotentis Dei non desinunt promptis affectibus invocare, de bonis temporalibus, quibus nos ampliavit opulenta plenitudine largiflua bonitas ac benignitas Salvatoris, eisdem abbati et conventui monasterii Landensis predicti villam Skorzenczino et lacum seu stagnum Nedzangel dictos nostros regales, in terra nostra Maioris Polonie prope Povidz situatos, cum omnibus et singulis ipsorum utilitatibus, redditibus, proventibus, censibus, fructibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, gais, virgultis, mericis, quercetis, borris, pinetis, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, montibus, planis, vallibus, aquis et earum decursibus, molendinis, emolumentis, piscinis, lacubus, stagnis, paludibus, piscaturis, ac quibusvis aliis pertinenciis, obvencionibus et appendiis universis ad predictos villam et lacum seu stagnum quomodolibet spectantibus, quibuscunque vocabulis vocantur, nullis penitus exclusis, eo iure et dominio, quibus eosdem villam et lacum seu stagnum soli habuimus hactenus et possedimus, prout eciam huiusmodi villa et lacus seu stagnum in suis metis et graniciis ab antiquo longe lateque circumferencialiter sunt distincti, damus, conferimus et donamus donacione perpetua et irrevocabili, perpetuis temporibus ac futuris per ipsum abbatem et conventum sepedicti monasterii Landensis tenendum, habendum, utifruendum, commutandum, obligandum, vendendum, donandum,

alienandum, et perpetuo possidendum ac in usus suos successorumque suorum beneplacitos et voluntarios convertendum, prout ipsis melius, utilius atque conveniencius expedire videbitur pro eorum beneplaciti voluntate; constituentes exnunc et in evum prefatos abbatem et conventum monasterii Landensis supradicti ipsorumque successores, predictorum ville et lacus seu stagni cum ipsorum pertinenciis veros et legittimos heredes, dominos ac perpetuos possessores. Volumus autem et omnino decernimus, quod idem abbas et conventus in choro ecclesie prefati monasterii Landensis unum altare ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et beate Marie virginis, nec non sanctorum Petri et Pauli apostolorum faciant, construant et instaurent, eiusdem altaris fratrem sui Ordinis actu presbyterum deputantes: qui quidem, nobis et predicta consorte nostra in humanis agentibus, qualibet septimana per se vel alium presbyterum, videlicet feria secunda et quarta, pro peccatis; nobis vero ab hac luce migrantibus, pro Defunctis duas missas, nisi festum aliquod solemne diebus eisdem evenerit, tunc diebus aliis ferias predictas immediate sequentibus, que festive non fuerint, legere et perficere penitus sit adstrictus. In quorum testimonium omnium et evidenciam pleniorem, presentes literas nostras scribi fecimus et nostri maioris sigilli pendentis munimine roborari. Actum in monasterio Landensi die dominico ante diem beate Hedvigis, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, presentibus: Sandivogio Kalisiensi, Bartossio Poznaniensi palatinis, Sandivogio Gneznensi et Nicolao Sremensi castellanis, et Domerato Poznaniensi castellano, et aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus venerabilis Zaklice cancellarii et Clementis vicecancellarii, nostrorum fidelium dilectorum.

Landensis, *de Ląd.* Skorzenczino, *Skorzęcin.* Stagnum Nedzangel, *jezioro Skorzęcińskie.* Povidz, *Powidz.*

Nr. 1928.

Thomas abbas Lubinens. 1392 s. d. et l.; scultetiam hereditatis Żelazno Iohanni dicto Rosszen et Zbiluth fratribus confert.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lubin, Dissoluta.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Quoniam acta et voluntates hominum, que aguntur in hoc labilli seculo, solent variari nisi fuerint subsidio testium scripturarumque suffragio lucidius roborata, noverint igitur universi, quia nos Thomas miseracione divina abbas Lubinensis una cum conventu fratrum nostrorum, de bona deliberacione maturoque consilio, sani ingenii, dedimus sculteciam in hereditate nostra, que Zelaszno vulgariter nuncupatur, providis ac honestis Iohanni dicto Rosszen et Zbiluth fratribus uterinis, ipsis et ipsorum legittime progeniei, ut, advocatis incolis, eam perpetue ac hereditarie possideant et ad usus proprios committant, in ipsaque damus liberos duos parvos mansos, ut in dicta hereditate, ac in aliis nostris hereditatibus sit statutum. Ipsisque damus quemdam fluvium Samica, fluentem de lacu ad amnem, cum ambobus littoribus. Eciam ipsis damus quandam insulam tendentem ad metas Stankowo, que dicitur Kobelo losza, pratum quod Paulus villanus tenuit, quod ducit ad viam de Stankowo ad Zelaszno. Eciam dedimus eis quemdam lacum qui dicitur Gogolino. Eciam dictus scultetus penes mensuracionem

agri potest sibi aream et dictos duos mansos eligere ubi vult, tamen insimul iacentes. Eciam sibi et suis dedimus duos hortos in dicta hereditate, tabernam, fabrum, sutoriam, pistrinam. Ipsisque eciam damus et ipsorum posteris trecentas oves pascere preter gregem ville. Eciam dedimus eis duodecim scrophas libere pascere in indagine, absque damno dominii, in metis dicte hereditatis, prout se habet circumferentialiter in suis gradibus; possuntque servare canes venaticos ad agitandum lepores, scilicet odorarios, leporarios, valtros (sic), libere accipitrem nutrire. Eciam sculteto et sue posteritati dedimus tercium denarium de re qualibet iudicata, in dicta hereditate facta. Eciam dictus scultetus et eius postremi dicte scultetie, nobis ac nostris successoribus tenentur in equo servire in valore duarum marcarum; si autem equus preciosior sit precio duarum marcarum, et destruemus eum ad alias partes mittentes preter hereditates nostras, sculteto expensas dare tenemur, et pro dampno ultra preciositatem equi stare debemus prius taxatam. Eciam incole dicte hereditatis in quolibet anno de manso pro censu dabunt solum viginti scotos grossorum Pragensium. Ter in anno arabunt, ad festum Pasche dabunt per mediam sexagenam ovorum, in festo Nativitatis Marie virginis duos pullos et per unam mensuram siliginis. Ut autem nostra donacio firmiter permaneat, eam nostro et conventus nostri sigillo firmamus subappensis. Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, presentibus hiis nobilibus: Petro de Morka, Stanislao de Planstovo, Iaszkone de Craiewicze, Petrassio de Gola, et aliis quam plurimis fidedignis.

Lubinensis, *de Lubin.* Zelaszno, *Żelazno.* Samica, *nazwisko strumienia płynącego z jeziora pod wsią Żelazno do rzeczki Obra.* Valtros, *zam.* veltres; *u Du Cange* canis veltris, *dziś wyżeł.* Morka, *Mórka.* Planstovo, *Plastowo.* Craiewicze, *Krajewice.* Gola, *Gola.*

Nr. 1929.

Wladislaus rex Polonie etc. 1393 Ian. 13, in Pyotrkow; oppida et castra Zbąszyń et Kiebłowa villasque ad ea pertinentes, cum castro Inowłodz, nuper Niemierzae, Iohanni et Abrahae, filiis Abrahae de Nowydwór obligato, commutat.

Raczyński. Codex diplom. Maior. Polon. Nr. 106. (Z oryginału, który się niegdyś znajdował w Archiwie miasta Poznań).

In nomine Domini amen. Wladislaus Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie, Lithuanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres, ad perpetuam rei memoriam significamus universis quibus expedit et futuris presencium noticiam habituris, quod cum nobiles viri Nemersa, Iohannes et Abraham, Abrahe de Nova curia, nostri fideles, serenissimis principibus, dominis Ludovico regi et Elisabeth seniori regine predecessoribus nostris, et preclare principi domine Hedwigi regine, consorti nostre carissime, Hungarie, Polonie, etc. et nobis certas pecunias et pecuniarum summas mutuassent et realiter dedissent de certa ipsorum sciencia et animo diligenti, pro quibus quidem pecuniis et pecuniarum summis, maturo baronum nostrorum communicato consilio, prefatis Nemerze, Iohanni et Abrahe castrum nostrum Inowlodz in Lanciciensi, et duas villas, videlicet Trzibeslawicze et Murzinowo in Pyzdrensi districtu sitas, cum

omnibus et singulis ipsius castri et villarum pertinenciis dedimus et contulimus, per ipsos Nemerzam, Iohannem et Abraham tenendum, habendum, utifruendum et possidendum perpetuis temporibus affuturis; demum processu temporis considerantes, quod prefatum castrum Inowlodz fuisset et esset nobis et regno Polonie summe necessarium et plurimum oportunum, pari modo, freti baronum nostrorum et nobilium salubri consilio, talem ordinacionem et commutacionem cum prefatis Nemerza, Iohanne et Abraham habuimus et fecimus ac tenore presentium ordinamus et facimus: quod pro prefato castro Inowlodz, castra nostra Sbanszin et Kyeblow cum oppidis et villis in terris Maioris Polonie sitis, cum omnibus et singulis ipsorum castrorum, oppidorum et villarum utilitatibus, redditibus, fructibus, censibus, proventibus, theloneis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, gaiis, virgultis, quercubus, dumvis rubetis, borris, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, aquis et earum decursibus, molendinis, emolumentis, pascuis, lacubus, stagnis, paludibus, fluviis, piscaturis, ac quibusvis aliis pluribus obvencionibus, pertinenciis universis, ad predicta castra Sbanszin et Kyeblow cum oppidis et villis quomodolibet spectantibus, quibuscumque vocabulis pociantur, nullis penitus exclusis, eo iure et dominio, quibus predicta castra Sbanszin et Kyeblow cum oppidis et villis quomodolibet ac eorum pertinenciis soli tenuimus hactenus et possedimus, prout eciam in suis metis et limitibus ab antiquo longe lateque circumferencialiter sunt distincta, nichil iuris et proprietatis in eisdem castris et oppidis villisque pro nobis penitus reservando, damus, conferimus et donamus donacione perpetua et irrevocabili, perpetuis temporibus per prefatos Nemerzam, Iohannem et Abraham eorumque successores tenenda, habenda, utifruenda, commutanda, vendenda, obliganda, alienanda, et in usus suos heredumque suorum et legitimorum successorum beneplacitos et voluntarios convertenda, prout eis melius et utilius expedire videbitur, pro ipsorum beneplacito voluntatis. Isto tamen adiecto specialiter et expresse: quod, si prefatos Nemerzam, Iohannem et Abraham, racione predictorum castrorum Sbanszin et Kyeblow oppidorum et villarum cum ipsorum pertinenciis, ac suprascriptos proventus et utilitates quispiam capitaneorum, tenutariorum, terrigenarum ac incolarum regni nostri Polonie turbare vel quomodolibet impedire et impetere presumpserit vel tentaverit, ab eiusmodi impeticionis occasione supradictos Nemerzam, Iohannem et Abraham ipsorumque successores volumus et promittimus eviterne liberare et solvere, dum et quociens fuerit opportunum. Omnibus insuper palatinis, capitaneis, iudicibus, subiudicibus ceterisque officialibus et ministerialibus seriosius inhibemus, ut prefatos, pretextu sepe dictorum castrorum, quibuscunque pro causis iudicare non audeant nec presumant; immo pocius omnes actiones, ipsa castra concernentes, ad nostram nostrorumque successorum audienciam et presenciam volumus et decernimus omnimodo pertinere harum nostrarum, quas appensione sigilli nostri maioris munimine roborari fecimus, testimonio litterarum. Actum in Pyotrkow feria secunda in octava Epiphanie, anno eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo tertio.

Nova curia, *Nowydwór*. Inowlodz, *Inowłodz*. Trzibeslawicze, *Trzebiesławki*. Murzinowo, *Murzynowo*. Sbanszin, *Zbąszyń*. Kyeblow, *Kiebłowa*.

Z tekstu Raczyńskiego zmieniono powyżej następujące wyrazy: Str. 651, wiersz 3 od g. u R. Russie, *na* Russieque. *Wiersz 5 u R.* Nova Cina, *na* Nova curia; *cnfr. Nr. 1840. Str. 652, wiersz 2 od g. u R.* utilifruendum, *na* utifruendum. *Wiersz 15 u R.*

quorumlibet, *na* quomodolibet. *Wiersz 19 od d. u R.* utilifruenda, *na* utifruenda. *Wiersz 13* spectantiis, *na* pertinenciis. *Wiersz 12 u R.* tentare, *na* turbare. *Wiersz 9 u R.* permittimus, *na* promittimus. *Wiersz 6 u R.* personis, *na* pro causis. *Wiersz 6 i 5 u R.* omnium actionum ... concernentium, *na* omnes actiones ... concernentes.'

Nr. 1930.

Wladislaus rex Polonie etc. 1393 Ian. 14, in Inowlodz; ratam habet commutationem villae Godziszewo, quam Peregrino Karpicki contulerat, cum villis Karpicko et Tłoki, monasterio Paradyż ab eodem obligatis.

Pergam. orygin. Dziury od przywieszenia jednéj, osobno zachowanej pieczęci, z któréj wycisk odłupany.

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 4.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie Lythwanieque princeps supremus ac heres Russie etc. significamus quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris: quod ad nostram nostrorumque baronum fidelium veniens presenciam fidelis noster, dictus Grzymko Peregrini Karrpiczsky, nobis exposuit, quod ex certis et legittimis causis, villam suam Choczeschowo sitam in districtu Babymostensi, sibi per nostram magestatem collatam, cum venerabilibus abbate et conventu monasterii de Gosczeschow, alias de Paradiso, pro villis Karpiczsko et Tloky, quas ydem abbas et conventus a patre ipsius Grzimkonis Peregrino in trecentis marchis in obligacione tenuerant, sitis in districtu Kebloviensi permutasset: ita, quod villa nostre donacionis Choczeschowo eidem Grzimkoni collata, ad predictos abbatem et conventum monasterii Gosczechow alias de Paradiso, Karpiczsko vero ac Tloky, ad predictum Grzimkonem iure hereditario et ad suos posteros perpetuo spectare et pertinere deberent: supplicans nobis humiliter, permutacioni huiusmodi, sic ut premittitur fore (sic), benignum prebere consensum. Cum autem, ut Regi regum eterno rex complaceat temporalis, inter cetera pietatis opera, quibus eterni Regis solium scanditur, regalis excellencia pervigili debet studio meditari, qualiter piis locis et viris devotis taliter subveniat, ut a Deo retribucionis premium et in gentibus habere valeat nomen bonum: idcirco prefate permutacioni hereditatum predictarum ex certa nostra scientia gratum prebentes assensum pariter et consensum, prefatam villam Choczeschowo, sitam in districtu Babymostensi predicto, racione permutacionis huiusmodi, quam nos ratificamus, gratificamus et approbamus, supranominato monasterio de Gosczeschow alias in Paradiso eiusdemque abbati et conventui qui pro tempore fuerint, cum omnibus ipsius utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, quercetis, rubetis, virgultis, gaiis, molendinis, piscinis, lacubus, paludibus, aquis et earum decursibus, piscaturis, et aliis pertinenciis ac obvencionibus universis quomodocunque et qualitercunque ad ipsam villam Choczeschowo pertinentibus et spectantibus, quibuscunque nominibus nuncupentur, nullis prorsus exclusis, prout eciam ipsa villa in suis limitibus, metis et gadibus longe lateque et circumferencialiter est distincta, prout eciam ante donacionem factam Grzimconi per nostram magestatem nos ipsam soli tenuimus, habuimus et possedimus, eo insuper

iure et dominio, quo supradictus Grzimko post donacionem sibi per nos factam et usque ad permutacionem suprascriptam tenuit, habuit et possedit, apropriamus, addicimus et incorporamus iure hereditario per ipsos abbatem et conventum ac eorum successores tenendam, habendam, utifruendam, vendendam, alienandam, commutandam, donandam, perpetuo possidendam ac in usus eorum beneplacitos convertendam, prout ipsis meliori via ac modo videbitur expedire. Constituentes abbatem et conventum monasterii supradicti predictos et qui pro tempore fuerint, supradicte ville Choczeschowo, nomine monasterii antedicti, veros et legittimos heredes et dominos ac perpetuos possessores, super dictam villam Choczeschowo iuribus, libertatibus, privilegiis, prerogativis et immunitatibus villarum monasterii supradicti ascribentes perpetuis temporibus duraturis, harum quibus in robur perpetue firmitatis ac testimonium litterarum sigillum nostrum est appensum. Actum in Inowlodz feria tercia proxima post octavas Epyphanie, anno Domini **m.ccc.** nonagesimo tercio, presentibus hys strenuis viris: Sandziwogio Kalisiensi, Iohanne Liganza Lanciciensi palatinis, Domaratho Poznaniensi, Wincencio Naklensi, Iohanne Lanciciensi castellanis, et Iacussio dicto Kuss Golaneczsky, ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis Zaclicze cancellarii, et Clementis vicecancellarii aule nostre.

Karrpiczsky, *de Karpicko.* Choczeschowo, *Godziszewo.* Babymostensis, *de Babimost.* Paradisus, *klasztor Paradyż.* Tloky, *Tłoki.* Kebloviensis, *de Kiebłowa.* Inowlodz, *Inowłodz.* Naklensis, *de Nakło.* Golaneczsky, *de Gołańcza.*

Nr. 1931.

Wladislaus rex Polonie etc. 1393 Ian. 16, in Inowlodz; Wincencio Granowski, castellano de Nakło, 100 marcas grossorum in villa regali Krzywagóra assignat.

Pergam. orygin. Na skrawku pergamin. przywieszona pieczęć okazuje tarcz kwadrowaną: 1 Orzeł w koronie, 2 Pogoń, 3 godło Ziemi Kaliskiéj, 4 godło Ziemi Sieradzkiéj, Łęczyck. Kujawskiéj. Napis zatarty.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 349. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae I, Nr. 145.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lythwanieque princeps supremus ac heres Russie etc. significamus quibus expedit universis presencium noticiam habituris, quod consideratis multiplicibus fidelitatum studiis ac indefessis laboribus, quibus nostre magestati fidelis noster dilectus strenuus Vincencius Granowsky, castellanus Naklensis, actenus complacuit, volentes ipsum ad servicia ampliora nobis in antea exhibenda reddere prompciorem, de nostre iliberalitatis (sic) benignitate eidem Vincencio centum marchas grossorum de et super villa nostra regali dicta Krzywagora, in terra nostra Maioris Polonie, duximus dandas fore atque donandas, ipsasque damus per presentes. Prefatam igitur villam Krzywagora eidem Vincencio conferimus tenendam, habendam, utifruendam et possidendam cum omnibus et singulis ipsius ville utilitatibus, proventibus, fructibus, redditibus, censibus et emolumentis universis, tamdiu, quousque eedem centum marche eidem Vincencio integraliter et complete fuerint

persolute: harum quibus nostrum sigillum appensum est testimonio litterarum. Datum in Inowlodz feria quinta proxima post octavas Epyphanie, anno Domini MCCC nonagesimo tercio.

Granowsky, *de Granowo.* Krzywagóra, Inowłodz, *dziś tak samo.*

Nr. 1932.

Sandzivogius palatinus Calisiens. etc. 1393 Ian. 21, Gnezne; protestatur, Dobeslaum heredem de Jankowo hereditatem Squarzyno, quam ab eo Przesdrew eiusque fratres heredes de Zalachowo emerant, monasterio de Trzemeszno ratione commutationis inter dictum Przesdrew et monasterium initae tradidisse.

Trzemeszno. Privilegia Conv. Can. Reg. Lateran. Lib. privil. fol. 69.

In nomine Domini amen. Nos Sandzivogius, palatinus Calisiensis et capitaneus Polonie generalis constitutus, declaramus tenore presencium universis, quod nobilis vir dominus Dobeslaus heres de Nyankowo ad nostram veniens personaliter presenciam, villam suam seu hereditatem Squarzyno sitam in districtu Gneznensi, quam ab eo emit nobilis vir dominus Przesdrew cum suis singulis germanis fratribus racione et loco aliarum duarum villarum, videlicet Zalacovo et Brestcoristev, quas per modum commutacionis dictus Przesdrew cum suis fratribus, condam heres de Ryszewo nunc vero de Zalachowo, a monasterio Trzemeschnensi pro ipsorum hereditate Ryzewo sita in districtu Gneznensi receperat et resignaverat dicto monasterio Trzemeschnensi; prenominatus igitur Przesdrzew et ipsius fratres, predictam hereditatem Squarzyno prefato monasterio Trzemeschnensi, comparando pro marcis octoginta, a sepedicto Dobeslao emerunt, prout in mutua ordinacione et empcionis commutacione habuerunt; sic, quod duas villas pro villis duabus alternatim ambe partes equaliter commutaverunt. Prenominatus igitur Dobeslaus heres de Nyankowo prefatam suam hereditatem Squarzino, tali ordinacione et commutacione ut premissum est prehabita, venerabili viro domino Paulo preposito et ipsius collegio, fratribus in Trzemeschna regularibus canonicis Ordinis sancti Augustini, coram nobis rite et legittime resignavit cum omni iure et dominio possidendam, gubernandam et in perpetuum pro hereditate Trzemeschnensis monasterii tenendam et in usus ipsius monasterii convertendam, cum omnibus usibus, proventibus, usufructibus, graniciis, metis et gadibus, prout dicta villa Squarzino in longitudine et latitudine ab antiquo dinoscitur habuisse, ita ut dictus Dobeslaus eam et sui progenitores possederant a principio fundacionis, cum omnibus singulis de alto et basso obvencionibus, que nunc sunt et in futurum quomodolibet orte fuerint, perhennibus temporibus prepositus Trzemeschnensis cum suo conventu est dominus dicte hereditatis Squarzino cum omnimoda et plena possessione, prout alia bona et hereditates sui Trzemeschnensis monasterii possedit, possidet pariter et possidebit. Acta sunt hec Gnezne in die sancte Agnetis, sub anno m.ccc.xc tercio, presentibus nobilibus viris, dominis Swenthoslao castellano, Vincencio subiudice Calisiensi, Dobeslao canonico Gneznensi, Petro de Modlyssewo, Zawyscha et Iacussio de Wilczyna, Vincencio de Strzalcowo heredibus, quam plurimis fidedignis testibus.

Nyankowo, *Jankowo.* Squarzyno, *niegdyś osada p. miast. Gniezno, dziś znikła.* Zalacovo, *Zalachowo.* Brestcoristev, *Brzezkorzystew.* Ryzewo, *Ryszewo.* Modlyssewo, *Modliszewo.* Wilczyna, *Wilczyn.* Strzalcowo, *Strzałkowo.*

Nr. 1933.

Nicolaus Strzeszconis de Lagewniky etc. totumque Capitulum s. Gneznensis ecclesie 1393 Febr. 1, Gnezne; universo clero Poloniae mandant, ut Semovitum ducem Mazoviae propter violentias in bonis ecclesiae Gneznensis, in districtu de Łowicz iacentibus, commissas moneant, et nisi satisfactionem praestiterit, cum adiutoribus excommunicatos nuntient.

Pergam. orygin., którego dolny prawy róg wygryziony. Na paskach pergaminowych przywieszono 5 pieczęci. 1wsza przedstawia tarcz z zatartem godłem i napisem. 2ga przedstawia Biskupa błogosławiącego z pastorałem w lewéj; napis zatarty. 3cia, 4ta i 5ta znikły.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 244.

Nicolaus Strzeszconis de Lagewniky, thesaurarius canonicusque et administrator in spiritualibus generalis, totumque Capitulum sancte Gneznensis ecclesie, venerabilibus, honorabilibus ac religiosis et discretis viris, dominis .. abbatibus, prepositis, prioribus et gardianis monasteriorum, ac prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus et cancellariis, canonicisque, altaristis, vicariis et ebdomadariis Gneznensis, Plocensis, Cracoviensis, Wratislaviensis, Poznaniensis, Lubucensis et Wladislaviensis cathedralium, nec non Lanciciensis, Uneyoviensis, Curzeloviensis et Rudensis collegiatarum, atque omnibus et singulis parrochialium rectoribus ecclesiarum et eorum vices gerentibus, et notariis publicis per Gneznensem, Plocensem, Cracoviensem, Wratislaviensem, Poznaniensem, Lubucensem et Wladislaviensem civitates et dioceses ubilibet constitutis, et qui presentibus requisiti fuerint, communiter et divisim, et eorum cuilibet in solidum, salutem in Domino sempiternam. Quia magnificus princeps et dominus, dominus Semovitus dux Masovie, sinistro ymmo perverso quorundam, qui in vanum Dei nomen acceperunt et Christiano vocabulo gloriantur, ductus ymmo seductus consilio, auxilio pariter et favore, contra sanctam matrem ecclesiam Gneznensem, quam, cum sit patronus eiusdem, pocius defendere quam opprimere deberet, se contra Deum et iusticiam erigens, pauperes homines ipsius Gneznensis ecclesie in villis districtus Lovicensis degentes, ultra quam phas est dicere, equis, pecudibus, pecoribus, pecuniis et rebus aliis satis miserabiliter spoliavit et per suos in hac parte complices satis crudeliter gravari et spoliari demandavit, quibus non contentus, sed mala malis cumulando, omnes villas archiepiscopales in eodem Lovicensi districtu consistentes, per se suosque officiales et complices rapuit, occupavit, detinuit, ac occupat, spoliat et detinet indebite occupatas, spoliacionesque et occupaciones ac detenciones huiusmodi, nomine suo factas, ratas habuit et gratas, predamque huiusmodi in castris et curiis suis consumpsit et distraxit pro sue suorumque consiliariorum libito voluntatis, premissa faciens contra libertatem ecclesiasticam in periculum anime sue et scandalum Christi fidelium plurimorum, ac in preiudicium, non modicum vituperium et dampnum irrecuperabile ecclesie Gneznensis supradicte: et licet non est dubium, eundem dominum Semovitum ducem Mazovie,

cum omnibus sibi in hac parte dantibus consilium, auxilium et favorem, ob premissas spoliaciones, rapinas, occupaciones et detenciones bonorum ecclesie, vigore constitucionum legatorum Sedis apostolice et statutorum provincialium sancte Gneznensis ecclesie antedicte contra spoliatores, raptores, occupatores, detentores bonorum ecclesie salubriter editorum, receptorum et moribus utencium approbatorum ac legittime prescriptorum, maioris excommunicacionis sentencia existere fore ligatos, locaque ad que dicta bona rapta, occupata et detenta sunt deducta, et presertim loca et ecclesie in quibus idem dominus Semovitus dux Mazovie ius patronatus dinoscitur obtinere, subiecta esse interdicto ecclesiastico ipso facto: nos tamen cum prefato domino Semovito duce Mazovie in hoc facto micius agere volentes, vobis et vestrum cuilibet Gneznensi, auctoritate ordinaria, vobis vero in Cracoviensi, Wratislaviensi, Poznaniensi, Lubucensi, Wladislaviensi et Plocensi diocesibus, virtute laudi communis, qui presentibus fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, in virtute sancte obediencie ac sub excommunicacionis et synodali penis, quas vos et vestrum quemlibet, trium dierum canonica monicione premissa, incurrere volumus, nisi mandatis nostris huiusmodi cum effectu parueritis, districte precipiendo mandamus: quatinus visis presentibus, dum et quando requisiti fueritis vel alter vestrum fuerit requisitus, ita quod unus per alium se non excuset, accedentes vel alter vestrum accedens personaliter memoratum dominum Semovitum ducem Mazovie omnesque sibi in premissis dantes consilium, auxilium et favorem, tanquam nominatim expressos et expresse nominatos, si eorum presenciam commode adire poteritis vel alter vestrum adire poterit, alias in ecclesiis vestris, cum honore tanquam principem moneatis efficaciter inducendo, quos et nos tenore presencium peremptorie requirimus et monemus: ut infra XII dies monicionem vestram immediate sequentes, quorum dierum quatuor pro primo, alios quatuor pro secundo, et reliquos ac ultimos quatuor dies pro tercio et ultimo ac peremptorio termino, trina canonica monicione premissa, ipsis et eorum cuilibet prefigimus et assignamus, predicta bona seu villas in iam dicto Lovicensi districtu, per se et suos homines per violenciam spoliata, occupata, rapta et detenta, nobis seu honorabilibus viris, dominis Boguslao scolastico Lanciciensi et Alberto de Belawi, concanonicis nostris Gneznensibus, nunc castrum Lovicense nomine tocius Capituli nostri Gneznensis regentibus seu tenentibus, restituant seu restituat aut restitui faciant vel faciat integraliter cum effectu, seque a sentencia excommunicacionis, quam ob huiusmodi rapinam bonorum ecclesie virtute iam dictarum constitucionum legatorum Sedis apostolice et statutorum provincialium sancte Gneznensis incurrerunt seu incurrit (*5 lit. des.*) interdictumque huiusmodi relaxari procurent: alioquin memoratum dominum Semovitum ducem Masovie, cum omnibus consiliariis et fautoribus suis in hac parte, exnunc prout extunc et extunc prout exnunc in penas dictarum constitucionum et statutorum declaramus incidisse. Quocirca vobis et vestrum cuilibet sub penis predictis districcius precipimus et mandamus, ut prefatum dominum Semovitum ducem Mazovie omnesque et singulariter singulos, qui (*7 lit. des.*) spoliacione, rapina, occupacione et detencione huiusmodi consilium prebuerunt auxilium et favorem, sic excommunicatos et interdictos in vestris ecclesiis infra missarum sollempnia nuncietis publice singulis diebus dominicis (*8 lit. des.*) interdictumque ecclesiasticum huiusmodi in eisdem vestris, et precipue in quibus idem dominus dux ius patronatus ut prefertur obtinet, ecclesiis in terris seu dominio ipsius ducis consistentibus, firmiter et inviolabiliter observetis (*9 lit. des.*) observari faciatis, penitenciam moriencium et baptismate parvulorum dumptaxat ex-

ceptis, sepultura autem ecclesiastica omnibus morientibus specialiter interdicta. Cum vero iam dictum dominum Semovitum ducem Ma . . (*9 lit. des.*) ad alia loca extra suum dominium venire contigerit, et quamdiu moram in eisdem locis traxerit, similiter ecclesiasticum interdictum firmiter teneatis. Eo autem recedente, divina in eisdem locis et ecclesiis ut prius resu . . (*9 lit. des.*) premissa tamdiu cum exacta diligencia et obediencia exequentes, donec sepefatus dominus Semovitus dux Mazovie et sui in hac parte complices ad cor redierint, ac, satisfaccione premissa de huiusmodi spoliis (*9 lit. des.*) et violenciis ut prefertur factis et illatis, a nobis munus absolucionis et relaxacionis interdicti meruerit et meruerint obtinere. Datum Gnezne in vigilia Purificacionis beate Marie virginis gloriose (*9 lit. des.*) Domini M.CCC.XC. tercio.

In signum execucionis per vos et quemlibet vestrum faciende, more consuetudinis et patrie presentes vestris sigillis subappensis reddatis sigillatas.

Lagewniky, *Łagiewniki*. Uneyoviensis, *de Uniejów*. Curzeloviensis, *de Kurzelów*. Rudensis, *de Ruda*.

Nr. 1934.

Warcislaus iunior Stetinens. etc. princeps 1393 Mart. 3, Cracovie; protestatur, Wladislaum regem Poloniae sibi castrum Nakło ad tenendum contulisse, spondetque se ad primum mandatum regis praedictum castrum eidem restituturum.

Pergam. orygin. Na skrawku pergaminowym przywieszona pieczęć okrągła przedstawia na trójkątnéj tarczy Gryfa obróconego w lewo; napis i przystrojenie hełmu zatarte.

Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 530. — Dogiel. Codex diplomatic. Poloniae I, pag. 571.

Warcislaus iunior, Dei gracia Stetinensis, Pomeranie, Slavie, Cassubie dux ac Ruyanorum princeps, universis et singulis presencium noticiam habituris significamus nomine nostro nec non . . fratrum et . . heredum nostrorum harum per tenorem: quod serenissimus princeps ac dominus noster, dominus Wladislaus rex Polonie etc. volentes nos tamquam fratres ac servitores sue maiestatis prosequi gracia speciali, castrum suum et regni sui Polonie Nakel nuncupatum, cum omnibus eius pertinenciis quibuscumque nominibus appellentur, dedit et contulit nobis ad tenendum usque ad sue beneplacitum voluntatis. Quod quidem castrum Nakel cum pertinenciis suis, ipsi domino regi vel preclare principi domine Hedvigi regine consorti sue, aut capitaneo vel alicui palatinorum terre Maioris Polonie, cuicumque (sic) illorum cum littera ipsius domini . . regis aut . . regine ad nos vel ad fratres nostros, aut burgravium nostrum eiusdem castri destinatus fuerit, dum per ipsos aut alterum ipsorum pro parte prefati domini . . regis aut regine requisiti fuerimus, predictum castrum cum suis pertinenciis debebimus et debemus nos vel alter nostrum, aut burgravius noster ipsius castri qui pro tempore fuerit, restituere et reddere bona fide, omni dolo, fraude et dilacionibus proculmotis: ad quod nos obligamus faciendum tenore presencium mediante. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est

appensum. Actum et datum Cracovie feria secunda post dominicam Reminiscere, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio.

Ruyani, *de Rugia insula*. Nakel, *Nakło*.

Nr. 1935.

Wladislaus rex Polonie etc. 1393 Mart. 4, Cracovie; protestatur, se Semovitho Mazoviae duci, ratione dotis sororis suae Alexandrae, 2650 marcas debere, in quarum deductionem, se die 25 m. Maii 600 marcas soluturum spondet.

Pergam. orygin., w środku przecięty. W dolnym założonym brzegu wcięcie poprzeczne od przywieszenia pieczęci.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 245.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus quibus expedit universis presencium noticiam habituris: quod facta racione ultima et immediata cum magnifico principe domino Semovitho eadem gracia duce Mazovie, fratre nostro carissimo, tam de et super dote dicta vulgariter possag serenissime principis domine Allexandre consortis ipsius domini Semovithi ducis, nostre sororis carissime, quam eciam sallario, eidem domino Semovitho duci hactenus non exsolutis: occasione videlicet huiusmodi dotis, in mille centum quinquaginta marcis grossorum Pragensium latorum, racione quoque sallarii memorati, in mille quingentis marcis pecunie communiter in regno nostro currentis numeri Polonicalis consueti, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, ipsi domino Semovitho duci solvendis nos teneri (*16 lit. des.*). De quibus quidem mille centum quinquaginta marcis dotis predicte et in deduccionem earundem, sexingentas marcas eorundem grossorum latorum prenarrato domino Semovitho duci super proxime nunc affuturum festum Penthecostes sine omni dilacione et contradiccione promittimus exsolvere et spondemus harum nostrarum, quas appensione sigilli nostri communiri fecimus, testimonio litterarum. Datum Cracovie feria tercia proxima post dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio.

Nr. 1936.

Wladislaus rex Polonie etc. 1393 Apr. 13, in Cosczan; proconsuli et civibus de Śrem libertatem transferendi civitatem in locum Ostrów sive Kobylec largitur, eidemque ius Magdeburgense et alia privilegia confert.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Sigismundus Augustus rex Poloniae 1560 Iun. 4, Vilnae. *U orygin. pergaminu wisi ułamek pieczęci na sznurze jedwabnym, czerwon. i biał.; z napisu pozostało* + Sigismundus August . . .

Poznań. Königl. Staats Arch. Szrem A.

In nomine Domini amen. Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. ad perpetuam rei memoriam significamus universis quibus expedit, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris. Votis et

instantivis suppliacionibus nostrorum fidelium Iohannis Goli proconsulis, Martini Pudlo, Nicolai Brudno, Hamplonis Budno, Iohannis Drang, Petro Neco, civium nostre Srzemensis civitatis, gratam et benignam audienciam exhibentes, habitoque respectu ad multiplices et varios defectus, gravamina, molestias et pressuras, quibus ydem cives et quivis incole predicte civitatis Srzemensis in bonis et possessionibus ipsorum tum per ignium incendia, tum eciam per emulorum et adversancium spoliaciones, devastaciones et rapinas damnificati sunt multipliciter et oppressi: quibus piis compacientes affectibus, volentesque ut temporibus nostri felicis regiminis ab huiusmodi gravaminibus, defectibus et pressuris possent et valeant prosperante Altissimo uberius respirare, prefatis civibus et incolis ipsius civitatis nostre Srzemensis damus et conferimus plenam et omnimodam ac liberam potestatem, eandem civitatem nostram Srzemensem in alium locum seu insulam, Ostrow dictum et Cobilecz vulgariter appellatum, inter lacus Sabel et Czarni strumen nuncupatos situatum, transferendi, dictamque civitatem in ipso loco de novo fundandi, construendi et locandi iuxta ipsorum beneplaciti voluntatem. Cupientes insuper eiusdem civitatis nostre Srzemensis ex eo condicionem fieri meliorem, eidem civitati damus et conferimus plenam et omnimodam libertatem ad duodecim annorum dumtaxat decursum sese continuo sequencium, a data presencium inchoando et continuo computando; universos et singulos cives et incolas prefate civitatis nostre Srzemensis, ab omnibus et singulis dacionibus, exactionibus, contribucionibus, censibus, redditibus, gravaminibus, laboribus et pressuris, ac quibusvis solucionibus nostris regalibus, quibuscunque pociantur vocabulis, absolvimus, eximimus et omnimode de nostre liberalitatis opulenta plenitudine liberamus. Porro, quod prefata civitas nostra Srzemensis eo commodosius et celerius collocari valeat, et ut in multitudine populi possit ampliora suscipere incrementa, prefate civitati ius Theutonicum Maideburgense damus et adicimus, appropriamus et incorporamus perpetuis temporibus duraturum, omnes modos et consuetudines iurium Polonicalium, que predictum ius Theutonicum Maideburgense plerumque perturbare consueverunt, ibidem penitus removentes. Damus eciam et conferimus supradictis civibus nostre civitatis Srzemensis plenam liberam licenciam et omnimodam facultatem, omnibus et singulis iuribus et consuetudinibus iurium, quibus civitas nostra Poznaniensis et ipsius incole gaudent, utuntur et fruuntur, gaudendi, utifruendi ac perpetuo perfruendi. Preterea volentes thezauri nostri commodum procurare et proventum ampliorem, supradictis civibus et incolis nostre civitatis Srzemensis indulsimus et de nostre gracie favoribus vigore presencium indulgemus, molendinum cum tunsoriis, stampy dictis vulgariter, in fluvio Warta penes ipsam civitatem nostram Srzemensem locare, construere et de novo instaurare. Quod quidem molendinum cum ipsius obventionibus, pertinenciis et appendiis universis, sepefati cives et incole civitatis nostre Srzemensis sepefate tenebunt et possidebunt libere et pacifice infra hinc et spatium duodecim annorum sese continuo sequencium, a data presencium inchoando; tandem revolutis huiusmodi duodecim annis, medietas fructuum omnium de prefato molendino proveniencium pro nostra celsitudine debebit cedere, altera vero medietas fructuum eorundem pro prefatis civibus nostre Srzemensis civitatis relinquetur perpetuis temporibus affuturis. In quorum omnium testimonium et evidentiam clariorem, presentes litteras nostras fieri fecimus nostri sigilli pendentis sigilli (sic) munimine roborari. Actum in Cosczan die Conductus Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio, presentibus: Spitcone Cracoviensi, Sandzivogio Kalisiensi, Iohanne Lanciciensi palatinis, Vincencio de Granow castellano

Naclensi, Petro subiudice Poznaniensi et Pascone vexillifero Kalisiensi, ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis.

Insula Ostrow et Cobilecz, inter lacus Sabel et Czarni strumen, *prawy brzeg rz. Warta, w wewnętrznem zgięciu jéj kolana, odciętego przez odnogę Czarna woda i małe jezioro, nad którem nasypy dawnego grodu.* Maideburgensis, *de Magdeburg.* Cosczan, *Kościan.* Granow, *Granów.* Naclensis, *de Nakło.*

Nr. 1937.

Vladislaus rex Polonie etc. 1393 Aug. 17, Cracovie; villam Arnoldi de Wałdowo dictam Mrocza in civitatem eiusdem nominis iure de Magdeburg locat.

Transsumpt potwierdzony przez: Sigismundus rex Poloniae etc. 1523 Mart. 31, Cracoviae in conventione generali, *kopjowany na karcie pergamin. bez śladu przywieszenia pieczęci w Grodzie Nakielskim na żądanie burmistrza i rajców m. Mrocza r. 1651 Iun. 15. Pod tym dokumentem przepisany jest po szerokim odstępie inny, wydany miastu Mrocza przez:* Christophorus Kostka de Stemberk palatinus Pomoran. etc. 1582 Aug. 23, in castro Mrocza.

Poznań. Königl. Staats Arch. Mrocza 1 u. 2. — Wuttke. Städtebuch Nr. 37.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Vladislaus Dei gratia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris, quia attenta mentis solicitudine perpendentes grata et fructuosa fidelitatis obsequia ac claram fidei constantiam, quibus Arnoldus de Waldov, noster fidelis dilectus, pro augmento et ampliatione nostre celsitudinis opera sua insudavit et in antea, uti dignum arbitramur, prestantius insudabit: quorum intuitu cupientes ipsum de nostra regali munificentia speciali prerogativa facere consolatum, de villa sua Mrocza dicta, sita in districtu Naclensi, civitatem facimus, locamus, transmutamus, ac de iure Polonico in ius Tephtonicum, quod Maydeburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, quam quidem civitatem eodem nomine Mrocza in antea volumus et decernimus perpetuis temporibus appellari: removentes ab eadem civitate Mrocza omnia iura Polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Thephtonicum plerumque perturbare consueverunt. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus omnes cives, suburbanos, hortulanos, molendinatores, incollas universos civitatis predicte, ab omni iure, iurisdictione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum et officialium sive ministerialium eorundem, quibuscunque nominibus censeantur, qui coram ipsis aut aliquo illorum, pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii, membrorum mutilationis et quibusvis aliis citati, minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur; sed tantum cives, suburbani et incolle dicte civitatis, coram suis advocatis, advocati vero coram memorato Arnoldo aut suis successoribus legitimis, sive coram nobis vel nostro iudicio generali, dum et si ipse Arnoldus aut sui successores in reddenda iustitia negligentes forent vel remissi, dum tamen per literam nostram nostro sigillo sigillatam citati fuerint, tunc non aliter quam iure suo Thephtonico cuilibet ad obiecta iudicialiter respondere sint adstricti. In causis vero criminalibus et capitalibus superius

expressis, advocatis dicte civitatis iudicandi, puniendi, corrigendi, sententiandi et contempnandi potestatem hanc damus et conferimus plenariam et omnimodam facultatem, prout hoc ius Thephtonicum in omnibus suis articulis, conditionibus, sententiis et punctis postulat et requirit, iuribus nostris regalibus in omnibus et per omnia semper salvis. Volumus insuper, quod omnibus iuribus et immunitatibus dicta civitas Mrocza potiatur, quibus Sempelbork iuribus gaudet, fruitur et letatur. Preterea, volentes dicte civitatis et civium ac incolarum ipsius in collocatione conditionem facere meliorem, dicte civitatis civibus et incolis ipsius forum septimanale feriis quartis damus et conferimus temporibus perpetuis et futuris, indulgentes omnibus ac singulis mercatoribus undecunque venientibus cum mercimoniis et rebus eorum, cuiuscunque generis aut speciei fuerint, libere emere et vendere et eorum mercimonia exercere: harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum Cracovie ipso die dominico infra octavas Asumptionis sancte Marie, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio, presentibus his: Sandivogio Kalisiensi, Spitkone Cracoviensi palatinis, Cristino Sandomiriensi, Imramo Zawichostiensi castellanis, Demetrio marschalco, Tomcone subpincerna Cracoviensibus, aliisque multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus honorabilis Zaklice aule nostre cancellarii, fidelis dilecti, subscriptum per Andream Calisiensem (sic).

Waldov, *Wałdowo.* Mrocza, *Mrocza.* Naclensis, *de Nakło.* Sempelbork, *Sępolno.*

Kopja użyta do powyższego dokumentu jest przepełniona błędami, których liczbę Wuttke w swym tekscie znacznie powiększył. W podanym powyżéj tekscie zmienione z niéj zostały następujące miejsca: Str. 661, wiersz 6 od g. w kopji Bocz Culmensis, *tu zmieniono na* nostre celsitudinis. *Wiersz 7 w k.* ipsi, *na* ipsum. *Wiersz 10 w k.* lucraturum, *na* duraturum. *Str. 662, wiersz 4 od końca, w k.* Iananio, *na* Imramo.

Nr. 1938.

Ticz Bar de Opalenicza heres 1393 Aug. 17, Cracovie; spondet, se Wladislao regi Poloniae, pro beneficiis et graciis sibi ab eodem impensis, cum hastis et hominibus suis serviturum.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergaminowym przywieszona okrągła pieczątka przedstawia na tarczy trójkątnéj herb Pomorskiéj familji Baer (Niedźwiedź kroczący pod górę w prawo); napis zatarty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 246.

Ticz Bar de Opalenicza heres, significo universis quibus expedit presencium noticiam habituris: quod cum non modica mea necessitate ingruente villam meam Opalenicza predictam nobili viro domino Arnaldo heredi de Waldowia obligassem in ducentis septuaginta marcis, tandem serenissimus princeps dominus Wladislaus rex Polonie etc. illustris, periculis, dampnis et dispendiis que occasione mee captivitatis incurri et percepi pio compaciens intuitu, dictam villam meam Opalenicza, in dictis ducentis septuaginta marcis taliter ut premittitur obligatam, a memorato Arnaldo redimendo pro me et liberando, villam suam Camona, in districtu Kalisiensi sitam, loco antedictarum ducentarum septuaginta marcarum prefato Arnaldo tenendam con-

tulit graciose, prout hoc ipsum in litteris predicti domini regis, eidem Arnaldo de et super dicta collacione ville datis et confectis, claret evidenter. Unde ipse dominus rex racione huiusmodi captivitatis graciam michi faciens singularem, centum marcas de prescriptis ducentis septuaginta marcis michi deduxit, dimisit graciosius et indulsit; ita, quod centum et septuaginta marcas residuas, cum hastis et hominibus meis ipsi domino regi, cum voluntas sua ad hoc affuerit et mandatum, secundum ritum et consuetudinem regni Polonie antiquitus observatam teneor et obligo me sub fidei et honoris puritate, sine dolo et fraude fideliter deservire, presencium quibus meum sigillum appensum est testimonio litterarum. Datum Cracovie ipso die dominico infra octavas Assumpcionis sancte Marie virginis, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio.

Opalenicza, *Opalenica.* Waldowia, *Wałdowo.* Camona, *Kamienna.*

Nr. 1939.

Dobrogostius episcopus Poznaniens. 1393 Nov. 12, Poznanie; villam mensae episcopalis Piątkowo, a praedecessore suo Nicolao episcopo cuidam nobili dominae Sowka in 100 marcis grossorum obligatam redemit, et in 75 marcis Thomislao castellano de Żoń denuo obligat.

Pergam. orygin., u którego na paskach pergaminowych dwie podługowate pieczęcie przywieszone. 1sza w ułamku przedstawia osobę w długiéj szacie, stojącą pod okrągłym łukiem, obok któréj na lewo zdaje się, że takaż osoba pod takim samym łukiem stała; napis odłupany. 2ga okazuje w ułamku głowę biskupią pod szczątkami cymborium; napis odłamany.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 247.

Nos Dobrogostius divina et apostolice Sedis providencia episcopus Poznaniensis, notum facimus quibus expedit universis, quod cum dominus Nicolaus bone memorie olim episcopus Poznaniensis, predecessor noster, quandam villam ecclesie Poznaniensis ad mensam episcopalem pertinentem, Panthkowo vulgariter nuncupatam, in certis pecuniis et pecuniarum summis, videlicet centum marcis grossorum Pragensium, cuidam nobili domine Sowcze obligasset ac eadem villa ad alias certas personas extraneas devenisset, nos timentes ne eadem villa processu temporis et diuturnitate ab ecclesia alienaretur, dictam villam redemimus et recuperavimus, dictam summam pecuniarum, videlicet centum marcas, pro eadem villa exsolventes de pecuniis aliunde mutuatis. Tandem, non valentes nobis et ecclesie nostre onere debitorum pregravate aliunde consulere, de consensu et unanimi voluntate Capituli nostri Poznaniensis, habito super hoc tractatu et sepius repetito, eandem villam dictam Panthkowo in minori summa pecunie, videlicet septuaginta quinque marcis grossorum predictorum, nobili viro domino Thomislao castellano dicto Szonski, tunc burgrabio Cosstensi, et successoribus suis obligavimus et tenore presencium obligamus, cum omni iure et pleno dominio, sub forma, modo et clausulis in prima obligacione expressatis, quas hic volumus habere pro insertis, per ipsum dominum Thomislaum et successores suos habendam, tenendam, possidendam, utifruendam, quousque per nos et successores nostros eidem Thomislao vel successoribus suis dicta pecunia, videlicet

septuaginta quinque marce, fuerit exsoluta de pecunia numerata. Volumus eciam et tenore presencium promittimus, ut fructus et proventus dicte ville non computentur in sortem, propter servicia per ipsum dominum Thomislaum nobis et ecclesie nostre impensa; sed eadem villa exsolvatur de pecunia numerata, qua pecunia soluta, eadem villa ad nos et ad nostram mensam libere reddeat sicut prius: hoc specialiter adiecto, quod dictus Thomislaus et successores sui, eandem villam necessitate urgente possint obligare in eadem summa peccunie, et non in maiori, persone et personis fidedignis. In quorum rei testimonium, sigilla nostra, nostrum videlicet episcopale et Capituli nostri Poznaniensis, presentibus sunt appensa. Actum et datum Poznanie in crastino beati Martini confessoris gloriosi, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio.

Panthkowo, *Piątkowo, białe lub czarne.* Szonski, *de Żoń.* Cosstensis, *de Kościan.*

Nr. 1940.

Conrad v. Wallenrod Grossmeister d. Deutsch. Ordens o. I. O. u. T.; verzeichnet seine im Iahre 1392 mit dem Herzog Wladislaw v. Oppeln gehabte, eine Theilung Polens betreffende Unterredung.

Königsberg. Königl. Staats Archiv. Copiarium Nr. 2b. fol. 19. — Voigt. Cod. diplomatic. Prussic. IV, pag. 158.

Dis ist die Antwert uff des Herczogen Brieff von Ruessen.

Item uns steht wol czu gedenken, das yn den Iaren unsers Herren **m.ccc.xcii** der irluchte Furste Herczog Ladislaw von Opul czu uns in unser Land quvam ken Pruessin umb etzliche notliche Sachen die yn antretende waren, und sunderlich durch des Landes willen czu Dobrin, die selben Sachen her ouch wol und czu einer Genuge mit uns ustrug. Do her etzliche Cziet by uns gewest was und die selben sine Sachen mit uns usgetragen und usgeredt hatte bis uff ein Ende, und was an der Cziet als her von uns scheiden wolde, do hub der teidinge an und sprach: min Herre der Koning von Ungern, der Marggrave von Merhern, Herczog Iohan von Gorlicz, der Herczog von Osterriech und wir, sint des czu Rate und eyns worden, das wir deme Konige von Polan czu wellen, dor czu wil uns unser Herre der Koning von Behem hulfe tun; so is der egenanten Herren Meynunge, das Ir von desen Sieten ouch dorczu helfen soldet. Doruff gabe wir Im czu Antwart und sprachen: Herre, wir wissen nicht was wir uch doruff antwerten sullen. Do sprach der Herczog: Herre, ir wisset nicht wies die Herren vor haben; sie habens also vor, das sie keinen Koning czu Polan me haben wellen, und habens ouch also vor: was uff disseit Kalis ist, das das alles und ouch die Masov ken Pruessen gehoren solle; und was genssiet Kalis ist, und Cracow, Czudemar, Luntschitz, Ruessen und den Strich hen off, sulde ken Ungern gehoren; was aber von der Wurte were und den Strich do her, das sulde czu der Marke und unserm Herren dem Romischen Koninge czugehoren. Dor uff antwurte wir und sprachen: Herre, das haben wir vore nicht gewust noch gehort, und wissen nicht was wir doruff antwerten sollen, wandt wir der Polan Brive haben, und sie widder unse Brive haben, das ein ewig Frede czwisschen iren und unsern Landen ist, alleine der Frede dicke an uns gebrochen ist; sunder

queme is also verre, das unsir heilger Vater der Pabst das Crucze und unser Herre der Romissche Koning das Swert ober sie geben, und das wir mit Rechte dorczu geheisschen wurden: was wir denne von Rechtes wegen dorczu thun solden, das welden wir tun noch unserm Vermoegen. Do begerte der Herczog under vil Reden die sich dorunder vorliefen, das wir unser Boten mit im usgesandt hetten an unsern Herren den Koning von Ungern mit voller Macht; daruff sprachen wir: Herre, das fueget uns nicht czu tunde, unser sint mehr, denne wir, die mite raten; ouch, senten wir Ymands us mit unser voller Macht, das were mit unserm Ingesigel, und wurden uns unser Boten abgefangen und das Ingesigel bie in gefunden, ader wurden sust mit Gewalt darczu getwungen das her Brive ober sich ader ober den Orden geben muste, das liechte das verschreben wurde, das uns czu swere wurde czu halden. Dornoch uff das leczte sprach her: Wol hen, wir wellen unserm Herren dem Koninge dor von sagen. Darczu sprachen wir: Herre, das moeget ir tun, ader von unser wegen dorft ir im nichtes nicht sagen. Ouch, do her mit uns redende was von den vorgeschreben Sachen, do sproche wir czu im: lieber Herre, nu ir mit uns von den Sachen reden wellet, so were wol unser Meynunge und Rat, das ir uns uwern Sin und Meynunge beschrebin yn ein Papier gebet, das wir die vernemen muchten, so welden wir daruff gedenken, das wir uch unsern Sin und Meynunge doruff widder in einem Papier beschreben geben, so muchtet ir unser Meynunge vernemen und wir widder die uwer, und muchten uns beidersiet darnach richten: dar czu kunde wir in nye gebrengen das her das thun wolde: dorus wir ouch wol merkten, das die Rede keine Macht hatte.

Opul, *Opole, z niem. Oppeln.* Pruessin, *Prussy.* Dobrin, *Dobrzyń.* Czudemar, *Sandomierz.* Luntschitz, *Łęczyca.* Wurte, *Warta rz.*

Nr. 1941.

Wladislaus dux Opoliensis 1393 Nov. ?; una cum fratre suo Bolcone treugas pacis cum Wladislao rege Poloniae init.

Pergam. orygin., którego oba boki odpadły, a w pozostałéj średniéj części dziura przeżarta. W dolnym założonym brzegu tejże dwa wcięcia poprzeczne od przywieszenia pieczęci i ślady paska pergaminowego, przez nie kiedyś przewleczonego. Na stronie odwrotnéj napisane ręką XVI wieku.. Littere super treugas pacis inter duces Opolienses et regem Polonie.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 248.

... lienses etc. significamus universis quibus expedit presencium noticiam habituris, quod nostro et illustris principis ... fratris nostri dilecti, nominibus quorum cavemus de rato de et super omnibus dissensionum materiis inter partes infrascriptas ... timus, ponimus, contrahimus, inimus, statuimus et firmamus veras pacis treugas Christianas inter serenissimum ... Polonie Lithvanieque principem supremum et heredem Russie etc. illustrissimum, ex una, et nos nec non magnif ... ipsiusque subditos et terras, parte ab altera, videlicet a die presencium, usque ad diem Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi pro ... im sumptum duraturas. Quas quidem treugas pacis nostro et domini (*8 lit. des.*) ac omnium et singulorum ... et honore ducali

sine dolo et fraude promittimus tenere et inv .. (*9 lit. des.*) die data presencium ... um inclusive, hoc dumtaxat salvo: si alique persone hinc inde aliq .. (*5 lit. des.*) actus facerent a ... nem. Quodque nos et dictus Bolco ac subditi nostri et eiusdem, pendentibus de .. (*6 lit. des.*) pacis, partem illu ... poliensis, nostri patrui dilecti, non fovebimus auxilio, consilio vel favore, neque ali .. (*6 lit. des.*) contrarium dicti domini ... sitas personas verbo vel opere, publice aut occulte. Et nichilominus regnicolis regni Polonie et nostris ... universis et singulis liceat, huiusmodi durantibus treugis, de regno Polonie ad terras nostras et domini ... ad regnum Polonie libere equitare, transire, merces et mercimonia quevis ducere ac eadem vert ... m ac ad propria indempne remeare; ita tamen, quod in signum nostre et dicti domini Bolconis fratris ... nis, terrigene equestres mercimonia alique non ducentes, nostris aut ipsius domini Bolconis vel ... dem habere debeant sigillis patentibus sigillatas, scilicet quando et quociens eosdem ad regnum Polonie equi ... ate dictis. In cuius rei testimonium, de certa nostra sciencia sigillum nostrum presentibus est appensum. Da ... proxima ante diem sancti Martini confessoris, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio.

Nr. 1942.

Wladislaus rex Polonie etc. 1394 Febr. 17, in Nepolomice: Nicolao de Królikowo castellano Gnesnensi 100 marcas de villa Ceków assignat.

Pergam. orygin., trzy razy przecięty. Na sznurze nici jedwabnych amarantow. przywieszona pieczęć przedstawia tarcz kwadrowaną w 1) Orła w koronie. 2) Pogoń. 3) godło Ziemi Kaliskiej. 4) godło Ziemi Kujawskiej, Łęczyck., Sieradzk.

Warszawa. Archiwum Główne. Diplomu Nr. 335.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithvanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus quibus expedit universis, quod attente mentis intuitu perpendentes grata multum et accepta fidelitatum obsequia, quibus Nicolaus de Croiicow castellanus noster Gnesnensis, fidelis dilectus, maiestati nostre complacere meruit et adhuc continuato fidelitatis studio se poterit continuo reddere prompciorem, eorum intuitu volentes eundem Nicolaum castellanum singularis prerogativa favoris prosequi, ut nostris suffultus munificenciis ad nostra servicia valeat uberius animari, sibi de centum marcis grossorum Pragensium numeri Poloniealis consueti, quadraginta octo grossos in marcam videlicet quamlibet computando, providimus et de nostre liberalitatis opulenta plenitudine providemus. In quibus centum marcis eidem Nicolao castellano villam nostram regalem Cecovo dictam vulgariter, in terra nostra Kalisiensi situatam, damus et conferimus tenendam, habendam, utifruendam et possidendam cum omnibus et singulis ipsius utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, obvencionibus, pertinenciis, emolumentis et appendiis universis ad ipsam villam Cecovo quomodolibet spectantibus, quibuscumque vocabulis vocantur, tamdiu scilicet, quousque predicte centum marce grossorum et numeri predictorum supradicto Nicolao castellano vel suis proximioribus per nos aut successores nostros persolute fuerint integraliter et ad plenum; harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Nepolomice feria tercia post diem sancti Valentini martiris, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

Croiicow. *Krolikowo.* Cecovo. *Ceków.* Nepolomice. *Niepołomice.*

Nr. 1943.

Wladislaus rex Polonie etc. 1394 Mai. 1, in Obornyki; hominibus villarum commendatoris ad s. Iohannem extra muros Posnaniae, dictarum Rabowice, Krzesiny, Pogorzelica et Wierzchucin, libertatem ab omnibus solutionibus et laboribus sui dominii largitur.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. E, pars 2da, fol. 3.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lituanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus universis quibus expedit presencium noticiam habituris, quod mente sollicita perpendentes multiplices ac varios defectus, gravamina, molestias ac pressuras, quibus religiosus vir, commendator ad sanctum Iohannem extra muros nostre Poznaniensis civitatis, Ordinis sancti Iohannis Hierosolymitani, in bonis et hereditatibus suis, Raovice et Krzessyny in Poznaniensi, Pogorzelicza in Pysdrensi et Werchoczino in Wronczensi districtibus situatis, damnificatus multipliciter est et oppressus, cui pio compacientes affectu volentesque, ut sub nostro felici regimine ab huiusmodi defectibus valeat uberius respirare: omnibus et singulis kmethonibus et ortulanis, supradictas villas Raowicze, Krzezyny, Pogorzelicza et Werchoczino inhabitantibus, damus et concedimus plenam et omnimodam libertatem ab omnibus et singulis dacionibus, exaccionibus, contribucionibus, laboribus, vecturis, conducturis (sic) et quibusvis solucionibus nostris regalibus, quibuscunque vocabulis pociantur; tamdiu videlicet, quamdiu prefatus commendator predictis villis et earum incolis huiusmodi libertatem voluerit et decreverit exnunc et in posterum observare: presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum in Obornyki die beatorum Philiphi et Iacobi apostolorum, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo quarto.

Raovice, *Rabowice.* Krzessyny, *Krzesiny.* Pogorzelicza, *Pogorzelica.* Werchoczino, *Wierzchucin.* Wronczensis, *de Wronki.* Obornyki, *Oborniki.*

Nr. 1944.

Wladislaus rex Polonie etc. 1394 Mai. 10, Gnezne; in civitate Poznań depositum generale mercimoniorum statuit.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Sigismundus rex Poloniae etc. 1521 dominica Reminiscere, *(miejsce daty wydarte). U pergaminu orygin. pozostał od przywieszenia pieczęci sznur z nici jedwabnych, czerwon. i żółt.*

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 21. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. Nr. 107.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus universis quibus expedit tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris: quod sane attendentes clare fidei constanciam et multiplicia fidelitatum studia, que nobis fideles nostri dilecti consules et communitas nostre Poznaniensis civitatis iam impenderunt et in antea prompcius impendere non formidant, et presertim considerantes inopiam et nonnullos defectus, quibus civitas

et incole eius antedicti plerumque sunt perplexi, horum intuitu consulibus et communitati eiusdem nostre civitatis Poznaniensis cupientes graciam et condicionem facere meliorem, in eadem civitate Poznaniensi exnunc facimus, ponimus et statuimus generale et liberum mercium, mercimoniorum et aliarum rerum venalium et emptibilium, cuiuscunque generis et condicionis ac speciei existant, quocumque vocabulo censeantur, depositum perpetuis temporibus duraturum; mandantes omnibus et singulis tam nostris regnicolis quam eciam forensibus, seu aliarum regionum et terrarum extranearum hominibus, mercatoribus, institoribus, et aliarum quarumvis rerum vectoribus, venditoribus et emptoribus universis, quatinus cum eorum mercibus, mercimoniis et aliis rebus venalibus quibuscunque, ad civitatem nostram Poznaniensem predictam venire et intrare, et easdem merces, mercimonia et res locare et deponere, inibique vendere, disponere et convertere, prout ipsis et eorum cuilibet melius et utilius visum fuerit expedire, debeant. Si autem dictis hominibus, mercatoribus et institoribus, cum ipsorum mercibus ac rebus aliis predictis infra tres dies continue se subsequentes in dicta civitate nostra Poznaniensi manentibus, ipse merces, mercimonia et alie res predicte, ibidem ab ipsis hominibus, mercatoribus et institoribus non fuerunt comparata, extunc ipsis hominibus, mercatoribus et institoribus licitum sit, elapsis dictis tribus diebus, de ipsa civitate Poznaniensi ad alias partes cum mercibus, mercimoniis et rebus eorum, solutis solvendis, secure exire et alias pro ipsorum voluntate disponere de eisdem. Volumus nichilominus omnes et singulos mercatores, homines et institores predictos, circa iura et consuetudinem, quibus cetere nostre civitates huiusmodi depositum habentes pociuntur, omnimode conservare, civesque et communitatem nostre civitatis Poznaniensis iam dicte, lucris et utilitatibus ipsius depositi frui penitus et gaudere. Insuper decernimus, quod nemo mercatorum, vectorum et negociatorum, civitatem Poznaniensem et depositum eius preterire, aut illud iuxta suprascriptam ordinacionem non observare audeat, sub omnium bonorum suorum confiscacione et recepcione: quam penam confiscacionis bonorum pro nobis et successoribus nostris reservamus: harum nostrarum quas appensione sigilli nostri muniri fecimus testimonio litterarum. Datum Gnezne ipso die dominico post diem sancti Stanislai incliti martiris tempore Maii proximo, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

Nr. 1945.

Dobrogostius episcopus Posnaniens. 1394 Mai. 17, Gnesne; in archiepiscopum Gneznensem promotus, iuramenta fidelitatis resumit, quae Wladislao regi Poloniae tempore coronationis ipsius praestiterat.

Pergam. orygin. Skrawek pergaminu od przywieszenia pieczęci.
Warszawa. Archiwum Główne. Diploma Nr. 264.

Dobrogostius Dei gracia episcopus Posnaniensis, nec non ad ecclesiam Gnesnensem metropoliticam translatus, significamus universis quibus expedit presencium noticiam habituris: quod sane recolentes iuramenta et promissa, tempore coronacionis serenissimi principis, domini nostri, domini Wladislai regis Polonie etc. eidem de observanda et exhibenda fidelitate per nos facta, horum consideracione cupientes studia fidelitatis, tamquam palmes fecundans vitis, eidem domino regi fructifera adaugere,

iuramenta et promissa memorata resumimus ista vice; promittentes et deliberato animo pollicientes (sic), dolo et fraude quibusvis proculmotis, ipsi domino regi in prosperis et adversis successibus et suo regno, cum omnibus amicis et aliis nobis adherere volentibus semper assistere et adherere auxilio, consilio et favore, ipsumque dominum regem, regnum suum et subditos fideles suos nunquam deserere; sed nos pro insultibus, incomodis, iniuriis, preiudiciis, gravaminibus, periculis, cominacionibus, contra ipsum dominum regem, regnum et subditos eius, per adversarios suos quoscumque iam iniuste motis et movendis, obices fideles cum omnibus nostris ponere fideliter omnibus modis et consuetudinibus, qui veros omagiales iuratos et vasallos fideles conspiciunt et concernunt: presencium quas appensione sigilli nostri muniri fecimus testimonio litterarum. Datum Gnesne ipso die dominica Cantate, que est dies Solis XVII mensis Maii, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

Nr. 1946.

Wladislaus rex Polonie etc. 1394 Mai. 21, in Kalis; iudiciis regalibus praesidentibus interdicit, ne Andream et Nicolaum fratres, heredes de Ptaszkowo, et Baer de Opalenica ad minores terminos trahant, sed eosdem ad praesenciam capitanei et ad colloquia generalia remittant.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Poznaniens. a. 1396, fol. 161 v.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. Vobis capitaneo, palatinis, castellanis, iudicibus, subiudicibus ceterisque officialibus in regno nostro, et signanter in Maiori Polonia constitutis, damus nostris regalibus in mandatis: quod Andream venatorem Poznaniensem, Nicolaum fratrem eius de Ptascowo, et Bar de Opalenicza, nostros fideles dilectos, ad minores terminos non trahatis, sed eos ad presenciam capitanei et ad colloquia generalia pro quibuscunque causis iudicandis remittatis: aliud pro nostra gracia facere nullatenus presumentes. Datum in Kalis feria quinta post octavas sancti Stanislai, anno Domini **m.ccc** nonagesimo quarto.

Ptascowo, *Ptaszkowo.* Opalenicza, *Opalenica.*

Nr. 1947.

Comes Bernhardus Werusch 1394 Mai. 22, in castro Kopanicz; Nicolao sculteto de Wąchabno privilegium super scultetiam villae eiusdem confirmat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Costens. a. 1557, fol. 278.

In nomine Domini amen. Labi potest cum lapsu temporis quidquid disponitur, nisi literarum caucionibus aut personarum testimoniis confirmetur. Nos igitur comes Bernhardus Werusch notum facimus quibus expedit opportunum, quia accedens ad nos providus vir Nicolaus scultetus in villa nostra Wachobno, supplicavit a nobis privilegium super sculteciam ibidem renovari. Nos vero sue attendentes fidelitati, confirmamus et ratificamus predicto sculteto habere tres mansos liberos, tabernam ad vendendam cerevisiam, pistorium, macellum habere, si sue placuerit voluntati. Eciam

concedimus predicto sculteto ac suis legittimis successoribus habere obstaculum, alias yass, de uno littore ad aliud littus in medio pratorum, que in vulgari Orlie nominantur. Eciam habebit libertatem piscari in omnibus fluviis pertinentibus ad nostrum dominium. Eciam habebit supradictus scultetus cum suis successoribus denarium tercium de omni re iudicata. Eciam habebit triginta arbores pro mellificiis, nullo arbore carente. Eciam predictus scultetus cum suis successoribus serviet nobis cum equo, sicut alii sculteti villarum nostrarum; et tria prandia, que ter fiunt in anno, scilicet scultetus unum dabit, et cmethones duo. Insuper addimus et favemus predicto sculteto ac suis successoribus piscari cum retibus parvis, que in Polonico slemp vocantur, et gulgustris tempore suo. Statuimus in nostra prefata villa ius Maideburgense et mansos Flamingicos. Villani, expleta libertate, singulis annis in festo sancti Martini tenebuntur nobis ac nostris successoribus dare de quolibet manso tres mensuras siliginis et duas tritici et unam avene, sex scotos, et laborare et obedire nobis, sicut alii villani nostrarum villarum. Ut autem hec confirmacio grata eciam inconcussa permaneat, presentem cedulam sigillo nostro fecimus muniri cum hiis testibus: domino Fridolino Donyn, Cunrado de Iaromirz, Withcone Kothwicz, Nicolao sculteto de Magna Kopanicz, Stanislao et Luca scultetis in Parva Kopanicz, et aliis pluribus fidedignis. Datum et actum in castro nostro Kopanicz sub anno Domini MCCCXCIIII, sexta feria post Introitum Cantate Domino, per manus fratris Iohannis plebani ecclesie sancte Elisabeth in monasterio Hobrensi.

Werusch, *nazwisko rodowe powstałe od m. Wieruszów.* Wachobno, *Wąchabno.* Donyn, *Saska familja Dohna.* Iaromirz, *Jaromierz.* Magna et Parva Kopanicz, *Kopanica i Kopaniczka.* Hobrensis, *de Obra.*

Nr. 1948.

Domerathus castellanus Poznaniens. 1394 Iun. 30, in Nepolomicze; Wladislao regi Poloniae spondet, se receptas ab eodem 400 marcas, in expeditionibus ab ipso faciendis cum 20 hastis deserviturum.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergaminowym przywieszona okrągła pieczątka przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Grzymałczyków (pieczęć XLVI); *napis:* S. Domarathi de Yvno.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 249.

Nos Domerathus castellanus Poznaniensis recognoscimus presencium per tenorem quadringentas marcas numeri et ponderis Polonicalium, quadraginta VIII^to^ grossos pro marca qualibet conputando, a serenissimo principe domino Wladislao rege Polonie, domino nostro graciosissimo recepisse, quas sibi deservire promittimus in expedicionibus per ipsum faciendis, ad quamlibet expedicionem videlicet viginti lanceis seu hastis serviendo; ita tamen, quod quinque marce pro qualibet hasta computentur, quousque predicte quadringente marce per nos fuerint deservite serenissimo principi domino regi memorato. Datum in Nepolomicze in crastino sanctorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, nostro sigillo presentibus subappenso.

Na pieczęci Yvno, *Iwno. W tekscie* Nepolomicze, *Niepołomice.*

Nr. 1949.

Dobrogostius episcopus Poznaniens. et Petrassius heres de Czapuri 1394 Iul. 26, s. l.; de limitibus inter villas Czapury, Babki et Głuszyna inter se conveniunt.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Poznaniens. a. 1394, fol. 125.

Noverint quibus expedit universi presencium noticiam habituri, quod nos Dobrogostius divina et apostolice Sedis gracia episcopus Poznaniensis, una cum fratribus nostris dilectis Capitulo eiusdem ecclesie, ex parte una, et ego Petrassius heres de Czapuri, promittens pro fratre et pro sororibus et aliis quibuslibet ius habentibus et se habere pretendentibus in hereditate predicta Czapuri, de et super omnibus et singulis controversiis, dampnis, et graniciebus vel limitibus fiendis inter hereditates Czapuri, et Babki ac Glusina mense episcopalis, nec non hinc inde iudicialiter pecuniis seu penis acquisitis, et aliis quibuscunque motis sive super premissis movendis in futurum universis et cuiuslibet earum, parte ex altera in unum convenientes: ego Petrassius predictus, non coactus nec compulsus, confisus de pronitate dicti domini mei episcopi, me et dictam meam hereditatem Czapuri sub ipsius domini mei graciam posui, volens, ut ipse de dictis hereditate et persona meis disponeret ut pater et dominus generosus. Nos vero Dobrogostius episcopus una cum dicto Capitulo nostro, consideratis dicti Petri humilitate et serviciis que exibere nobis et dicte ecclesie Poznaniensi in futurum promisit, omnia et singula premissa, prout superius fuit expressum, de alto et basso commisimus, dicto Petro consenciente, audiente et presente ac lectum intelligente, inter manus venerabilium virorum, fratrum nostrorum dominorum Alberti archidiaconi et Iohannis de Worowo canonici Poznaniensis, ipsis in solidum potestatem omnimodam una cum dicto Capitulo nostro dantes et concedentes, ut ipsi, assumptis quibuscunque ad eorum voluntatem, possint et debent terminare et finire ac limites facere, prout nos et dictum Capitulum faceret in propriis personis. Et nos Dobrogostius et Petrassius predicti, penam centum marcarum, contra non servantem omnem concordiam, in parte vel toto, per dictos dominos super omnibus et singulis premissis et eciam personis quas premissa concernunt (statutam) assumpsimus, et quam penam nos voluntarie inter nos vallavimus parti servanti solvendam, quod amodo et ab hac, nullus contra alium super premissis in quocunque iudicio debet terminum tentare sub pena antedicta. Quod factum et ordinatum est dominica proxima post festum sancti Iacobi apostoli, sub anno Domini millesimo CCC nonagesimo quarto.

Czapury, Babki, Głuszyna, Worowo, *dziś tak samo.*

Nr. 1950.

Sandivogius palatinus Kalisiens. Maior. Polonie capitaneus general. 1394 Iul. 28, Poznanie; protestatur, nobilem Nicolaum Strusz partem lacus inter villas Grzymisław et Pełczyn iacentem ecclesiae Poznaniensi vendidisse.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1660—65.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sandivogius palatinus Kalisiensis, Maioris Polonie capitaneus generalis, significamus universis et singulis presentes litteras inspecturis, quod ad nostram ceterorumque terre nobilium in iudicio regali presidencium veniens presenciam nobilis vir Nicolaus dictus Strusz, heres de Teczyn, non compulsus, non seductus, sed de sui animi libera ac spontanea voluntate, usus amicorum suorum consilio, partem lacus, quam dominus Virzbantha custos Gneznensis olim et canonicus Poznaniensis, felicis memorie, pro certa quantitate pecunie comparavit, infra hereditates Grzimislavicze et Pelczino prope Srem sitam, cum ambabus ripis sive littoribus, in longitudine et in latitudine iuxta quod dicta hereditas Pelczino in metis et finibus suis est situata et circumferencialiter limitata, honorabili viro domino Petro Wendeleri, decano Lubucensis et canonico Poznaniensis ecclesiarum, pro viginti marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri, videlicet quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, ad perpetua tempora vendidit et coram nobis simpliciter sub vendicionis titulo rite ac racionabiliter, sibi et ecclesie Poznaniensi, ad dictam villam Pelczino pertinendam resignavit, cum omnibus utilitatibus, fructibus et proventibus universis et generalibus, cum iure et dominio, nichil pro se ibidem excipiendo, per prefatum dominum possidendam, tenendam, habendam et in usus suos et ecclesie convertendam, uti sibi et suis successoribus melius videbitur expedire. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Poznanie feria tercia proxima post festum sancti Iacobi apostoli gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, presentibus nobilibus, strenuis dominis: Wlothcone de Domabors palatino Gnefcoviensi, Domerato Poznaniensi, Sventhoslao Kalisiensi, Alberto Caminensi, Vincencio Radimensi castellanis, Petro de Lang Poznaniensi, Vincencio de Lascownicza Kalisiensi subiudicibus, et aliis pluribus fidedignis.

Teczyn, *nie odgadnione; pewnie mylnie zam.* Pelczyn. Grzimislavicze, *Grzymisław.* Pelczino, *Pełczyn.* Lubucensis, *de Lubusz.* Domabors, *Donabórz.* Gnefcoviensis, *de Gniewków.* Caminensis, *de Kamień.* Radimensis, *de Radzim.* Lang, *Łęg.* Lascownicza, *Laskownica.*

Nr. 1951.

Bonifatius Pp. IX 1394 Iul. 31, Rome apud s. Petrum; Iohannem primo Poznaniensem tum Kaminensem episcopum, denuo de Kaminensi ad Poznaniensem episcopatum translatum, Dobrogostio Gneznensi archiepiscopo commendat.

Pergam. orygin., u którego na sznurku konopnym przywieszona bulla Bonifatius Pp. VIIII.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 250.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri.. archiepiscopo Gneznensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum cedit tue salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas, divini propiciationis intuitu oportuni presidii ac favoris gratia prosequaris. Sane ecclesia Poznaniensi ex eo vacante, quod nos hodie venerabilem fratrem nostrum Iohannem Caminensem, tunc Poznaniensem episcopum, a vinculo quo eidem Poznaniensi ecclesie tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Caminensem tunc pastore carentem auctoritate apostolica duximus transferendum, preficiendo ipsum eidem Caminensi ecclesie in episcopum et pastorem: nos attendentes, quod ipse Iohannes episcopus de fructibus et proventibus ad mensam suam episcopalem Caminensem spectantibus, qui ad presens ut a fide dignis testimoniis accepimus sunt satis tenues et exiles, nequiret condecentem statum secundum pontificalis dignitatis decentiam commode tenere, ac volentes eidem Caminensi episcopo de alicuius subventionis auxilio, ac predicte ecclesie Poznaniensi de gubernatore utili providere, ac diligentius considerantes, quod ipse Caminensis, eidem ecclesie Poznaniensi, cui hactenus laudabiliter prefuit, per ipsius circumspectionis industriam in spiritualibus et temporalibus esse poterit multipliciter fructuosus: eandem Poznaniensem ecclesiam de dictorum fratrum consilio eidem episcopo auctoritate apostolica commendavimus, per ipsum usque ad apostolice Sedis beneplacitum tenendam, regendam ac etiam gubernandam, administracionem plenam generalem et liberam eiusdem Poznaniensis ecclesie ac bonorum et iurium ipsius, eidem episcopo in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ut ipse episcopus dictam ecclesiam Poznaniensem, sue gubernationi et administrationi commissam, spiritualiter et temporaliter iuxta datam eidem episcopo a Deo prudentiam regat, dirigat et augmentet, ac de fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis ad mensam episcopalem Poznaniensem spectantibus, ordinet et disponat illosque in ipsius et eiusdem Poznaniensis ecclesie usus convertere valeat et haberi, prout veri episcopi Poznanienses qui fuerunt pro tempore, de illis ordinare et disponere potuerunt ac etiam debuerunt: alienatione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium eiusdem Poznaniensis ecclesie sibi penitus interdicta. Cum igitur, ut idem episcopus in commissa sibi predicte ecclesie Poznaniensis cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur esse plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes: quatinus eundem episcopum ac ecclesiam sibi commissam, suffraganeam tuam, habens pro nostra et apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis eiusdem Poznaniensis ecclesie iuribus sic eum tui favoris presidio prosequaris, quod ipse per

tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eiusdem Poznaniensis ecclesie regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam et nostram ac eiusdem Sedis benivolentiam valeas inde uberius promereri. Datum Rome apud sanctum Petrum II Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno quinto.

Caminensis, *de Kamień na Pomorzu.*

Nr. 1952.

Sandzivogius palatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1394 Oct. 8, Gnezne; protestatur, Albertum heredem de Polikno consorti ipsius Katharinae pro dotalicio certam summam pecuniae in hereditate praedicta assignavisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrest. Gneznens. a. 1394, fol. 34.

In nomine Domini amen. Nos Sandzivogius palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Polonie nobilium veniens presenciam Albertus heres de Polikno, non compulsus, sed de sui animi spontanea voluntate domine Katherine conthorali sue carissime xxx marcas grossorum Pragensium Polonicalis numeri, xl octo grossos pro qualibet marca computando, in et super sua totali medietate eiusdem hereditatis Polikno, nomine sui veri et legitimi dotalicii deputavit, donavit, ascripsit, assignavit et coram nobis rite et racionabiliter resignavit iuxta terre consuetudinem laudabilem diucius observatam, cum omnibus censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, silvis, campis, virgultis, gays, quercetis, stangnis, paludibus, aquis et earum decursibus, et generaliter cum omni iure, dominio et pertinenciis universis per prememoratam dominam Katharinam possidendum, tenendum, habendum et usufruendum pacifice et quiete, harum quibus nostrum sigillum est appensum testimonio literarum. Actum et datum Gnezne feria quinta proxima post diem sancti Francisci confessoris, anno Domini M.CCC.XC quarto, presentibus dominis Swanthoslao Kalisiensi, Alberto Camenensi castellanis, Nicolao iudice Kalisiensi, Derszkone vexillifero Poznaniensi, Iacussio Iaka, Arnoldo de Waldow heredibus, et aliis multis.

Polikno, *Polikno.* Camenensis, *de Kamień.* Waldow, *Wałdowo.*

Nr. 1953.

Dobrogostius s. Gnesnens. ecclesie archiepiscopus 1394 Oct. 22, Gnesne; commutat villam Cierno, cum medietate silvae Długoracz Borconis de Trzciniec propria, acceptis etiam 400 marcis.

Liber privilegior. monasterii de Jędrzejów. (Manuskrypt pisany na samym początku XVII w.

Nos Dobrogostius Dei gracia sancte Gnesnensis ecclesie archiepiscopus, una cum Capitulo nostro Gnesnensi notum facimus quibus expedit universis, quod cupientes

condicionem nostre ecclesie Gnesnensis facere meliorem, plena inter nos deliberacione habita et super hoc sepius repetito tractatu, possessiones minus utiles, videlicet villam dictam Cirno, cum omni iure et pleno dominio, prout ipsimet habuimus, commutavimus cum nobili viro domino Borcone herede de Tsczeniecz pro aliis possessionibus nobis et ecclesie nostre magis utilibus, videlicet medietate sylve magne que Dlugoracz nuncupatur, adiacenti et pertinenti ad villam dictam Swidno, similiter cum omni iure et pleno dominio, et cum addicione pecunie, videlicet summa quadringentarum marcarum grossorum Bohemicalium, XLVIII grossos pro marca qualibet computando. Pro qua quidem pecunia, alias possessiones nostras in antea alienatas et distractas, videlicet villam dictam Konieczno redemimus, et ad ius et ad proprietatem dicte ecclesie nostre Gnesnensis reduximus. Et ut predicta nostra permutacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras nostras eidem domino Borconi et successoribus ac heredibus suis legittimis dedimus, sigillis nostro videlicet et Capituli nostri Gnesnensis sigillatas. Actum et datum Gnesne in crastino Undecim millium virginum, que dies fuit vicesima secunda mensis Octobris, sub anno Domini M.CCC.XCIV, Indiccione secunda, presentibus et consencientibus venerabilibus, honorabilibus et discretis viris, dominis Nicolao dicto Strosberg preposito, Iaroslao de Clobucow archidiacono, Alberto Iastrambek dicto, Nicolao dicto Pieniązek (sic) cancellario, Iohanne preposito sancti Georgii in castro Gnesnensi, Paulo dicto Gosso scolastico Lubuciensi, Iohanne de Trlank archidiacono Cruswiciensi, Nicolao Strzeskonis thesaurario, Iacobo dicto Paluca, Iaroscone de Choyna et Borcone, prelatis et canonicis dicte Gnesnensis ecclesie, testibus ad premissa.

Cirno, *Cierno.* Tsczeniecz, *Trzciniec.* Swidno, *Świdno.* Konieczno, *Konieczno.* Clobucow, *Kłobukowo.* Lubuciensis, *de Lubusz.* Trlank, *Trląg.* Choyna, *nie odgadnione, która z pomiędzy bardzo wielu wsi tegoż nazwiska.*

Str. 675, wiersz 3 od d. Powyższa kopja ma mylnie Frank, *zamiast* Trlank; *cnfr. Nr. 1768 i 1859.*

Nr. 1954.

Sandzivogius palatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1394 Nov. 20, Poznanie; protestatur, Swanchnam una cum sorore et filiis suis, hereditatem Wola Andreae de Grabienice resignavisse.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1436.

In nomine Domini amen. Nos Sandzivogius palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Polonie nobilium veniens presenciam domina Swanchna de Wola cum Ramserio et Cristino filiis suis, nec non domina Dobrochna soror sua germana cum Nicolao suo nato, non compulse nec aliquo errore seducte, sed de sui animi libera et spontanea voluntate, eandem suam totalem hereditatem, Wola vulgariter nuncupatam, nobili viro Andree de Grabyenicze et suis successoribus legitimis pro centum quadraginta marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, perpetuo vendiderunt et coram nobis iusto vendicionis titulo ad perpe-

tua tempora rite et racionabiliter resignaverunt, cum omnibus iuribus, censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, silvis, campis, virgultis, gays, quercetis, stagnis, paludinibus, aquis et earum decursibus, ac aliis omnibus et singulis utilitatibus, pronunc in dicta villa et hereditate existentibus et que per iam dictum Andream et ipsius successores legitimos adinveniri poterint quomodolibet in futurum, prout dicta villa in suis graniciis circumferencialiter est distincta et limitata, et prout eedem domine vere heredes existentes hactenus noscebantur possedisse, et generaliter cum omni iure, dominio et pertinenciis universis, per prenominatum Andream et ipsius successores legitimos possidendam, vendendam, habendam, commutandam, obligandam, alienandam et in usus beneplacitos convertendam, uti sibi melius videbitur expedire: harum quibus nostrum sigillum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum Poznanie feria sexta in crastino sancte Elizabeth, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo quarto, presentibus dominis Iohanne de Carnchow Poznaniensi, Nicolao de Wenacia Kalisiensi iudicibus, Petro de Lang subiudice Poznaniensi, Derscone de Byeganowo wexillifero Poznaniensi, Ianussio Furman Rogoznensi castellano, Szecotha de Szirniky, et aliis multis fidedignis testibus ad premissa.

Wola, *nie odgadniona, która z rozlicznych wsi tegoż nazwiska, prawdopodobnie zaś Wulka Orchowska, czyli raczéj znikła dziś wieś kościelna, leżąca niegdyś pom. Wulką Orchowską a Orchowem; cnfr. Nra. 1617, 1777 i 1780.* Grabyenicze, *Grabienice.* Carnchow, *Czarnków.* Wenacia, *Wenecja.* Lang, *Łęg.* Byeganowo, *Bieganowo.* Furman, *równie jak Kot, przydomek familji rodu Doliwczyków.* Szirniky, *Żerniki.*

Nr. 1955.

Nicolaus iudex Kalisiens. 1394 Nov. 21, Kalis; protestatur, Paulum pellificem Kalisiensem, viam ab antiquo per agros ad ecclesiam sancti Gothardi in Dobrzec pertinentes ad molendinum antiquae civitatis Kalisz ducentem acquisivisse.

Pergam. orygin. Od przywieszenia jednéj pieczęci pozostały dwa paski pergaminowe.

Kalisz. Archiw. Rządowe. Diplomata.

Nos Nicolaus iudex Kalisiensis omnibus et singulis quibus expedit universis publice profitemur, Paulum pellificem, civem Kalisiensem, acquisivisse viam ab antiquo per agros domini Michaelis plebani in Dobrcza transeuntem, ita, quod dicta via per agros ad sanctum Gothardum pertinentes, latitudine duorum curruum sibi obviancium, ad molendinum antique civitatis nunc et in evum ire debebit. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Kalis die sabbato post festum sancte Elizabeth, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, presentibus his testibus: nobilibus viris Martino Szenski burgrabio Kalisiensi, Mathia Czerminski, Miczkone Scudla, Schanthcone Dzersbinski, et aliis multis fide dignis.

Dobrcza, *Dobrzec.* Szenski, *zam. Cienski, t. j. de Cienia.* Czerminski, *de Czermin.* Scudla, *de Szkudły.* Dzersbinski, *de Dzierzbin.*

Nr. 1956.

Fr. Fredricus professus monasterii Leknens. 1394 Dec. 13, in ecclesia Gneznensi; nomine monasteriorum de Ląd et Łekno, a petitione Dobrogostii Gneznens. archiepiscopi ad Sedem apostolicam appellat.

Pergam. orygin., u którego na końcu, obok poświadczenia notarii publici, *signum tegoż narysowane.*

Włocławek. Własność X. Stanisława Chodyńskiego.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo CCC nonagesimo quarto, Indiccione secunda, die decima tercia mensis Decembris, hora quasi sexta, in ecclesia Gneznensi ante chorum, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia Pape noni anno sexto, in mei notarii publici infrascripti testiumque presencia subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum constitutus personaliter religiosus vir frater Fredricus professus monasterii Leknensis Gneznensis diocesis, tanquam procurator et persona convicta monasteriorum Lendensis et Leknensis Ordinis Cisterciensis abbatumque eorumdem, quamdam appellacionem in papiro scriptam, quam tunc in manibus suis tenebat, alta et intelligibili voce legit, interposuit et notificavit, cuius tenor inferius describitur; petens, sibi per me notarium publicum infrascriptum super hoc fieri et confici unum vel plura instrumenta. Tenor appellacionis, de qua superius mencio, est talis:

In nomine Domini amen. Cum appellacionis remedium sit innocencie presidium ad relevamen indebite oppressorum a sacris canonibus salubriter statutum et confirmatum, ut populus indebite contra Deum et iusticiam oppressus, pro sublevamine appellare valeat atque possit, ne veritas ita faciliter periclitari videretur: et quia, licet veneranda sanctorum patrum industria, divina gracia influente, considerans viris religiosis divino cultui deditis, tanquam omnibus pacientibus, qui mundana austeritate pro Christi nomine abiecta, ferocitati secularium personarum resistere non valent, quamplurimas vexaciones, perturbaciones et molestias imminere, pro gracia speciali statuisset et sancxisset literis suis sive bullis papalibus confirmando et roborando: quare fratres religiosi beati Bernardi Ordinis Cisterciensis monasteriaque ipsorum et loca, que ad Sedem apostolicam nullo medio videntur pertinere, ab omnibus exaccionibus, solucionibus et contribucionibus ordinariorum sive episcoporum aut aliarum quarumcumque personarum ac eciam decima decime papalis penitus et omnino sint exempti et soluti, nisi super hoc a Sede apostolica mandatum habeatur speciale aut in literis apostolicis mencio ad hoc fieret specialis, tamen reverendus in Christo pater et dominus, dominus Dobrogostius archiepiscopus Gneznensis, nescitur quo ductus spiritu, contra iura et prohibiciones ac statuta sanctorum patrum Romanorum Pontificum grediens et hanelans, quasdam moniciones pariter processus sentenciam excommunicacionis in se continentes, contra honorabiles et religiosos viros abbates et conventus monasterii Leknensis et Lendensis Cisterciensis Ordinis predicti, racione cuiusdam excogitate et ficte decima decime, iuxta taxam monasteriorum suorum sibi de anno Domini millesimo CCC.XC.IIII in die sancte Lucie virginis solvende, non advertens, quod ipsi abbates et monasteria ipsorum ac bona, per continuas exacciones regales aliarumque secularium personarum sunt devastata et corosa ac de die in diem devastantur et rodantur contra Deum et iusticiam totamque iuris formam ac

statuta confirmacionesque Ordinis ipsorum, fulminavit easdemque fulminaciones publicari in nonnullis ecclesiis procuravit, dictis abbatibus et monasteriis ipsorum ac Ordini Cisterciensi magnum in preiudicium et gravamen, ac detrimentum et scandalum plurimorum et sue salutis in periculum non modicum et perdicionem. A quibus quidem processibus pretensis et iniquis predictis et gravamine prenotato, ego frater Fredricus professus monasterii Leknensis, procurator et persona convicta, nomine meo et nomine dominorum abbatum et conventuum predictorum, sencientes me et dictos abbates ac conventus predictos et monasteria et Ordinem predictum gravatum fore, timensque me et eos imposterum plus posse gravari, ad sanctam Sedem apostolicam et dominum nostrum Papam pro sublevamine appello et provoco in hiis scriptis, meque tuicioni et protectioni cum ipsis dominis abbatibus et conventibus nostris sancte Sedi apostolice cum omnibus michi et dominis abbatibus predictis adherentibus vel adherere volentibus committo, apostolosque instanter, instancius, instantissime michi dari peto, si quis sit qui michi eos dare velit vel possit, aut saltem testimoniales a vobis notario publico, ut persona autentica et fideli, in signum appellacionis predicte; subiciens me paratum ad iurandum, quod hec omnia suprascripta sunt vera, publica et notoria, et paratus sum ea probare loco et tempore opportunis, appellacionem predictam prosecuturus salvo iure addendi, minuendi, corrigendi etc., iuribus, beneficiis michi et dictis abbatibus meis in omnibus semper salvis, de quibus protestor. Acta sunt hec anno, Indiccione, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Nicolao Longo canonico, Boguta vicecustode, Nicolao dicto Nepcone, Iohanne dicto Kaczka, vicariis ecclesie Gneznensis, Nicolao presbytero de Gnezna, Iohanne de Lagewnikii notario publico, et aliis multis testibus circa premissa fide dignis.

Leknensis, *de Łekno.* Lendensis, *de Ląd.* Lagewnikii, *Łagiewniki.*

Nr. 1957.

Wladislaus rex Polonie etc. 1395 Apr. 20, Gnezne; castrum et oppidum Przemęt cum villis ad ipsum spectantibus, in 600 marcis grossorum fratribus de Gryżyna in rem Domarati castellani Poznaniensis obligat.

Pergam. orygin. Dziurki od przywieszenia jednéj pieczęci.

Poznań. Königl. Staats Arch. Person. Nr. 9.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus quibus expedit universis, quod ob merita fidelium obsequiorum, que nobis strenuus Domerathus castellanus Poznaniensis, miles noster fidelis dilectus, nostre celsitudini hactenus exhibuit et in futurum prestancius poterit exhibere, peticionem ipsius nobis humiliter oblatam grato animo admisimus et benigno; cupientesque ipsum specialis gracie prerogativa circa assecucionem votorum eius de innate nobis benignitatis clemencia reddere consolatum, castrum nostrum Przemant cum oppido et villis ad ipsum spectantibus, videlicet Blothnicza, Radomirz, Sanczcowicze et allodio Zaborow ceterisque pertinenciis, obvencionibus et appendys universis, in terra nostra Maioris Polonie sitas, prout per Barthossium de Wezemburg olim palatinum Poznaniensem tentum extitit, in sexingentis marcis grossorum Pragensium

numeri et ponderis Polonicalium, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando: quarum quadringentas sibi in et super eodem castro Przemant donaveramus, et ducentas, in quibus ipsum propriis pecuniis liberavit: fidelibus nostris dilectis Andree, Przibislao, Maczconi, Iohanni et Wyschaconi, fratribus de Griszin, pro ipso Domeratho obligamus et tenore presencium committimus ad tenendum, per eosdem Andream, Przibislaum, Maczconem, Iohannem et Wischaconem, fratres de Griszin, habendo, utifruendo, possidendo et tenendo tamdiu, quousque ipsis vel eorum succedaneis, per nos vel nostros successores predicte sexingente marce grossorum Pragensium numeri et ponderis premissorum integraliter fuerint persolute: harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Gnezne feria tercia proxima post Conductum Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto. Ad relacionem Clementis vicecancellarii.

Przemęt, Błotnice, Radomierz, Sączkowice, Zaborów, *dziś tak samo.* Griszin, *Gryżyna.*

Nr. 1958.

Vladislaus rex Polonie etc. 1395 Apr. 30, Gnesne; Vincentio de Granów castellano Naklensi domum et aream in oppido Wschowa donat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Fraustadt, Lib. privil. pars 2da, fol. 4.

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Vladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus universis quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod mente solicita perpendentes grata multum et accepta fidelitatum obsequia strenui militis Vincencii de Granow, castellani nostri Naclensis, fidelis dilecti, quibus idem in nostre conspectu celsitudinis se gratum reddidit multipliciter et acceptum et in futurum aucto sue fidelitatis studio se poterit continuo reddere graciosiorem: horum itaque consideracione cupientes eundem Vincencium quadam specialis prerogativa favoris prosequi, sibi suisque heredibus et legitimis successoribus domum nostram seu domus aream una cum structuris et edificiis in eadem area nunc existentibus, ad advocaciam ab antiquis temporibus spectantem, iuxta domum coquinam in civitate Wschova ex opposito ecclesie situatam, prout in suis circumferenciis et limitibus ab antiquo longe lateque circumferencialiter est distincta, damus, conferimus et donamus donatione perpetua et irrevocabili, perpetuis temporibus affuturis per eundem Vincencium et suos heredes ac legitimos successores habendam, tenendam, utifruendam, donandam, permutandam, obligandam, vendendam, alienandam ac in usus suos heredumque suorum legitimorum successorum beneplacitos et voluntarios commutandam, prout sibi et eisdem melius, utilius et convenientius expedire videbitur pro suo et eorundem beneplacito voluntatis. Eximimus eciam, absolvimus et perpetuo liberamus aream huiusmodi nec non domum super eam edificatam et edificandam, ab omnibus et singulis dacionibus, contribucionibus, exactionibus, censibus, custodiis, angariis, gravaminibus et pressuris, ac universis solucionibus generalibus et specialibus, privatis et publicis, quibuscunque vocabulis pociantur; constituentes sepefatum Vincencium et heredes suos ac legitimos successores, aree predicte domusque super eam

edificate vel in posterum edificande veros et legitimos heredes et dominos ac perpetuos possessores harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Gnesne in vigilia Philippi et Iacobi sanctorum apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, presentibus Sandivogio palatino, Sventoslao castellano Kalisiensibus, Domaratho Poznaniensi, Alberto Mederecensi, Dobrogostio Gecensi castellanis, et Alberto de Gorka ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis.

Granow, *Granów.* Wschova, *Wschowa.* Mederecensis, *de Międzyrzecz.* Gecensis, *de Giecz.* Gorka, *Górka Miejska.*

Nr. 1959.

Dobrogostius s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1395 Mai. 8, Znene; Nicolao iudice Kalisiensi petente, erectionem et fundationem ecclesiae in villa Wenecja ab ipso factam confirmat. Cnfr. Nr. 1926.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta acticata anni 1587.

In nomine Domini amen. Nos Dobrogostius Dei et apostolice Sedis gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notificamus universis presentes litteras inspecturis tam presentibus quam futuris: quia cum nobilis vir dominus Nicolaus iudex Kalissiensis, dum adhuc in humanis ageret diem extreme messionis operibus misericordie prevenire voluisset, in remedium anime sue ecclesiam in Venacia per nos plantari de novo et erigi procuravit ipsamque ecclesiam ex certo suo patrimonio dotavit: quatuor mansos liberos in Mosczissovo sua hereditate, unum pratum dictum w zimne wode quod se extendit cum pratis incolarum ibidem, simili modo decimam in Mokre manipularem colligere, ac eciam lacum qui dicitur Mosznia ex toto, nec non duos piscatores in lacu Skrzinka cum maiori sagena que dicitur wlok, tandem unum piscatorem in maiori lacu, qui dicitur Bale, ex opposito castri cum parvis rethibus, videlicet mrseza et slampnicza, demum octo areas cum hortis ibidem in Venacia, novissime vero ligna virida ac arida in sua merica dicta Ochodza colligere et ducere libere donavit: ista omnia et universa que sunt nunc expressa coram nobis resignavit tali interposita condicione: quod quilibet plebanus, qui nunc est aut qui tunc pro tempore fuerit, singulis septimanis feriis secundis missam Defunctorum, et eciam sabbatis simili modo de beata Maria virgine voce compressa pro anima ipsius iudicis debeat decantare: ad quod faciendum petens, per nos contractum per impressionem sigilli nostri confirmari; cuius iustis et piis peticionibus annuentes, presentes litteras scribi et nostri ipsiusque iudicis sigillis iussimus communiri. Datum et actum Znene sabbato ipso die beati Stanislai martyris, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo quinto, presentibus nobilibus viris, dominis Nicolao abbate et Thoma suo priore monasterii Mogilnensis, Alberto plebano Znenensi, Stephano de Glogovecz subdapifero Poznaniensi, Pechnone de Modlissevo castellano Czarnkoviensi, Dobeslao de Godavi, Bandzimiro de Iablovo, Dobrogostio de Marchinkovo, Lutoborio de Slabossevo heredibus, testibus ad premissa.

Venacia, *Wenecja.* Mosczissovo, *Mościszewo.* Mokre, *Mokre.* Lacus Mosznia, Skrzinka, Bale, *jeziora w okolicy wsi Wenecja.* Castrum, *gród w Wenecji, dziś w rui-*

nach. Ochodza, *Ochodza.* Znena, *Żnin.* Mogilnensis, *de Mogilno.* Glogovecz, *Głogowiec.* Modlissevo, *Modliszewo.* Czarnkoviensis, *de Czarnków.* Godavi, *Godawy.* Iablovo, *Jabłowo.* Marchinkovo, *Marcinkowo.* Slabossevo, *Słaboszewo.*

Nr. 1960.

Bernhardus Werusch iudex Welunensis 1395 Iul. 6, Welun; protestatur, Mathiam de Starzenice, pro sexta parte hereditatis eiusdem, Iacobum de Masłowice iudicialiter evasisse.

Pergam. orygin., u którego na pasku pergaminowym przywieszona okrągła pieczątka przedstawia na trójkątnéj tarczy godło rodu Wieruszów; napis: S. Bernhardi Weruscno.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 251.

Nos Bernhardus Werusch iudex Welunensis, sedentes circa strenuum militem dominum Iohannem subcamerarium Poznaniensem, protunc capitaneum Welunensem, recognoscimus tenore presencium quibus expedit universis, quod coram nobis in iudicio constitutus Mathias de Starzenicze, pro sexta parte hereditatis quam possidebat ibidem in Starzenicze, Iacobum de Masslovicze iure et iudicialiter evasit. Nos vero sentencia terrigenarum requisita, eandem sextam partem hereditatis eidem Mathie adiudicavimus et per presentes adiudicamus, Iacobo vero predicto silencium perpetuum inponentes; in cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Welun in octava sanctorum Petri et Pauli apostolorum, sub anno Nativitatis Domini M.CCC.XC. quinto, presentibus nobilibus viris et dominis: Wictore de Merzicz, Stanimiro advocato Welunensi, Gisbrechto de Gosticzino, Nicolao Parznowsky subiudice Ostrzeschoviensi, Henslino de Gasschino et Iascone de Staw, et aliis plurimis fide dignis.

Na pieczęci: Weruscno, *Wieruszewo.* *W tekscie:* Welunensis, *de Wieluń.* Starzenicze, *Starzenice.* Masslovicze, *Masłowice.* Merzicz, *Mierzyce.* Gosticzino, *Gostyczyna.* Parznowsky, *de Parzynów.* Ostrzeschoviensis, *de Ostrzeszów.* Gasschino, *Gaszyn.* Staw, *Staw.*

Nr. 1961.

Arnoldus concivis in Tucz 1395 Iul. 24, Tucz; a Dobrogostio Poznaniensi episcopo petit, ut erectionem et fundationem altaris in ecclesia de Tuczno a se perfectas confirmet.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1435.

In nomine Domini amen. Acta hominum perpetue duratura, reddenda sunt in publica documenta, ut si ex eis in posterum aliquod dubium emerserit, habeatur recognicio veritatis. Hinc est quod ego Arnoldus concivis in Tucz et Alheydis mea uxor legittima, coram Christi fidelibus recognoscimus universis, et specialiter vobis venerabili in Christo patre ac domino, domino Dobrogostio Poznaniensis ecclesie

episcopo aut eius vicario in spiritualibus: quod animo deliberato cum nostra bona voluntate et nostrorum heredum, de pleno consensu nostri plebani, in honorem omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie matris eius, ob animarum nostrarum ac progenitorum nostrorum salutem, unum altare in ecclesia parrochiali oppidi Tucz construximus et fundavimus, ad quod altare ducentas (sic) marcas usualis monete apposuimus, damus, assignamus et assignavimus. De quibus ducentis (sic) marcis ut prefertur, iam quindecim marcas a nobilibus viris Czuliss et Ludovico fratribus de Wedele de pixide consulum oppidi Vredelande, singulis annis festo beati Martini confessoris indilate exsolvendas rite emimus et comparavimus, prout in litteris fratrum predictorum et consulum oppidi Vredelande plenius continetur: quas quindecim marcas, vicarius altaris memorati termino prefixo ad suos usus omni anno sublevabit. Insuper, cum quinquaginta marcis residuis, quinque marcas reddituum, quantocius perficere poterimus, ad altare memoratum comparabimus, quas vicarius cum aliis redditibus ut prefertur sublevabit. Quare vestram graciosam paternitatem humiliter supplicamus, quatenus predicta bona temporalia per nos facta aut facienda, ne ad usus seculares amplius perveniant, graciose ad spiritualia dignemini confirmare. Preterea ordinavimus cum nostro plebano et concordavimus, quod vicarius qui pro tempore fuerit, prout sua sibi suppetent, domino plebano in suis necessitatibus tamquam bonus et obsequiosus in divino officio asistat et ministrabit, quando debite fuerit requisitus. Collacionem vero altaris iam dicti, nobis et nostris legittimis heredibus utriusque sexus in perpetuum reservamus. In cuius rei testimonium, ego Arnoldus de Golcz presentem fundacionem sigillo meo appenso sigillavi, presentibus discretis viris, domino Iohanne Scolte plebano in Tucz, domino Henrico Kestel ibidem vicario, domino Iacobo Sancze huius altaris vicario, Cristophero Badelowe, Busse Clebowe, Cristophoro Bolter, Iohanne Winkler, ibidem civibus et consulibus, nec non Iohanne Tensinder rectore parvulorum aut magistro. Datum Tucz sub anno Domini M.CCC. nonagesimo quinto, in vigilia beati Iacobi apostoli gloriosi.

Tucz, *Tuczno.* Vredelande, *Frydland.*

Nr. 1962.

Sandzivogius pallatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1395 Aug. 18, in Kalis; protestatur, Miroslaum de Wola hereditatem praedictam Wojtkoni Rzodkef vendidisse.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Regesta actorum anni 1420. (Z pergaminu orygin., u którego na niciach jedwabn., czarn. i żółt. była przywieszona okrągła pieczęć przedstawiająca na trójkątnéj tarczy godło rodu Pałuków; napis: S. Sandivogii pallatini Kalisiens. *Cnfr. Nr. 1826*).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sandzivogius pallatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Polonie nobilium veniens presenciam Miroslaus de Wola, non compulsus, sed de sui animi spontanea voluntate, suum totum patrimonium cum molendino et piscina et ambabus ripis ipsius piscine, quod ibidem in Wola habere noscebatur,

Woythkoni Rzodkef dicto, pro centum septuaginta marcis grossorum Pragensium Polonicalis numeri, quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando, perpetue vendidit et coram nobis perpetuis temporibus rite et racionabiliter resignavit cum omnibus censibus, fructibus, proventibus, agris, silvis, pratis, campis, virgultis, gays, quercetis, stagnis, paludibus, fluviis, piscinis, aquis et earum decursibus, prout dictum patrimonium in longitudine et latitudine circumferencialiter ab antiquo est distinctum, et prout memoratus Miroslaus, verus heres existens et dominus, hactenus noscebatur possedisse, et generaliter cum omni iure, dominio et pertinenciis universis, nichil iuris et dominii pro se inibidem penitus reservando, per prefatum Woythkonem Rzodkef dictum possidendum, tenendum, habendum, commutandum, obligandum, vendendum, alienandum et in usus beneplacitos convertendum, uti sibi et suis successoribus legitimis melius videbitur expedire: harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Kalis feria quarta infra octavas Assumpcionis sancte Marie, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo quinto, presentibus dominis Nicolao Gneznensi, Bogussio de Tursco Cuninensi castellanis, Ianussio de Sobothka, Iohanne de Lenarthovicze heredibus, et aliis multis fidedignis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Wola, *sądząc ze świadków téj czynności asystujących, jest to Wola Xiążęca; cnfr. także Nr. 1954.* Tursco, *Tursk.* Cuninensis, *de Konin.* Sobothka, *Sobótka.* Lenarthovicze, *Lenartowice.*

Nr. 1963.

Bonifatius Pp. IX 1395 Aug. 20, Rome apud s. Petrum; translationem Iohannis Kaminensis episcopi ad ecclesiam Poznaniensem revocat, et Nicolaum cantorem Gneznensem in episcopum Poznaniensem promovens, Dobrogostio Gneznensi archiepiscopo commendat. Cnfr. Nr. 1951.

Pergam. orygin., u którego na sznurku konopnym przywieszona bulla Bonifatius Pp. VIIII.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 252.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri . . archiepiscopo Gneznensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum cedit tue salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas, divine propitiationis intuitu, oportuni presidii et favoris gratia prosequaris. Dudum siquidem provisiones omnium cathedralium ecclesiarum, tunc apud Sedem apostolicam vacantium et imposterum vacaturarum, ordinationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde ecclesia Poznaniensi ex eo pastoris solatio destituta, quod nos dudum venerabilem fratrem nostrum Iohannem Caminensem, tunc Poznaniensem episcopum, apud Sedem predictam constitutum, a vinculo, quo eidem ecclesie cui tunc preerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Caminensem tunc vacantem duximus auctoritate apostolica transferendum preficiendo ipsum eidem Caminensi ecclesie in episcopum et pastorem, sibique eandem ecclesiam Poznaniensem, per translationem huiusmodi vacantem, usque ad ipsius Sedis beneplacitum ex certis ra-

tionabilibus causis per nostras litteras commendavimus, prout in eisdem litteris plenius continetur: cum itaque nos hodie, ex certis aliis causis ad id nostrum moventibus animum, huiusmodi beneplacitum eadem auctoritate duxerimus revocandum, predictaque Poznaniensis ecclesia, de cuius provisione nullus preter nos ea vice disponere potuerat neque poterat reservatione et decreto obsistentibus supradictis, secundum premissa adhuc vacare nosceretur: nos ad provisionem ipsius ecclesie Poznaniensis celerem et felicem, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, ac cupientes eidem Poznaniensi ecclesie talem presidere personam, que sciret, vellet et posset ipsam ecclesiam preservare a noxiis et adversis et in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, post deliberationem quam super hiis cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Nicolaum electum Poznaniensem, tunc cantorem ecclesie Gneznensis in minoribus duntaxat ordinibus constitutum, cui de litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis; quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona dicti Nicolai electi, nobis et eisdem fratribus ob dictorum suorum exigentiam meritorum accepta, eidem Poznaniensi ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providimus ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem eiusdem Poznaniensis ecclesie eidem electo in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo: in Illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod eadem Poznaniensis ecclesia, per ipsius electi circumspectionis industriam et providentiam circumspectam, sub suo felici regimine, dextera Domini sibi assistente, propitia salubriter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Cum igitur, ut idem electus in commissa sibi prefate Poznaniensis ecclesie cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi esse noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eundem electum ac predictam Poznaniensem ecclesiam sibi commissam, suffraganeam tuam, habens pro nostra et apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eum tui favoris presidio prosequaris, quod ipse per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eiusdem ecclesie Poznaniensis regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam ac nostram et eiusdem Sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum Rome apud sanctum Petrum XIII Kalendas Septembris, pontificatus nostri anno sexto.

Caminensis, *de Kamień na Pomorzu.*

Nr. 1964.

Peregrinus canonicus ad beatam Virginem in Kalis etc. 1395 Sept. 29, s. l.; protestatur, Andream scultetum de Garzewo duos mansos ad scoltetiam ipsius pertinentes Ianussio Niclonis certis conditionibus vendidisse.

Pergam. orygin. W dolnym założon. brzegu dwie dziurki od przywieszenia pieczęci. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 253.

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi testibus veridicis ac scriptis publicis fuerint roborata. Igitur nos Peregrinus canonicus ad

beatam Virginem in Kalis nec non plebanus de Ffreystot, significamus omnibus presentem paginam inspecturis, quot veniens nostram ad presenciam Andreas scultetus noster de Gaszewo, provido viro Ianusio Niclonis suis legittimis cum sequacibus duos mansos liberos ad sculteciam pertinentes ibidem in Gaszewo pro viginti una marca vendidit nec non perpetualiter resignavit; tali condicione interserta, quod prephatus Ianusius nobis ac nostris posteris unum fertonem quolibet anno de iudicio bannito, vulgariter weczne, dare tenebitur. Ceterum predictus scultetus malderata (sic) de kmetonibus, videlicet quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis, quatuor avene et unum fertonem grossorum aut per unam marcam pro censu dare tenebuntur, et unum porcum pro media marca, predictus scultetus a dictis kmetonibus eundem censum nobis colligere tenebitur. Et quando ad predictam villam Gaszewo veniemus, extunc dictus scultetus de graniciis sive metis nos conducere est astrictus. Predicto vero sculteto damus et asignamus liberam tabernam et unum macellum carnificum, sutorum, pistorum, sartorum. Prephatus vero scultetus melampos sive valtres odoriferos, nisos ad venacionem perdicum sive leporum, quiscularum et aliorum animalium sive volucrum, cuiuscunque generis existunt, in predicta hereditate Gaszewo venare potest. Prephatus vero scultetus de quolibet iudicio bannito et de qualibet re, de vulneribus sanguineys seu fustibus lesis, furticinio, in penis existantibus (sic) tercium denarium optinebit. Predicto vero sculteto unum molendinum aquosum sive ventuosum in predicta hereditate Gaszewo facere damus et asignamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est apensum. Datum et actum ipso die sancti Michaelis archangeli, anno Domini M.CCC. nonagesimo quinto, presentibus hiis testibus, nobilibus Szegothe de Zirniky, Mathee Ianusii, Nicolao dicto Zimni, civibus Stawissiensibus, Petermanno civi Kalisiensii, et aliis quam plurimis fide dignis.

Ffreystot, *niemieckie przezwisko któregoś z miasteczek przyległych Kaliszowi.* Gaszewo, *Garzew.* Zirniky, *Żerniki.* Stawissiensis, *de Stawiszyn.*

Nr. 1965.

Wladislaus rex Polonie etc. 1396 Ian. 30, in Usce; Sandivogio palatino Kalissiensi villas Dziadowice, Kotwasice et Morza in 200 marcis grossorum obligat.

Pergam. orygin. Na pasku pergamin. przywieszona pieczęć okazuje kwadrowaną tarcz: 1. Orzeł w koronie, 2. Pogoń, 3. godło Ziemi Kaliskiéj, 4. godło Ziemi Łęczycko-Kujawsko-Sieradzkiéj.

Warszawa. Archiw. Główne. Diploma Nr. 350. — Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae I, Nr. 147.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie, supremus princeps Lytwanie et heres Russie, notum facimus quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod considerantes multiplicia servicia per validum virum Sandziwogium palatinum Kalisiensem et capitaneum Maioris Polonie generalem, nostrum militem fidelem dilectum, maiestati nostre fideliter impensa, horum intuitu ipsum volentes gracia prosequi speciali et ad futura nostra servimina reddere prompciorem, villas et hereditates nostras Dzadowicze, Kotwaszicze et Morza wlgariter nuncupa-

tas, in terra nostra Maioris Polonie situatas, memorato Sandziwogio et successoribus suis legittimis in ducentis marcis monete comuniter in regno nostro decurrentis, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, obligavimus et tenore presencium obligamus. Quas quidem ducentas marcas sibi donavimus in subsidium civitatem nostram Leloviensem ad exemendum; conferentes nichilominus prelibato Sandziwogio, quod predictas villas et hereditates nostras alteri cuicumque fideli nostro in ducentis marcis predicte pecunie habebit obligandi plenam ac omnimodam facultatem: harum nostrarum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Usce, in die dominico post diem Conversionis sancti Pauli apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto. Dum autem predicte ducente marce eidem Sandziwogio per nos fuerint persolute, extunc prescripte ville ad nostrum dominium revenient et revenire debebunt viceversa.

Dzadowicze, *Dziadowice.* Kotwaszicze, *Kotwasice.* Morza, *nie odgadnione.* Usce, *Ujście.*

Nr. 1966.

Drogomirus iudex Dobeslaus subiudex Cracoviensis terre generales 1396 Febr. 3, Cracovie; Capitulo ecclesiae Gneznensis possessionem villae Cierno contra petitionem Petri et Wiszconis heredum de Siedlec adiudicant.

Pergam. orygin., u którego na paskach pergaminowych dwie okrągłe pieczątki przywieszono. 1sza przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Toporczyków; napis: ..Drog... *2ga znikła.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 254.

Nos Drogomirus iudex, Dobeslaus subiudex Cracoviensis terre generales, notum facimus quibus expedit universis presentem litteram inspecturis, quod cum materia questionis inter nobilem virum Petrasium de Sedlez heredem, actorem, parte ab una, et honorabiles viros dominos Petrum custodem, Nicolaum cancellarium Gneznensis ecclesie totumque Capitulum, reos, parte ab alia coram nobis fuisset exorta pro villa Czirno dicta: quam idem Petrus dixit sibi et fratri suo Wischconi temporibus vite ipsorum per predictos dominos et Capitulum in tenutam fore et fuisse assignatam, pro cuius quidem ville pacifica possessione, Petrus predictus dixit predictos dominos et Capitulum in trecentis marcis grossorum Pragensium caucione fideiussoria fuisse sibi obligatos dum ab eadem per quempiam repulsi fuerunt et exclusi, super qua quidem caucione fideiussoria dixit se litteris ipsorum esse communitum vero sigillo predicti Capituli sigillatis: tandem cum eadem causa in multos terminos ventilaretur, in terminò vero peremptorio, videlicet in colloquio generali utrisque partibus per nos posito, predicti domini Pe. et Nicolaus, ex interlocucione Wirzchoslay in hac parte ipsorum et Capituli procuratoris, sine fratre ipsius Petri, Wischcone, respondere noluerunt ex eo, quod causa predicta ipsum eciam Wischconem contingeret prout ipsum Petrum. Pro quo quidem Wischcone, Petrus predictus una cum Wenczeslao et Clemente de Tworow caucione fideiussoria promiserunt, quod pro futuro causam predictam nusquam deberet impedire, sed omnia pro rato atque grato tenere, quidquid per ipsum foret ordinatum atque factum. Demum predicti domini Pe. et Nicolaus cum Capitulo ipsorum, reverendum in Christo patrem et dominum, domi-

num Dobrogostium archiepiscopum sacrosancte ecclesie Gneznensis pro intercessore nominaverunt, quos idem dominus archiepiscopus statim intercessit, de quo quidem ipse Petrassius per procuratorem suum Wenczeslaum de Tworow deposuit cum querela, modo et forma superscripta. Ipse vero dominus archiepiscopus per predictum Wirzchoslaum suum procuratorem respondit: quod ipsi Petrassio et Wischconi, pro predicta villa Czirzno cum omnibus adiacenciis et CCC marcis prenotatis, esset perpetuum impositum silencium per serenissimum principem et dominum, dominum Wladislaum Dei gracia regem Polonie, qui Wischco et Petrassius predictos dominos Petrum, Nicolaum et Capitulum ad presenciam eiusdem domini regis citaverant, et iuri parere minime contumaciter curaverunt: et super eo litteras patentes domini regis ostenderunt. Nos itaque visis litteris predictis, Wischconi et Petrassio pro premissis omnibus silencium perpetuum inposuimus, ipsum dominum archiepiscopum et dominos predictos cum Capitulo ab impeticione predictorum absolvendo, litterasque predictorum Wischconis et Petrassii in nichilum redigendo. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Cracovie in crastino Purificacionis beate Marie, anno Domini M.CCC. nonagesimo sexto, presentibus hys reverendis in Christo patribus et dominis: Petro Cracoviensi, Nicolao Poznaniensi episcopis, Spitkone Cracoviensi, Iohanne Lanciciensi palatinis, Io. Wisliciensi, Clemente Zarnoviensi castellanis, et aliis multis fidedignis.

Sedlez, *Siedlec.* Czirno, *Cierno.* Tworow, *nie odgadnione, pewnie Turów.* Zarnoviensis, *de Żarnów.*

Nr. 1967.

Bonifatius Pp. IX 1396 Mart. 28, Rome apud s. Petrum; Dobrogostio Gneznensi archiepiscopo mandat, ut clerum populumque Gneznensis provinciae absolvat a sententiis a Sede apostolica contra ipsos latis pro eo, quod introitum Iohannis, tunc Cuiaviensis episcopi, in Gneznensem archiepiscopatum impediverint.

Pergam. orygin., u którego na sznurku konopnym przywieszona bulla Bonifatius Pp. VIIII.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 255.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri . . Dobrogostio archiepiscopo Gneznensi salutem et apostolicam benedictionem. Sedes apostolica, pia mater, recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum, libenter se propiciam exhibet et benignam. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte cleri et populi civitatis et diocesis ac provincie Gneznensis petitio continebat, quod cum olim felicis recordationis Urbanus Pp. VI, predecessor noster, venerabilem fratrem nostrum Iohannem Caminensem, tunc Wladislaviensem episcopum, a vinculo, quo Wladislaviensi ecclesie cui tunc preerat tenebatur, de apostolice potestatis plenitudine absolvens, eum ad Gneznensem ecclesiam tunc vacantem transtulisset preficiendo ipsum eidem Gneznensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem, et nonnulle persone ex eisdem clero et populo impedirent, quominus idem Iohannes possessionem administrationis bonorum dicte Gneznensis ecclesie adipisceretur: dictus Iohannes ordinaria, et venerabilis frater noster Wenceslaus Wratislaviensis episcopus, ipsi Iohanni episcopo com-

missarius per Sedem apostolicam deputatus, apostolica auctoritatibus contra huiusmodi personas impedientes, aliquas videlicet ex eis specifice nominatas, reliquas vero in genere, diversos processus fecerunt, monentes inter cetera personas impedientes huiusmodi, ut ab eisdem impedimentis infra certos peremptorios tunc expressos terminos realiter et omnino desisterent; alioquin extunc in eos et in contradictores quoslibet et rebelles, diversas excommunicationis, suspensionis et interdicti, et in illos ex eis qui ecclesiastice persone forent, etiam privationis ecclesiasticorum beneficiorum que obtinerent, et inhabilitatis ad illa et alia beneficia ecclesiastica in posterum obtinenda, sentencias promulgarent: quibus quidem processibus et monitionibus ipse persone minime paruerunt nec ab ipsis impedimentis destiterunt, propter quod ipse persone predictas sentencias incurrerunt: quare pro parte ipsorum cleri et populi nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis eorumque statui super hoc providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod Sedis predicte clementia non consuevit penitentibus veniam denegare, et quod ipsi clerus et populus, ut asseritur, te, de cuius persona dudum eidem Gneznensi ecclesie tunc certo modo vacanti providimus eidem ecclesie te preficiendo in archiepiscopum et pastorem, ut obedientie filii pro nostra et dicte Sedis reverentia benigne in eorum archiepiscopum et pastorem receperunt, ac statum, formam et causas processuum predictorum habentes presentibus pro sufficienter expressis et specificatis, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus per te vel alium seu alios ad hoc ydoneos, quos ad hoc duxeris deputandos, in omnes et singulas personas civitatis et diocesis ac provincie predictarum tam ecclesiasticas quam etiam laicales utriusque sexus, que huiusmodi sentencias in dictis processibus contentas quomodolibet in genere vel in specie incurrerunt, si hoc humiliter petierint, recepto prius ab earum singulis de stando nostris et ecclesie mandatis iuramento, ab huiusmodi et aliis sentenciis ab homine vel a iure in talia perpetrantes inflictis et promulgatis, auctoritate nostra hac vice dumtaxat absolvas in forma Ecclesie consueta, iniunctis inde eis pro modo culpe penitentia salutari et aliis que de iure fuerint iniungenda; ac cum illis ex personis ecclesiasticis predictis, que sic ligate, non tamen in contemptum Clavium, forsan ordines etiam sacros, etiam a pontifice excommunicato vel suspenso, alias tamen rite susceperunt, et in eisdem etiam locis ecclesiastico supposito interdicto et alibi, etiam presentibus excommunicatis et interdictis, divina officia, non tamen in contemptum Clavium, celebrarunt aut inmiserunt se illis, super irregularitate per eas premissorum occasione quovis modo contracta, singulis ex eis prius a suorum ordinum executione ad tempus de quo tibi et deputandis huiusmodi videbitur expedire suspensis, eadem auctoritate dispenses, omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per easdem personas occasione premissorum contractam aboleas, ac eas omnes et singulas, in integrum et statum pristinum restituere procures. Datum Rome apud sanctum Petrum V Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Caminensis, *de Kamień na Pomorzu.*

Nr. 1968.

Gervardus dapifer Poznaniens. heres in Szlomowo 1396 Apr. 6, in Szlomowo; rectorem ecclesiae, quam in villa Słomowo erexerat, certis facultatibus dotat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Relation. Poznaniens. a. 1791 II, fol. 906.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium memoriam habere divinum magis noscitur quam humanum, noverint igitur tam presentes quam futuri ad quorum presentes pervenerint universi, quod nos Gervardus dapifer Poznaniensis, heres in Szlomowo, una cum Petrassio filio nostro attendentes saluti nostre ac progenitorum nostrorum quantum nobis divinitus est concessum salubriter ac ferventer providere: nos igitur Gervardus, non compulsi nec aliquo errore seducti, sed de nostra benevola voluntate ac salubri prehabito consilio nostrorum amicorum, cupientes ac volentes ecclesiam nostram in Szlomowo per nos fundatam ipsius dotacione divinum ob meritum relevare ac sublimari, quam quidem ecclesiam fundavimus Matris Domini nostri Iesu Christi in honorem, tacte ecclesie nichilominus rectori eiusdem duos mansos liberos in fine ville nostre Szlomowo, in sinistra manu ad Oborniki equitando, addidimus et addimus, et ex opposito duos hortos tactis mansis coniacentes; tercium vero hortum clerico ecclesiastico in nostra parte penes dotem plebani addimus et donamus. Insuper plebano, qui est vel qui pro tempore fuerit, pro eius piscacione dedimus longe lateque in tota aqua, prout duo horti plebani et clerici latitudine complectuntur et uti continentur. Ceterum, volentes ut rector nostre ecclesie divinis officiis valeat crebrius inhiare, post nostra tantum aratra nostrorum allodiorum perpetualiter decimam manipularem tenebimur condonasse in nostra hereditate Szlomowo nuncupata; adiciendo eciam eidem ecclesie et ipsius rectori pratum, extendens se a sinistris a Hostowa niwa circa magnam viam ad Oborniki equitando, una cum quercubus in eodem prato contentis, in quibus quercubus mellificia possunt fieri et formari usque ad limites hereditatis Roznowo nuncupate: sylva duntaxat perexcepta. Ut autem presens donacio nostre ecclesie ac sublimacio robur perpetue firmitatis in se obtineat, presenti litere nostrum sigillum maiorem in evidenciam ex nostra certa sciencia et de benevola voluntate est subimpensum. Datum in Szlomowo feria quinta ante Conductum Pasche, anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, presentibus hiis testibus: Micoszone herede de Pozarowo, Paulo tunc temporis rectore schole oppidi Rogoznensis qui presentem litteram ipse propria manu connotavit, et aliis quam plurimis fide dignis.

Szlomowo, *Słomowo.* Oborniki, Rożnowo, Pożarowo, *dziś tak samo.*

Nr. 1969.

Sandzivogius palatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1396 Apr. 9, Gnezne; venditionem hereditatis Słaboszewo ratificat, a Mathia de Łabiszyn in rem Lutoborii alterius heredis de Słaboszewo factam.

Pergam. orygin. Do paska pergamin., z którego pieczęć pierwotna znikła, przyszyto okrągłą pieczątkę, na któréj, na tarczy trójkątnéj, wyobrażone godło rodu Porajów; napis: S. Setei d . . .

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 256.

In nomine Domini eterni amen. Ad perpetuam rey memoriam. Nos Sandzivogius palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit universis presentibus et futuris, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Polonie nobilium veniens presenciam Mathias de Labischino, non compulsus nec aliquo erroris devio seductus, sed de sui animi spontanea voluntate, hereditatem suam Welike Slawoszewo vulgariter nuncupatam, ad ipsum iure hereditario spectantem, Luthoborio heredi eciam de Slawoszewo pro trecentis triginta marcis latorum grossorum Pragensium Polonicalis numeri, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, perpetue vendidit et coram nobis iusto vendicionis tytulo rite et racionabiliter ad perpetua tempora resignavit, cum omnibus censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, silvis, campis, virgultis, gays, quercetis, stangnis, paludibus, fluviis, pisciniis (sic), molendinis, lacubus, aquis et earum decursibus, prout dicta hereditas tam in longitudine quam in latitudine in suis metis et graniciis circumferencialiter est distincta, et prout ipse Mathias, tunc verus heres existens et dominus, hactenus noscebatur possedisse, et generaliter cum omnibus iuribus, dominio et pertinenciis universis, nil pro se et suis successoribus iuris et dominii ibidem penitus reservando, per prememoratum Luthoborium et ipsius successores legittimos possidendam, tenendam, habendam, comutandam, obligandam, vendendam, alienandam et in usus beneplacitos convertendam, uti sibi et sue posteritati legittime melius videbitur expedire. Quam quidem vendicionem et resignacionem perpetuam, sic coram nobis ut premittitur legittime factam, ipsam aprobamus, ratificamus et tenore presencium confirmamus harum quibus sigillum nostrum est apensum testimonio litterarum. Actum et datum Gnezne dominico die quo canitur Quasi modo geniti etc., anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, presentibus dominis: Wlodcone de Domabors palatino Gnewcoviensi, Nicolao iudice Kalisiensi, Stephano Scora dapifero Poznaniensi, Pechnone de Modlyschewo castellano Czarncoviensi, Stanislao de Stralcow heredibus, et aliis multis fide dignis testibus ad premissa.

Labischino, *Łabiszyn.* Welike Slawoszewo, *Słaboszewo.* Domabors, *Donaborz.* Scora, *przydomek jednéj z familji rodu Abdanków, która według współczesnych ksiąg Ziemskich Poznańskich, posiadała dziedziczne wójtostwo m. Oborniki. Przed* dapifer Poznaniensis, *wypuszczonem jest w powyższym tekscie imię tegoż* Gervardus; *cnfr. dyplomat poprzedni.* Modlyschewo, *Modliszewo.* Czarncoviensis, *de Czarnków.* Stralcow, *Strzałkowo.*

Nr. 1970.

Dobrogostius heres de Marczincowo 1396 Iun. 8, Gnezne; hereditatem Marcinkowo inter se et fratrem suum Vincentium dividit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Gneznens. a. 1396, fol. 14.

Noverint universi presencium noticiam intuituri, quod nos Dobrogostius heres de Marczincowo nec non advocatus de Sznena, de consensu filiorum filiarumque nostrarum, quadam necessitate compulsi subdedimus nos fratri nostro Vincencio, quod predictam hereditatem nostram Marczinkowo, prout melius et utilius potuerimus, in duas partes sive sortes debemus dividere; nec non predictus frater noster Vincencius, ex hiis duabus sortibus, videlicet sic per nos divisis, unam quamcunque sibi placuerit debet eligere. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Gnezne in octava Corporis Christi, anno Domini M.CCC. nonagesimo sexto.

Marczincowo, *Marcinkowo.*

Nr. 1971.

Dobrogostius archiepiscopus Gneznensis etc. 1396 Aug. 16, Gnezne; universo clero ecclesiae Polonae ac episcopis dioecesium confinium bullam intimat, quam ediderat: **Bonifatius Pp. IX 1396 Mart. 28, Rome apud s. Petrum,** eisque mandat, ut contentam in eadem absolutionem a sententiis excommunicationis et interdicti, quas clerus et populus Gneznensis dioecesis ob impediendum Iohannem, nunc de Kamień episcopum, in adipiscendo Gneznensis ecclesiae archiepiscopatu incurrerat, vigore mandati apostolici exequantur.

Pergam. orygin., w jednem miejscu przegryziony, u którego na pasku pergaminowym przywieszona podługowata pieczęć przedstawia biskupa błogosławiącego, z pastorałem w lewéj, stojącego pod bogatem cymborium. Po obu jego stronach, w wysokości kolan, na tarczach trójkątnych godła rodu Nałęczów, również pod osobnemi cymboriami stojące. Pod stopami biskupa przedmiot zatarty, cała pieczęć zniszczona, napis odłamany. W końcu textu, obok oświadczenia notarii publici *signum tegoż narysowane.*

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 257.

Dobrogostius Dei et apostolice Sedis gracia archiepiscopus Gneznensis, commissarius et executor unicus cum illa clausula: Quatinus per te vel alium seu alios etc. a Sede apostolica ad infrascripta specialiter deputatus, reverendis in Christo patribus, dominis Dei gracia Cracoviensi, Vratislaviensi, Poznaniensi, Lubucensi, Wladeslaviensi et Plocensi nostris suffraganeis, et Culmensi, Pomezaniensi, Warmiensi et Zambiensi episcopis, ac vestris et cuilibet vestrum in spiritualibus vicariis, nec non venerabilibus . . viris, dominis . . abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, cantoribus, scolasticis, thezaurariis, custodibus, sacristanis, tam kathedralium quam collegiatarum canonicis, ac parrochialium rectoribus ecclesiarum et eorum loca tenentibus presbiteris, curatis et non curatis, vicariis perpetuis, beneficiatis clericis,

notariis et thabellionibus quibuscunque per civitates et dioceses Cracoviensem, Wratislaviensem et Poznaniensem, ac Wladeslaviensem, Plocensem, Culmensem, Pomezaniensem, Warmiensem et Zambiensem et alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum, ad quem vel ad quos presentes nostre littere pervenerint seu fuerint presentate, salutem et fraternam in Domino caritatem ac mandatis nostris, ymmo verius apostolicis obedire. Nuper litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii digna Dei providencia Pape noni et moderni, eius vera bulla plumbea in cordula canapi pendente more Romane curie bullatas, non viciatas, non cancellatas nec abolitas, sed prorsus omni vicio et suspicione carentes, nos cum ea qua decuit reverencia noveritis recepisse tenorem qui sequitur continentes: (*Sequitur diploma Nr. 1967*).

Quarum quidem litterarum apostolicarum vigore, venerabiles et discreti viri Nicolaus Strosberg prepositus, et Nicolaus Longus canonicus prefate nostre Gneznensis, rector parrochialis in Groczno ecclesiarum Wladislaviensis diocesis, personaliter et in eorum propriis personis coram nobis humiliter constituti, cum instancia nos requisiverunt, cum humili devocione petierunt, ut ad execucionem dictarum litterarum apostolicarum procedere, et se ipsos in eorum propriis, et demum, videlicet prefatum dominum prepositum in venerabilium fratrum nostrorum Alberti Iastrzambecz scolastici, Nicolai Strzesconis thezaurarii, Boguslai de Oporowo Lanciciensis, nostre Gneznensis diocesis, et Pauli de Slachczino Lubucensis scolasticorum ecclesiarum, Dobeslai cancellarii Lanciciensis, Laurencii alias Lorkonis de Unyewo, Henrici Byela, Naczeslai de Gloszcovicze, Iacobi Paluca, Borconis, Slawoborii, Iohannis prepositi sancti Georgii in castro Gneznensi, Martini de Wawrzinczycze, Nicolai de Gorca, Krzeslai de Swanthe et Henricy de Repti, prefatumque dominum Nicolaum Longum in tocius cleri, vicariorum, altaristarum et quarumcunque aliarum personarum eciam nostre ecclesie, ac populi, civitatis et diocesis Gneznensis hoc eciam humiliter petencium, prout de dictorum Nicolai Strosberg et Nicolai Longy canonici mandatis legittime facta fuit nobis fides, personis: si quas excommunicacionis, suspensionis et interdicti, privacionis beneficiorum suorum ecclesiasticorum que obtinent, et inhabilitatis ad illa seu ad alia beneficia ecclesiastica obtinenda in posterum, sentencias incurrissent, quas reverendi in Christo patres, domini, Iohannes tunc se asserens archiepiscopum Gneznensem nunc Caminensem, ordinaria, et Wenceslaus Wratislaviensis episcopi, ipsi Iohanni episcopo commissarius per Sedem apostolicam ut pretenditur deputatus, apostolica auctoritatibus contra predictos Nicolaum prepositum, prelatos et canonicos et Nicolaum Longum specifice nominatos, et clerum et populum, vicarios et altaristas et personas ecclesie nostre, civitatis et diocesis Gneznensis in genere, in diversis eorum processibus, tamquam prefatum dominum Iohannem episcopum inpedivissent, quominus possessionem administracionis bonorum dicte ecclesie Gneznensis adipisci potuisset, certis dilacionibus et monicionibus premissis, ut in dictis litteris apostolicis plenius narratur, ut dicitur promulgarunt: ab eisdem absolvere dignaremur. Nos vero, volentes dictis mandatis apostolicis tanquam filii obedire humiliter ob.. (*7 lit. des.*) execucionem procedere ut tenemur, attento eo, quod redeunti ad Ecclesiam post excessum, venia non est deneganda, prefatos Nicolaum prepositum, in prelatorum et canonicorum, et Nicolaum Longum canonicum, in altaristarum et vicariorum et quarumcunque aliarum personarum (*5 lit. des.*) cleri et populi nostre ecclesie civitatis et diocesis Gneznensis ut in eorum propriis personis, a predictis sentenciis in dictorum dominorum Iohannis et Wenceslai episcoporum

processibus contentis, et ab aliis in talia perpetrantes ab homine et a iure inflictis et promulgatis, (*6 lit. des.*) ipsorum aliquam incurrerunt, primitus recepto ab eis et eorum quolibet, tam propriis quam omnium et singulorum superius descriptorum prelatorum et canonicorum, vicariorum et altaristarum et quarumcunque aliarum personarum nostre ecclesie, cleri et populi civitatis et diocesis Gneznensis (*4 lit. des.*) . . arum hoc humiliter petencium nominibus, de stando prefati sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii Pape noni et Ecclesie Dei mandatis iuramento, auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa per presentes absolvimus in forma Ecclesie consueta, iniunctis eisdem inde pro modo culpe prius penitencia salutari et aliis que eis erant iniungenda, et tam ipsis Nicolao Strosberg preposito et Nicolao Longo ac omnibus et singulis prelatis, canonicis, vicariis et altaristis et personis quibuscunque dicte ecclesie nostre, clero civitatis et diocesis Gneznensis et eorum quolibet, qui et que, sic forte ligati et ligate, non tamen in contemptum Clavium, forsan ordines eciam sacros, eciam a pontifice excommunicato et suspenso, alias tamen rite susceperint, et in eisdem, eciam in locis ecclesiastico superposito interdicto, et alibi, eciam presentibus excommunicatis et interdictis divina officia, non tamen in contemptum Clavium celebrarunt aut instituerunt se illis, super irregularitate per prefatos Nicolaum prepositum et Nicolaum Longum et dictos prelatos, canonicos, vicarios, altaristas et personas prefate ecclesie nostre, et clerum civitatis et diocesis Gneznensis premissorum occasione quovis modo contracta, ipsis et eorum quolibet a suorum ordinum execucione primitus, ad tempus de quo nobis visum tunc erat, suspensis, eadem auctoritate dispensavimus et presentibus dispensamus, omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per eosdem Nicolaum prepositum et Nicolaum Longum, prelatos, canonicos, vicarios et altaristas et personas quascunque prefate ecclesie, et clerum civitatis et diocesis Gneznensis occasione premissorum contractam, auctoritate apostolica ab eis et eorum quolibet abolevimus et per presentes abolemus, et ipsos et eorum quemlibet, in integrum et eorum statum pristinum et ad omnia eorum beneficia ecclesiastica que obtinent et in posterum optinenda, et singulariter dominum Nicolaum Longum canonicum nostrum, ad ecclesiam suam parrochialem in Groczno, quibus erant per prefatos dominos Iohannem Caminensem forte ordinaria, et Wenceslaum Wratislaviensem episcopos, apostolica auctoritatibus occasione premissorum ut dicitur privati, dicta auctoritate apostolica restituimus presencium per tenorem. Quare vobis omnibus et singulis reverendis patribus, dominis episcopis, et aliis omnibus quibuscunque dominis superius nominatis omnia et singula premissa intimamus, notificamus, insinuamus et ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus per presentes, vos in Dominorequirentes et hortantes auctoritate apostolica supradicta, quatenus dominos Nicolaum Strosberg prepositum, Nicolaum Longum, omnesque prelatos et canonicos, vicarios et altaristas et personas quascunque ecclesie nostre, clerum et populum civitatis et diocesis Gneznensis supradictarum prefatos, in vestris ecclesiis, monasteriis atque locis, sic absolutos, et super huiusmodi premissis irregularitatibus, cum eisdem Nicolao preposito, Nicolao Longo, prelatis, canonicis, vicariis et altaristis et personis nostre ecclesie, civitatis et diocesis Gneznensis, et eorum quolibet, per nos fore auctoritate apostolica dispensatum, ac omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam ab eisdem abolitam, et in integrum et statum eorum pristinum nec non ad omnia eorum beneficia que obtinent, et ad alia optinenda in posterum, restitutos publice nuncietis et ab aliis faciatis nunciare. Vosque dominum . . episcopum Wladislaviensem

monemus auctoritate apostolica predicta, quatenus, ob reverenciam Sedis apostolice antedicte, prefatum dominum Nicolaum Longum ad dictam ecclesiam suam in Groczno quantum in vobis restituatis et restitui faciatis, amoto ab eadem quolibet illicito detentore cum effectu, sibique de eisdem fructibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre, ac parrochianis eiusdem ecclesie rependatis, ut eidem ut vero rectori fideliter obediant. Cum autem ad execucionem prefati mandati apostolici ulterius in vestris ecclesiis, civitatibus, diocesibus ultimam faciendam, diversis nostre ecclesie et aliis arduis negociis occupati presentibus, interesse non valemus: vobis omnibus et singulis dominis . . episcopis et vestrum cuilibet superius nominatis, ac vestris vicariis in spiritualibus ac officialibus, super omnibus et singulis contentis in dictis litteris apostolicis plenarie committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, presentem nostre absolucionis, dispensacionis, abolicionis et in integrum ac statum pristinum restitucionis litteram per notarium infrascriptum scribi et publicari mandavimus, et nostri maioris sigilli fecimus appensione communiri. Actum et datum Gnezne in curia nostra, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, Indiccione quarta, pontificatus prefati sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii digna Dei providencia Pape noni, anno septimo, die Mercurii XVI mensis Augusti, hora sexta vel quasi, presentibus venerabilibus viris, dominis Nicolao Strosberg preposito, Iaroslao archidiacono, Naczkone, Nicolao Gorca, Martino de Warzinczycze (sic) et Nicolao Longo, canonicis dicte nostre ecclesie Gneznensis, testibus ad premissa.

(*Sequitur protestatio Wenceslai olim Mathie de Nancowo clerici Gneznensis diocesis, publici imperiali auctoritate notarii*).

Groczno, *Gruczno*. Oporowo, *Oporowo*. Slachczino, *Szlachcin*. Unyewo, *Uniejewo*. Gloszcovicze, *nie odgadnione*. Wawrzinczycze, *Wawrzeńczyce*. Gorca, *Górka miejska*. Swanthe, *Święte*. Repti, *nie odgadnione*.

Nr. 1972.

Nicolaus Strzeskonis canonicus Poznaniens. 1396 Nov. 11, Poznanie; scultetiam villae Capituli dictae Mychowo, Stanislao Slawantae de Koziegłowy ratione locationis eiusdem villae vendit.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 47.

In nomine Domini amen. Quoniam omnia et singula momentanea que aguntur in tempore, semel cum defluxu temporis faciliter a memoria hominum defluunt, nisi literis autenticis et fidedignis testibus roborentur, proinde nos Nicolaus Strzeskonis canonicus Poznaniensis, universis et singulis presentibus et futuris notum facimus presencium per tenorem, quod cupientes bona ecclesie Poznaniensis in villa Capituli dicte ecclesie Poznaniensis, Michowo vulgariter nuncupata, reformare in melius, scultetiam ibidem, duos mansos agri liberos habentem, cum uno prato dicto Sosznowka et orto uno penes dictos mansos duos liberos existente, racione locacionis eiusdem ville discreto viro Stanislao Slawanthe de Koszeglovi, sibi et suis successoribus legittimis verisque natis et in posterum nascendis, consilio maturo dominorum de Capitulo predicte Poznaniensis ecclesie et consensu super eo habito sufficienti animoque bono et deliberato, sani et compotes racione, non compulsi nec coacti aut aliquo

errore seducti, sed bona, mera et spontanea voluntate pro certa summa pecunie quantitate monete currentis conswete, sitam in iure Szredensi vendidimus et presentibus vendimus; dantes et concedentes sibi et suis successoribus legittimis possidendi, habendi, vendendi, tenendi, commutandi, dandi, alienandi, et ad usus sibi et suis sequacibus beneplacitos, prout melius, uberius et utilius expedire videbitur, plenam, liberam, omnimodam convertendi in perpetuum facultatem: condicione tamen tali interiecta, quod dictus scultetus et sui successores, nobis et successoribus nostris, canonicis ac possessoribus ville sepedicte, in equo secundum consuetudinem aliorum sculteterum in villis Capituli existencium, in opportunis nostris et ecclesie Poznaniensis pro parte Capituli negociis serviat, occasione quavis proculmota. Damus eciam incolis dicte ville quatuor annos ab omni solucione census et decime a data presencium plenam et integram libertatem; qua expirata, de quolibet manso incole ville sepius nominate nobis et successoribus nostris ad festum sancti Martini pontificis, racione census et decime mediam marcam grossorum, duos per pullos in festo sancti Petri, et in festo sancte Assumpcionis Marie per alios duos, unum capete ovorum in festo Pasce solvant, dent, tradant ex integro et assignent. Et quia iura Srzedensia sunt nobis penitus incognita, omnes et singulos honores, servitia et utilitates, commoditatem et honorem domini possessoris et suorum successorum dicte ville continencia, pro nobis et nostris successoribus totaliter reservamus. Ut ergo vendicionis nostre huius rei robur testimonium obtineat, presentem literam sigilli Capituli et nostri supappensione duximus roborandam. Acta sunt hec Poznanie die sancti Martini pontificis, in Capitulo generali celebrato anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, presentibus viris honorabilibus et dominis: Vincencio preposito Poznaniensi, Nicolao Strosberg preposito Gneznensi et canonico Poznaniensi, Alberto Poznaniensi, Derslao Pczevyensi archidiaconis, Iohanne Borngraber vicario et officiali in spiritualibus, Paulo de Slachczino scolastico Lubucensi, Borcone Slawborii, Iohanne de Vorovo, Przybislao de Crzysko, Vilhelmo, Henrico, Nicolao Naczkonis, Mathia Blida, Barthkone Camerer, Vilkino, Petro de Crzyslicze cancellario Polonie, Iohanne magistro scolarum, Borzyslao, Miroslao de Grambevo, Floriano de Sczedrzycovicze, Nicolao de Iamno, Iohanne de Szolovo, Iacobo Grolok et Iohanne preposito sancti Spiritus, ceterisque prelatis et canonicis, testibus ad premissa.

Michowo, *Mychowo.* Koszeglovi, *Koziegłowy.* Pczevyensis, *de Pszczew.* Slachczino, *Szlachcin.* Lubucensis, *de Lubusz.* Vorovo, *Worowo.* Crzysko, *Krzycko.* Crzyslicze, *Krześlice.* Grambevo, *Grąblewo.* Sczedrzycovicze, *Scedrzykowo.* Iamno, *Jamno.* Szolovo, *Szołowo.* Ecclesia s. Spiritus, *niegdyś kościół w Poznaniu.*

Nr. 1973.

Iohannes Bornngraber viccarius in spiritualib. n. n. canonicus etc. Poznaniens. 1397 Ian. 21, Poznanie; protestatur, Nicolaum heredem de Srebrnagóra, pro accepta summa 30 marcarum, Nicolao Pomer altaristae in ecclesia kathedrali Poznaniensi annuum censum trium marcarum de villis ipsius Srebrnagóra, Swarzędz et Kruszczyn percipiendum assignavisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 74.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes Bornngraber, viccarius in spiritualibus nec non canonicus et officialis Poznaniensis, notum fieri cupimus quibus expedit uni-

versis presentes litteras inspecturis, quod ad nostram nostrique notarii publici ac testium infrascriptorum veniens presenciam nobilis vir Nicolaus heres de Srzebrznagora, voluntarie, publice et expresse dicebat et est confessus bona animi sui prehabita deliberacione: quod utilitate et necessitate sua exposcente, suo suorumque heredum, successorum et amicorum nominibus et eorum usus consilio maturo, circumspecto viro domino Nicolao Pomer vicecustodi, altariste altaris sancte Crucis et beatorum Petri et Andree apostolorum in ecclesia kathedrali Poznaniensi, et suis successoribus eiusdem altaris altaristis tres marcas latorum grossorum Pragensium Polonici numeri, xl octo grossos pro marca computando, nomine annui census sive redditus, rite et vere empcionis tytulo, pro triginta marcis grossorum eiusdem pagamenti et numeri, sibi integre datis et solutis et in suam evidentem utilitatem et necessitatem conversis vendidisse, tollendas, exigendas, percipiendas et levandas videlicet de villis Srzebrzna gora Palucacensi, Swanrzancz et Cruscino Poznaniensi in districtibus situatis, a scultetis, rusticis, agricultoribus, incolis, inquilinis, agris, allodiis, pratis, silvis, molendinis et lacubus, ac omnibus utilitatibus cunctisque obvencionibus villarum antedictarum, et ante omnes et pre omnibus, de censibus, redditibus, fructibus, utilitatibus ac universis obvencionibus, sibi et suis successoribus in dictis villis Srzebrznagora, Swanrzancz et Crusczino provenientibus, debitis, fiendis et faciendis. Quas tres marcas latorum grossorum annui census predicti, in festo Nativitatis Christi proxime venturo, demum subsequenti, et sic in antea singulis annis in dicto festo Nativitatis Christi, dictus Nicolaus Srzebrznogorski et sui successores dictarum villarum ipsi domino Nicolao Pomer et suis successoribus ad ecclesiam Poznaniensem prefatam deducere, dare, solvere et presentare tenebuntur et sint astricti, suis sumptibus, periculo et expensis. Ad cuius quidem annui census trium marcarum grossorum predictarum solucionem, ob maiorem evidenciam honorabilis vir dominus Albertus archidiaconus Poznaniensis et Nicolaus heres de Garbi manu coniuncta et in solidum voluntarie caucione fideiussoria se obligantes, una cum dicto Nicolao Srzebrznogorsky principali debitore coram nobis iudicio presidentibus constituti, principaliter sub pena ecclesiastice censure late sentencie, in ipsos et eorum quemlibet, coniunctim et divisim, per quemcunque reverendum in Christo patrem et dominum, dominum archiepiscopum Gneznensem vel episcopum Poznaniensem et eorundem officiales qui pro tempore fuerint, se, quando aliqua in solucione dicti census in termino prescripto essent negligentes et remissi, proferende, sponte et benivole submiserunt, aut si, propter non solucionem huiusmodi census, aliquas expensas ipsi domino Nicolao Pomer aut suis successoribus facere contingeret: ad has resarciandas et refundendas, dictus Nicolaus Srzebrznogorsky et sui fideiussores prefati debitores existant. Et si predictas villas Swanrancz et Crusczino sibi obligatas, irredempto dicto censu redimere ab ipso Nicolao Srzebrznogorsky contingeret, extunc dictus Nicolaus Srzebrznogorsky principalis et sui debitores prefati, prefatum censum trium marcarum in aliis villis sive hereditatibus in districtu Poznaniensi situatis, ipsi domino Nicolao Pomer et suis successoribus ac pro voluntate sua et suorum successorum conscribere et obfirmare secundum formam et tenorem presencium, sub pena excommunicacionis compellendos se sponte subdiderunt. Quod si forte, quod absit, aliquis dictorum fideiussorum de hac luce migraverit irredempto censu memorato trium marcarum grossorum, extunc dictus dominus Srzebrznogorsky vel ipsius successores, alium fideiussorem loco defuncti eque bonum statuere et locare debebunt sine omni fraude et contradiccione; hac condicione apposita, quod si prefatus Nico-

laus Srzebrznogorsky vel sui successores, prescriptum censum trium marcarum latorum grossorum redimere voluerint, soluto censu memorato cum triginta marcis latorum grossorum prescriptis in prefato termino, et non in alio, intimato prius dicto Nicolao Pomer, quod redimere voluerint, ad duas septimanas ad minus, et tunc redimendi liberam habeat facultatem. Et quod ultimo scribitur, magis notabile fiat: prefatus Nicolaus Srzebrznogorsky principalis, ac dominus Albertus archidiaconus Poznaniensis et Nicolaus Garbowsky fideiussores memorati, renunciaverunt coram nobis expresse omnibus privilegiis, excepcionibus et libertatibus, nec non omnibus excepcionibus, defensionibus legis et canonis, statutis et consuetudinibus, ceterisque iuribus et auxiliis temporalibus et spiritualibus, generalibus et specialibus, quibus omnibus premissis presens contractus in toto vel in parte rescindi et impediri publice vel occulte possit aliqualiter vel infringi. In cuius rei testimonium, presentes nostras litteras, huiusmodi contractum in se continentes, per Mathiam Blida notarium nostrum publicum scribi et publicari mandavimus, nostrique et dictorum dominorum, Nicolai principalis debitoris, Alberti archidiaconi Poznaniensis et Nicolai Garbowsky fideiussorum, sigillorum appensione fecimus communiri. Datum et actum Poznanie anno Domini M.CCC. nonagesimo septimo, Indiccione quinta, die sancte Agnetis virginis que fuit XXI mensis Ianuarii, in domo habitacionis nostre circa ecclesiam Poznaniensem, hora Terciarum vel quasi, presentibus honorabilibus et circumspectis viris, dominis Vilhelmo canonico, Nicolao de Gwasdovo notario publico viccario dicte ecclesie Poznaniensis, Petrcone de Zelona dambrova et Stanislao de Borzuyevo heredibus, testibus fide dignis circa premissa.

Srzebrznagora, *Srebrnagóra.* Districtus Palucacensis, *zwykle* Palucensis, *część województwa Kaliskiego, leżąca pom. rz. Wełna i Noteć.* Swanrzancz, *Swarzędz.* Cruscino, *Gruszczyn.* Garbi, *Garby.* Gwasdovo, *Gwiazdowo.* Zelona dambrova, *Zielonka.* Borzuyevo, *Bożujewo.*

Nr. 1974.

Cuncze von Bonnsdurff 1397 Ian. 10, s. l.; bekennt, dass er das Dorf Godziszewo an die Gebrüder Grzymko und Niclas von Komorowo verkauft habe.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 7.

Ich Cuncze von Bonnsdurff czu Czykow gesessin, und alle myne Erbnemere und Bridere, bekenn in diesem mynem uffin Brive vor allin denn die inn sehin, horin addir lehsin, daz ich mit gutm Willm und Rathe myner Freunde daz Durff Koczeschaw mit allin sinen Czugehorungin wor an die sint addir unnd in werdin, mit allin sinen Reyn und Greniczin, mit allin Gnadin und Rechtin und in aller Mose alzo is myn Vater lange Czied gehad hat und an mich geerbt had, nichtis nichtum usgenomen, denn strengin Knechtin Kgyrsinke und Nicclassin Gebrudre von Komerow recht und redlichin vorkawft habe vor xxxv Polnische Margh Behmischir Groschen, daz sie iz sullin habin, haldin (*5 lit. del.*) ... ichin besiczczin und gebruchin mit all dem daz dorczugehorit, alzo ires rechtin Erbis ewichlichin unt iren Erbin. Auch mugin sie is vorkowfin, vorseczczin, vorwechsiln und do mete thun, alzo mit irem rechtin Erbin, ungehindert von mir, myn Kindern und allin myn Freundin; dorum ich vor-

genanter Cuncze von Bonnsdurff und alle myne Kinder, beyde Sone und Tochter, und alle myne Freunde bekenn in diesm offin Brive, daz wir uns mit gutin Willin dez selbin vorgeschrieben Durffs, allen sinen Czugehorungin und alle dez Rechtes und Ansproche die wir dorczu und doran gehabt habin, wor von di komen mochte, ledichlichin vorczegin habin und vorczihin uns dez allis in diesem unserme uffin Brive, und gelobin in gutir Truwin, ane allis Argh, daz wir vorbas mer keynirleye Recht und Ansproche an demselbin Gute nymme habin wollin, und daz di vorgenantin Brudir und ire Erbin, ewiclichin von uns und allin unsern andern Freundin und Vettirn ungehindert sullin bleibin. Daz alle diese vorgeschriebin Rede, Stucke und Glowbde stete, veste und gancz unverbruchinlichin bleibin sullin si ewichlichin, dez hab ich vorgenantir Cuncze von Bonnsdurff vor mich alle myne Kinde und vor alle myne Vettirn myn Sigil an diesin uffin Briv gehangin, der gebin ist nach Gots Geburt dryczenhundirt Iar in de zebin und nunczigiste Iare, an der Mittewoche die nach dem Obirstin Tage. Ouch ist dorbey gewesin die strengin Er Czaslaw vom Penczke, Goczsche Schoff czu Senftinberg, und vil andir bedirwer Lewthe die dem selbin Kowf gemacht und geledigет habin.

Bonnsdurff, *Bomsdorf.* Czykow, *Cykowo.* Koczeschaw, *Godziszewo.* Komerow, *Komorowo.* Penczke, *Pentzig.* Senftinberg, *Senftenberg.*

Nr. 1975.

Grzimke und Niclos Gebruder von Komeraw 1397 Febr. 2, off dem Huze czu Medzericz; bekennen, dass sie ihr Gut Godziszewo um die Güter des Klosters Paradyż, gen. Karpicko und Tłoki getauscht haben.

Pergam. orygin. Brzegi wraz z śladem przywieszenia pieczęci obcięte.
Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 3.

Grzimke und Niclos Gebruder von Komeraw, genant von Kant, und bekenyn eyn desim offin Briffe alle den di eyn sen, horin odir lesin: daz wir mit beduchtim Mute, Rote unsir Frunt, habin gewechsilt recht und redelich mit dem ersamyn in Gote Hern Iohannes Abte und der ganczin Samenunge des Clostirs czum Paradis, mit unserm Dorffe und Gute Goczechaw, daz gelegin ist und leit in deme Wichbilde czu Bomost, umme ere Gutir Carpicz und Tlock, di do legin in deme Wichbilde czu Kevelaw, gewern und globin in gutim Rum, ane alis Arg, eyn daz genante Dorff und Gut Goczechaw dri umegewinde gancze Iar vor allir menslichen Ansproche, Mannis und Wibis Namyn, und sunderlich vor dem erbarn Konczin von Bonnstorff czu gewern und alle sin (*6 lit. del.*) Sonen und Tochtirn, Frundin und Vettirn. Und ab keyne Ansproche daz vorgenant Dorff und Gut Goczechaw hat (*2 lit. del.*) gewunne in der vorgenunnetin Czit und nach Gewonheit und Rechte des Koningrichz czu Polan, globe wer vorgenanter Brudir Grzimke und Niclos, off unszer Czerunge, Koste und Erbeit abe czu nemyn gancz Iar czu (*7 lit. del.*). Daz alle dise vorgescrebin Dinge gancz, stete, unbrechlich werdin geheldin, habe vorgenant Brudir Grzimke und Niclos unser Yngesegil lasin hengin an desin keginwertigin offin Briff, der gegebin is nach Christi Gebord tusont Iar driczenhundert in dem sebin und nuneczegistim Iar, an unser liben Frawen Tage Lichteweige, off dem Huze czu Medzericz, vor dem

strengin Ritter Hern Domerath Poznenzki, Niclos Kelwechin, Niclos Budesin, und ander erbar Lute di keginwortig warn.

Komeraw, *Komorowo.* Kant, *von Kąty; cnfr. Nr. 1671. Grzymko i Mikołaj są synami występującego tamże Pielgrzyma Karpickiego, który, jak się zdaje, z Kąt pochodzi; cnfr. Nr. 1930.* Paradis, *klasztor Paradyż.* Goczechaw, *Godziszewo.* Bomost, *Babimost.* Carpicz, *Karpicko.* Tlock, *Tłoki.* Kevelaw, *Kiebłowa.* Poznenzki, *zam.* castellanus Poznaniensis.

Nr. 1976.

Sandziwogius palatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1397 Apr. 24, Pysdri; protestatur, Mathiam Kot de Dębno hereditatem Nietrzanowo Nicolao de Brodowo vendidisse.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1419.

In nomine Domini amen. Nos Sandziwogius palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit tenore presencium universis presentibus et futuris, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Polonie nobilium veniens presenciam nobilis Mathias Kooth de Dambno, non compulsus nec aliquo errore devio seductus, sed de sui animi spontanea voluntate, fretus consilio suorum fratrum pariter et amicorum, villam et hereditatem Nyetrzanowicze vulgariter nuncupatam, ad ipsum iure hereditario pertinentem, nobili viro Nicolao heredi in Brodowo et suis successoribus legittimis, pro tricentis marcis latorum grossorum Pragensium Polonicalis numeri, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, perpetuo vendidit et coram nobis iusto vendicionis titulo rite et racionabiliter perpetuo resignavit cum omnibus censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, silvis, campis, virgultis, stangnis, paludibus, aquis ac earum decursibus, et generaliter cum omnibus iuribus, dominio et pertinenciis universis, sicuti dicta hereditas longe et late in suis greniciis circumferencialiter est distincta, nichil pro se et suis successoribus legittimis iuris penitus reservando, per prefatum Nicolaum de Brodowo et ipsius posteritatem legittimam possidendam, habendam, tenendam, commutandam, obligandam, vendendam, alienandam et in usus beneplacitos convertendam, uti sibi melius videbitur expedire: harum nostrarum quibus nostrum sigillum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum Pysdri feria tercia in Conductu festi Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, presentibus dominis Sandziwogio Swidwa palatino Poznaniensi, Maczuda Srzemensi de Gambicze, Vincencio de Pnewy Radzimiensi, Laurencio Strzeszconis Ostrowiensi, Philippo de Sobothka Bnynensi, Sandziwogio Galanska Premanthensi castellanis, et aliis fidedignis testibus ad premissa.

Kooth, *przydomek jednéj z familji rodu Doliwczyków.* Dambno, *Dębno.* Nyetrzanowicze, *Nietrzanowo.* Brodowo, *Brodowo.* Swidwa, *de Świdwin.* Gambicze, *Gębice.* Pnewy, *Pniewy.* Radzimiensis, *de Radzim.* Ostrowiensis, *de Ostrów, zamku niegdyś na wyspie jeziora Lednica, z którego dziś ruiny.* Sobothka, *Sobótka.* Bnynensis, *de Bnin.* Premanthensis, *de Przemęt.*

Nr. 1977.

Nicolaus iudex terre Kalisiens. general. 1397 Mai. 2, in Pisdri; dominis iudicio regali in Kościan presidentibus scribit, ut Margarethae de Krajewice, in causa ratione hereditatis Bartoszewice vertente, auxilium praestent.

Transsumpt potwierdzony przez: Iohannes de Czarnkow iudex Poznaniens. 1397 Mai. 12, in Poznania.

Poznań. Königl. Staats Arch. Libri terrestr. Costinens. a. 1397, fol. 72.

Nobilibus viris, dominis iudici, subiudicibus et aliis suppariis quibuscunque iudicio regali in Coscan presidentibus, Nicolaus iudex terre Kalisiensis generalis amiciciam semper pronam. Domini et amici nostri dilecti, vobis presentibus publice profitemur, quod in summis terminis pronunc in civitate Pisdri serenissima principe domina nostra regina ibidem presente celebratis, ubi quoque plures strenui et nobiles domini iudicio prefuerunt, ibi dominorum in presencia iudicio presidencium nobilis domina Margaretha de Krayevicz cum liberis suis, iure cum domina Hanka et viro ipsius de Blazeewo contendebat pro et super hereditate Barthoszewo dicta. Domini vero utrarumque dominarum percepta questionis materia, prefate domine Margarete racione dicte hereditatis testes producere sentenciaveramus, et adiudicaverunt contra prefatam Hankam, contra Msczich Sczorosefszky et contra Ianussium de Sarbinowo. Tandem dicta Hanka, nolens testes producendos audire, de iudicio exivit; predicta vero domina Margareta suo termino paruit, quem contra eandem H. iudicialiter astitit usque termini pretacti fuerant resignati (sic). Extunc petimus vos, quatenus dicte domine M. auxilium vestrum prebere velitis, et litteram domini iudicis deinceps consummare. Datum in Pisdri feria quarta in crastino sanctorum Philippi et Iacobi apostolorum, sigillo nostro subannexo.

Coscan, *Kościan.* Krayevicz, *Krajewice.* Blazeewo, *Błażejewo.* Barthoszewo, *Bartoszewice.* Sczorosefszky, *de Skoraszewice.* Sarbinowo, *Sarbinowo.*

Nr. 1978.

Iohannes de Czarkowo iudex Poznaniens. 1397 Mai. 12, in Poznania; Margaretha de Krajewice petente confirmat literas, quas iudicio de Kościan scripserat: **Nicolaus iudex Kalisiens. 1397 Mai. 2, in Pisdri.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Libri terrestr. Costinens. a. 1397, fol. 72.

Nos Iohannes de Czarkowo iudex Poznaniensis, notum facimus tenore presencium quibus expedit universis, quod sub anno Domini **m.ccc.xc** septimo, sabbato post diem sancti Stanislai in mense Maio, in generalibus terminis in curia et adventu illustrissime principis domine H. regine Polonie in Poznania, ubi strenui et nobiles viri, domini Sanziwogius palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, Swenthoslaus castellanus Kalisiensis, Petrus subiudex Poznaniensis, Dersko vexillifer Poznaniensis, Sanziwogius de Wyzanowo, Nicolaus castellanus Drozinensis, Lauren-

cius de Bandlewo et alii terre Polonie in regali iudicio presidebant, ibi ad nostram et dictorum dominorum veniens presenciam nobilis domina Margaretha relicta Iaszkonis, litteras recognicionis nobilis domini Nicolai iudicis Kalisiensis sigillo suo impresso infrascriptas coram nobis exhibuit et produxit; et sequitur tenor litterarum de verbo ad verbum: *(Sequitur diploma praecedens).*

Nos igitur iudex dictas legi mandavimus, et de consilio dictorum dominorum et mandato speciali, easdem litteras confirmavimus et adiudicamus, ac dominam predictam cum pueris suis iustam facimus per presentes: harum igitur nostrum sigillum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum anno, die, loco, dominis, quibus supra.

Czarkowo, *Czarnków.* Wyzanowo, *Wyszanowo.* Drozinensis, *de Drożyn.* Bandlewo, *Będlewo.*

Nr. 1979.

Hedwigis regina Polonie et heres Ungarie 1397 Mai. 25, Gnezne; monasterio de Ląd concedit, ut villam desertam Kownaty de novo locare possit, incolasque eius ab omnibus contributionibus liberos facit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 32.

Hedwigis Dei gracia regina Polonie et heres Ungarie, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod peticionibus devotorum nostrorum abbatis, fratrum et conventus monasterii nostri Landensis nobis humiliter porrectis graciosius inclinate, volentes eiusdem monasterii condicionem facere meliorem, ipsis abbati, fratribus et conventui monasterii predicti villam desertam, Kownaty vulgariter dictam, dictis abbati et fratribus et conventui prefati monasterii, racione permutacionis pro molendino ipsorum quod in fluvio Vartha sub castro Pisdrensi habuerunt rite ac legittime facta, per nos cum silva et agris cultis et incultis ceterisque spectanciis datam, assignatam et ascriptam, denuo locandi et iuxta eorum voluntatem ampliandi concessimus et tenore presencium concedimus omnimodam facultatem; dantes et de nostra gracia speciali concedentes omnibus hominibus, villam Kownati, per ipsos abbatem, fratres et conventum dicti monasterii ut prefertur relocandam, inhabitare volentibus, ab omnibus et singulis contribucionibus, dacionibus, solucionibus tam frumentalibus quam pecunialibus, censibus regalibus, laboribus, equitaturis et angariis universis, quibuscunque nominibus censeantur, tamdiu, quamdiu abbas cum fratribus a solucione sui census duxerint libertare, plenam et omnimodam libertatem tenore presencium mediante, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Gnezne ipso die beati Urbani Pape gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo.

Landensis, *de Ląd.* Kownaty, *osada znikła niegdyś p. miast. Września, parafji Opatówko.*

Nr. 1980.

Hedwigis regina Polonie et heres Ungarie 1397 Mai. 25, Gnezne; ad pecunias Moszcziczoni de Stęszewo a Wladislao rege de oppido Mosina assignatas, 60 marcas grossorum Pragensium addit.

Stronczyński. Wzory, Nr. 39. (Z podobizny).

Hedwigis Dei gracia regina Polonie et heres Ungarie, significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod consideratis fidelibus servitiis, nobis per MosczICzonem de Stanssewo nostrum fidelem dilectum studiose exhibitis et in posterum exhibendis, volentes sibi harum intuitu graciam facere et ad nostra servicia propensius exhibenda reddere promptiorem, sibi et suis heredibus et legitimis successoribus, in et super opido nostro Mossina et eius pertinentiis sexaginta marcas grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, **xl** octo grossos in marcam quamlibet computando, ad pecunias eidem Mosczyczoni per serenissimum principem dominum Wladislaum regem Polonie, nostrum consortem carissimum, in et super eodem opido similiter pro suis servitiis assignatas, superaddimus gratiose et donamus; ita, quod idem Mosczicz et sui successores opidum predictum tenebunt, habebunt, utifruentur et possidebunt tamdiu, donec sibi vel eisdem successoribus, per nos vel nostros successores predicte sexaginta marce integre fuerint persolute: harum quibus sigillum est subappensum nostrum testimonio litterarum. Datum Gnezne die sancti Urbani Pape et m . . . *(sic).*

Stanssewo, *Stęszewo.* Mossina, *Mosna.*

Nr. 1981.

Nicolaus iudex Calissiens. general. etc. 1397 Mai. 25, Gnesne; praeposito monasterii de Trzemeszno limitationem inter villam sui monasterii dictam Jerzykowo, et villas Capituli Gneznensis nomine Ostrowite prymasowskie et Mielawa adiudicat.

Trzemeszno. Chronicon Tremesnense p. 129. Kopja z oryginału. (Kwartant pisany r. 1666, zawierający 972 stron, na których spisana historja klasztoru z odwoływaniem się do odnośnych dokumentów, które w ustępach w streszczeniach rozmaitéj obszerności poumieszczano).

Nicolaus iudex Calissiensis generalis *etc.* significamus *etc.* quod sub anno **m.ccc.xcvii**, ipso die sancti Urbani Pape, in summis terminis Gnesne celebratis, serenissima principe Hedvigi Dei gracia inclita regina Polonie protunc ibidem presente, ubi eciam una cum nostris assessoribus *etc. etc.* (sic) iudicio regali presidebamus, cum religiosus vir dominus prepositus monasterii Tremesensis, per honorabilem virum Bogussium canonicum sancti Georgii nec non altaristam Gnesnensem, propter gades et limitationem inter hereditatem suam Gerzykowo, parte ex una, Milawa et Ostrowite hereditates, parte ex altera, ad terminos particulares fuerit citatus, in quibus terminis dominus prepositus dictas gades et limitacionem iure aquisivit *etc.* quibus pre-

dictis dies limitationis per Iacobum ministerialem fuit assignatus: tunc, Iacobo ministeriali una cum predicto domino preposito in limitacione constitutis, veniens predictus dominus Bogussius, eandem limitacionem ad terminos generales Gnesnam revocavit. Quo termino pendente, dominus Bogussius veniens vicesimus metsecundus, in prato predicti domini prepositi fenum falcatum et ad duos cumulos cumulatum *etc.* rapuit violenter termino pendente *etc.* Extunc domino preposito coram nobis constituto *etc.* easdem gades obtinere et limitacionem facere adiudicavimus, et nunc denuo adiudicamus sub hac forma: quocunque idem prepositus equitaverit vel transierit, et dixerit: ista sunt bona domus nostre: et in ultimo cumulo iuramentum prestabit, et sic ea bona ut premittitur tenebit et perpetuis temporibus obtinebit *etc.* Actum ut supra.

Gerzykowo, *Jerzykowo.* Milawa, *Mielawa.* Ostrowite, *Ostrowite prymasowskie.*

Nr. 1982.

Sandzivogius palatinus Kalisiens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1397 Iun. 20, Lancicie; villam Trzebiatowo, cum villa ecclesiae de Włocławek dicta Sławsk commutat.

Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae II, Nr. 334. (Z pergam. oryg., u którego na pasku pergamin. przywieszona pieczęć wojewody Sędziwoja Pałuki. Cnfr. Nr. 1826 i 1962).

Nos Sandzivogius palatinus Kalisiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit tenore presencium universis presentibus et futuris, quod villam Trzebatowo wlgariter nuncupatam, exnunc reverendo in Christo patri domino Henrico Dei gracia episcopo Wladislaviensi, ipsiusque Capitulo, cum omnibus iuribus, dominio et pertinenciis universis resignamus; cuius quidem ville universis et singulis iuribus et dominio renunciamus et abrenunciamus tenore presencium mediante. Et si super huiusmodi villa haberemus privilegiorum seu literarum aliqua munimenta, ipsa exnunc cassamus, cancellamus, destruimus presentibus et anichilamus, quod de cetero nullum omnino robur habere valeant firmitatis. Loco cuius quidem resignacionis ville predicte Trzebatowo, idem reverendus in Christo pater, dominus Henricus episcopus Wladislaviensis, de voluntate et consensu concordi sui Capituli, hereditatem suam Slawsco nobis donavit tenendam et usufruendam, ad tempora dunptaxat nostre vite. Post tempora autem nostre vite, tacta hereditas Slawsco ad mensam memorati domini episcopi Wladislaviensis ipsiusque Capituli, cum omnibus frumentis in terra seminatis et super terram collectis devolvetur viceversa, quavis contradiccione non obstante: harum nostrarum quibus nostrum sigillum apensum est testimonio literarum. Actum et datum Lancicie feria quarta proxima infra octavas sancte et individue Trinitatis, anno Domini millesimo CCC nonagesimo septimo.

Trzebatowo, *Trzebiatowo.* Wladislaviensis, *de Włocławek.* Slawsco, *Sławsk.*

Nr. 1983.

Eufrosina abbatissa totusque conventus in Owensko 1397 Dec. 1, Posnanie; protestantur, Sandzivogium palatinum Kalisiensem consules civitatis Poznań ratione solutionis sepi cum monasterio memorato concordavisse.

Pergam. orygin. Na skrawkach pergam. zawieszono 2 pieczęcie. 1wsza podługowata wyobraża pod cymborium osobę w długiéj szacie, zwróconą w prawo, z pastorałem w prawicy; napis: ... ine abbatisse de Ovenzco. *2ga znikła.*

Poznań. Archiw. Miejskie. Diploma Nr. 22.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Eufrosina Dei miseracione abbatissa, nec non Tyberiadis cellararia, Ffebronia subpriorissa totusque conventus sanctimonialium cenobii in Owensko Cistricziensis Ordinis, attendentes varias controversias et multiplices consumptus et expensas, quas cum honestis viris, consulibus totaque communitate civitatis Posnaniensis, mutuo habuimus et fecimus racione sepi, quod ab ipsis occasione census annui repetere conabamur: hys obviare cupientes, per amicabilem composicionem validi viri, domini Sandziwogii palatini Kalisiensis et capitanei Maioris Polonie, in quem ex ambabus partibus consensimus, extat diffinitum et decretum: quod dicti consules totaque communitas civitatis Posnaniensis et ipsorum successores, in remedium divine retribucionis et in augmentum divini cultus, nobis totique conventui nostro in Owensko et nostris sequacibus, perpetuis temporibus in festo sancti Martini decem et sex lapides sepi valentis dare debent et pagare quolibet impedimento postposito sint astricti; ita, quod nos totusque conventus sororum nostrarum et nostre sequaces, in perpetum (sic) prescriptos consules et totam communitatem civitatis Posnaniensis nullo strepitu iudicy seu aliqua impeticione, coram quacunque persona ecclesiastica vel seculari, pro aliqua dacione sepi alloqui seu impugnare debeamus, et ab hys omnibus volumus abrenunciari. Eciam privilegia seu literas, si aliquas divorum regum seu principum haberemus desuper, abolere, cassare et laniare promittimus et in evum pro cassis et corruptis tenere volumus, omnis iurisdicionis vigorem ipsis auferentes. Et insuper nos totumque conventum nostrum, ab asseribus super pontem locandis in perpetuum eorum privilegiis, solutos et liberos dimiserunt. In huius rei evidenciam et testimonium, sigilla nostra, videlicet priorisse et conventus presentibus sunt appensa. Datum et actum Posnanie in crastino beati Andree apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo.

Owensko, *Owińska.*

Nr. 1984.

Henricus tituli s. Anastasie presbiter cardinal. etc. 1398 Mart. 11, Rome apud s. Petrum; Nicolaum Poznaniensem episcopum, de soluta camerae sacri collegii Romanorum cardinalium ratione communis servitii parte debiti quitat, terminumque solutionis pecuniae residuae, ad diem 30 Martii anni sequentis prolongat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu jedno wcięcie poprzeczne. Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 258.

Henricus miseracione divina tituli sancte Anastasie presbiter cardinalis, sacri collegii reverendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium camerarius, universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus per presentes, quod reverendus in Christo pater, dominus Nycolaus Dei gracia episcopus Poznaniensis, pro parte partis sui communis servicii, in quo camere collegii dictorum dominorum cardinalium sub certis penis et sentenciis racione dicte sue ecclesie extitit efficaciter obligatus, centum et quinquaginta sex florenos auri de Cramaria, solidos tres et denarios sex monete Romane, et pro parte partis unius minuti servicii consueti debiti, pro familiaribus et officialibus dicti collegii tredecim similes florenos, solidos viginti octo et denarios septem dicte monete, nobis a die data presencium per manus venerabilis viri domini Petri de Kobilino, decani Poznaniensis, solvi fecit realiter et cum effectu; de quibus sic datis et solutis, dictum reverendum patrem eiusque heredes et successores, et dictam suam ecclesiam tenore presencium quitamus et eciam liberamus. Verum, intellecta mole gravaminum pro parte dicti reverendi in Christo patris episcopi Poznaniensis coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum id, in quo camere collegii dictorum dominorum cardinalium pro parte sui communis, et unius minuti serviciorum consueti debiti pro familiaribus et officialibus dicti collegii sub certis penis et sentenciis racione dicte sue ecclesie extitit efficaciter obligatus, redderit verisimiliter inpotentem: auctoritate dicti collegii nobis in hac parte concessa, terminum faciende solucionis dictorum communis et unius minuti serviciorum, a festo Resurreccionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro, ad annum extunc proxime secuturum prorogamus et de novo assignamus eidem. Ita tamen, quod si in solucione huiusmodi defecerit in termino sibi de novo constituto, penis et sentenciis, quibus antea ligabatur, sit astrictus, et eum in hiis scriptis declaramus astringi et ipsum in easdem reincidere ipso facto; ipsumque ab excommunicacionis sententia et a reatu periurii et aliis penis et sentenciis, quas incurrit propter moram solucionis huiusmodi non facte termino constituto, tenore presencium absolvimus et reddimus absolutum, secum super irregularitate, si quam propterea incurrit se divinis officiis immiscendo, non tamen in contemptum Clavium, misericorditer dispensantes. In quorum testimonium, presentes litteras fieri et sigilli nostri cardinalatus iussimus appensione muniri. Datum Rome apud sanctum Petrum, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, Indiccione sexta, die undecima mensis Martii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia Pape noni, anno nono.

Nr. 1985.

Thomco subcamerarius Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1398 Apr. 8, in Kostan; venditionem hereditatis Bukownica ratam habet, quam Martinus in rem Zimislai et Conradi fratrum heredum in Gorzyce fecerat.

Pergam. orygin. Dziurki od przywieszenia jednéj pieczęci.

Poznań. Archiv. Capituli. V, 8.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Thomco subcamerarius Cracoviensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, notificamus quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod accedens ad nostram ceterorumque nobilium Maioris Polonie presenciam vir nobilis, dominus Martinus heres in Bukownicza, non conpulsus, nec coactus nec aliquo errore seductus, sed de bona et spontanea ipsius voluntate, sanus quoque mente ac corpore existens, dimidiam villam seu hereditatem suam Bukownicza vulgariter nuncupatam, cum omnibus attinenciis suis, agris, pratis, pascuis, gaiis, mericis, silvis, boris, nemeoribus (sic), mellificiis, rubetis, aquis, piscinis, paludibus, censibus, proventibus, utilitatibus ac obventionibus universis provenientibus villa Bukownicza in eadem, et prout in suis limitibus circumferencialiter est distincta in longitudine et latitudine circumquaque, nobilibus viris Zimislao et Cunrado germanis fratribus, heredibus in Gorzicze, pro sexaginta marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, pro qualibet marca videlicet quadraginta octo grossos conputando, vendidit et se vendidisse coram nobis publice recongnovit, dictamque hereditatem seu dimidiam villam Bukownicza cum omnibus suis utilitatibus ac attinenciis predictis, nichil iuris et dominii in dimidia parte predicta pro se et suis legittimis successoribus in dimidia parte ville Bukownicza predicte reservans, rite ac racionabiliter resignavit, per ipsos Zimislaum et Cunradum et ipsorum heredes legitimosque successores tenendam, habendam, utifruendam, vendendam, permutandam ac perpetuis temporibus pacifice possidendam. Nos itaque dictas vendicionem et resignacionem, per dictum Martinum factas, per omnia ratas habentes et gratas, ipsas approbamus, ratificamus et tenore presencium confirmamus harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum in Kostan feria secunda in festo Conductus Pasche, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, presentibus strenuis ac nobilibus viris, dominis Iohanne, Lyganza dicto, palatino Lanciciensi, Vincencio de Granow castellano Nakliensi, Nicolao de Blocziszowo, Nicolao de Rokosszowo, Alberto et Mathia de Thworzimicze heredibus, ac aliis quam pluribus nobilibus fide dignis.

Bukownicza, *Bukownica.* Gorzicze, *Gorzyce.* Kostan, *Kościan.* Granow, *Granowo.* Nakliensis, *de Nakło.* Blocziszowo, *Błociszewo.* Rokosszowo, *Rokosowo.* Thworzimicze, *Tworzymirki.*

Nr. 1986.

Nicolaus de Curow episcopus Poznaniens. 1398 Apr. 25, Poznanie; fundationem et dotationem altaris confirmat, quod Wojtko heres in Krzesiny in ecclesia b. Mariae Magdalenae in Poznań erexerat.

Poznań. Archiv. Capituli. Varia privilegia, p. 28. (*Foljant pisany ręką XVIII w.*)

In Christi nomine amen. Ad rei memoriam sempiternam. Nicolaus de Curow, Dei gracia episcopus Poznaniensis, significamus quibus expedit universis et singulis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quia ad nostram et fratrum nostrorum, dominorum Capituli Poznaniensis tunc nobis assistentium, accedens presenciam honorabilis Woytko heres in Krzesini et civis Poznaniensis, una cum Nela coniuge ac Nicolao et Petro filiis suis, racione compotes et sano freti consilio suorum amicorum, sue salutis agentes vitam in humanis fragilem et dubiam non inmemores, cupientes pro parvis magna, pro terrenis celestia et pro temporalibus premia recipere sempiterna, de consensu nostro singulari, in remedium suarum et progenitorum suorum animarum medelam, racione testamenti, perpetuis temporibus, pure propter Deum, altare in ecclesia parochiali sancte Marie Magdalene ipsius civitatis Poznaniensis, circa parietem eiusdem ecclesie, intrando ecclesiam eandem per maiorem portam versus occidentem a dextris, retro altare Iantrkonis Pomtorf, ex opposito altaris Pnizkonis dicti Kostrzyczki, cum permissione eadem speciali rectoris ecclesie predicte, in laudem omnipotentis Dei eiusque genitricis beate Marie semper virginis, Omnium Sanctorum, et specialiter in honorem sancti Nicolai episcopi et confessoris, Georgii et Adalberti martirum, nec non beate Dorothee virginis, predicti altaris patronorum, fundaverunt et effectualiter erexerunt. Cui quidem altari, pro sustentatione presbyteri ydonei, altariste altaris eiusdem quicunque pro tempore fuerit, prefati Woytko cum Nela coniuge, Nicolao et Petro filiis suis, decem marcas pecunie, monete et numeri in regno Polonie pro tempore currentium, in et super tota villa eorum Krzeszini predicta racione census annui dederunt, donaverunt, deputaverunt, ascripserunt, incorporaverunt, assignaverunt et effectualiter contulerunt donatione perpetua et irrevocabili temporibus futuris. Qui videlicet Woytko, sui successores, ac omnes prefate ville Krzessini domini, heredes et possessores quicunque pro tempore fuerint, altariste memorati altaris, qui pro tempore fuerit canonicaliter institutus, decem marcas predictas singulis annis circa festum sancti Martini episcopi et confessoris dare et solvere integraliter tenebuntur. Prefati vero altaris altarista, quicunque pro tempore fuerit, tres ad minus missas qualibet hebdomada per tocius anni cuiuslibet circulum, per se vel per alium idoneum presbiterum sub pena excommunicationis ad altare predictum debet et tenebitur perpetuis temporibus celebrare. Primam videlicet missam de beata Virgine: Salve sancta Parens: cum Collecta pro peccatis; secundam de sancto Nicolao cum Collecta sancte Dorothee, ac tertiam de sanctis Georgio et Adalberto, videlicet pro animabus fidelium Defunctorum. Preterea, ius patronatus seu collationis altaris predicti, Woytkoni memorato usque ad tertiam progenerationem, dictum pokolenye, de nostra concedimus gratia speciali: qua tertia generatione deficiente, huiusmodi collatio ad nos et successores nostros devolvetur perpetuis temporibus affuturis. Ad cuius enim Woitkonis et Nele sue coniugis collationem et presentacionem, discretum virum Albertum rectorem ec-

clesie parochialis in Lubos et presbyterum nostre diocesis, vice, loco et nomine procuratoris Iohannis de Sczerkowo, clerici eciam nostre diocesis, per manus nostre impositionem canonice investivimus et investimus, virtute presencium mediante eidem Iohanni curam spiritualium et regimen temporalium altaris predicti assignantes. Ut autem fundatio, errectio et dotatio sic ut prefertur predicti altaris, salva et inviolabilis perpetue permaneat, eas literis presentibus, appensione sigilli nostri munitis ratificamus et roboramus, decernentes eas et premissa singula robur obtinere perpetue firmitatis. Actum et datum Poznanie in domo habitacionis nostre penes nostram ecclesiam cathedralem, ipso die sancti Marci ewangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, presentibus reverendo in Christo patre et venerabilibus et honorabilibus viris, dominis Nicolao episcopo Scarpatensi suffraganeo nostro, Alberto archidiacono, Iohanne preposito sancti Spiritus, Iohanne de Neparth canonico et rectore schole, Alexandro canonico Poznaniensi, et aliis quam plurimis fide dignis.

Curow, *Kurów w Krakowskiem, nie odgadniony, który.* Krzesini, *Krzesiny.* Lubos, *Lubosz.* Sczerkowo, *Szczerkowo.* Scarpatensis, *nie odgadnione.* Neparth, *Niepart.*

Nr. 1987.

Nicolaus iudex Kalisiens. et assessores 1398 Mai. 8, Gneszne; ab iudicio in Kościan petunt, ut Petro de Miejska Górka in causa eius contra dominam de Łaszczyn iustitiae complementum faciat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Costanens. a. 1398, fol. 47.

Nobilibus viris, dominis iudici, subiudici, camerario, notario regali iudicio in Costan presidentibus, suis dominis et amicis graciosis, Nicolaus iudex Kalisiensis, Pechno castellanus Czarkowiensis, Iacussius Iaka, Iacussius subiudex Poznaniensis, Iohannes de Chlandowo iudicis, Viglosius palatini vices gerentes. Domini et amici nostri carissimi. Constitutus coram nobis iudicio regali Gneszne nobilis Petrus Gorzeczski, stetit termino peremptorio super dominam Lasczinsca et filios ipsius pro intromissione quarte partis hereditatis in Wlasczino, ad quam nullum ius sive iuridicionem habuit, dicens, ipsam cum filiis suis ter citasse pro sex maldronis siliginis et duobus avene, semel per ministerialem Poznaniensem et bis per ministerialem Costanensem, ipsiusque cum filiis ipsius non comparencium contumaciam accusans, et iudiciale iudici dedit. Ideo, domini generosi, sibi Petro cum predicta iusticie complementum faciatis. Datum Gneszne die Stanislay pontificis et martyris gloriosi, anno Domini mcccxcviii. Citatorio sigillo subimpresso.

Czarkowiensis, *de Czarnków.* Chlandowo, *Chłędowo.* Gorzeczski, *de Górka miejska.* Lasczinsca, *de Łaszczyn.* Costanensis, *de Kościan. W wierszu ostatnim zam.* subimpresso, *jest tylko etc. Cnfr. tamen Nr. 1997.*

Nr. 1988.

Wladislaus rex Polonie etc. 1398 Mai. 14, in Kolo; mercatoribus oppidorum Maioris Poloniae, mercimonia versus Wrocław ducentibus, viam theloneariam per Śrem et Poniec oppida praescribit, simulque modum vendendi pannos statuit.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Poznaniens. a. 1534, fol. 506. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. Nr. 105.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. cunctorum quibus expedit notitie commendamus: quod mente sollicita perpendentes regni nostri conditionem ex eo fieri meliorem, volentesque nonnulla que grata predicti nostri regni commoda respiciunt in statum pristinum revocare, sane super hoc etiam maturo participato consilio, presencium decernimus per tenorem: quod omnes et singuli mercatores, cives, oppidani et incole civitatum et oppidorum nostrorum regalium in terra nostra Maioris Polonie consistentium, cum rebus et mercibus ipsorum quibuslibet volentes versus Vratislaviam proficisci, eisdem antiquis viis, quibus tempore serenissimi principis domini Kazimiri regis Polonie illustris bone memorie videlicet versus Silesiam transire et theloneare consueverunt, scilicet per Szrem et per Poniec transire debeant et omnimodo teneantur, et non alias vias ipsis querendo: ubi, scilicet in Szrem ad solutionem theloneorum, a quolibet equo quatuor denarios et non plures solvere sint astricti, et in Poniec per medium grossum universi civitatum et oppidorum nostrorum, deinceps de aliis incolis et provinciis per grossum, a quolibet peccorum sex denarios et non plures solvere sint compulsi. Porro, ut inhabitatores et incole terrarum nostrarum Maioris Polonie predicte, sub nostro felici regimine feliciora suscipiant incrementa: universis et singulis civibus et oppidanis, mercatoribus ipsius terre Maioris Polonie vigore presencium inhibemus, ne deinceps pannos in foris ipsorum septimanalibus et aliarum civitatum ulnatim vendere et scindere audeant quomodolibet vel presumant, nisi tantum diebus forensibus, in civitatibus et oppidis propriis, pannos ipsorum huiusmodi scindere et vendere plenam habeant et liberam potestatem. In foris autem annualibus, omnibus et singulis mercatoribus et aliis hominibus, quibuscunque conditionibus potiantur, emendi vendendique iuxta ipsorum voluntatem beneplacitam, quotiescunque in anno contigerit, libera sit facultas presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio literarum. Actum in Kolo feria tertia ante Ascensionem Domini, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, presentibus hys strenuis et validis viris: Barthosio de Vesemburg palatino Poznaniensi, Sandivoio palatino Kalisiensi, Drogossio iudice Cracoviensi, Nicolao Iastrambecz subagazone Lanciciensi, Petrassio Penanzek de Wycholovicze, Nicolao iudice Kalisiensi, et Dobeslao de Olesznica cubiculario nostro, et aliis multis viris fide dignis.

Śrem, Poniec, Koło, *dziś tak samo.* Wycholovicze, *Wichałów.* Olesznica, *Oleśnica.*

Nr. 1989.

Wladislaus rex Polonie etc. 1398 Mai. 17, in Iuveni Vladislavia; monasterio de Mogilno facultatem concedit, ut villam Mogilno in oppidum iure Magdeburgensi erigere valeat.

Transsumpt potwierdzony przez: Sigismundus primus rex Poloniae etc. 1548 Ian. 21, Petricoviae, *zawarty w pergam. orygin., danym przez:* Ioannes Casimirus rex Poloniae 1666 Dec. 20, Warsaviae. *Pergam. orygin. jest opatrzony podpisem własnoręcznym Jana Kazimierza króla i wielką tegoż pieczęcią, zawieszoną na wstążkach jedwabnych, zielonych.*

Poznań. Königl. Staats Arch. Mogilno Stadt 1.

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Wladislaus Dei gracia rex Polonie, Lithuanie princeps supremus et heres Russie, significamus tenore presencium harum noticiam habituris presentibus et futuris quibus expedit universis, quod ecclesiarum et monasteriorum regni et dominiorum nostrorum commodis misericorditer cupientes intendere, signanter monasterium Mogilno, in terra nostra Maioris Polonie situm, in augmento cultus divini et bonorum temporalium affectantes crescere, ut abbas conventus, fratres et quevis religiose persone prefati monasterii, pro nostra nostrorumque predecessorum et successorum regni Polonie salute, Creatoris omnium clemenciam eo ferventius nostris suffulti beneficiis indesinenter valeant implorare, exnunc interne devocionis zelo accensi, diem volentes extremi iudicii prevenire operibus, dictis abbati et conventui monasterii Mogilno suppra dicti tenore presencium plenam facultatem damus et concedimus, de villa Mogilno eidem monasterio adiacenti, oppidum iure Teutonico Magdeburgensi in ibidem perpetuo duraturo erigendum de novo et locandum, quod oppidum Mogilno prescripto nomine volumus appellari. In ipsoque oppido forum septimanale diebus sabathis, annis singulis, diebus (sic) perpetuis tenendum statuimus et habendum; decernentes, quod omnia bona, res et merces, quibuscunque vocentur nominibus, undecunque venerint, ibidem vendantur et emantur, adducantur et abducantur libere iuxta vendentium et ementium voluntates; quodque oppidum omnibus iuribus, modis, consuetudinibus et prerogativis, sicut cetera regni nostri oppida, gaudere volumus et letari, removendo inibidem de cetero et per amplius omnia iura Polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Teutonicum Magdeburgense predictum plerumque perturbare consueverunt. Eximimus insuper et absolvimus ac perpetuo liberamus omnes et singulos oppidanos, hortulanos, homines et incolas oppidi prenominati, ab omni iurisdictione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel aliquo eorum pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii et membrorum mutilationis citati, minime respondeant nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tantum opidani et homines oppidi supradicti coram suo advocato, advocatus vero cum suis successoribus coram abbate predicto aut substituto ab eo, vel coram nobis vel iudicio nostro generali, dum per literam nostram nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit, si idem abbas, conventus vel substitutus ab eis vel eorum successores, in reddenda iusticia negligentes forent vel remissi, tunc non aliter, quam suo iure Teutonico Maydeburgensi predicto cuilibet ad obiecta respondere sit adstrictus. In causis vero criminalibus et capitalibus su-

perius expressatis, advocato oppidi prenominati Mogilno et eius successoribus damus et concedimus plenam et omnimodam potestatem et facultatem iudicandi, sentenciandi, corrigendi et puniendi, prout hoc ipsum ius Teutonicum Magdeburgense predictum in omnibus suis punctis, condicionibus, clausulis, articulis et sentenciis postulat et requirit, iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis: harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in Iuveni Vladislavia feria sexta in crastino Ascensionis Domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, presentibus Sandivogio Svidwa Poznaniensi, Iohanne Liganza Lanciciensi, Mathia Maczuda Gniewkoviensi palatinis, Tomcone subpincerna Cracoviensi et capitaneo Maioris Polonie, Iohanne de Tanczyn castellano Woyniciensi tunc magistro curie reginalis, Iaroslao de Sadlno iudice Vladislaviensi, et aliis quam pluribus fide dignis, nostris fidelibus dilectis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Nicolai episcopi Posnanensis, nobis sincere dilecti.

Mogilno, *Mogilno.* Iuvenis Vladislavia, *Inowrocław.* Svidwa, *de Świdwin.* Tanczyn, *Tęczyn.* Woyniciensis, *de Wojnicz.* Sadlno, *Sadlno.*

Nr. 1990.

Bonifatius Pp. IX 1398 Iun. 1, Rome apud s. Petrum; bona mensae archiepiscopalis Gneznensis in Pomorania sita, quae dudum pro sustentatione Iohannis episcopi de Kamień deputaverat, nunc translato eodem Iohanne in Cuiaviensem episcopatum, mensae praedictae restituit. Cnfr. Nra. 1951 et 1963.

Pergam. orygin., w wielu miejscach przeżarty. Na niciach jedwabnych, czerwon. i żółt. przywieszona bulla: Bonifatius Pp. IX.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 259.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex providentia Sedis apostolice provenire dinoscitur, ut Romanus pontifex gesta per eum quandoque revocet et annullet, prout, personarum, temporum et locorum qualitate pensata, ecclesiarum statui salubriter valeat expedire. Dudum siquidem, ex certis causis racionabilibus nostrum animum moventibus, venerabiles fratres nostros Iohannem Culmensem, olim Camenensem episcopum, tunc archiepiscopum Gneznensem, ab eo quo Gneznensi, ac Dobrogostium archiepiscopum Gneznensem, olim Poznaniensem, ab illo vinculo quo Poznaniensi ecclesie, quibus tunc preerant, tenebantur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine duximus absolvendos, ac de Iohannis Caminensi, et de Dobrogosty prefatorum personis Gneznensi ecclesiis predictis, de eorundem fratrum consilio, auctoritate apostolica duximus providendum, Iohannem Caminensem in episcopum Culmensi, et Dobrogostium prefatos Gneznensi ecclesiis predictis in archiepiscopum preficiendo et pastores, Iohanni Caminensis, et Dobrogostio predictis Gneznensis ecclesiarum huiusmodi curam et administracionem in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo. Et dum per nos accepto, quod redditus, proventus et bona ad mensam episcopalem Caminensem spectantia, adeo alienata et per nonnullos occupata existebant, ut dictus Iohannes episcopus ex fructibus, redditibus et proventibus ipsius mense, quos (*11 litter. del.*) poterat, condecentem statum secundum pontificalis dignitatis decentiam tenere et huiusmodi occupata recuperare non valebat, nos omnia et singula bona, redditus, proventus, decimas, obvenciones, iuridictiones et iura alia, ad archiepiscopum pro tempore existentem et

eius mensam archiepiscopalem Gneznensem quovismodo spectancia, in Prussie et omnibus aliis partibus dicioni et potestati dilectorum filiorum, magistri et fratrum Hospitalis beate Marie Theutonicorum Ierosolimitanis quomodolibet subiectis, consistencia, de dictorum fratrum consilio a iurisdictione et dominio dicti archiepiscopi pro tempore existentis et eius mense Gneznensis predicte usque ad dicte Sedis beneplacitum auctoritate predicta subtraximus, exemimus, separavimus penitus et liberavimus, et ea omnia et singula prefato Iohanni episcopo eadem auctoritate reservavimus et commendavimus, per eum usque ad huiusmodi beneplacitum tenenda, regenda et eciam gubernanda, curam et administracionem plenam, generalem et liberam castrorum, bonorum, fructuum, reddituum, decimarum, proventuum, iurisdictionum et iurium huiusmodi, eidem Iohanni episcopo in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, ut ipse Iohannes episcopus ea, sic sue gubernacioni et administracioni commissa, spiritualiter et temporaliter iuxta datam sibi a Deo prudentiam regeret, gubernaret et administraret, ac de fructibus, redditibus, proventibus omnibus et obventionibus ipsis universis ordinaret et disponeret, eosque in suos et eiusdem ecclesie Caminensis usus convertere valeret et habere, prout veri archiepiscopi Gneznenses qui pro tempore fuerant de illis ordinare et disponere quomodolibet potuerant seu etiam debuerant: alienatione tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium, ad ecclesiam et mensam Gneznensem predictas pertinentium, sibi penitus interdicta: ac voluimus et inter cetera eadem auctoritate decrevimus, quod, commenda et beneplacito huiusmodi finitis, castra, bona, fructus, redditus, proventus, decime, iurisdictiones et alia iura huiusmodi, ad predictam Gneznensem ecclesiam et eius mensam archiepiscopalem earumque ius et proprietatem, prout ante subtractionem huiusmodi existebant, integraliter reverterentur, et subsequenter beneplacitum huiusmodi et omnia et singula in predictis ultimis litteris contenta, usque ad terminum vite prefati Iohannis episcopi de eorundem fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine auctoritate apostolica prorogavimus et extendimus, prout in dictis nostris inde confectis litteris plenius continetur: cum itaque nos nuper prefatum Iohannem episcopum, a vinculo quo ipse Caminensi ecclesie, cui protunc preerat, tenebatur, de dictorum fratrum nostrorum consilio et huiusmodi potestatis plenitudine absolverimus, ipsumque ad ecclesiam Culmensem tunc pastore carentem transtulerimus, eumque illi prefecerimus in pastorem: nos ex certis aliis rationabilibus causis ad id nostram moventibus mentem, subtraccionem, exempcionem, disposicionem, liberacionem, reservacionem et commendam, ac prorogacionem et extensionem predictas, de ipsorum fratrum consilio, eadem auctoritate tenore presencium penitus revocamus, cassamus et irritamus perpetuo, eaque castra, bona, redditus, proventus, decimas, obventiones, iurisdictiones et iura alia, ad ius et proprietatem ecclesie et mense archiepiscopalis Gneznensis predictarum, nec non ad subiectionem prefati Dobrogostii, qui Gneznensi ecclesie preesse dinoscitur, ac successorum suorum Gneznensium archiepiscoporum, qui erunt pro tempore, auctoritate predicta reducimus per presentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis, cassacionis, retractationis et reduccionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum Kalendis Iunii, pontificatus nostri anno nono.

Camenensis, *de Kamień na Pomorzu.*

Nr. 1991.

Bonifatius Pp. IX 1398 Iun. 5, Rome apud s. Petrum; Gneznensi praeposito mandat, ut in causa inter Nicolaum episcopum Poznaniensem et Nicolaum de Lubiatowo vertente decidat.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu sznurek konopny, przez dwie dziurki przewleczony, ucięty.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 260.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio . . preposito ecclesie Gneznensis salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis venerabilis frater noster Nicolaus episcopus Poznaniensis, quod Nicolaus de Lubatow, armiger Poznaniensis diocesis, super quibusdam pecuniarum summis et rebus aliis ad mensam suam episcopalem Poznaniensem spectantibus iniuriatur eidem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, partibus convocatis, audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum Nonas Iunii, pontificatus nostri anno nono.

Lubatow, *Lubiatowo.*

Nr. 1992.

Nicolaus iudex Kalisiens. 1398 Aug. 19, in Pysdri; ecclesiae Poznaniensi quartam partem hereditatis Chwalibogowo contra petitionem relictae Phalibogii adiudicat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 185.

Nos Nicolaus iudex Kalisiensis, notum facimus omnibus et singulis quibus expedit universis presencium noticiam habituris, quod sub anno Domini **m.ccc.xc.** octavo, feria secunda proxima post festum Assumpcionis beate Marie virginis, in Pysdri in summis sive generalibus terminis, ubi strenui milites ac nobiles viri, domini Creslaus capitaneus Maioris Polonie, Barthossius Poznaniensis, Sandivogius Kalisiensis palatini, Sandivogius castellanus Gneznensis, Vincencius subiudex Kalisiensis, Franczko subpincerna Poznaniensis iudicio in regali presidebant, ibi ad nostram dictorumque dominorum accedens presenciam venerabilis vir dominus Albertus archidiaconus ecclesie Poznaniensis, nomine et vice sui domini episcopi Poznaniensis, potestatem ipsius plenariam habens, quartam partem hereditatis Chwalibogowo in viginti tribus marcis et decem scotis grossorum Pragensium, numeri Polonicalis, in nobili et honesta domina . . , relicta olim Phalibogii de Chwalibogowo, ibidem iudicialiter obtinuit et acquisivit. Nos vero, de mandato dictorum dominorum regali in iudicio presidencium, eandem quartam partem hereditatis Chwalibogowo, in dictis viginti tribus marcis et decem scotis grossorum, sicut sola dicta domina tenuit et possedit, cum

omnibus et singulis iuribus ac universali dominio, veluti in suis limitibus et graniciis circumferencialiter est distincta, eidem domino Alberto archidiacono Poznaniensi nomine prefati domini episcopi Poznaniensis sententialiter adiudicavimus et adiudicamus per presentes. In huius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno, die, loco, testibus, quibus supra.

Pysdri, *Pyzdry.* Chwalibogowo, *Chwalibogowo.*

Nr. 1993.

Tomko subpincerna Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1398 Sept. 29, in Costen; protestatur, Bavorium Wyskota hereditates ipsius Łęka, Drobnin, Rybnik et partem villae Krzemieniewo, consorti suae Margarethae contra eiusdem dotalicium ascripsisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Costens. a. 1414, fol. 5 v.

Nos Tomko subpincerna Cracoviensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, notum facimus quibus expedit universis presencium noticiam habituris, quod ad nostram aliorumque eiusdem terre nobilium presenciam veniens nobilis vir Bavorius Viscota heres de Lanky, non compulsus, non coactus neque errore aliquo seductus, sed de sua spontanea voluntate, amicorum suorum consilio et matura deliberacione prehabitis, hereditates suas, videlicet Lanky, Drobnino, Rybnik et partem hereditatis Crzemenevo, cum omni iure et dominio, sicut solus tenuit et possedit, nobili et generose domine Margarethe, consorti sue legittime, in quadringentis marcis grossorum latorum Pragensis monete numeri Polonicalis, xl octo grossos quamlibet marcam faciencium, contra ipsius dotalicium ascripsit, deputavit, dedit, contulit et donavit cum omnibus proventibus, fructibus, campis, censibus, pratis, pascuis, silvis, gayk (*sic*), mericis, quercetis, rubetis, borris, mellificiis, lacubus, piscinis, aquis, molendinis, stagnis, paludibus, generaliterque cum singulis obvencionibus et utilitatibus ad predictas hereditates quomodolibet de iure pertinentibus, coram nobis rite et racionabiliter resignavit iuxta terre consuetudinem tenendas et habendas. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Costen ipso die beati Michaelis archangeli, sub anno Domini m.ccc. nonagesimo viii, presentibus nobilibus viris, dominis Nicolao de Czarncowo subpincerna Kalisiensi, Grzimcone de Czeszlino, Andrea et Pribislao de Grizina, Iarotha de Vilkowo, Keblone de Drzeczcowo, et aliis quam pluribus fide dignis.

Viscota, *przydomek rodowy, powstały od wsi Wyskoć.* Lanky, *Łęka.* Drobnino, *Drobnin.* Rybnik, *osada znikła.* Crzemenevo, *Krzemieniewo.* Costen, *Kościan.* Czarncowo, *Czarnków.* Czeszlino, *Cieśle.* Grizina, *Gryżyna.* Vilkowo, *Wilkowo Niemieckie.* Drzeczcowo, *Drzeczkowo.*

Nr. 1994.

Thomco subpincerna Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1398 Sept. 30, in monasterio Lubinensi; resignationem partis hereditatis Łagówko ratam habet, quam Peregrinus eiusdem heres in rem monasterii de Lubin fecerat.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.
Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 2.

Nos Thomco subpincerna Cracoviensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit universis presentibus et futuris noticiam presencium habituris, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Maioris Polonie nobilium veniens presenciam nobilis Peregrinus heres olim de Parvo Lagowco, cupiens saluti sue anime ac progenitorum et successorum suorum salubriter consulendo (sic), proinde non compulsus, non coactus neque errore aliquo seductus vel vicio circumventus, sed de sua spontanea voluntate, amicorum consilio et matura deliberacione prehabitis, sanus in corpore existens, consensu eciam Smislae consortis sue et liberorum suorum precedente, omnem partem hereditatis Lagowco predicte, que ibi ipsum tangit ex successione paterna, monasterio Lubinensi et fratribus ibi Deo servientibus, cum omni iure et dominio, sicuti solus tenuit et possedit, ascripsit, contulit, dedit, donavit, et cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, pascuis, silvis, gays, mericis, rubetis, et universis attinenciis et pertinentibus (sic) ad eandem partem hereditatis Lagowco supradicte quolibet iure spectantibus, et prout in suis graniciis est distincta et circumferencialiter limitata in suis usibus, rite et racionabiliter in perpetuum resignavit tenendam, habendam, possidendam, donandam, obligandam, vendendam, commutandam et ad usus voluntarios convertendam, prout fratribus predicti Lubinensis monasterii utilius videbitur expedire. Nos autem predictas donacionem et resignacionem ratas et gratas habentes, ipsas approbamus harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum in monasterio Lubinensi in crastino beati Michaelis archangeli, sub anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo octavo, presentibus nobilibus viris, dominis Petro de Morca, Gunthero Pradel de Splawe, Petro de Gyrka, Czema ibidem de Gyrka, Nicolao de Lubatowo et Keblone de Drzeczcowo heredibus, et aliis pluribus fide dignis.

Parvum Lagowco, *znikła osada, niegdyś przyległa osadzie Łagowo.* Lubinensis, *de Lubin.* Morca, *Mórka.* Pradel, *właściwie* Predel, *wygasła Szlązka familja.* Splawe, *Spławie.* Gyrka, *Irka.* Lubatowo, *Lubiatowo.* Drzeczcowo, *Drzeczkowo.*

Nr. 1995.

(Conradus de Iungingen magister general. Ordinis Theutonicorum) 1398 Dec. 5, Marienburg; archiepiscopo Gneznensi scribit, se de bonis mensae ipsius in suo territorio sitis non dispositurum, donec de eo mandatum Sedis apostolice haberet. Cnfr. Nr. 1990.

Königsberg. Königl. Staats Arch. Hochmeisters Regist. II, Nr. 94. — Voigt. Cod. diplomatic. Prussic. VI, Nr. 72.

Archiepiscopo Gneznensi.

Reverendissime pater et domine, litteras domine nostre domine regine Polonie et paternitatis vestre bene intelleximus de bonis iuribus et redditibus etc. in terris dominii nostri situatis, continentes, quomodo sanctissimus pater et dominus noster, dominus Papa modernus, de eisdem ut asseritis paternitati vestre providit, et quod littere apostolice desuper sint confecte, quas tamen in partibus, prout paternitas vestra scripsit, non habetis. Reverende pater, quamquam paternitas vestra bene novit, quod utique in omnibus mandatis apostolicis merito debeamus prout eciam volumus obedire, quare reverende pater, contra ipsius domini nostri Pape mandata prius habita, de et super huiusmodi bonis, redditibus etc. nobis non licet aliqualiter attemptare, nisi prius aliud per ipsius litteras habemus in mandatis. Sed, pater reverendissime, si in aliis causis nobis possibilibus aliqua ad paternitatis vestre voluntatem facere deberemus, libenter faciemus. Datum Marienburg in vigilia sancti Nicolai, anno nonagesimo octavo.

Nr. 1996.

Thomco de Wangleszino subpincerna Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1399 Febr. 23, in Landa; protestatur, Nicolaum de Wenecja, iudicem Kalissiensem, hereditatem Makownica monasterio Ląd hac conditione contulisse, ut ipse eandem ad tempus vitae suae possideat.

Transsumpt potwierdzony przez: Wladislaus rex Polonie etc. 1399 Apr. 24, Gnezne.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 10.

Nos Thomco de Wangleszino subpincerna Cracoviensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit universis presentibus et futuris noticiam presencium habituris, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Maioris Polonie nobilium accedens presenciam strenuus dominus Nicolaus heres de Venacia, iudex Kalisiensis, non compulsus, non coactus neque errore devio seductus, sanus mente et corpore existens, cupiens anime sue salubriter consulendo providere, hereditatem suam Makownicza nuncupatam, in districtu Gneznensi situatam, ipsam de tercia parte bonorum suorum excipiens, ob remissionem suorum peccaminum et ob salvacionem animarum progenitorum, sue et successorum suorum, cum omni iure et dominio, sicuti solus tenuit et possedit, religiosis priori et fratribus conventus in

monasterio Landa Deo militantibus, pro vestibus ipsorum contulit, ascripsit, donavit, deputavit, et cum omnibus proventibus, fructibus, censibus, agris, pratis, pascuis, campis, virgultis, silvis, gaiis, rubetis, pinetis, mellificiis, stagnis, paludibus, lacubus, piscinis, aquis et earum decursibus, rivulis, et generaliter cum omnibus proventibus, fructibus, appendiis ac obvencionibus universis ad predictam hereditatem Makownicza quolibet iure pertinentibus, coram nobis rite et racionabiliter in perpetuum resignavit tenendam, habendam et utifruendam. Ita tamen, quod quamdiu ipse Nicolaus iudex Kalisiensis vixerit, ipsam hereditatem Makownicza possidebit et eius census cum utilitatibus levabit; ipso autem de hac vita sublato, prefata hereditas Makownicza ad predictos priorem et fratres conventus in Landa predicti perpetuo devolvetur, talibus siquidem condicionibus inclusis: quod prelibati prior et fratres memorati conventus monasterii in Landa, singulis septimanis duas missas pro Defunctis, videlicet feria secunda et sexta, et in quibuslibet Quatuor temporibus Vigilias decantare perpetuis temporibus sint adstricti. Nos autem predictas donacionem et resignacionem publice coram nobis sic factas, ipsas approbamus et presentibus ratificamus harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum et actum in Landa in die dominica Reminiscere, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, presentibus nobilibus viris, dominis Martino et Andrea fratre suo Migacz dictis, Iohanne de Chlondowo, Swentoslao de Dziankowo, Iohanne de Pampicze, Nicolao de Gora, Kraczek dicto, heredibus, et aliis quam plurimis fide dignis.

Wangleszino, *Węgleszyn.* Venacia, *Wenecja.* Makownicza, *Makownica.* Landa, *Ląd.* Chlondowo, *Chłędowo.* Dziankowo, *Dziankowo p. m. Gostyń na Kujawach: w powyższéj kopji może mylnie.* Pampicze, *osada znikła, według Liber beneficior. Iohannis de Lasko, należała do parafji wsi Dębnica p. m. Kłeck.* Gora, *Góra, nie odgadniona, która z pomiędzy rozlicznych wsi tegoż nazwiska. Występujący tu i w innych dokumentach Mikołaj z Wenecyi czyli z Chomiąży, sędzia Kaliski, występuje kilkakrotnie w współczesnych Księgach Ziemskich grodu Poznańskiego pod nazwiskiem* krwawy djabeł.

Nr. 1997.

Iohannes iudex Poznaniens. etc. 1399 Febr. 28, Poznanie; possessionem lacus villae Góra adiacentis, Capitulo Poznaniensi contra petitionem Mroczkonis subpincernae Poznaniensis adiudicat.

Pergam. orygin. Od przywieszenia pieczęci pozostały skrawki pergamin. Poznań. Königl. Staats Arch. Posen, Dom Capit. Nr. 2.

Nos Iohannes iudex Poznaniensis nec non heres Czarncoviensis, universis et singulis ad quos presentes nostre littere pervenerint cupimus fore notum, quod feria sexta post dominicam qua Reminiscere in Ecclesia Dei decantatur, de anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, dum infrascripti in iudicio regali tunc presidentes nobis litteram de iudicio regali transmiserunt, recognoscentes et publice profitentes: quomodo dominus Albertus archidiaconus ecclesie Poznaniensis, ex parte dominorum de Capitulo eiusdem ecclesie, omnes et singulos terminos et causas inter prefatos dominos de Capitulo et dominum Mroczconem subpincernam Poznaniensem

nec non fratres ipsius pro lacu in villa Gora nominata vertentes, vero et iusto iudicio obtinuerunt; ita tamen, ut dominus Vincencius prepositus Poznaniensis iuxta terre consuetudinem prestitit iuramentum, quod antedictus Mroczco et fratres ipsius nullam iurisdictionem nec aliquod ius ad dictum lacum haberent nec unquam habuerunt. Nos vero prefatas causas parte ex utraque bene discernentes, ex informacione et consilio predictorum dominorum tunc in iudicio regali nobiscum presidencium, sepe dictum lacum in Gora prefatis dominis de Capitulo Poznaniensi adiudicavimus et presentibus adiudicamus, antedictis Mroczconi et fratribus suis perpetuum silencium imponentes. Tenor vero littere iudicii regalis sequitur in hec verba:

Nicolaus viceburgrabius, Nicolaus loco domini iudicis, Borzislaus vicegerens domini subiudicis, et alii iudices tunc temporis iudicio regali presidentes, strenuo militi domino Iohanni iudici Poznaniensi sinceram amiciciam et omne bonum. Amice nobis dilecte, quia Capitulum ecclesie Poznaniensis cum Mroczcone subpincerna Poznaniensi et suis fratribus pro lacu in Gora in regali iudicio habuerunt terminos, quibus peractis terminis, domini de Capitulo omnem erga dictos dominos causam obtinuerunt, ita, quod dominus prepositus Poznaniensis iuravit: quum (sic) domini supradicti, videlicet Mroczco et alii, nichil iuris haberent ad eundem lacum: et sic nominatum Capitulum vero iudicio dictum lacum est lucratum contra dictos dominos: quocirca vobis presentibus suplicamus, quatenus secundum consuetudinem terre, dominis nominati Capituli litteram adiudicatoriam daretis, in quo iudicio eciam ipsimet presidebatis. Datum Poznanie feria tercia proxima post Invocavit, anno, loco, quibus supra, sigillo citatorio subimpresso.

Czarncoviensis, *de Czarnków*. Gora, *Góra*.

Nr. 1998.

Iacobus de Koneczpole palatinus (Siradiensis) et ceteri iudices 1399 Mart. 15, in Kalis; Nicolaum canonicum Sandomiriensem criminis eidem illati innocentem declarant, quod Stanislaum Pella ad iniiciendum manus in Dobrogostium Gneznensem archiepiscopum induxerit.

Pergam. orygin., u którego na skrawkach pergaminowych jedenaście pieczątek przywieszono. 1sza, 2ga, 3cia znikły; 4ta przedstawia na tarczy trójkątnéj godło rodu Zarembów, napis zatarty; 5ta znikła; 6ta na takiejż tarczy godło rodu Nałęczów, napis zatarty; 7ma znikła; 8ma na tarczy trójkątnéj godło rodu Zadorów, zatarte; 9ta, 10ta, 11ta znikły.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 261.

Nos Iacobus de Koneczpole palatinus, Petrus Kmithe capitaneus Siradiensis et castellanus Lublinensis, Cristinus Sandeczensis, Nicolaus Srzemensis castellani, Thomco subpincerna Cracoviensis et capitaneus Polonie Maioris generalis, Nicolaus Kalisiensis, Bernhardus Werusch Welunensis iudices, Sbigneus de Brzeze, Crziwosand de Bylanow, Victor de Strgane et Florianus de Corithnicza heredes, ad universorum noticiam per hec scripta deducimus, quomodo de mandato serenissimi principis domini Wladislai Dei gracia regis Polonie etc., domini nostri graciosissimi, pro tribunali sedentes et ad iudicium collocati, honorabilis dominus Nicolaus canonicus Sandomi-

riensis, aule prefati domini nostri regis notarius, ad nostram veniens presenciam, suam innocenciam in facto cuiusdam culpe minus iuste sibi inpincte, in hoc videlicet, quod ipse Stanislao Pella de Newesch quadringentas marcas exhibuisset, ut ipse Stanislaus Pella, iniectis manibus in dominum Dobrogostium archiepiscopum Gnesnensem, ipsum interimere debuisset, taliter expurgavit: quod ipsemet dominus Dobrogostius archiepiscopus, nullam suspicionem de ipso gerens Nicolao, assertive dicere habuit, quod ipse Nicolaus innoxius foret huius facti, ipsumque pro iusto et innocente reputavit. In cuius quidem Nicolai evidenciorem innocenciam, Stanislaus Pella prenotatus de Newesch, coram magestate regali et coram nobis professus est publice et recognovit, quod ipse Nicolaus nunquam de hoc facto cum ipso pertractavit. Cuius innocenciam iuramento expurgare promptum se exhibuit tempore opportuno, ymmo pro ipso se opponere, et factum ipsius Nicolai in se assumere, quantum ad hanc causam seu culpam, volenter cupiebat. Pro quo idem Nicolaus decreto nostro, et superhabundanti corporaliter tacto ewangelio, sacramentum prestitit, quod nunquam habuit cum ipso Pella tractatum et pactum aliquod de hoc facto. Cuius Nicolai nos visa iusticia, ipsum iustificamus innocentemque et innoxium huius criminis pronunciamus tenore presencium mediante; in cuius rei testimonium, sigilla aliquorum nostrum presentibus sunt appensa. Actum et datum in Kalis sabbato ante dominicam Iudica me, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono.

Koneczpole, *Koniecpol.* Sandeczensis, *de Sącz.* Srzemensis, *de Śrem.* Welunensis, *de Wieluń.* Brzeze, *Brzezie.* Bylanow, Strgane, *nie odgadnione.* Corithnicza, *Korytnica.* Newesch, *Niewiesz.*

Nr. 1999.

Tomko subpincerna Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1399 Apr. 2, in Poznania; protestatur, Slawomierzam consortem Borzislai heredis de Grabianowo, partem hereditatis Wysławice Nicolao et sorori ipsius Katharinae, heredibus de Wysławice, certis sub pactionibus obligasse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Pyzdrens. a. 1417, fol. 207 v.

Nos Tomko subpincerna Cracoviensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit universis, quod ad nostram aliorumque terre Polonie nobilium veniens presenciam domina Slavomierza consors Borzislai heredis de Grabanowo, non compulsa nec coacta neque errore aliquo seducta, sana mente et corpore existens, usa amicorum consilio et matura deliberacione prehabita, partem suam totam que ipsam ex successione materna tangit in hereditate Vislavicze, quam partem in et super Drogoslao suo avunculo et Swanchna, Zoffka et Crzemka amitis suis heredibus ibidem in Vislavicze iusto iudicio aquisivit, cum omni iure et dominio, sicuti sola tenuit et possedit, nobili viro Alberto et Katherine ipsius uterine sorori, heredibus de Vislavicze, in x marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, pro qualibet marca quadraginta octo grossos computando, obligavit de festo ad festum Nativitatis Christi secundum terre consuetudinem, et cum omnibus utilitatibus, censibus, proventibus, agris, pratis, pascuis, silvis, gays, mericis, pinetis, melificiis, rubetis, aquis, stagnis, lacubus, rivulis, et generaliter cum omnibus et singulis uti-

litatibus ad partem ipsius ibidem in Wyslawycze quomodolibet iure pertinentibus, prout pars ipsius predicta in suis graniciebus circumferencialiter est distincta et limitata, coram nobis publice resignavit tenendam, habendam, utifruendam, in equali summa pecunie aliis obligandam et pacifice possidendam tamdiu, quousque decem marce grossorum latorum numeri iam expressi, Alberto et Katharine per predictam Slawomiram aut per ipsius propinquiores fuerint persolute ex toto et ad plenum: non alio tamen tempore, nisi in festo Nativitatis Christi hereditas predicta, neque aliorum pecuniis, nisi propriis redimi teneatur. Promisitque coram nobis Slawomyra predicta, Albertum et Katharinam a quorumlibet impeticionibus seu impedimentis in obligacione predicta intercedere et exbrigare; quod si non fecerit, extunc, quodcunque dampnum Albertus et Katharina memorati perceperint, non ipsorum, sed Slawomyre predicte erit ad ipsorum simplicem fassionem. In cuius rei testimonium, sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum in Poznania feria quarta festi Pasche, anno Domini M.CCC. nonagesimo nono, presentibus nobilibus viris, dominis Mroczkone de Clesczewo subpincerna Poznaniensi, Preceslao de Goluthowo, Iaroslao de Mroczkowo, Wenceslao de Mroczkowo, Pyotrkone de Colaczkowo, Adam de Wroczyno heredibus, ac aliis quam pluribus fidedignis.

Grabanowo, *Grabianowo.* Vislavicze, *Wysławice.* Clesczewo, *Kleszczewo.* Goluthowo, *Gułtowy.* Mroczkowo, *znikła osada okolicy m. Miłosław, należała do parafji Nietrzanowskiéj.* Colaczkowo, *Kołaczkowo.* Wroczyno, *Wronczyn.*

Nr. 2000.

Thomco subpincerna Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1399 Apr. 4, Poznanie; protestatur, relictam Falibogii quartam partem villae Chwalibogowo Nicolao de Kurowo episcopo Poznaniensi vendidisse.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. B, Nr. 190.

In nomine Domini amen. Nos Thomco subpincerna Cracoviensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus presencium tenore quibus expedit universis presentibus et futuris, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Polonie nobilium venientes presenciam nobiles domina .. relicta Falibogii cum filia sua legittima nomine Margaretha et marito ipsius, non compulse, non coacte nec aliquo errore devio seducte, sed de suarum animi libera et spontanea voluntate, quartam partem totalem in hereditate sua dicta Falibogow ad ipsas iure hereditario pertinentem, que sibi ut dicitur evenit racione dotalicii, venerabili in Christo patri ac domino, domino Nicolao de Curowo Dei providencia episcopo Poznaniensi, et suis successoribus pro quinquaginta marcis latorum grossorum Pragensium Polonicalis numeri, pro qualibet marca xlviii grossos computando, iusto tytulo vendiderunt et coram nobis rite et racionabiliter in perpetuum resignaverunt, cum omnibus utilitatibus, agris, pratis, silvis, campis, virgultis, paludibus, aquis, et generaliter cum omni iure, dominio et pertinenciis universis, veluti sole domine predicte hactenus noscebantur possedisse ac possidere, tenendam, possidendam, habendam, commutandam, obligandam, vendendam et in usus beneplacitos convertendam, veluti sibi et suis successoribus melius videbitur expedire: harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio littera-

rum. Actum et datum Poznanie feria vi in festo Pasche, sub anno Domini m.ccc.xc nono, presentibus nobilibus viris, dominis Henrico de Zimnawoda alias de Sdzes, Symone Pirzchensky alias de Cosschuti, Gunthero et Nicolao fratre dictis Pradel de Broncow, Nicolao de Netanscowo, Nicolao Kromnov de Iezerzicze, et Ianussio Brzeczicza de Gnino et aliis fidedignis.

Falibogow, *Chwalibogowo.* Curowo, *Kurowo w Krakowskiem.* Zimnawoda, *Zimnawoda.* Sdzes, *Zdzież.* Pirzchensky, *de Pierzchno.* Cosschuti, *Koszuty.* Pradel, *właściwie Predel, wygasła Szlązka familja, w owczas w Wielkopolsce osiadła.* Broncow, *Bronikowo.* Netanscowo, *Nietążkowo.* Iezerzicze, *Jezierzyce.* Brzeczicza, *w współczesnych księgach Ziemskich Kościańskich zwykle pisany* Rzeczicza. Gnino, *Gnin.*

Nr. 2001.

Bonifatius Pp. IX 1399 Apr. 16, Rome apud s. Petrum; Nicolaum de sede episcopali Poznaniensi in Cuiaviensem translatum, vasallis ecclesiae eiusdem commendat.

Pergam. orygin., w jednem miejscu przegryziony, u którego na sznurku konopnym przywieszona bulla: Bonifatius Pp. VIIII.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 262.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, universis vassallis ecclesie Wladislaviensis, salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis solicitudo requirit, ut circa cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis, accomode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit et ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam iugiter dirigat et informet, ac bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet faciliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Dudum siquidem, bone memorie Henrico episcopo Wladislaviensi regimini Wladislaviensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum ipsam vacare contingeret, per apostolice Sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum eiusdem Henrici episcopi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos ea vice se intromittere potuerat neque poterat reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad venerabilem fratrem Nicolaum, Wladislaviensem tunc Poznaniensem episcopum, consideratis grandium virtutum tuarum (sic) meritis, quibus personam suam

prout fidedignorum testimonio accepimus divina gratia insignivit, et quod ipse Nicolaus episcopus, qui regimini Poznaniensis ecclesie hactenus laudabiliter prefuit, dictam Wladislaviensem ecclesiam sciet et poterit auctore Domino utiliter regere et feliciter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam dicte Wladislaviensi ecclesie quam eius gregi dominico salubriter providere, prefatum Nicolaum episcopum, a vinculo quo eidem Poznaniensi ecclesie cui tunc preerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum Nicolaum episcopum ad dictam Wladislaviensem ecclesiam transtulimus ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem dicte Wladislaviensis ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque sibi dando licentiam ad eandem Wladislaviensem ecclesiam transeundi, firma sp.. *(15 lit. des.)* .. tes, quod dirigente Domino actus suos, prefata Wladislaviensis ecclesia per ipsius Nicolai episcopi industrie et circumspectionis studium fructuosum *(13 lit. des.)* prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Nicolaum episcopum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes, ei fidelitatem solitam nec non consueta servitia et iura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem Nicolaus episcopus rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud sanctum Petrum XVI Kalendas May, pontificatus nostri anno decimo.

Nr. 2002.

Wladislaus rex Polonie etc. 1399 Apr. 24, Gnezne; confirmat literas, quas Nicolao Kalisiensi iudici dederat: **Thomco de Wangleszino subpincerna Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1399 Febr. 23, in Landa.**

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 12.

In nomine Domini amen. Ad memoriam rei sempiternam. Cum inter cetera humane condicionis commoda nichil dignius memoria habeatur, expedit, ut laudabilia gesta hominum, que consuevit absorbere oblivio, fidedignorum testium patrocinio et literarum ministerio perhennentur. Proinde nos Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus universis quibus expedit tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod nostre celsitudini pro parte devotorum nostrorum religiosorum, prioris et fratrum conventus Landensis instans oblata peticio continebat, quatenus literas strenui Thomconis de Wangleszino, subpincerne Cracoviensis et capitanei protunc Maioris Polonie generalis, militis nostri fidelis, dilecti, eius vero sigillo sigillatas, de et super donacione perpetua et ultronea assignacione ville Makownicza, factis per strenuum Nicolaum heredem de Venacia, iudicem Kalisiensem, pro sue, antecessorum et successorum suorum animarum salute, predictis priori et fratribus conventus ibidem in Landa confectas, ratificare, approbare et innovare de innata nobis clemencia graciosius dignaremur. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: *(Sequitur diploma Nr. 1996).*

Nos igitur Wladislaus rex predictus, prefatis peticionibus benignius adducti et acclinati, dictas donacionem et adscripcionem atque perpetuam resignacionem, sic ut premittitur superius factas, ratas, gratas habentes atque firmas, predictas literas ipsius Thomconis in omnibus earum punctis, condicionibus, articulis, sentenciis et clausulis ratificamus, approbamus, innovamus et tenore presencium confirmamus, decernentes, eas robur habere perpetue firmitatis. Datum et actum Gnezne feria quinta in crastino sancti Adalberti pontificis et martyris gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, presentibus validis et strenuis viris: Sandivogio Swidwa palatino Poznaniensi, Iohanne de Sokolowo Gneznensi, Petro de Pieskowa skala Vislicensi, Alberto de Kobelino Medzerecensi castellanis, Mathia succamerario Kalisiensi, et Nicolao subiudice Siradiensi multisque nostris aliis fidelibus fidedignis.

Landensis, *de Ląd.* Wangleszino, *Węgleszyn.* Makownicza, *Makownica.* Venacia, *Wenecja.* Swidwa, *przydomek familijny od wsi Świdwin pod Szamotułami, gdzie się znajdował zamek dziedziców, dziś klasztor Reformatów.* Sokołowo, Pieskowa skała, Kobylin, *dziś tak samo.*

Nr. 2003.

Nicolaus de Curow episcopus Poznaniens. 1399 Mai. 27, Poznanie; confirmat fundationem altaris in ecclesia b. Mariae Magdalenae in Poznań, quod Petrus Czeszimir civis Poznaniensis vigore testamenti fratris ipsius Hanconis erexerat et dotaverat.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. Acta ad annum 1576. Archiv. Capituli Metropol. Varia privilegia, p. 30. (Foljant pisany ręką XVIII w.)

Nos Nicolaus de Curow Dei gracia episcopus Poznaniensis, universis et singulis tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris notificamus: quod ad nostram accedens presenciam providus vir Petrus Czeszimir, civis et advocatus Poznaniensis, exequutor principalis testamenti facti per Hanconem Czeszimir civem Poznaniensem, fratrem suum, ad fundandum altare in ecclesia parochiali sancte Marie Magdalene civitatis Poznaniensis specialiter deputatus, prout hoc in quodam instrumento publico super eo confecto plenius continetur, cupiensque pro parvis magna, pro terrenis celestia et pro temporalibus premia recipere sempiterna, de nostro singulari consensu, in remedium et salutem dicti Hanconis et ipsius progenitorum animarum medellam, racione testamenti perpetui, ex commissione speciali sibi facta, altare de novo in dicta ecclesia parrochiali Poznaniensi, sittum circa parietem ante capellam Tilconis Graszenow, ex opposito altaris sanctarum virginum Dorothee et Katharine, fundavit et incorporavit, effectualiter erexit in laudem omnipotentis Dei, et specialiter in honorem sancti Michaelis archangeli, omnium apostolorum et ewangelistarum, et hoc cum permissione domini Nicolai Kruse rectoris parrochialis ecclesie supradicte. Quod quidem altare, pro sustentacione altariste quicunque pro tempore fuerit, septem marcas grossorum monete currentis in regno Polonie habebit habere et habet super omnibus bonis et hereditatibus predicti Hanconis, testatoris principalis, racione annui census: et signanter super domo murata, camera pannicidarum, allodio in Vinari, ortis, agris, quecunque dictus Hanco in civitate et infra

muros Poznanie et extra dum advixit possidebat, donacione irrevocabili temporibusque perpetuis duraturis; ita tamen, quod quicunque domini, heredes, conventores vel dictarum hereditatum possessores, quocunque nomine censeantur vel qui pro tempore dicta bona tenuerint, isti tenebuntur dictas septem marcas altariste altaris predicti canonice instituto dare et solvere singulis annis in festo quolibet sancti Martini, contradictione qualibet cessante. Ceterum dictus altarista, quicunque fuerit, tres missas ad minus in una septimana perpetuis temporibus, per se vel per alium ydoneum presbyterum legendas, quas duxerit ex devocione, in quo ipsius conscienciam oneramus. Preterea, ius patronatus seu collacionis dicti altaris, prefato Petro Czeszimir et suis legittimis successoribus, ad quatuor personas presentandas dumtaxat reservamus: excepto domino Georgio rectore in Skorzevo ecclesie, primo altarista dicti altaris presentato, quem exnunc ad dictum altare per manus nostre imposicionem canonice investivimus et tenore presencium investimus mediante, curam spiritualium et regimen temporalium dicti altaris eidem assignantes. Ut autem hec fundacio, erectio et donacio altaris predicti sic ut prefertur robur firmitatis perpetuo obtineat, ipsas litteris presentibus sigilli nostri et Capituli ecclesie Poznaniensis munitis approbamus ac in perpetuum confirmamus. Actum et datum Poznanie feria tercia post festum proxima sancte Trinitatis, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo nono.

Curow, *Kurów w Krakowskiem, nie odgadniony, który*. Vinari, *Winiary*. Skorzevo, *Skórzewo*.

Nr. 2004.

Nicolaus heres de Venacia iudex terre Kalisiens. general. 1399 Iun. 1, in Landa; villam Makownica limitat, quam nuper monasterio Ląd legaverat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 14.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Nicolaus heres de Venacia, iudex terre Kalisiensis generalis, notum esse volumus universis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod matura deliberacione, sano sufficientique super eo habito consilio, cupientes Omnipotentis suffragio preassumpto anime nostre et animabus affinium nostrorum remedium consequi salutare, hereditatem nostram, videlicet Makowniczam, pro monasterio nostro Landensi coram presencia serenissimi principis et domini, domini Vladislai Dei gracia inclyti regis Polonie etc. antea resignatam et literis suis patentibus in perpetuum confirmatam, quam quidem hereditatem volentes in suis metis et graniciis plenius fore cognitam et manifestam, ipsam iuxta terre nostre consuetudinem recepto ministeriali gadibus seu cumulis, alias kopcami in vulgari, a graniciis Malenino ville usque ad granicies hereditatis Ruchoczino nuncupate effodere, vulgariter odsuc, mandavimus et limitacionem facere: sic, quod medietas virgulti Kobelnicza dicti, quo fluit sive vadit Samica in vulgari, ad predictam hereditatem Makowniczam perpetualiter pertinebit. Insuper adiungimus tanquam finali pro testamento premissis: quod post obitum nostrum, predictum monasterium et totus conventus ipsius fratrum Ordinis Cistercien-

sis, de substancia omnium bonorum nostrorum ibidem in prenominata hereditate contentorum et postremo continendorum, scilicet apum, peccorum, ovium, equorum, peccudum, et generaliter omnium rerum tam mobilium quam immobilium, habebunt et perpetuis temporibus pacifice possidebunt (sic). In cuius rei testimonium, ne per posteros cassari videatur, presentes literas nostras fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roboravimus. Actum in Landa dominica infra Corporis Christi octavam, sub anno eodem millesimo trecentesimo nonagesimo nono, presentibus discreto viro Iacussio plebano in Czansim, et nobilibus dominis Iohanne Sremensi, Pechone Czarkoviensi castellanis, Nicolao Piezek burgrabio Pyzdrensi, Vito Lukomski, Iaskone ibidem, et aliis plurimis fidedignis.

Venacia, *Wenecja*. Makownicza, *Makownica*. Landensis, *de Ląd*. Malenin, Ruchocin, *dziś tak samo*. Kobelnicza virgultum, *nazwisko znikłe*. Samica, *strumień wpadający do strumienia Wierzbiec, wpadającego do rzeki Warta p. wsią Policko*. Czansim, *Ciążeń*. Czarkoviensis, *de Czarnków*. Lukomski, *de Łukomie*.

Nr. 2005.

Wladislaus rex Polonie etc. 1399 Iun. 7, Wislicie; officialibus iudiciis in Maiori Polonia praesidentibus interdicit, ne Sandziwogium palatinum Kalissiensem, tunc in negotiis suis apud regem Ungariae morantem, ante diem 15 Augusti iudicare praesumant.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Gneznens. a. 1399, fol. 37.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. universis et singulis capitaneis, iudicibus, subiudicibus, subcamerariis, burgrabiis ceterisque officialibus iudiciis nostris in Maiori Polonia ubilibet presidentibus, vel eorum vices gerentibus, fidelibus nostris dilectis, graciam regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti, quia Sandzivogius palatinus Kalisiensis in nostris arduis negociis ac serviciis oportunis circa regem Ungarie nunc extat constitutus, igitur quod terminis iudicialibus, quos habet vel habiturus est ad festum sancti Iohannis Baptiste proxime nunc venturum, coram vobis nequit personaliter interesse: quocirca vobis et vestrum cuilibet damus firmis nostris regalibus in mandatis, quatenus omnes et singulos terminos dicti Sandzivogii, pro omnibus causis tam magnis quam parvis, infra hinc ad festum Assumpcionis sancte Marie virginis proxime nunc affuturum prorogando differatis, ipsumque infra terminum supradictum iudicare nullatenus presumatis. Aliud pro gracia nostra non facturi. Datum Wislicie sabbato post octavas Corporis Christi, anno Domini M. etc. nono. Dominus rex per se.

Nr. 2006.

Nicolaus heres de Venacia iudex Kalisiens. 1399 Iun. 29, in monasterio Landensi; villam Makownica monasterio Ląd tradit, quam primo post mortem suam eidem cessuram contulerat. Cnfr. Nr. 1996.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 11.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Cunctorum memoria perit factorum, nisi testibus veridicis et scriptis publicis fuerint roborata. Nos igitur Nicolaus heres de Venacia, iudex Kalisiensis, notum fore volumus omnibus et singulis presencium noticiam habituris, quod matura deliberacione previa, sano sufficientique consilio super eo habito, cupientes divina nobis annuente clemencia anime nostre et animabus progenitorum ac affinium nostrorum quietem fieri salutarem, hereditatem nostram Makownicza vulgariter nuncupatam, sub propugnaculo Gneznensi situatam, quam ad tempora vite debebamus tenuisse, nunc itaque racioni et vite compos persistentes, mente liberali et premeditacione pociori nostra de parte, Dei omnipotentis et eius beatissime matris Marie virginis ob laudem et honorem ac pro monasterio Landensi, ad usum vero et victum fratribus eiusdem tocius conventus Ordinis Cisterciensis, cum omnibus fructibus, usibus et utilitatibus, pascuis, agris, pratis, silvis, borris, melificiis, aquis, lacubus, stagnis, paludibus, et universaliter cum omnibus obvencionibus seu pertinenciis, universis libertatibus, iuribus, dominiis, nichil iuris et proprietatis nobis et nostris successoribus in prenominata hereditate relinquentes, prout eadem hereditas Makownicza in suis metis, limitibus et graniciis ab aliis metis est distincta et limitata, dedimus, donavimus et contulimus, assignavimus, incorporamus et presentibus damus, conferimus, donamus et in perpetuum rite et racionabiliter resignamus per prefatum monasterium et fratres conventus eiusdem habendam, tenendam, usufruendam et perpetuis temporibus possidendam pacifice et quiete. Nos itaque prefatam donacionem et resignacionem, ne per posteros cassari videatur, presentibus totaliter approbamus et perpetualiter ratificamus harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum in monasterio Landensi die sanctorum Petri et Pauli apostolorum, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, presentibus honorabili viro Nicolao decano Slupcensi, strenuis dominis Alberto capitaneo Brestensi, Tomkone subpincerna Cracoviensi et capitaneo Maioris Polonie generali, et nobilibus Lascario Kozarzewski, Iohanne Golinski, Vincencio Strzalkowski, Nicolao Gerwartowski, et aliis fidedignis plurimis.

Venacia, *Wenecja.* Makownicza, *Makownica.* Propugnaculum Gneznense, *zam.* castellania vel districtus Gneznensis; *cnfr. Nr. 1996, wiersz tekstu 7 od g.* Landensis, *de Ląd.* Slupcensis, *de Słupca.* Kozarzewski, *de Kozarzew.* Golinski, *de Golina.* Strzalkowski, *de Strzałkowo.* Gerwartowski, *de Giwartowo.*

Nr. 2007.

Nicolaus heres in Pylowicze n. n. Nicolaus de Wargow et Sbiluth de Golanicza Grzimpco de Babino 1399 Iul. 3, Poznanie; declarant, se Danieli et Maulino Iudaeis Poznaniensibus ad solutionem septem marcarum certis pactionibus teneri.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Poznaniens. a. 1416, fol. 130.

Noverint universi presencia lecturi et inspecturi, quod nos Nicolaus heres in Pylowicze, nec non Nicolaus de Wargow, debitores principales, et nos Sbiluth de Golanicza, Grzimpco de Babino, fideiussores, publice profitemur: quod tenemur manu coniuncta Danieli et Maulino Iudeis Poznaniensibus, eorum uxoribus, pueris legitimisque successoribus, solvere septem marcas grossorum, in quamlibet sex grossos Pragenses monete Polonicalis numerando, ad festum sancti Martini nunc proxime venturum, sine usura. Si vero dictam pecuniam in prefato termino non solverimus, extunc promittimus a qualibet marca septimanatim dare unum grossum pro usura, tamdiu et donec capitalis pecunia cum usura acresscente totaliter fuerit persoluta. Insuper promittimus fide et sub honore: quandocunque a dictis Iudeis moniti fuerimus, et qui deinceps pecuniam sceptare (sic) noluerit, mox in verum et in legitimum obstagium quilibet nostrorum subintrare debet, ibique tamdiu manere, quousque capitalis pecunia una cum usura acrescente totaliter fuerit persoluta: ita tamen, quod si unus de dictis principalibus debitoribus aut fideiussoribus partem suam solverit una cum usura acrescente, mox a dictis Iudeis liberetur; sic sequens et tercius. Insuper promittimus dictam pecuniam cum usura acrescente super nullam validam indicare, que Iudeis prefatis nocere posset et nobis prodesse; sed solvere promittimus pecuniis cum paratis. In cuius rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt apensa. Datum Poznanie feria quinta post Visitacionem beate Marie virginis, anno Domini millesimo CCC nonagesimo nono.

Pylowicze, *Pigłowice*. Wargow, *Wargowo*. Golanicza, *Gołanice*. Babino, *Babin*.

Nr. 2008.

Albertus castellanus Kaminens. et Nicolaus heres in Slupy 1399 Iul. ?, in Kcyna; ecclesiae parochiali in Słupy villam Gąbin donant.

Poznań. Königl. Staats Arch. Inscription. Kcynens. a. 1658, n. fol.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo nono, Indictione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Bonifacii divina Dei providencia Pape noni anno decimo, die (sic) mensis Iulii, in Kcyna et domo habitacionis venerabilis domini Mathie canonici Poznaniensis et (rectoris) parochialis ecclesie ibidem in Kcyna, hora nona vel quasi, in meique notarii infrascripti et testium presencia subscriptorum constituti personaliter nobiles

domini Albertus castellanus Kaminensis, Nicolaus heres in Slupy, propriis ac eciam sub ratihabitione Mathie heredis in Wscharadowo, filiastri sui ut asserebant, attendentes: quod nichil est cercius morte et incercius hora mortis: cupientes eciam ut animabus ipsorum et parentum suorum salubrius consuleretur, volentes ergo pro temporalibus etiam eterna metere et gaudia sempiterna possidere, perpetuum ipsis et eorum cuilibet fecerunt et condiderunt testamentum infrascriptum. Donacione irrevocabili dederunt, in vero et legitimo testamento assignaverunt, deputaverunt et ascripserunt ipsorum villam Gambino vulgariter nuncupatam, que iacet sub ecclesia parochiali Homantowo in districtu Palucensi diocesis Gneznensis, pro ecclesia ipsorum in Slupy seu rectoribus ipsius ecclesie quicunque pro tempore fuerint, cum omnibus utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, lacubus, boris, rubetis, melificiis, graminibus, aquis, aquarum decursibus, lignis, et signanter cum omnibus et singulis obvencionibusque universis, nichil iuris aut proprietatis pro ipsis reservantes, et omnino totum dominium in rectorem dicte ecclesie propter laudem cucttipotentis Dei et in honorem sancti Witti martyris gloriosi dicte ecclesie in Slupy patroni transferentes, omnesque census, proventus et reditus dicte ville Gambino, per prefatum rectorem in Slupy ecclesie presentem vel futurum fore et esse tollendum et percipiendum, tolli ac percipi debere perpetue ac in evum; ita tamen, quod dicte ville Gambino ad tempora vite ipsorum volunt et debent esse nomine dicti rectoris protectores et defensores a qualibet seculari potestate. Preterea dictus rector seu plebanus dicte ecclesie in Slupy, quicunque fuerit, debebit et tenebitur tres vicarios, sacerdotes idoneos, de anno ad annum in predicta ecclesia Slupy tenere et servare, qui Dominum pro animabus dictorum et ipsorum progenitorum amicorumque propinquiorum et remotorum cum devocione exorabunt, omni die dominico pro Vesperis decantando, et singulis feriis secundis missas pro animabus et fidelibus Defunctis perficiendo. Quos quidem vicarios ipse rector seu plebanus tenetur statuere, eligere et deponere secundum libitum sue voluntatis, nemine requisito seu vocato. Ut autem hec donacio testamentaria seu testamentum robur obtineat sempiternum, prefati domini Albertus castellanus Kamenensis et Nicolaus heres in Slupy, nec non dominus Marcus rector ecclesie in Margonino, quem exnunc dominum Marcum, racione permutacionis pro ecclesia sua in Margonino cum domino Martino olim ecclesie in Slupy facte, tanquam patroni ecclesie in Slupy predicta receperunt et assumpserunt, presens pecierunt fieri publicum instrumentum. Actum anno, Indictione, pontificatu, die, mense, hora et loco, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis, domino Mathia de Kcyna canonico Poznaniensi, Iacobo predicti domini Alberti castellani Kamenensis presbytero, Andrea capellano de Margonino, Petro vicario in Kcyna, et aliis multis.

Kcyna, *Kcyń*. Kaminensis, *de Kamień*. Słupy, Wszeradowo, Gąbin, Chomentowo, *dziś tak samo*. Pałucensis districtus, *Pałuki*, *obszar leżący pomiędzy rz. Noteć a rz. Wełna*. Margonino, *Margonin*.

Nr. 2009.

Thomko subpincerna Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1399 Iul. 11, in Povidz; protestatur, Pasconem hereditatem Radłowo ab ipsius proximioribus emisse et demum monasterio Ląd vendidisse.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ląd, Lib. privil. B, Nr. 34.

Nos Thomko subpincerna Cracoviensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit universis presentibus et futuris noticiam presencium habituris, quod ad nostram aliorumque terre predicte nobilium venientes presenciam nobiles viri Nicolaus, Iohannes, Iacussius, Bodzantha, Miscigneus, Nicolaus, Iohannes fratres uterini patrueles, et virtuose domine Stachna, Hedwigis, Clara et Soffca sorores ipsorum etiam patrueles, heredes de Radlovo, non compulsi, non coacti neque errore aliquo seducti, sani mente et corpore existentes, usi amicorum consilio, de ipsorum spontanea voluntate maturaque deliberacione prehabita, hereditatem seu villam eandem Radlovo cum omni iure et dominio, sicut soli tenuerunt et habuerunt, nichil iuris, dominii vel proprietatis in eadem hereditate pro se suisque heredibus reservantes, nobili viro domino Pasconi heredi ibidem in Radlovo, fratri ipsorum, pro trecentis marcis grossorum Pragensis monete, numeri Polonicalis consueti, quadraginta et octo grossos in marcam quamlibet computando, vendiderunt et cum omnibus redditibus, censibus, agris, pratis, pascuis, silvis, gaiis, mericis, borris, mellificiis, aquis, rivulis, lacubus, piscinis, molendinis, et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus, attinenciis et obvencionibus universis ad predictam hereditatem Radlovo quolibet iure spectantibus, prout eadem hereditas in suis graniciis longe lateque est distincta et limitata, in perpetuum resignarunt, per eundem Pasconem et ipsius legittimos successores tenendam, habendam, utifruendam, vendendam, donandam, commutandam et in usus beneplacitos convertendam. Pasco vero memoratus, animo deliberato, sanus mente et corpore existens, usus amicorum consilio, eandem hereditatem Radlovo predictam, cum omni iure et dominio et cum omnibus utilitatibus et fructibus, proventibus, attinenciis et obvencionibus universis ad eandem hereditatem Radlovo quolibet iure spectantibus, prout hic superius plenius sunt expressa et denotata, eodem die, hora, loco, venerabili ac religioso viro domino abbati totique conventui in Land fratrum Ordinis Cisterciensis sancti Bernhardi, eciam pro trecentis marcis grossorum latorum, numeri superius expressi, iusto vendicionis titulo vendidit et coram nobis in perpetuum resignavit; abrenuncians se ab omnibus ibidem iuribus et dominio, nichil penitus pro se et pro suis legittimis successoribus reservans nec excipiens in eadem, dans et assignans eidem domino abbati totique conventui fratrum predictorum in Landa hereditatem predictam Radlovo plenam potestatem et omnimodam facultatem tenendi, habendi, utifruendi et perpetuis temporibus pacifice possidendi, vendendi, donandi, commutandi, alienandi et in usus beneplacitos convertendi, prout eidem domino abbati totique conventui ac ipsorum successoribus melius ac utilius videbitur expedire. Nos autem predictas vendiciones et resignaciones, sic ut premittitur per partes premissas coram nobis factas, ratas per omnia habentes et gratas, ipsas approbamus, rathificamus et presentibus confirmamus in perpetuum valituras harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Povidz feria sexta post octavas Visitationis sancte Marie virginis gloriose, anno Do-

mini m.ccc.xc. nono, presentibus nobilibus viris, dominis Vincencio et Derslao de Strzalcovo, Mathia de Bechovo, Nicolao de Slumcicze, Dobeslao de Parusevo heredibus, ac aliis quam plurimis fidedignis.

Radlovo, *Radłowo.* Land, *Ląd.* Povidz, *Powidz.* Strzalcovo, *Strzałkowo.* Bechovo, *Biechowo.* Slumcicze, *Słomczyce.* Parusevo, *Parusewo.*

Nr. 2010.

Wladislaus rex Polonie etc. 1399 Aug. 26, in Nova Sandecz; Nicolao et Iacobo de Kraków et Nicolao de Nowy Sącz concedit, ut in territorio castri Czorstyn lapidem agathem quaerere et excidere possint.

Pergam. orygin., w którego dolnym niezapisanym brzegu dwie dziurki wycięte, a wkoło nich ślad laku od sześciobocznéj pieczątki na nich wyciśniętéj. Na samym zaś brzegu napisano ręką współczesną: Io. Wigandi, Claus Kczinger, Io. de Butum.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 263.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod attenta et considerata intemerata fidelitate Nicolai alias Niclos et Iacobi alias Iacussii de Cracovia et Nicolai de Nova Sandecz, nostrorum fidelium, quam iidem querendo lapidem, videlicet agathem, sub castro nostro Czornsteyn studiose singulis ipsorum temporibus observabant, et in futurum, uti arbitramur, non dubitanter in eadem fidelitate persistere conabuntur: huius rei contemplacione ipsos specialibus graciis et prerogativis sinceris prosequi cupientes, ipsis et cuilibet ipsorum lapidem huiusmodi in districtu castri nostri Czornsteyn predicti querendi, laborandi, fodendi et excidendi plenam et omnimodam damus et concedimus facultatem. Quos eciam circa omnia et singula iura et consuetudines, quibus alii laboratores moncium in Ungaria et alias ubilibet gaudent et fruuntur, volumus conservare, eosdemque circa porcionem eorum que ipsos concernit dimittentes et graciose relinquentes. Ita tamen, quod prefati Nicolaus et Iacussius de Cracovia et Nicolaus de Sandecz, omnia iura que alii omnes in montibus laborantes eorum dominis faciunt et exercent, magestati nostre facere debent et omnimode teneantur presencium sub nostre celsitudinis sigillo testimonio litterarum. Datum in Nova Sandecz feria tercia proxima post diem beati Bartholomei apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono.

Czornsteyn, *Czorstyn.*

Nr. 2011.

Albertus episcopus ecclesie Poznaniens. etc. 1399 Sept. 29, Poznanie; ratam habet donationem duorum mansorum agri et quorundam aliorum bonorum, ecclesiae parochiali in Słupia a Henrico de Zimnawoda collatorum.

Poznań. Archiv. Consistorii. A. C. anni 1426.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Digne illis intendimus studio vigilanti, per que animarum periculis obviatur, et cultus divinus feliciter

adaugetur. Proinde nos Albertus Dei gracia episcopus ecclesie Poznaniensis, significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod ad nostram presenciam veniens nobilis Henricus Szimnowodski heres de Slup, non compulsus neque coactus, sed sanus mente et corpore, bona deliberacione prehabita suorum quoque ultrinsecus consilio amicorum, duos laneos seu duos mansos agrorum ab omni solucione census liberos, unum ortum et unam tabernam ibidem in Slup ad ipsum Henricum et non ad alium iure perpetuo et hereditario ut asseruit spectantes, et censum videlicet duorum quartalium farine, vulgariter wyertelye, de molendino in Bachorzewo proveniencium, ad ipsum similiter iure perpetuo spectancium, que duo quartalia farine singulis septimanis de dicto molendino proveniunt et per molendinatorem solvi sunt consueta, ecclesie parrochiali ibidem in Slup, que in suis redditibus extat tenuis et exilis, pro sustentacione rectoris seu plebani eiusdem ecclesie in Slup qui nunc est et qui pro tempore fuerit, que quidem ecclesia in honorem sancti Nicolai iam dudum est fundata, liberaliter et pure propter Deum addidit et donavit, per dictam ecclesiam sancti Nicolai in Slup et eius rectorem seu plebanum, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, cum pleno iure et totali dominio tenenda, habenda, utifruenda cum libera et pacifica percepcione censuum, proventuum et obvencionum de ipsis laneis, thaberna, orto et molendino proveniencium et obveniencium, iuxta quod eidem rectori vel plebano, aut eius successori qui pro tempore fuerit, melius et utilius videbitur expedire, et per dicte ecclesie rectorem ad perpetua tempora usibus eiusdem ecclesie sancti Nicolai in Slup applicanda. Nos itaque venerabilium fratrum nostrorum, videlicet Capituli Poznaniensis nostre ecclesie predicte, communicato consilio pariter et assensu, dictam donacionem gratam habentes per omnia atque ratam, ipsam tenore presencium confirmamus perpetuis temporibus duraturam, et nichilominus dicta, videlicet duos laneos agrorum, unam tabernam, unum ortum, et proventum duorum quartalium farine de molendino, per ipsum Henricum sicut prefertur donata, cum iure et dominio cum quibus ea ipse Henricus possedit, dicte ecclesie sancti Nicolai in Slup et eius rectori qui nunc est vel qui pro tempore fuerit adiungimus, asscribimus et incorporamus per presentes harum quibus nostrum et dicti nostri Capituli sigilla sunt appensa testimonio litterarum. Actum et datum Poznanie ipsa die sancti Michaelis archangeli, anno Domini millesimo CCC nonagesimo nono, presentibus honorabilibus viris, dominis Vincencio preposito, Alberto archidiacono, Nicolao Gorca cancellario, Paulo scolastico Lubucensi, Borcone et Iohanne preposito hospitalis sancti Spiritus, et aliis multis canonicis.

Szimnowodski, *de Zimnawoda.* Slup, *Słupia.* Bachorzewo, *Bachorzewo.* Gorca, *Miejska Górka.* Lubucensis, *de Lubusz.*

Nr. 2012.

Palatinus Sandzivogius Poznaniens. Thomco capitaneus Polonie et assessores iudicii Poznaniens. 1399 Sept. 30, Poznanie; inter Nicolaum de Chomęcice et novercam ipsius divisionem bonorum faciunt.

Poznań. Königl. Staats Arch. Lib. terrestr. Poznaniens. a. 1386—1400, f. 235 v.

Noverint universi, quod nos, palatinus Sandzivogius Poznaniensis, Thomco capitaneus Polonie, dominus Medzirecensis, Iohannes iudex Poznaniensis, Petrus Woye-

wodzi, Przeczslaus burgrabius Poznaniensis, recognoscimus quibus expedit universis, quod veniens Nicolaus Chomandski cum sua noverca ad nostram presenciam aliorumque terre nobilium tunc temporis iudicio regali presidencium, exposuerunt nobis causas inter ipsos vertentes, pro hereditatis possessione dicte Chomandzice se prevenientes parte ex utraque. Nos vero consilio prehabito et consensu speciali predictorum dominorum iudicio sic ut premittitur presidencium, ipsos divisimus: quod Nicolaus predictus debet habere cum toto dominio medietatem (sic) partem hereditatis iam dicte parte ex una, et noverca ipsius simili modo mediam partem hereditatis cum omnibus utilitatibus et proventibus, et in domo residenciam facere et utilitates in ipsa omnes percipere, non destruendo densetum, vulgariter zapustu, tamdiu, quousque virum non ducet. Sed postquam virum ducet, tunc in domo non debet aliquam residenciam peramplius facere nec aliquas utilitates ex hereditate predicta percipere. Ita tamen, quod Nicolaus predictus debet eidem sue noverce xxx[ta] marcas pro serto seu crinali, vulgariter vano, dare et assignare. Actum et datum Poznanie in szamboria castri Poznaniensis in crastino sancti Michaelis, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, presentibus testibus quibus supra et aliis plurimis fidedignis.

Dominus Medzirecensis, *castellanus de Międzyrzecz; był nim wówczas Wojciech z Kobylina rodu Łodziów, cnfr. Nr. 2002.* Woyewodzi, *przydomek osobisty.* Chomandski, *de Chomęcice.*

Nr. 2013.

Bonifatius Pp. IX 1399 Oct. 7, Rome apud s. Petrum; praeposito ecclesiae s. Petri in Kruszwica mandat, ut in causa inter Dobrogostium Gneznensem archiepiscopum, et Mathiam Maczuda atque Stephanum de Czechowice eidem iniuriantes vertente decidat.

Pergam. orygin., u którego na konopnym sznurku przywieszona bulla: Bonifatius Pp. VIIII.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 264.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio . . preposito ecclesie sancti Petri Cruswiciensis Wladislaviensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis venerabilis frater noster Dobogrustius (sic) archiepiscopus Gneznensis, quod Mathias dictus Maczuda et Stephanus de Czechovicze, milites Gneznensis diocesis, super quibusdam terris, possessionibus, pecuniarum summis et rebus aliis ad mensam suam archiepiscopalem Gneznensem spectantibus iniuriantur eidem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam, et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum Nonis Octobris, pontificatus nostri anno decimo.

Czechovicze, *Czechowice.*

Nr. 2014.

Dobrogostius s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1399 Oct. 13, in stuba murata monasterii Landensis; decimam manipularem de villa Trąbczyn, monasterio Ląd contra petitionem Iohannis plebani de Trąbczyn adiudicat.
Włocławek. Lib. privilegior. monasterii Ląd, pag. 181.

In nomine Domini amen. Nos Dobrogostius divina et apostolice Sedis gratia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus quibus expedit universis presencium notitiam habituris, quod cum inter venerabilem virum dominum Gerardum abbatem totumque conventum monasterii Landensis Ordinis Cisterciensis nostre Gnesnensis diocesis, actores, ab una, et discretum virum Iohannem rectorem ecclesie in Trapczyno, reum, parte ab altera, de et super decima manipulari campestri ibidem in Trambczyno exorta fuisset coram nobis materia questionis: nos igitur predictis partibus coram nobis personaliter comparentibus, auditisque ipsarum partium propositis et inductis probationibus quibus partes predicte uti solebant, communicato iuris peritorum consilio et de ipsarum parcium consensu, voluntate et assensu, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii amputatis omnium litium anfractibus, Christi nomine invocato, ipsum solum pre oculis habentes et eum metuentes, pro tribunali sedentes per hanc nostram sententiam definitivam pronunciamus, decernimus et declaramus in his scriptis: decimam manipularem campestrem in Trambczyno, ad dominum abbatem Gerardum et conventum predictum pertinuisse et pertinere, spectasse et spectare, Iohannique plebano de Trambczyno predicto, super eadem decima perpetuum silentium imponentes. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem, presentem nostram sentenciam per Iohannem, notarium publicum nostrumque et cause huiusmodi scribam, scribi et publicari nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum anno Domini M.CCC.XCIX, Indictione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Bonifacii digna Dei providentia Pape noni anno decimo, die Lune tredecima mensis Octobris, in stuba murata monasterii Landensis, presentibus honorabilibus viris, dominis Nicolao Strozberg preposito, Iaroslao archidiacono Gneznensis, et Matthia rectore de Blandowo ecclesiarum, testibus ad premissa.

Et ego Iohannes Alberti de Wielathow clericus Gneznensis diocesis, publicus imperiali autoritate notarius ipsiusque reverendissimi patris domini archiepiscopi et cause huiusmodi scriba, quia omnibus et singulis premissis, dum sic ut premittitur (agebantur), una cum prenominatis testibus presens fui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, meque, aliis arduis occupato negotiis, per alium fidelem notarium scribi feci et in hanc publicam formam redigi, de mandatoque dicti domini archiepiscopi cum sui appensione sigilli me hinc subscripsi, signoque et nomine meis solitis consignavi in fidem et testimonium premissorum.

Landensis, *de Ląd.* Trambczyno, *Trąbczyn.* Blandowo, *Błędów.* Wielathow, *Wielatowo.*

Nr. 2015.

Dobrogostius s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1399 Oct. 20, Gnezne; monasterio Ląd decimas mensae suae de villa Makownica largitur.

Pergam. orygin. Na sznurkach jedwabnych, żółtych i czerwonych przywieszono dwie pieczęcie. 1wsza podłużna wyobraża Biskupa stojącego pod cymborium, prawicą błogosławiącego, z pastorałem w lewéj. Pod nim, pod małem cymborium osoba klęcząca, zwrócona w prawo z wzniesionemi rękami. Obok biskupa po obu stronach na tarczach trójkątnych godło rodu Nałęczów; napis zatarty. 2ga pieczęć Kapituły Gnieźnieńskiéj; (pieczęć XXIV).

Warszawa. Zbiory Rusieckich. Diplomata.

In nomine Domini amen. Cum omnia terrena, quibus in mundo opprimimur et sollicitamur, agimus ad finem, ut celestem gloriam multiplicatis intercessionibus adipisci mereamur, ideo nos Dobrogostius divina et apostolice Sedis gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus universis quibus fuerit opportunum: quod allecti devocionibus venerabilis patris Gerardi abbatis et eius conventus monasterii in Landa Cisterciensis Ordinis, nostre Gneznensis diocesis, et supportandis eorum hospitalitatum honeribus consideratisque eorum defectibus, de consensu expresso et unanimi voluntate venerabilium dominorum, fratrum nostrorum . . Capituli nostri Gneznensis, ob remedium nostre successorumque ac predecessorum nostrorum animarum dedimus, donavimus et concessimus, ac presentibus damus, concedimus et donamus dictis abbati et conventui ac eorum successoribus decimas campestres in villa vulgariter nuncupata Mokownicza, et in aliis agris atque villis que fieri possunt in silva vulgariter dicta Mokow, ipsis per serenissimum principem dominum Wladislaum Dei gracia regem Polonie circa et ad ipsam villam Mokownicza donanda, ad nostram mensam archiepiscopalem pertinentia, tenendas, habendas et perpetuo possidendas eo iure, quo nos ipsas decimas percipimus et percipere debeamus in futurum. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, nostrum dictique Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in Translacione sancti Adalberti, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo nono, presentibus venerabilibus dominis Nicolao Strosberg preposito, Bodzantha decano, Iaroslao archidiacono, Michaele scolastico, Petro custode et Nicolao Strzeszconis thezaurario, ceterisque prelatis et canonicis dicte ecclesie Gneznensis tunc capitulariter congregatis, testibus ad premissa.

Landa, *Ląd.* Mokownicza, *Makownica.*

Nr. 2016.

Dobrogostius s. Gneznens. ecclesie archiepiscopus 1399 Oct. 20, Gnezne; Wenceslao dicto Wynth scultetiam in villa Boleszczyn donat.

Pergam. orygin. W doln. założon. brzegu 4 dziury od przywieszenia dwóch pieczęci.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 266.

Noverint quibus expedit universi, quod nos Dobrogostius divina et apostolice Sedis gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, sub ratihabicione nostri Capituli Gneznensis, attentis et consideratis fidelibus serviciis per nobilem virum Wenczeslaum dictum Wynth nobis et ecclesie nostre Gneznensi predicte factis et in futurum faciendis, volentesque ipsum ad ea facienda reddere proniorem, sibi sculteciam in villa nostra Boleszczino vulgariter nuncupata, cum omni iure et pleno dominio quo in antea ipsam tenuit et possedit, et prout alii sculteti dictam sculteciam tenuerunt et possederunt, tenore presencium donavimus, concedimus et donamus per ipsum tenendam et possidendam; ita tamen, quod, si idem Wenceslaus a die date presencium ad sex annos sibi continue sequentes nobis non placuerit, extunc dictam suam sculteciam debet vendere kmethoni et ignobili, de nostro consensu et assensu. Qui quidem Wenceslaus occasione dicte sue scultecie nobis consueta servicia, prout alii villarum nostrarum sculteti facere consueverant, faciet et facere debet; et si aliqua dampna in huiusmodi nostris serviciis habuerit, ad solucionem ipsorum non tenemur neque obligamur. In cuius rei testimonium, sigilla nostrum et dicti nostri Capituli presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in Translacione sancti Adalberti, in Capitulo generali anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo nono, presentibus venerabilibus dominis Nicolao Strosberg preposito, Bodzantha decano, Iaroslao archidiacono, Michaele scolastico, Petro custode et Nicolao thezaurario, ceterisque canonicis et prelatis tunc capitulariter congregatis.

Boleszczino, *Boleszczyn.*

Nr. 2017.

Albertus episcopus ecclesie Poznaniensis 1399 Nov. 18, in Nova civitate Corczyn; Nicolao canonico Sandomiriensi canonicatum et praebendam in ecclesia collegiata in Głuszyna confert.

Pergam. orygin., w którego dolnym założonym brzegu pasek pergaminowy przez wcięcia poprzeczne przewleczony.

Gniezno. Archiv. Capituli Metropol. Nr. 267.

Albertus Dei gracia episcopus ecclesie Poznaniensis, significamus universis quibus expedit presencium noticiam habituris, quod mente gratuita perpendentes diligenter affectum et laboris indefessi solerciam honorabilis domini Nicolai canonici Sandomiriensis, serenissimi principis domini nostri, domini Wladislai regis Polonie illustris notarii, quibus idem nos et ecclesiam nostram Poznaniensem opperosa solli-

citudine veneratur, et adhuc, uti dignum arbitramur, ad ea que nostrum et ecclesie nostre Poznaniensis predicte decus et honorem conspiciunt, uberius aspirare tanto fervencius, quo se per nos prestancius noverit consolatum: horum consideracione habitoque respectu ad eximie devocionis insignia, morum honestatem ceterarumque virtutum merita, quibus ipse relucere meruit et multipliciter refulgere, prefatum dominum Nicolaum singularis favoris prerogativa letari volentes et perfrui ampliori, ipsum in canonicum ecclesie nostre collegiate in Gluschyna preficimus et de nostre liberalitatis opulenta plenitudine facimus et creamus, adicientes, appropriantes, annectentes et incorporantes eidem canonicatui racione prebende decimam in Piglovicze, tam in pecuniis quam in grano generis cuiuscunque solvi consuetam, per ipsum dominum Nicolaum tenendam, habendam, utifruendam, commutandam pro alio beneficio, et tam per prefatum dominum Nicolaum quam eciam per alium, qui forsan huiusmodi canonicatum et prebendam sic per nos creatos ex causa permutacionis assecutus canonice fuerit, pacifice possidendam. Vobis igitur honorabili viro preposito singulisque canonicis dicte nostre ecclesie collegiate in Gluschyna in virtute sancte obediencie tenore presencium committimus et mandamus: quatenus ipsum dominum Nicolaum, aut eius procuratorem suo nomine, recipiatis in canonicum dicte ecclesie in Gluschyna et in fratrem, stallo sibi in choro et voce in Capitulo cum plenitudine iuris canonici plenarie assignatis, ac recipientes et exigentes ab ipso vel dicto procuratore, de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie ut moris est iuramentum corporale, quodque reddituarii dicte prebende, ipsum dominum Nicolaum pro vero et legittimo eorum canonico teneant et pertractent ac sibi obediant in omnibus licitis et honestis. Datum in Nova civitate Corczyn diocesis Cracoviensis in octava sancti Martini confessoris, anno Domini millesimo CCC. nonagesimo nono, nostro sigillo presentibus subappenso.

Gluschyna, *Głuszyna.* Piglovicze, *Pigłowice.* Nova civitas Corczyn, *Korczyn.*

Nr. 2018.

Thomco subpincerna Cracoviens. et capitaneus Maior. Polonie general. 1399 Nov. 19, Poznanie; resignationem villae Lęgniszewo, monasterio de Łekno a Martino et Swenthoslao venditae confirmat.

Pergam. orygin. Od przywieszenia pieczęci pozostał gruby sznur nici jedwabnych, zielonych.

Kurnik. Biblioteka. Diploma Nr. 16.

Nos Thomco subpincerna Cracoviensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, significamus quibus expedit universis presentibus et futuris noticiam presencium habituris, quod ad nostram aliorumque terre predicte nobilium venientes presenciam nobiles viri, domini Swenthoslaus et Martinus fratres uterini heredes in Langnisszewo, non compulsi, non coacti neque errore aliquo seducti, sani mente et corpore existentes, usi amicorum consilio, animo deliberato et spontanea voluntate villam suam totam Languiszewo, ipsos iure hereditario ex successione paterna concernentem, cum omni iure et dominio, sicut soli tenuerunt et possiderunt, venerabilibus ac religiosis dominis Cristino abbati et toti conventui fratrum Ordinis Cisterciensis in claustro

Lakno alias Wangrowecz dicto, pro quadraginta marcis grossorum Pragensis monete numeri Polonicalis, quadraginta et octo grossos videlicet pro qualibet marca computando, vendiderunt et cum omnibus reditibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, pascuis, silvis, gaiis, mericis, borris, mellificiis, aquis, ryvulis, piscinis, lacubus, molendinis, et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus, proventibus, appendiis et obvencionibus universis ad predictam hereditatem ipsorum Langniszewo quomodolibet de iure spectantibus, et prout hereditas predicta in suis graniciis in longitudine et latitudine circumferencialiter est distincta et limitata, nullum ius nec dominium in eadem pro se neque suis successoribus retinentes neque reservantes, sed penitus ab omnibus dominio et iuribus se abrenunciantes, coram nobis publice ac benivole iusto vendicionis tytulo in perpetuum resignaverunt tenendam, habendam et perpetuis temporibus pacifice possidendam, vendendam, donandam, commutandam, alienandam et in usus beneplacitos convertendam, prout eidem domino Cristino abbati totique conventui in Lakno et suorum successorum (sic) melius et utilius videbitur expedire. Nos autem predictas vendicionem et resignacionem, per Swenthoslaum et Martinum sic coram nobis factas, ratas per omnia habentes et gratas, ipsas approbamus et per presentes confirmamus in perpetuum valiturum, harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum Poznanie die sancte Elizabeth electe Dei, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, presentibus strenuis ac nobilibus viris, dominis Vincencio de Granow Naklensi, Iarotha de Wilcowo Radzimiensi castellanis, Iohanne de Czarnkowo iudice Poznaniensi, Nicolao de Lubathowo, Nicolao de Srzebrnagorka, Cussone de Golancza heredibus, ac aliis quam plurimis fide dignis.

Langnisszewo, *Lęgniszewo.* Lakno, *Łekno.* Wangrowecz, *Wągrowiec.* Granow, *Granowo.* Wilcowo, *Wilkowo Niemieckie.* Radzimiensis, *de Radzim.* Lubathowo, *Lubiatów.* Srzebrnagorka, *Srebrnagórka.* Golancza, *Gołańcza.*

Nr. 2019.

Proconsul et iurati civitatis Osseczne 1399 s. d., in Cankolewo; protestantur, quosdam compositores monasterium de Lubin cum Barthone kmethone de Lubin concordavisse.

Pergam. orygin. Wcięcia poprzeczne od przywieszenia jednéj pieczęci.

Poznań. Biblioteka Raczyńsk. Diploma D 1. — Raczyński. Cod. diplom. Maior. Polon. Nr. 108.

Noverint universi presentem litteram visuri et audituri, quod vertentibus hinc et inde impedimentis inter venerabilem virum dominum abbatem et conventum eius Lubinensem, parte ex una, et quendam kmethonem de Lubin dictus (sic) Bartho et Stephanum filium eius, parte ex altera, volentes vero partes predicte compositionem ac concordiam finalem videre amicalem, in villam Kancolewo terminum concordie ex utraque parte receperunt; quos concordaverunt nobiles viri, domini Hanlin et Petrus fratres uterini heredes de Kancolewo ibidem, et Materna de Hossek, Petrus Zump scultetus de Lubin, nec non Pelgzim Iudex dictus, tabernator de Belevo, in tempora eviterna. Quo facto, dominus Iarossius frater conventualis, una cum domino Mathia

plebano Lubinensi, ex parte predicti domini abbatis Lubinensis, cum predicto kmethone Bartho una cum Stephano suo filio personaliter coram nobis proconsule et iuratis civitatis Osseczne, primo Paulo Longi, Iohanne Orszula, Mika, Paulo Crotki venerunt, predictam compositionem suprascriptorum nobilium in dicta villa Cankolewo, coram nobis sic simul in pretorio sedentibus predicti opidi viva voce recognoverunt; super vero predicta concordia, a nobis iuratis literam presentem nostro sigillo appendente parte ex utraque pure propter Deum petiverunt in fidem testimonii premissorum. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Anno Domini M.CCC. nonagesimo nono.

Lubinensis, *de Lubin.* Kancolewo, *Kąkolewo.* Hossek, *Osiek.* Belevo, *Bielewo.* Osseczna, *Osieczna.*

SUPPLEMENTUM.

Nr. 2020. (34 a.)

Monachus s. Resurrectionis ecclesie patriarcha s. a. d. et l.; benefactores monasterii s. Sepulchri in Miechów in fraternitatem recipit, donaque eorundem praedicto monasterio collata enumerat. Cnfr. Nr. 34.

Nakielski. Miechovia, p. 81.

Nos Monachus Dei gratia sancte Resurrectionis ecclesie patriarcha, una cum eiusdem ecclesie nostre Capitulo et fratrum collegio, ad normam predecessorum nostrorum patriarcharum Hierosolymitanorum notum facimus universitati tam modernorum presentie quam successorum posteritati: universos episcopos Polonos, duces, barones, viros et mulieres, quorum nomina inferius leguntur, ob eleemosynarum suarum beneficia ecclesie dominici Sepulchri collata, in eiusdem domus nostre fraternitatem et consortium recepisse, ut omnium orationum et beneficiorum, que hinc et in evum in Hierosolymitana fient ecclesia, eandem, quam ab ipso Ihesu Christo expectamus, nobiscum pariter percipiant portionem. Quorum nomina sunt hec: Boleslaus magnus dux Polonie. Mescho Polonie dux et prima uxor eius Elizabeth et filii eorum Otho et Stephanus. Item Eudoxia secunda uxor eius et tres filii eorum Boleslaus, Mesco, Vladislaus. Casimirus dux et uxor eius Helena cum duobus filiis Lescone et Conrado. Boleslaus dux de Werslave et uxor eius cum filiis suis Conrado et domino Iaroslavo episcopo et duce Henrico. Meseco dux frater predicti Boleslavi et uxor eius cum liberis suis. Predicta ducissa Eudoxia dedit Grodysk. Interea omnibus quorum obtutibus presentia veniunt: quia omne bonum in commune deductum pulchrius elucescit, et: quia nemo accendit candelam ut sub modio ponat, sed super candelabrum, ut ingredientibus lumen fiat: notificandum duximus: duos ex predictis ducibus, scilicet Mesconem magnum et Casimirum, Deo et glorioso Sepulchro Iesu Filii eius, pro salute anime sue suorumque omnium successorum, in universis commorantibus que hic leguntur villis talem donasse, dedisse et tradidisse libertatem, videlicet ut ad expeditionem non eant, castrum non edificent, poralne et strozam non solvant, monetario non obediant, powoz et podvode non dent, et ab omni servili Polonico opere sint liberi. Soli Deo et prelato domus obediant. Dominus Iaczo cum uxore sua dederunt Deo et sancto Sepulchro Mechow et Zagorzyce et Comarowo.

Dominus Gedko Cracoviensis episcopus ibidem ecclesiam in honorem sancti Sepulchri consecravit, in qua consecratione decimam ipsius ville, scilicet Mechow, et aliarum trium villarum, Zagoryz et Comarowo et Coccha, Deo et sancto Sepulchro contulit. Svantoslaus Coccham dedit inferiorem. Comes Stephanus dedit superiorem Coccham. Dominus Micora dedit Chelm cum ecclesia et cum decimis et forum et tabernam et aliam villam que dicitur Neschovice. Iterum addidit sal de Bochegna. Aliud sal Prevechan. Tertium sal Sidignam et aliam tabernam Studencham. Dominus Radoslaus dedit Deo et sancto Sepulchro Scarissow et ecclesiam, forum et tabernam. Decimam vero ipsius ecclesię predictus episcopus Gedeon in consecratione ecclesie addidit, scilicet decimam de commemorato Scarissow et aliarum quatuor villarum, Modrelanc et Virbicze et Zdinechowic et Crampa. Iterum predictus comes dedit Repinam et homines morantes in ea. Dominus Zyro et uxor eius cum filio suo Otthone dederunt duas villas, Kye et Samogost. Dominus Leonardus dedit villam iuxta Cocczam. Frater eius Vlodimirus dedit Belobrzeze. Dominus Gnevomirus et uxor eius cum filio suo dederunt Lanthkowic. Comes Nicolaus palatinus dedit duas villas, Iaczic et Replic. Dominus Lassota dedit Dlubnam. Dominus Bugiwoy dedit Goreslawice. Dominus Berloch et uxor eius cum filiis dederunt sancto Sepulchro duas villas, Charncowic et Oludzam. Dominus Iohannes dedit villam que decambita fuit a fratre eius Mattheo pro Gostyradic. Uxor Wseborii pro eius anima et sua et filiorum suorum dedit villam que dicitur Golchowo cum suis pertinenciis. Dominus Kagnimir dedit pro anima sua Benganovo. Andreas frater Matthei dedit Bamvol. Voyslaus frater domini Gedkonis episcopi, in Vroclaviensi provincia duas villas dedit, que decambite fuerunt ab episcopo pro villa que dicitur Groshowic et pro Sclavono et eius decima. Christon frater Cagnimiri dedit Zytnam, quam decambivit prefatus Cagnimirus pro Borowna et Comeow. Dominus Ottho de Verbic dedit Dirskow. Comes Iacobus Sundumeriensis cum uxore sua dedit villam que dicitur Karoche. Teuto Teuthonicus dedit villam que est ante Rudam. Frater Preclavos dedit villam sancto Sepulchro et ecclesiam que est in Guenezne cum duabus villis. Frater Crecocha dedit villam unam que est iuxta Mechow. Hugoldus clericus dedit sortem unam que est super Coccham. Dominum Petrum archiepiscopum Guenezenensem in fraternitatem nostram recepimus. Dominum Fulconem Cracoviensem episcopum in fraternitatem nostram recepimus. Dominum Gorythonem cum uxore et liberis suis recepimus. Iohannem archidiaconum de Lubelma recepimus. Ludovicum de Cracovia recepimus. Fratrem Christinum de Guenezne recepimus. Saltheman cum uxore et liberis recepimus. Conradum cum uxore et liberis recepimus. Bertoldum cum uxore et liberis recepimus et Otthonem. Simonem Polaiowski cum uxore et liberis recepimus.

Werslave, *Wrocław*. Iaroslavus episcopus, *sc. de Bamberg*. Grodysk, *Grodzisk*. Mechow, *Miechów*. Zagorzyce, *Zagorzyce*. Comarowo, *Komorowo*. Coccha, *Goszcza*. Chelm, *Chełm*. Neschovice, *Nieszkowice*. Bochegna, *Bochnia*. Prevechan, *Przebieczany*. Sidigna, *Sygneczów*. Taberna Studencha, *nie odgadn*. Scarissow, *Skaryszów*. Modrelanc, *Modrzejowice*. Virbicze, *Wierzbiec*. Zdinechowic, *Sdyszowice*. Crampa, *Krępa*. Repina, *Rzepin*. Kye, *Kij*. Samogost, *Samogoszcz*. Belobrzeze, *nie odgadn*. Lanthkowic, *Łętkowice*. Nicolaus palatinus, *sc. de Kraków*. Iaczic, *Jaksice*. Replic, *Rzeplice*. Dlubna, *dziś Imbramowice*. Goreslawice, *Gorysławice*. Charncowic, *Karczów*. Oludza, *Ołudza*, Gostyradic, *Gościradów*. Golchowo, *Gołkowice*. Benganovo,

Bieganowo. Bamvol, *osada znikła.* Groshowic, *Groszowice.* Sclavono, *pewnie dzisiejsze* Slawitz. Zytna, *Żytno.* Borowna, *Borownia.* Comeow, *Chomejowa Wola.* Dirskow, *Dzierzków.* Comes I. Sundumeriensis, *sc.* castellanus, *cnfr. Piekosiński Cod. diplom. Minor. Poloniae Nr. 11.* Karoche, *Karczowice.* Ruda, *Ruda.* Ecclesia in Guenezne, *kościół ś. Krzyża w Gnieźnie.* I. archidiaconus, *pewnie J. arch. Zawichostski; cnfr. Piekosiński Cod. diplom. Minor. Poloniae Nr. 9.* Lubelma, *nie odgadnione, może Lubienie.* Polaiowski, *nie odgadnione.*

Z tekstu Nakielskiego poprawiono powyżéj według Nru. 34 następujące wyrazy: Str. 742, wiersz 16 od g. Keplic, *na* Replic. *Wiersz 17 od g.* Bozeslawice, *na* Goreslawice. *Wiersz 23 od g.* Grochowic, *na* Groshowic.

Nr. 2021. (34 b.)

Diplomatis de fine XII s. fragmentum, in quo facultates ecclesiae b. Mariae in Arena Wratislaviae enumerantur, modique earum collationis describuntur.

Wrocław. Königl. Staats Arch. Repertorium Heliae, fol. 532. Cnfr. Grünhagen, Regesten zur Schlesischen Gesch. Nr. 69.

Nota, quod in eadem scatula, ubi predicta privilegia ducum iacent, est una littera, licet mirabilis antiqua, in pergameno conscripta, desuper sigillum fractum et consutum quasi a tergo in superiori parte; facit tamen mencionem, qualiter ville in eadem expresse venerunt ad monasterium, incipiens a Janickaw.

Ianickow antiqua villa esset ecclesie sancte Marie, de quo orta lite tempore Radulphi abbatis, iusto iudicio eam obtinuimus coram ducibus B. et M. Hi ascripti: Zulistirus cum fratribus suis, quatuor (sic) filii sunt isti, Milel (?) cum fratre Stanenta, Milozlaw cum fratre Bogumino; Hokepta cum fratribus, quatuor (sic) filii sunt Hepoxena, Parsca, Zuetgota, Maluy, Miros; Raduy cum fratre, quorum filii sunt Semar, Sdan. Villa Kogerevo in montibus collata est a Benedicto episcopo Poznaniensi cum benivolencia ducis B. Villam Tinech emit comes Petrus a Iudeis et dedit sancte Marie pertinencie ad montem. Olesnich villa prima tempore Ogerii primi abbatis data a Coseborio (?), cognato comitis Petri, cum familia ista: Hostec cuius filii sunt Gostinyc (?) et Nistis (?); Raden et Radick, quatuor (sic) filii sunt Hualenta, Mirec, Mila ascripti ecclesie. Ecclesiam sancti Adalberti dedit Boguslaus, frater comitis Petri, cum villa Mochbor, cuius ascripti sunt Zbiluc cum filiis Dados, Zanis, Vilcan, Radon; qui cum deberet monatario (monasterio?) marcam et dimidiam (sic) fertonem, Vlodimirus solum pro eo debitum tenet, esset homo sancte Marie ecclesie. Dux Wlodislaus dedit ad montem Bezdad cum villa, Abrinicoy cum filiis suis Solun (?) et Tossoz; circuicionem montis dux B. tempore patris sui cum ipso fratre, cuius ville sunt hee: Wiri, Cescovici, Syvridow, Biala, Streloz sic dicta, quia venatores fuerunt ecclesie, Villa ad molendinum, forum in Soboth, villa Stregomane. Homines in Wiri: Bracheva cum filiis, Zub cum fratre Mizlos, hospis (sic) Miculovici; de Biala: Goztec, Martin, Targossa, Znovid, Sedla, Milec, Radec; in Strelec Presusovici; in Stregoman Bogdan, Sric frater eius, Tessanca, Crisan. Golenec datus est a duce Boleslavo Ecclesie Thome. Vangl faber cum fratribus tempore Alardi abbatis datus est ecclesie a duce Boleslavo. Velepa faber cum fratribus datus est ecclesie a duce B. tempore Alardi abbatis. Isti dati sunt tali modo: ligabantur ducendi

aliis, et concessum est eis, ut non ligarentur, sed essent homines ecclesie. Hii sunt servi ecclesie sancte Marie: emptici comitis Petri et ... Carnota et Bil filius fratris eorum; Turryti, Vilcost, Godec, Svantec ... tali modo devenerunt in servitutem ecclesie tempore avi ducis Boleslai. Boleta ... cum debito taberne; tandem a duce B. reductus, adiudicatus ecclesie servituti perpetuo. Quem comes Petrus datum sibi a duce dedit ecclesie montane; cuius filius Zonovid et istius predicti (sic), voluerunt evadere servitutem coram duce B., et retracti, sunt educti de ecclesia sancti Iohannis a Domiciano et Andrea et Nessebrando.

Ubi spacium misi, ibi verba nec legere nec sensum exinde capere potui; valet tamen pro informacione, licet mirabiliter conscripta et sigillata sit.

Ianickow, *z niem. Jankau.* Ecclesia s. Marie, *czyli* in Arena, *klasztor w Wrocławiu.* Radulphus abbas, *z pewnością nie żył już r. 1148.* Duces B. *et* M., *są* Mesico et Boleslavus, *cnfr. Nr. 586.* Quatuor *w wiersz. 3, 4 i 10, zapewnie mylnie zam.* quorum. Kogerevo, *nie odgadnione; może mylnie zam.* Rogerevo, *mogłoby bydź Rogau-Rosenau u podnóża góry Sobótki. Że kopista czytał literę R za K, zdaje się ztąd prawdopodobnem, że imiona* Raduy, (*wiersz 5, str. 743*), Raden, (*wiersz 10*), *i* Radon, (*wiersz 13*), *czytał* Kaduy, Kaden *i* Kadon. Mons, *oznacza tu wszędzie górę Sobótkę.* Tinech, *z niem. Kl. Tinz.* Olesnich, *z niem. Kl. Oels.* Ecclesia s. Adalberti *sc. Wratislaviae.* Mochbor, *z niem. Kl. Mochbern.* Wiri, *z niem. Wierau.* Cescovici, *z niem. Kaltenbrunn.* Syvridow, *z niem. Seifferdau.* Biala, *z niem. Kl. Bielau.* Streloz, *z niem. Strehlitz.* Villa ad molendinum, *prawdopodobnie dziś Quackau.* Soboth, *z niem. Zobten.* Stregomane, *z niem. Striegelmühl.* Ecclesia Thome, *Thomaskirch.* Ecclesia montana, *kościół na górze Sobotka.* Ecclesia s. Iohannis, *kościół katedralny Wrocławski.*

Nr. 2022. (37 a.)

Cyprianus Wratislaviens. episcopus 1203 s. d. et l.; Gerardum abbatem monasterii b. Vincentii in Wrocław certiorem facit, se ecclesiam in villa monasterii eiusdem, dicta Trzcinica, consecravisse et decimis de villa Komorno dotavisse.

Wrocław. Königl. Staats Arch. Matrica s. Vincentii, fol. 305.

Cyprianus Dei miseracione Wratislaviensis episcopus, Gerardo abbati et fratribus eius sub regula sancti Augustini secundum Ordinem Premonstratensem in ecclesia beati Vincencii Deo famulantibus, presentis vite prosperitatem et future beatitudinem. Quia locis religiosis propensiorem nos convenit impendere favorem, ecclesiam in predio vestro, quod vocatur Tristenicia, in honore sancte Dei genitricis virginis Marie et sancti Vincencii sancteque Marie Magdalene vobis dedicavimus, et in ipsa dedicacione decimam ville que dicitur Comorno eidem ecclesie attribuimus, attestante domino Egidio Wratislaviensis ecclesie archidyacono magistroque Balduino canonico, et Bartholomeo et Mathia et Matheo Lunen, Nicolao de Cotlov, Zlavosio de Opul et Petro filio eius, et Paulo episcopi sanctuario, et alys quam plurimis, quos longum enumerare est. Et ne quis inposterum hanc donacionem infringere temptaret, interposito anathemate confirmavimus et sigillo nostro roboravimus. Acta sunt hec anno dominice Incarnacionis **mcc** tercio, anno episcopatus nostri tercio.

Tristenicia, *Trzcinica.* Comorno, *nie odgadnione.* Lunen, *może Łony p. m. Sosnowice.* Cotlov, *Kotłów.* Opul, *Opole.*

Wiersz 6 od dołu do magistro *przyczepiono* que, *a wiersz 4 od d. wsunięto* plurimos, *prawdopodobnie już przy współczesnem kolacjonowaniu.*

Nr. 2023. (74 a.)

Wladizlaus Polonie dux 1211 s. d. et l.; monasterio de Lubiąż concedit, ut naves eiusdem cum rebus ad curam domesticam necessariis terram suam a theloneo liberae transire possint. Cnfr. Dodatki.

Wrocław. Königl. Staats Arch. Leubus, Copiarium XV sec. D. 207, fol. 159.

Ego Wladizlaus Dei gracia Polonie dux, omnibus hanc paginam inspecturis salutem. Universitati vestre significamus: quod veniens ad nos dilectus et famialiaris (sic) noster Guntherus abbas Lubensis, humiliter a nobis postulavit, ut hanc ei et suis successoribus faceremus graciam, ut naves, que pro necessitatibus domus sue emendis per terram nostram transeunt, libere et sine theloneo ire et redire possint. Nos eius honeste et racionabili peticioni pie annuentes, pro reverencia Dei genitricis Marie et pro remedio anime nostre hoc ius ei et suis successoribus tradidimus inperpetuum. Et ne quis contra hanc nostram donacionem ab eis quicquam exigere presumat, sigilli nostri inpressione hanc paginam signari fecimus et eos privilegio nostro conmunivimus. Huius rei testes sunt frater Ciprianus (sic) episcopus et monachus in Sychem et frater Nicolaus abbas eiusdem loci, iudices tunc a Sede apostolica delegati, cum eorum socys, Heinricus Slesie dux, Laurencius Wratislaviensis episcopus, et noster cancellarius cum multis terre nostre baronibus et nobilibus. Acta sunt hec anno ab Incarnacione Domini mccxi in nomine Domini amen.

Lubensis, *de Lubiąż.* Sychem, *nazwisko klasztoru Cystersów w Sittichenbach.*

Nr. 2024. (115 a.)

Vladislaus dux de Uscie 1224 (?) Iun. 25 (?), in Kcina; monasterio de Trzemeszno quaedam privilegia largitur, villamque Chomiąża, antea vi ablatam restituit. Cnfr. Dodatki.

Trzemeszno. Chronicon Tremesnense p. 75. Z oryginału. (Kwartant pisany r. 1666, zawierający 972 stron., na których spisana historja klasztoru, a w ustępach umieszczone dokumenta w streszczeniach różnéj obszerności).

Ego V. Dei gracia dux de Uscie, inita pace inter me et patruum meum Vladislaum, ducem seniorem, in die beati Andree in Kcina, videns defectum patrimonii mei, domus videlicet Dei et beate Marie et beati Adalberti in Chremessno, modis omnibus vim applicavi, quomodo dictam domum in suis dispendiis ad meliorem statum reformarem. Igitur hanc ipsi libertatem contuli in evum mansuram: ut in civilibus causis, homines ecclesie ad nullius iudicis audientiam provocentur *etc. etc. etc.* (sic). Villam Chomese, eis violenter ablatam, cum omni utilitate et iure restituimus per-

petuo possidendam. Familiam etiam eidem donavi, quorum hec sunt nomina *etc.* (sic). Datum in Kcina feria tertia post festum sancti Iohannis Baptiste, anno M.CCXCI (sic).

Uscie, *Ujście.* Kcina, *Kcyń.* Chremessno, *Trzemeszno.* Chomese, *Chomiąża.*

Nr. 2025. (115 b.)

Wolotslaus dux de Calis 1224 Sept. 5, in castro Nakel; Ordini fratrum de domo Theutonica 500 mansos circa lacum Izbiczno et fluvium Piła confert. (Cnfr. Nr. 457).

Königsberg. Königl. Staats Arch. Copiarium d. Deutsch. Ordens-Privileg. A 99, fol. IV. (*Manuskrypt z XV w.*)

Wolotslaus domini Odonis ducis Polonie filius, Dei gracia dux de Calis. Quum ea que personis religiosis ad honorem Dei conferuntur, necessarium est omnimodis (sic) confirmari, ideo, que superna favente gracia, pro salute nostra atque parentum nostrorum ad utilitatem Terre sancte et fratrum de domo Theutonica ordinare decrevimus, scripti perhenni vivacitate censuimus munienda. Innotescat igitur universis tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod nos, ob divine remunerationis emolumentum, dilectis fratribus nostris de domo Theutonica quingentos mansos circa stagnum Hisbitsma et fluvium nomine Pila ex eodem stagno fluentem, cum stagnis adiacentibus perpetua libertate cum omni utilitate et iure contulimus. Et ut predicti fratres nostri de domo Theutonica, bona supradicta in omni pace et quiete possideant, censemus tam ipsos quam homines suos, qui premissa bona possessuri sunt, ab omni exactione atque servitio et ab universa Polonica consuetudine dandi potwode et priwode et similium libere exemptos. Ut itaque memorata donacio prenominatis fratribus nostris rata maneat et inconvulsa, sigilli nostri appensione duximus communire, subscriptis nichilominus testibus ydoneis, viris honestis, quorum nomina sunt hec: capellani curie Arnoldus, Steffanus et Martinus, layci vero Adam, Conradus et Petrus, alii plures clerici et laici. Datum in hoc anno gracie millesimo ducentesimo vigesimo quarto, Nonas Septembris, in castro nostro Nakel.

Stagnum Hisbitsma, *z niemiecka Pielburger See.* Fluv. Pila, *rzeczka Piła, prawy przypływ rz. Głda.* Nakel, *Nakło.*

Nr. 2026. (328 a.)

Samborius dux Pomeranie 1255 Sept. 1, s. l.; monasterio de Łekno villas Połęczyn et Brutnino insuperque centum mansos, amplis privilegiis munitas confert.

Pergam. orygin. Przywieszona pieczęć księcia Sambora przedstawia Jeźdzca z śpiczastym hełmem na głowie, okrytego długą szatą, pędzącego w prawo. Na lewéj szeroka, dołem śpiczasta tarcz, prawica trzyma proporzec. Za Jeźdzcem unosi się Gwiazda, pod koniem heraldyczna Lilja. Z napisu: S . . . O . . . M. DUCIS.

Königsberg. Königl. Staats Arch. Schiebl. XLVIII, Nr. 25. — Dreger. Cod. diplom. Pomeraniae Nr. 213.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Honestum ac beatum constat esse votum, immo sanctum ac laudabile patet esse commercium, dare sua transsito-

ria et recipere pro his eterna, terrena sibi displicere et celestia possidere. Huius itaque tam sancte negociationis amore ego Samborius, per gratiam Altissimi dux Pomeranie, superna inspirante gratia medullitus ignescens, decorem domus Dei et locum habitationis glorie sue diligens, simulque in libro vite cum iustis conscribi cupiens, notum esse volo omnibus catholicis tam futuri quam presentis temporis, quod omnium bonorum largitori Deo ad gloriam et laudem, eiusque Genitrici et beato Petro ad honorem, Luknensi cenobio eiusque cunctis fratribus ibidem Deo die noctuque famulantibus, cum intime devocionis humilitate contuli villas, scilicet has, Polusino et Brutnino, cum decima et lacis (sic) et omnibus attinenciis suis, insuper centum mansos cum decima et omni iure dominii mei, ne videlicet ullus in predictis villis, nomine meo vel etiam alicuius nomine mei castellani seu alterius cuiusquam potestatis, iudiciariam sibi usurpet auctoritatem, aut sub aliquo protextu (sic) theloneum, homicidium sive aliquam aliam sibi vendicet solucionem aut exactionem; sed in horum et aliorum iurium perceptione, Luknensis plene gaudeat ecclesia secundum memoratam possessionem libertatis. Concedo autem ob specialem reverentiam ecclesie Luknensis fratribus eiusdem, ut in villis et mansis prefatis advocent et locent Theutonicos secundum consuetudines quorundam (sic), sicut eos advocaverint et locaverint, ius et fructum secundum suam industriam in eis percepturi. Habitatoribus autem predictarum villarum providens, volo ab omni iure Pomeranico esse solutos, quia donum Deo collatum non expedit legibus principum subiacere. Volo etiam, ut a collectis et peticionibus, que in quibusdam terris fiunt, a me et a posteris meis sint absoluti. De expedicionibus vero que fiunt extra terram, habitatores memoratos liberos esse concedo; in defensione vero terre, hy qui mansos in feodo receperint, propriis sumptibus adesse tenentur, ut eo validius hostilis incursio reprimatur. Concedo insuper, ut in villis premissis forum celebretur et monetam propriam cum taberna habeant. Iudiciorum nichillominus omnium, ut est de contentione, percussione et omni questione, fratribus predictis, ut hec exequenda advocato cui voluerint conferant, auctoritatem trado. Ut autem huius donacionis mee vigor tam presentibus quam futuris innotescat, presentem paginam sigilli mei curavi munire etiam appensione. Ut (sic) quicunque in presens vel in posterum hoc factum audeat violare, illum cupio per Christum dampnare, et coram summo Iudice absorbeatur apice. Datum anno gracie M.CC.LV, Kalendas Septembris, presentibus his testibus, Alberto subcamerario, Barczlavo pincerna, Hildebrando iuvene, Iohanne scriptore de Lygendorph, Herbordo de Somervelt, Friderico de Never, Conrado de Foresto.

Luknensis, *de Łekno.* Polusino, *Połęczyn.* Brutnino, *nie odgadnione.* Lygendorph, *Mgowo.*

Nr. 2027. (331 b.)

Boleslaus dux Cracoviens. et Sandomiriens. 1255 s. d. et l.; de consensu matris suae Grimislavae Cosmae militi silvam ad fluvium Usznica sitam donat, eiusque futuros incolas, si locata fuerit, certis privilegiis munit.

Pergam. orygin. bez śladu przywieszenia pieczęci, na którym ręką XIII wieku 4 dokumenta przepisano.

Poznań. Königl. Staats Arch. Ołobok Nr. 1.

In nomine Domini amen. Ne mortalium facta, memoriter habenda, temporum decursu in dubium adducantur et ex hoc posteri discrimen aliquod possent pati, necesse est, huiuscemodi acta instrumentis et testibus roborari. Hinc est quod nos B. Dei gracia dux Cracoviensis et Sandomiriensis, cum generosa nostra genitrice G. considerata ydoneitate persone militis nostri Cosme, donavimus tam sibi quam posteris eius quandam silvam incultam super rivum qui dicitur Husya, in perpetuum possidendam. Hoc eciam ex nostre voluntatis arbitrio addicientes, quod homines, quos dictus C. ad predictam silvam pro sua utilitate locaverit extirpandam, a nostrorum palatinorum, castellanorum et aliorum iudicum presencium et futurorum iudiciis sint immunes; sint eciam liberi a strosa et stan et povoz, et aliis servitutibus, quocunque nomine heedem nominentur. Excipimus eciam eos ab omnibus exactionibus sive solutionibus, iam terre inflictis, seu pro aliqua necessitate vel eciam utilitate inminente postmodum infligendis. Damus insuper sibi et posteris eius infra terminos predicte silve venandi castores ex utroque litore et alias communes bestias omnimodam libertatem. Et si quis habuerit vel usus fuit aliqua auctoritate vel utilitate ante possessionem predicti militis, ulterius donamus ei in omnibus confinibus istius silve plenam et integram possessionem. Ut ergo hec nostra donatio habeat firmitatem, presens scriptum sigilli nostri et testium nominibus duximus roborandum. Testes sunt hii: Clemens palatinus Cracoviensis, Gedka castellanus de Sudech, Vithgo frater eius, Slava pincerna, Sasin subcamerarius, Ben, Clemens filius Marconis, Boguta, Twardoslaus, Nidanech ducis capellani, et alii quam plurimi. Datum anno Domini M.CC.LV.

Husya, *Usznica.* Sudech, *Sącz.*

Nr. 2028. (417 a.)

Clemens Pp. IV 1266 Febr. 12, Perusii; declarat, fratres Ordinis Praedicatorum in successione bonorum temporalium, quam, dum in saeculo existerent fuerint assecuti, libere succedere posse.

Transsumpt orygin., potwierdzony przez: Iohannes Prioris, decretorum doctor, basilice beate Marie Maioris de Urbe canonicus, sanctissimi domini nostri Pape capellanus 1484 Nov. 3, Rome apud sanctum Petrum. *Pieczęć znikła, pozostał długi sznurek konopny. Pismo Rzymskiéj kancelaryi.*

Poznań. Privil. monasterii Ordinis Praedicatorum.

Clemens episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis magistro et fratribus Ordinis Predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Obtentu divini nominis,

cuius cultui sub facie vestre religionis observantia studetis mente devotissima deservire, votis vestris libenter annuimus, et petitiones vestras, in hiis que digne deposcitis, favorabiliter exaudivimus. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli prelati, clerici et laici in diversis mundi partibus constituti, asserentes vos fore mortuos nec valentes proprium possidere, vos occasione huiusmodi a quibuslibet successionibus excludere moliuntur: quare pro parte vestra fuit a nobis humiliter postulatum, ut, ne contingat vos propter huiusmodi presumpcionem talium aliquod incurrere nocumentum, congruum super hoc remedium adhibere paterna diligentia curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus benignius annuentes, auctoritate apostolica declaramus: quod vos in temporalibus bonis, in quibus successeritis in seculo existentes, licite potestis succedere et bonorum ipsorum possessionem apprehendere, ac vendere libere bona ipsa eorumque pretium in utilitatem vestram convertere, prout vobis melius videbitur expedire. Universas autem interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias, quas contra presentis declarationis tenorem per quemcunque ferri contigerit, decernimus irritas et inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusii pridie Idus Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Nr. 2029. (440[a.])

Mestwinus dux Pomeranie 1270 s. d., in Svez; monasterio de Łekno hereditatem Smolczyn confert.

Perg. orygin. Od przywieszenia pieczęci pozostał sznur konopny biały, przez dwie dziury przewleczony.

Włocławek. Własność księdza kanonika St. Chodyńskiego.

Mestwinus Dei gracia dux Pomeranie, omnibus Christi fidelibus hoc epitaphium visuris salutem in Dei Filio. Omnium habere memoriam sive noticiam, non humanitati, sed pocius secundum legitimas sanctiones attribuitur deitati. Ideo, quia labilis est hominum memoria, utpote a primi parentis inobediencia viciata, ac rerum gestarum recordatio celeri oblivione deletur, veneranda decrevit antiquitas, ut ea que a presentibus racionabiliter ordinantur, futurorum noticiam ne excedant, testium subscriptionibus ac sigillorum impressionibus roborentur. Quapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris ac omnibus hoc scriptum intuentibus, quod nos ob remunerationem divine retributionis et ob nostrorum veniam peccatorum, claustro in Luckna et conventui fratrum inibi manencium hereditatem que Smolino nuncupatur, cum omnibus attinenciis, sicut relicta domini Svanpolci patris nostri quondam ducis dinoscitur habuisse, duximus conferendam. Si vero quispiam de hominibus predicti conventus moverit querimoniam ipsos in causam trahendo, nullius fori iudicium subeant, sed in bonis ecclesie causa ac oppositum ab ipsis fratribus terminetur. Si eciam ad castri municionem terra communiter accesserit, predicte hereditatis homines a tali edicto penitus sint immunes. Decimam insuper sine omni impedimento aut gravamine quiete perpetuo possidebunt. Et ut res gesta, ab omnibus maneat

inconvulsa, presenti littere nostri sigilli appendimus munimentum. Cum hec fierent, hy testes astiterunt: Waysil palantinus (sic), frater eius Glabuna, Zadic subcamerarius, Hermannus sacerdos de Svez, et alii quam plures. Datum in Svez anno Domini M.CC. septuagesimo.

Luckna, *Łekno.* Smolino, *zapewne przyległe wsiom Połęczyn i Brutnino temuż klasztorowi w ziemi Kartuzkiéj nadanemi, mogą bydź Smolniki p. Sierakowicami, lub téż Smolczyn p. Kartuzami, (cnfr. Nra. 771, 781 i 782).* Svez, *Świecie.*

Nr. 2030. (467 a.)

Premislius dux Mayoris Polonie 12.. Iun. 30—Iul. 5, in Poznan; monasterio de Lubin concedit, ut in omnibus bonis ipsius liberam venationem exercere valeat.

Pergam. orygin. W dolnym założonym brzegu wcięcie poprzeczne okazuje niepewny ślad przywieszenia pieczęci.

Kurnik. Biblioteka. Diplomata.

In nomine Domini amen. Quoniam sepius a memoria recedit hominum quod scripto vel bono testimonio non confirmatur, nos igitur Premislius dux Mayoris Polonie ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum volumus devenire, quod inspirante divina gracia cor nostrum, pro salute nostra et parentum nostrorum animabus, propter oraciones fideles ac eciam ob grata et fidelia servicia honorabilis viri et religiosi domini Iacobi, abbatis Lubiniensis domus sancte Marie Ordinis sancti Benedicti, in omnibus bonis habitis et in futuro habituris, omnem venacionem tam magnam quam parvam, videlicet castorum, ursorum, aprorum, silvesticorum bubulcorum et cervorum, et super omne genus singularum ferarum cuiuscunque (sic) nomine censeantur, abbati prefato et suo monasterio dedimus libere et pacifice perpetuo possidendam. Quod si casu occurrente aliquis villanorum ipsius, in bonis eiusdem abbatis et sui monasterii feram aliquam occiderit abbate ignorante, nullus prorsus castellanorum nostrorum seu procuratorum se de causa aut pena intromittere audeat; nisi abbas prenotatus et sui sequaces penam que nos tangit, ex integro recipiant ex eisdem. Damus eciam eidem abbati et suo monasterio hanc libertatem: ut, si casu interveniente inter homines ipsius tam liberos quam ascripticios homicidium fuerit perpetratum, solucio homicidii in abbatis totaliter cedat potestatem. Si vero homines prefati abbatis extraneum, aut extranei suum liberum seu obnoxium occiderint, tunc abbas et suum monasterium pro libero dimidiam penam, et pro obnoxio totam percipiat solucionem capitalem. In cuius rei testimonium, presentem litteram nostro sigillo fecimus insigniri. Actum et datum in Poznan infra octavas beatorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M.CC. (*12 lit. des.*) presentibus hys nobilibus viris, comite Scedricone castellano de Crivin, comite Samborio castellano de Srem, domino Siffrido canonico Gneznensi, et aliis quam plurimis fidedignis. Datum per manus (*11 lit. des.*) notarii curie nostre.

Lubiniensis, *de Lubin.* Crivin, *Krzywin.* Srem, *Śrem.*

Przy dacie, po M.CC., pergamin skrobany, na nim da się jeszcze rozpoznać późniejszą ręką pisane L. *Na końcu, po* per manus, *zostawione próżne miejsce na nazwisko pisarza. Pismo zda się bydź nieco późniejsze, na każdy raz zaś nie wyszło z kancelaryi księcia Przemysława. Na odwrotnéj stronie napisała ręka XVII wieku* Libertatio Premislonis ducis Poloniae Iacobo abbati consensus venandi. Anno Domini 1242.

Nr. 2031. (499a.)

Heinricus dux Slesie etc. 1281 Iul. 15, in Othmuchow; ratam habet donationem hereditatis Iaskocel, a Premislao duce Maioris Poloniae in rem Reinoldi civis de Strzegom factam.

Pergam. orygin. bardzo zniszczony, z pismem w wielu miejscach wytlałem. Od przywieszenia pieczęci pozostały nici czerwone i żółte.

Wrocław. Königl. Staats Arch. F. Breslau 418 d.

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, que non scripture presidio et testium aminiculo fuerint insignita. Hinc est, quod nos Heinricus Dei gratia dux Slesie et dominus Wratislavie ad noticiam universorum tam presentium quam futurorum volumus pervenire, publice profitentes, quod dilectissimus noster frater dominus Premisl Dei gratia dux Maioris Polonie, (et) Ieschco miles dictus Queliz, pari animo concordique voto cum hereditatibus inter se altrinsecus commutaverunt concambium facientes: ita, quod predictus dominus P. dux Maio(ris P)olonie, Ieschconi Quelis dictam hereditatem Lagephnici vel Drosczice vulgariter appellatam, circa Iutrossin situatam, dedit et donavit perpetuo valituram et iure (heredi)tario possidendam; Ieschco vero Quelis, in reconpensam donationis eiusdem, hereditatem suam Iaschoczel dictam, sicut ex pleno ipse Ieschco tenuit et possedit, (*9 lit. del.*) . . o domino P. duci Maioris Polonie dedit et tradidit liberaliter resignando. Frater autem noster dominus dux Polonie, non inmemor fidelium serviciorum per R(einoldum) (*12 lit. del.*) de Stregom sibi et suis tempore necessitatis exhibitorum, volens pro meritis merita impendere ampliora et beneficio beneficiis respondere, Ieschconem (dictum) Quelis (ad nos) destinavit, idemque Ieschco, nobis in Othmuchow existentibus, ex parte sepedicti ducis Polonie, loco, vice ac nomine ipsius ducis Polonie eidem (Rei)noldo civi nostro tradidit, dedit ac etiam condonavit liberaliter porrigendo, petens instanter tam ex parte ipsius ducis quam ex parte propria, eidem Reinoldo et (suis) posteris sollempniter confirmari. (No)s vero precibus et monitis tam fratris nostri quam civis nostri Reinoldi inclinati, eandem donationem et hereditatem Iaschoczel per fratrem nostrum ducem Polonie sibi datam, cum omnibus iuribus et singulis ad eandem spectantibus, secundum quod est in suis metis et terminis circumferentialiter distincta et etiam limitata, et universa que ab antiquo tempore ad ipsam hereditatem dinoscuntur pertinere ratificantes, ex nostre beneplacito voluntatis confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, eidem Reinoldo dicto de Stregom et suis heredibus liberis seu successoribus, et quemadmodum ipse Ieschco Quelis et eo omni iure quo tenuit et (posse)dit, perpetuo valituram, iure hereditario pacifice et quiete libere possidendam ad ususque placidos convertendam, iuxta quod sibi et suis videbitur utilius convenire. In cuius rei testimo-

nium et evidentiam pleniorem, presentes litteras fieri iussimus et nostri sigilli munimine roborari, testibus subnotatis, videlicet domino Bernh(ard)o preposito Mysnensi cancellario nostro, Radzlao dicto Dremlic, Heinrico de Kithliz, Schamborio, Bartholomeo subpincerna nostro, Raschcone Dreml*(8 lit. del.)*io et aliis multis. Actum in Othmuchow anno Domini millesimo CC.LXXX primo, datum per manus Baldwini notarii curie nostre, Idus Iulii.

Lagephnici vel Drosczice, *Łagiewniki.* Iutrossin, *Jutrosin.* Iaschoczel, *dziś Jäschgüttel.* Stregom, *dziś Striegau.* Othmuchow, *dziś Otmachau.*

Nr. 2032. (499 b.)

Premisl dux Polonie 1281 Aug. 8, in Poznan; hereditatem suam Łagiewniki, cum hereditate Iasconis filii Pauli dicta Iaskocel commutat, eamque Rinoldo civi donat.

Wrocław. Königl. Staats Arch. Handschriften I. 1a., Senitzische Sammlung. (Rękopism z XVIII w.)

Nos Premisl Dei gracia dux Polonie, notum facimus tam presentibus quam futuris presentem literam inspecturis, quod cum comite Iaschone filio Pauli talem fecimus commutacionem. Nam dicto Iaschoni dedimus nostram hereditatem que vulgariter Droszici nominatur, sibi et suis posteris hereditarie; a dicto vero comite recepimus Iascolte (sic) ante Wratislaviam, et facto bono consilio, dedimus dictam hereditatem Rinoldo civi et sue posteritati in perpetuum possidendam: ita, ut dictus comes nunquam potest et sua posteritas factam (sic) commutacio firma sit processu temporis nec ab aliquo possit novercari, presentem literam nostro sigillo et dicti comitis fecimus roborari. Datum in Poznan anno Domini MCC octuagesimo primo, in die sancti Ciriaci et sociorum huius (sic), presentibus hiis testibus: domino Vincentio cancellario Poznaniensi, comite Nicolao iudiçe Poznaniensi, comite Vincentio castellano de Satoch, comite Bozata castellano (de Pre)mut, comite Gnevomiro castellano de Czbasin, Dirsigravio castellano de Meziretz.

Droszici, *w Nrze. 2031* Lagephnici vel Drosczice, *Łagiewniki.* Iascolte, *w Nrze. 2031* Iaschoczel, *dziś Jäschgüttel.* Satoch, *Santok.* Premut, *Przemęt.* Czbasin, *Zbąszyń.* Meziretz, *Międzyrzecz.*

Nr. 2033. (503 a.)

Mistiwyus dux Pomoranie 1282 Febr. 15, in Campno; Premisloni duci Maioris Poloniae terram Pomoraniae legat.

W. Kętrzyński. O przywileju księcia Mściwoja. Rozprawa z podaniem samego przywileju według kopji z XV w. w Przewodniku naukowym i literackim, tom V, zesz. 12.

In nomine Domini amen. Quoniam ea que aguntur in tempore, labente tempore a memoria hominum evanescant nisi testibus vel scriptura autentica fuerint per-

hennata: ut super ducatum Pomoranie omnis questio et quevis materia evitetur et scandalum, quod inter plures post nostrum decessum in posterum valeat subhorriri, nobis viventibus disponere voluimus, quod post nos posset, morte superveniente, variis et diversis casibus pretermitti: et ideo, deliberacione provida prehabita, ad presentem donacionem inter vivos faciendam venimus, et de tranquillo statu atque pacifico dicti ducatus intendimus ex infrascripta donacione singulariter singulis et universaliter universis hominibus predicti ducatus veraciter providere. Igitur nos Mistiwyus divina providencia dux Pomoranie, notum facimus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos non vi vel metu coacti, sed proprio motu et spontaneo, pro nobis nostrisque successoribus et heredibus tytulo vere et pure donacionis inter vivos damus, tradimus et concedimus dilecto filiolo nostro, inclito principi Premisloni Dei gracia duci Polonie, totam terram nostri ducatus, scilicet Pomoranie, cum omnibus civitatibus, castris, villis, vasallis, ecclesiarum patronatibus, dominiis, terris, possessionibus cultis et incultis, nemoribus, aquarum decursibus cum accessibus et egressibus suis, censibus suis, fewdis, pertinenciis et servitutibus universis, item et iurisdiciones omnesque acciones reales et personales, duras, utiles sive mixtas, que et quas habemus vel habere possemus in ducatu et civitatibus et aliis supradictis, ex quacunque occasione seu causa competencia et competitura, ad habendum, tenendum et possidendum, et quidquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Et consentimus dictum ducatum cum omnibus aliis supradictis ipsius P. nomine possidere, donec corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi sibi omnimodam concedimus licenciam, atque damus, ut auctoritate propria intrare possit de nostra licencia et concessione, ut amodo prefatus P. dux Polonie possit de dicto ducatu et omnibus supradictis agere, experiry, excipere et replicare, et ipsum ducatum et iura ipsius tenere et possidere, et omnia et singula facere, que nosmet ipsi faceremus et exercere possemus, nunc et in futurum ponentes eum in ius et locum nostrum et eum in nostrum procuratorem constituimus. Et promittimus ei, occasione dicte donacionis facte nec alia qualibet causa litem aliquam vel controversiam non facere vel inferre, nec inferrenti conssentire: et dictum ducatum vel partem ipsius non dabimus alicui, nec faciemus huic donacioni contrarium vel dampnosum; et si dicta donacio modum excederet, donamus et tot volumus esse donaciones, quot sunt summe secundum quas donari potest. Quam quidem donacionem et omnia et singula supradicta, promittimus nos dictus Mistiwyus pro nobis nostrisque heredibus et successoribus dicto P. duci Polonie, pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti, attendere, observare et adimplere, et contra ipsam donacionem non facere vel venire, ipsamque non revocare pretextu ingratitudinis, vel quia legitimum modum excedat, vel qualibet alia causa, et contra predicta vel aliqua predictorum non facere vel venire ullomodo; et tactis sacrosanctis Ewangeliis, prestamus super hoc corporale sacramentum. Renunciantes excepcioni dicte donacionis non facte, et omni legum et iuris auxilio canonici et civilis, consuetudini, fori privilegio, condicioni, indebite et sine causa appellacionis remedio cuiuslibet, tempori feriato, legi dicenti: generalem renunciacionem non valere: cunctis legibus editis vel edendis, et constitucioni de duabus dietis edite in concilio generali, convencioni locorum et iudicum; nec concessiones alique Sedis apostolice firmitatem habeant, si quas, tacito nomine ipsius P., literas apostolicas constiterit impetrari, et omnibus aliis excepcionibus et defensionibus, que contra predictam donacionem obicy possent vel oponi. Et insuper de predictis omnibus et quibuslibet predictorum, promittimus nos M. dux

Pomeranie videlicet D. [illegible] dux Pomeranie [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] sibi [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible]. Testes [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]: Warcisl. Pomeranie. [illegible] Pomeranie et [illegible] [illegible] [illegible]. Nicolaus Pomeranie [illegible] [illegible] [illegible], frater Petrus [illegible] Predicatorum et alii multi [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]. Ego autem [illegible] frater [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sigilli [illegible] [illegible] [illegible]. Actum et datum in Campna anno Domini M. ducentesimo quinquagesimo secundo, in crastino Valentini martyris.

(Commodiate hoc documentum [illegible] [illegible], scriptum fuit et [illegible] [illegible] diplomatis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contemporanei.)

Hec sunt cause quare dux Pomeranie [illegible] ducatum suum duci Polonie: quia progenitores ducis Polonie semper fuerunt fautores, defensatores et protectores ducatus Pomeranie, item quia dux Premislaus [illegible] [illegible] in defendendo [illegible] in [illegible] ducatum predictum, se opponens [illegible] [illegible] pro eodem ducatu, et ipsum ducem Pomeranie habet pro patre et veneratur tamquam patrem, et omnia servicia sibi et suis devotus usque ad [illegible] et [illegible] effusionem sanguinis exhibendo etc. (sic).

Campna, Kępno.

Że kasztel Mestwin [illegible] od [illegible] r. 1251 w południowej części Wielkopolski [illegible] Nr. 301, a powyższy dokument wydał też zapewne w obecności księcia Przemysława; (ob. Nr. 303). *W powyższej podanym tekście zmienione lub uzupełnione zostały następujące wyrazy i miejsca tej widocznie bardzo niedokładnej kopji.* *Str. 752, wiersz 2 od d. w kopji* Quam, *zmienione na* Quoniam. *Wiersz 2 od d. w kop.* habentur, *zmien. na* habente. *Str. 753, wiersz 1 od g. w kop.* quo, *zmien. na* questio. *Wiersz 1 od g. w kop.* queris, *zmien. na* queris. *Wiersz 3 od g.* per, *zmien. na* post. *Wiersz 4 od g. w kop.* prodeliberacione, *zmien. na* deliberacione. *Wiersz 7 od g. w kop.* Swiwy, *zmien. na* Mistiwyus. *Wiersz 13 od g. w kop.* ecclesiis, *zmien. na* ecclesiarum. *Wiersz 20 od g. w kop.* constituimus, *zmien. na* consentimus. *Wiersz 27 od g. w kop.* rem suum, *zmien. na* utrum. *Wiersz 17 od d. w kopji* etsi, *zmien. na* et si. *Wiersz 15 od d. w kop.* Swiwy, *zmien. na* Mistiwyus. *Wiersz 11 od d. w kop.* predictam, *zmien. na* predicta. *Wiersz 7 od d. w kop.* seriato, *zmien. na* feriato. *Wiersz 6 od d. w kop.* edens, *zmien. na* edendis. *Wiersz 5 od d. w kop.* ducibus dictis, *zmien. na* duabus dictis. *Wiersz 4 od d. w miejscu, w którem wydawca uważa, że coś zostało opuszczonem, wyrazy od* nec concessiones, *aż do* habeant, *wcunięte. Wiersz 4 od d.* tacito, *wcunięte. Wiersz 3 od d. w kop.* contigerit, *zmien. na* constiterit. *Wiersz 1 od d. w kop.* quelibus, *zmien. na* quibuslibet. *Str. 754, wiersz 2 od g. w kop.* sapientis, *zmien. na* sapientum.

Nr. 2034. (553 a.)

Fres. Io. de Wanchoz et Ste. de Coprvinicia dicti abbates 1285 Mart. 10, in Suliow; auctoritate Capituli generalis Cisterciensis visitatores monasterii de Sulejów una cum aliis coabbatibus delegati, monasterio eidem, de Sulejów cedenti, pro loco mansionis domos de Byszewo et Szpital górny assignant. Cnfr. Nra. 328 i 558.

Perg. orygin., u którego na skrawkach pergamin. 5 pieczęci małych, podługowatych przywieszono. 1wsza przedstawia stojącego Opata w infule, wspartego prawicą na pastorale, na lewéj spoczywa księga; napis zatarty. 2ga z takiemże wyobrażeniem; napis: ... lum abba ... de Sulyow. *3cia z tém samem wyobrażeniem; napis:* ... de Wanch ... *4ta przedstawia takiegoż Opata siedzącego; napis zatarty. 5ta przedstawia również siedzącego Opata z pastorałem i księgą; napis odłamany.*

Poznań. Königl. Staats Arch. Koronowo Nr. 4.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis notum sit, quod nos fratres Io. de Wanchoz et Ste. de Coprvinicia dicti abbates, auctoritate Capituli generalis et venerabilis patris domini H. Morimundensis abbatis, una cum dominis Bal. de Chyric, Ny. de Bissovia abbatibus anno Domini M.CC. octogesimo quinto, VI Idus Marcii domum de Suliow visitantes, habita sufficienti deliberacione et consilio proborum virorum, inter nos et conventum eiusdem domus, dummodo per patres digne reverendos et dominos Cisterciensem et Morimundensem abbates ac eciam per generale Capitulum ratificata fuerit, ordinacio talis intervenit. Videlicet, quod idem conventus omni iuri mansionis sue in Suliow, dicto abbati Morimundensi pro bono pacis cedens, renunciat bona voluntate; nos vero, auctoritate prefati H. abbatis Morimundensis et de consensu dictorum assessorum nostrorum, nominato conventui voluntarie sic cedenti, vice mansionis sue in Suliow, domum de Bissovia cum omnibus hereditatibus et pertinenciis suis et locum Hospitalis sancti Gothardi desertum, cum omnibus hereditatibus et pertinenciis suis, secundum quod in privilegiis super hiis confectis continetur renunciantes, perpetuo concedimus possidere, ita, ut domum Lubensem libere in matrem eligere sibi possint. Item possessiones domus de Suliow longe sitas et inutiles, scilicet Dobrow cum omnibus pertinentiis et utilitatibus suis, sicut in privilegiis super hoc confectis plenius habetur, Pecovo, Schulpinum et Dobrcham, prefatis locis Bissovie videlicet in Hospitali sancti Gothardi et prelibato conventui renunciantes, perpetuo similiter concedimus possidere. Et quia conscriptam ordinacionem dominus Al., in regimine abbacie de Suliow existens, ratam habuit semper et habet, nostris et suo una cum dictorum abbatum assessorum nostrorum sigillis presentem paginam roboramus.

Wanchoz, *Wąchock.* Coprvinicia, *Koprzywnica.* Morimundensis, *de Morimundum.* Chyric, *Szczyrzec.* Bissovia, *Byszewo.* Suliow, *Sulejów.* Hospitale s. Gothardi, *Szpital górny.* Domus Lubensis, *klasztor Lubiąż.* Dobrow, *Dobrowo.* Pecovo, *Pieczewo.* Schulpinum, *Czołpin.* Dobrcha, *Dobre.*

Nr. 2035. (666a.)

Myszivus dux Pumeranie 1291 Mai. 1, in Custrin; confirmat donationem villarum Połęczyn et Brutnyno et 100 mansorum, a duce Samborio monasterio de Łekno factam, libertatesque eisdem iam largitas, novis auget. Cnfr. Nr. 2025.

Pergam. orygin., u którego przywieszona pieczęć księcia Mściwoja; (cnfr. Nagłówek Nru. 556).

Königsberg. Königl. Staats Arch. Schiebl. XLIX, 40.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Nos Myszivus Dei gracia dux Pumeranie notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ad honorem Dei et beate Marie genitricis eius nec non et beatorum apostolorum Petri et Pauli, ac humilem peticionem venerabilis patris domini Petri abbatis de Luckna suorumque fratrum Ordinis Cysterciensis pro confirmatione donacionis, quam contulit pie memorie noster dilectus patruus, dominus Samborius illustris dux Pumeranie, dicte domui ac fratribus Deo diu (sic) noctuque ibidem famulantibus pro remidio (sic) sue anime ac suorum progenitorum, in perpetuum libere iure hereditario possidendam: nos vero iuste petitioni eorum benigne annuentes, dictam donacionem, hereditates scilicet Polusyno et Bruchnyno, insuper et centum mansos cum omnibus suis attinentiis, scilicet silvis, agris, pratis et quinque lacubus interiacentibus, quorum hec sunt nomina: Polusyno et Lancka, Mutzhydla et Lubowe, cum suis terminis et signis dictis hereditatibus adiacentibus, quos singulos suis vocabulis in his scriptis exprimere volumus nominatim, prout dictus noster patruus prefatis fratribus assignavit. Et quia plurimum est commendabile, maxime religiosis, ut eorum conversatio in medio hominum tamquam lumen iugiter illuscetzcat (sic), et huic seculo vacantibus sit hoc vite speculum et salutifere conversationis exemplum: fratribus de Luckna et de S(t)repowe pacem et concordiam perpetuo confirmare cupientes, et tam cum ipsis quam cum aliis eis circumsedentibus et cum eis signa et terminos habentibus, assignamus dictis fratribus de Luckna et presentibus confirmamus: a via et valle circa lacum Sambercho, a dextris tramite directo per medium inter Clonowe et paludem que Ciscablota vocatur, super lacum Lancka, ipsum lacum cum suo rivulo usque ad viam circa vallem magnum que est inter S(t)repowe et Grabowe, de via per montem et vallem inter sortem Dlugawoda et silvam Grabowe super viam que ducit de Grabowe in Goranchin, ipsam viam per rivolum (sic) Muthydelnize usque ad terminos inter sortem Renickowe et sortem Manthowe, ipsum Renickowe cum sorte Darganithz et eorum attinentiis usque ad terminos Cranthe, de terminis Tranth (sic), inter Slafchowo et Polusyno per medium paludem qui Byelblotha vocatur, usque ad terminos inter Wisechechowe et Borch; de terminis Wisechechowe, inter Worch (sic) et paludem magnum qui Velablotha vocatur, reditur ad viam circa lacum Sambirscho. Nos vero, ut dicta confirmatio nostra coram Deo pie retributionis suscipiat incrementum, addimus sepedictis fratribus de Luckna omnes utilitates dictarum hereditatum in terra et supra terram, longe lateque, in inventione auri vel argenti, ferri et blumbi (sic), salis et cupri, vel quicquid utilitatis ex dictis hereditatibus nunc et [in]posterum poterint evenire, cum libera venatione. Insuper duas naves, navigantes in mari salso et in Wisla ad omnia genera piscium capiendos (sic) libere perpetuo confirmamus: et eorum homines ab omni vexatione expeditionis, munitionis ca-

stri vel pontis sint omnino liberi et exempti: nichil penitus in dictis hereditatibus seu hominibus earum reservantes, sed Deo et beate genitrici eius Marie et fratribus de Luckna integraliter resignantes, iure perpetuo confirmamus. Ut autem hec nostra confirmatio nec non dilecti patrui nostri donatio rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam nostro sigillo duximus confirmandam. Cum hec fierent, hii testes astiterunt: dominus Rutgerus abbas de Olyva cum duobus fratribus, dominus Lambertus plebanus de Puzcho, Svenzo palatinus et Laurentius frater eius castellanus de Stolpz, Unizlawus potkomor et Andreas frater eius iudex in Danzch, et alii quam plures fidedigni. Datum in Custrin anno gracie MCC nonagesimo primo, in die sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi.

Luckna, *Łekno.* Polusyno, *Połęczyn.* Bruchnyno, *w Nrze. 781* Bruthnyno, *nie odgadnione.* Strepowe, *Strzepcz.* Grabowe, *Grabowo.* Goranchin, *Goręczyn.* Borch, *Borek. Wszystkie miejscowości tu wymienione leżą, oprócz Łekna, pomiędzy Sierakowicami a Lauenburgiem.* Custrin, *Kościerzyn.*

Nr. 2036. (766a.)

Wladyslaus dux Maioris Polonie etc. 1297 Nov. 18, in Syras; iuribus, quae sibi in ducatibus Cracoviae et Sandomiriae competere possint, in favorem Wenceslai regis Bohemiae renuntiat.

Fiedler. Boehmens Herrschaft in Polen. (Archiv für Kunde der Oesterr. Geschichte XIV, 186). Cnfr. Emler, Regesta Bohemica Nr. 1771.

Nos Wladyslaus Dei gracia dux Maioris Polonie, Pomoranie, Cuiavie, Lancicie et Syradie, ad universorum noticiam volumus tenore presencium pervenire, quod cum inter magnificum principem dominum Wenczeslaum, illustrem regem Boemie, ducem Cracovie et Sandomirie marchionemque Moravie, et nos, super ducatibus Cracovie et Sandomerie, quos ad nos credebamus et dicebamus de iure spectare, dicente et asserente rege predicto, quod ad eum pocius ducatus predicti ex donacione sibi facta per eos, qui sibi ducatus ipsos donaverant et donare poterant, racionabiliter pertinerent, iam dudum exorta fuisset materia questionis; tandem considerata qualitate negocii et eius circumstanciis universis diligenter attentis, non coacti, sed bona, spontanea et libera voluntate nostra dicimus, recognoscimus et fatemur, predictum regem Boemie in predictis ducatibus plenius quam nos et pocius ius habere, et si aliquod ius ex quacumque causa, iure, modo, titulo seu colore habuimus vel habemus aut habere videremur, vel in futurum habere possemus in ducatibus supradictis, illi tam propter premissa, quam eciam pro quinque milibus marcarum argenti Cracoviensis ponderis, quas propter hoc ab ipso rege recepimus, harum serie nostro et heredum nostrorum nomine renunciamus expresse, illudque eidem regi et suis heredibus ac successoribus universis damus et libere et absolute cedimus de eodem: promittentes corporali iuramento prestito et obligantes nos et heredes ac successores nostros, predictas renunciacionem, donacionem et cessionem nostras, ratas semper et firmas tenere, ac contra eas per nos vel alium aut alios, de iure vel de facto, publice vel occulte aliquatenus non venire; expresse renunciantes in hiis omnibus et singulis omni accioni et excepcioni, doli non numerate pecunie, non soluti, non ponderati et non

electi argenti, ac cuilibet alii excepcioni iuris vel facti, nec non omni iuris, tam canonici quam civilis, constitucionis, consuetudinis, privilegii, indulgencie seu statuti, et litterarum apostolicarum vel aliarum quarumcumque, sub quacumque forma vel concepcione verborum inpetratarum vel inpetrandarum, que privilegia, statuta, indulgencias, constituciones et litteras, exnunc ut extunc esse volumus cassa, irrita et inania, ita, quod ex eis vel eorum aliquibus, in iudicio vel extra iudicium, nullum robur penitus assumatur auxilio, quod nobis vel heredibus et successoribus nostris contra predictas renunciacionem, donacionem et cessionem nostras posset de iure vel de facto conpetere in futurum vel quocumque modo alio suffragari. In cuius rei testimonium, presentes fieri et sigillo nostro consueto fecimus communiri. Datum in Syras per manus magistri Fulconis cancellarii nostri Syrasiensis, anno Domini mi'lesimo ducentesimo nonagesimo septimo, XIIII Kalendas Decembris, undecime Indiccionis.

Syras, *Sieradz.*

Nr. 2037. (766b.)

Iohannes Poznaniens. episcopus s. a. d. et l.; villam Komorniki sculteto dicto Zdoth ad locandum iure Theutonico tradit.

Transsumpt potwierdzony przez: Andreas episcopus Poznaniens. 1307 Nov. 3, Poznanie.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 74.

In nomine Domini amen. Quoniam memoria hominum oblivione sepius obfuscatur, expedit, ut actiones rerum gestarum litteris conscribantur, ut in eisdem tanquam in speculo et exemplo memoria in posterum resumatur. Idcirco nos Iohannes miseracione divina Poznaniensis episcopus, volentes ut ea que per nos concederentur, robur optineant firmitatis, omnibus presens scriptum visuris profitemur dedisse de voluntate et consilio fratrum nostrorum Capituli Poznaniensis villam nostram que Comornyky dicitur, pro septimo libero manso Flamingico, ad octo annos libertatis, a festo beati Martini nunc venturo, sculteto nostro dicto Zdoth Theutonico iure locandam et perpetuo sibi suisque posteris possidendam sub hac forma: quod evulsa libertate octo annorum, incole dicte ville censum solvent annuatim, de quolibet manso in festo beati Martini duas videlicet mensuras tritici, duas ordei, quatuor siliginis et quatuor avene, et fertonem argenti usualis. Idem vero scultetus, racione locacionis, cum septimo manso libero tabernam, fabricam, pistrinum, sutoriam et maccellum libere possidebit. Idem eciam scultetus libere venabit lepores et perdices. Dedimus insuper sculteto eiusdem ville liberam facultatem molendinum pro suis utilitatibus construendi super rivulum qui Ciemna nuncupatur, hoc adiecto, quod pro nobis absque solucione precii vel metrete molere teneatur. De iudiciis autem nobis cedent duo denarii, et sculteto tercius de re qualibet iudicata. Ne autem super his ab aliquibus in posterum dubitetur, presentem literam conscribi et nostro nostrique Capituli sigillorum munimine fecimus communiri.

Comornyky, *Komorniki.* Rivulus Ciemna, *lewy przypływ rz. Warta.*

Nr. 2038. (869a.)

Andreas Poznaniens. episcopus 1303 Iul. 6, Poznanie; Andrea herede de Trąbki petente ecclesiam in eadem villa consecrat, decimisque mensae suae pertinentibus dotat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 179.

In nomine Domini amen. Nos Andreas miseracione divina Poznaniensis episcopus, presentibus literis universis volumus esse notum, quod ad honorem omnipotentis Dei, beate Marie virginis gloriose ac Omnium Sanctorum, per nos in nostra diocesi Czirnensi in Trambki ecclesia consecrata est ad humilem et devotam supplicacionem comitis Andree heredis de Trambki; et ut presbiter inibi deserviens, pauperes alere, onera iure debita sustinere et hospitalitatis onera valeat observare, decimas mense nostre provenientes, videlicet de Paczinovin, Podench, Osmolino, Czerniewo, Gossoske, Pyrissowo et Slonkowo, eidem ecclesie de consensu nostri Capituli perpetue concedimus et donamus. Et ne super his in posterum dubitetur, presentes literas conscribi fecimus et sigilli nostri et Capituli nostri appensione muniri. Actum et datum Poznanie in octava beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, presentibus dominis Iohanne preposito, magistro Petro decano, Henrico scolastico, Antonio cantore, Thomka custode, Iacobo cancellario, Sventoslao archidiacono, Radonio archidiacono Czirnensi, Tilone, Iacobo, Iascone, Goslao, Urbano, Goslao, Adam, Zenone, Adam, canonicis Poznaniensibus.

Czirnensis, *de Czersk.* Trambki, *Trąbki.* Paczinovin, *Pacyna.* Podench, *Podczachy.* Osmolino, *Osmolin.* Czerniewo, *Czerniew.* Gossoske, *nie odgadnione.* Pyrissowo, *Pieryszew.* Slonkowo, *Słomków. Parafja ta leży pomiędzy miastami Gostyń, Osmolin i Kiernozja.*

Nr. 2039. (899a.)

Com. Abracham filius Dobrogosti s. a. Febr.? Mart.? s. l.; cum ceteris testibus protestatur, Nicolaum archidiaconum Poznaniensem una cum conventu de Łekno, cum Odolcovic Bogufalo et Henrico filio Gotardi ratione hereditatis Szczuczyn quandam ordinationem fecisse.

Pergam. orygin. Trzy skrawki pergaminowe od przywieszonych trzech pieczęci. Wągrowiec. Archiv. monasterii Cisterciens. Diplomata.

Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod dominus Nicolaus archidiaconus Poznaniensis cum fratre Paulo de Lecno ex parte conventus, et Odolcovic Bogufalo et filio Gotardi Henrico fecit talem ordinacionem pro ereditate que Scucino vulgariter nuncupatur: quod pro quantacunque pecunia supradicta ereditas vendita fuit, pro tanta se dominus Nicolaus obligavit, et in pena, que cadit ex parte regis, defendenda. Et dictam pecuniam cuicumque predicti comites dare preceperint, dominus Nicolaus paratus est adimplere; si non adinpleverit, fideiussores solvant. Et in tali pecunia fratrem suum comitem Iohannem et alium comitem Dirsicragium filium

Dobrogosti in fideiussione obligavit presentibus viris fide dignis: comite Abracham filio Dobrogosti, et plebanis de Samotul domino Wogislao et domino Hermanno, quorum sigillis presentem kartam fecimus roborari. Datum per manus Ade feria secunda post Reminiscere.

Lecno, *Łekno*. Scucino, *Szczuczyn*. Samotul, *Szamotuły*.
Nicolaus archidiacon. Poznaniens. *występuje pomiędzy innymi r. 1305, cnfr. Nr. 896. Przez* rex, *rozumiany pewnie król Wacław.*

Nr. 2040. (910a.)

Andreas Poznaniens. episcopus 1307 (Nov. 3, Poznanie;) confirmat privilegium, quod super scultetiam villae Komorniki dederat: **Iohannes Poznaniens. episcopus s. a. d. et l.**

Transsumpt potwierdzony przez: Andreas Poznaniens. episcopus 1307 Nov. 3, Poznanie.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 74.

In nomine Domini amen. Nos Andreas Dei gracia Poznaniensis episcopus, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod ad peticionem fratrum nostrorum Iohannis prepositi, magistri Petri decani, Borislai archidiaconi aliorumque fratrum nostrorum videlicet Capituli nostri consensu, servitori nostro Gerthramo (sic) civi Poznaniensi sculteciam in villa nostra dicta Komornyky, nobis pertinentem et ad nos de iure devolutam ex eo, quod Zdethe cum fratribus suis ipsam, domino Muthina quondam nostro procuratore canonico Poznaniensi contra ipsos pro culpis quibusdam agente in iudicio ipsorum Theutonico, per sentenciam perdiderunt, que nobis extitit adiudicata, exigentibus suis fidelibus serviciis conferimus et donamus cum omnibus iuribus et utilitatibus, prout in privilegio predecessoris nostri Iohannis felicis memorie plenius continetur. Cuius privilegii tenor talis est: (*Sequitur diploma Nr. 2037*).
Datum et actum ut in privilegio primo (sic).

Komornyky, *Komorniki*.

Nr. 2041. (910b.)

Andreas episcopus Poznaniens. 1307 Nov. 3, Poznanie; Thomasio et filiis ipsius concedit, ut scultetiam villae Komorniki a Bertramo cive Poznaniensi redimere valeant, privilegiaque eiusdem scultetiae confirmat, quae dederat: **Iohannes Poznaniens. episcopus s. a. d. et l.,** nec non sui ipsius eodem anno et die, quo superius, datum.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. D, Nr. 74. (*Kopja orygin., sporządzona r. 1556. U oryginału odpadła jedna z pieczęci, t. j. Kapituły, a druga była dobrze zachowana*).

In nomine Domini amen. Nos Andreas Dei gracia episcopus Poznaniensis, universis presentes literas visuris volumus esse notum, quod laudabile et meritorium

esse credentes si nostrum fidelium servicia, presertim hominum ecclesie nostre, dignis et iustis retribucionibus compensentur, et eo amplius, quod ceteri hac consideracione allecti, nobis et ecclesie nostre fidelius serviant et affaveant pleno corde: hominibus nostris fidelibus Thomasio et filiis ipsius Milocho, Iacobo et Nicolao et heredibus ipsorum commorantibus in Plyewysko villa nostra, concedimus et admittimus, ut sculteciam in villa nostra Komornyky a Gierthramo (sic) cive Poznaniensi sculteto ibidem emant libere, et sculteti sint, et plenarie iura scultecie, sicut ceteri sculteti exerceant, habeant et teneant, et omnes obvenciones percipiant ex scultecia eadem venientes, et generaliter, de fratrum nostrorum consensu, ipsos ad exercendum omnia iura que sculteti facere debent, habilitamus et habiles nunciamus. Concedimus autem ipsis specialiter, ut quando ipsis visum fuerit, sculteciam vendant, nobis primitus requisitis. Ad hec ipsis omnia concedimus, que in privilegiis eisdem datis lucidius continetur; quorum privilegiorum de verbo ad verbum tenor talis est: (*Sequuntur diplomata Nra. 2037 et 2040*).

Nos autem volentes omnia suprascripta certa esse et firma, presentes literas fecimus conscribi et nostro sigillo et nostri Capituli appensione muniri. Datum et actum Poznanie tercio Nonas Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, presentibus dominis Iohanne preposito, magistro Petro decano, Derslao, Ada, Zdesslao, Andrea, Iacobo cancellario, Friczkone, Nicolao, Zdisslao, Adam, et aliis pluribus canonicis Poznaniensibus.

Plyewysko, *Plewiska.* Komornyky, *Komorniki.*

Nr. 2042. (947 a.)

Andreas episcopus ecclesie Poznaniens. 1311 Nov. 12, Poznanie; Paczoldo filio quondam Conradi rogante, privilegium ipsius scultetiae in villa Kotunia renovat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 177.

In nomine Domini amen. Cum oblivio per successus temporis gestorum excludat memoriam, quibus eciam frequenter scrupulus calumpnie novercatur, necesse est, actiones legittimas que memoria indigent, per scripti continenciam transmitti ad noticiam posterorum. Idcirco nos Andreas Dei gracia episcopus ecclesie Poznaniensis, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod in nostra fratrumque nostrorum presencia constitutus Paczoldus filius quondam Conradi, scultetus noster de Chotuna, sufficienter per testes ydoneos comprobavit, quod idem Conradus pater suus bone memorie, in domo sua in bonis ecclesie nostre occisus violenter fuit per predones, et privilegium nostri predecessoris felicis recordacionis domini Nicolai episcopi Poznaniensis, quod habebat super villa predicta Chotuna iure Theutonico locata, etiam tunc ammissum fuit, et quod locutum fuerat sub hac forma. Videlicet, quod idem Conradus pater suus et sua posteritas debent habere racione locacionis sextum mansum magnum liberum, et tercium denarium de iudiciis, et molendinum situm in fine ville cum piscina et omni eius utilitate, et quod hereditarie libere debent perpetuo possidere; et insuper lepores et volucres et alias feras minutas libere venabunt, maioribus feris dumtaxat exceptis, quorum eis venacionem penitus inhibe-

mus. Incole vero eiusdem ville, annis singulis in festo beati Martini solvent nobis dimidiam marcam argenti usualis monete, et tres mensuras tritici, tres siliginis et tres avene in Pisdrensi mensura, et in curiam nostram in Czanszim sine contradiccione aliqua deducere tenebuntur. Et quia tam locacionem cum iuribus supradictis quam perdicionem privilegii ydonee comprobavit, nos una cum fratribus nostris Capituli Poznaniensis suo incommodo condolentes, qui ad compassionem tenemur ex debito subditorum, volentes eciam omnia iura sua ac suorum posterorum, prout superius sunt expressa, inconcusse et inviolabiliter observare, de fratrum nostrorum Capituli Poznaniensis unanimi voluntate et assensu eidem Paczoldo sculteto nostro de Chotuna filio quondam Conradi et suis posteris presens scriptum conscribi fecimus, et omnes libertates bonorum suorum et omnia iura locacionis iuris Theutonici, prout superius exprimuntur, perpetuo tenenda et eciam possidenda presentibus confirmamus et robur habere volumus perpetue firmitatis. Et si illud privilegium primum predictum, per aliquem unquam in posterum ostensum fuerit et inventum, huic presenti nostro privilegio per illud nolumus in aliquo derogari, nec sibi nec eius successoribus preiudicium generari. In cuius rei testimonium, presenti litere sigilla nostrum nostrique Capituli duximus apponenda. Actum et datum Poznanie in crastino sancti Martini episcopi, anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, presentibus dominis fratribus nostris: Iohanne preposito, magistro Petro decano, Martino scolastico, Borislao archidiacono, Antonio cantore, magistro Iacobo custode, Sdezlao archidiacono, Philippo cancellario, Nicolao, Predvogio, archidiacono Radonio, Domarato officiali, Friczkone, Henrico, Adamo, Sczeslao, Goslao, Gorkone, Gerlibo, Theszanta, Muthina, Potenciano, Andrea, Iohanne, Stephano, et aliis multis canonicis Poznaniensis ecclesie, viris providis et honestis.

Chotuna, *Kotunia.* Czanszim, *Ciążyń.*

Nr. 2043. (988a.)

Consules civitatis Koningesberch 1316 s. d. et l.; conscribunt expensas, quas ad iussum Woldemari marchionis, inter cetera, etiam occasione expeditionis contra Poloniam Maiorem tulerant.

Riedel. Cod. diplom. Brandenburg. XIX, p. 181. (Z oryginału).

Anno Domini millesimo CCC.XVI, nos consules civitatis Koningesberch hanc summam pecunie dedimus ad gwerram domini nostri Woldemari marchionis. Primo, pro braseo quod dominus marchio postulavit a nobis, cccc marcas levium denariorum, et presentaverunt Kunekino Rol monetario in Zwet. Item, in servicio curruum perdiderunt xiii equos quos compararunt pro xl talentis Brandenburgensibus, uno minus. Item, dederunt iii pernas, quas emerunt pro iii talentis Brandenburgensibus. Item, pro allecibus et strumulo, xviii talenta Brandenburgensia levia. Item in eodem servicio servi consumpserunt vi talenta levia. Item, cum expugnaretur castrum Zwanow, emisimus iiii currus in illa reysa, tum servi consumpserunt iiii levia. In eadem Reysa dominus Botel advocatus accepit unum equum civitati, estimatum pro iiii talentis Brandenburgensibus, quem dedit cuidam famulo dicto Stange. Item, cum dominus noster marchio circumvalasset civitatem Woldegge, postulavit a civitate

XI choros siliginis et quinquaginta plaustra cerevisie, pro quibus dedimus CC talenta Brandenburgensia, minus XX talentis, et prestiterunt domino Ebellino de Viddechow. Item, post Conversionem sancti Pauli, pro vectura quadam postulata, dedimus XL talenta levia, que prestiterunt domino Ebellino de Viddechow. Item, in medio Quadragesime dedimus pro itinere expeditionis VI talenta Brandenburgensia, que prestiterunt Wendekino. Item, supra festum Iohannis dedimus decano de Stendal CCC talenta levia, VIII talentis minus, pro siligine et cerevisia. Item, iuxta Assumptionis sancte Marie festum, perdidimus supra Torgolow I equum estimatum pro IIII talentis Brandenburgensibus, et unam pernam pro talento. Item dedimus LX talenta Brandenburgensia iuxta Martini domino Henrico de Stegeliz et domino Henningo de Blankenburch in Prinslavia pro XXX choris brasei. Item XL marcas argenti dedimus Cruskino in die sancti Nicholai. Item in expugnacione castri Wronic VI talenta Brandenburgensia. Tota summa hec est: VIII.C et XXXIIII Brandenburgensia talenta.

Koningesberch, *Königsberg w Now. Marchji.* Zwet, *Schwedt n./O.* Castrum Zwanow, *tamtoczesne nazwisko wsi Dzwonowo.* Woldegge, *Woldenberg, właściwie Dobiegniewo.* Viddechow, *Fidichow, właściwie Widzichów.* Stendal, *Stendal.* Torgolow, *niegdyś gród w pobliżu m. Freienwalde.* Prinslavia, *Prenzlau.* Castrum Wronic, *Wronki.*

Nr. 2044. (1045ª·)

Semovitus dux Mazovie etc. 1324 s. d., in Rawa; partem villae suae Mszczonów, cum parte villae Gzdów ecclesiae de Mszczonów propria commutat.
Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. A, Nr. 35.

In nomine Domini amen. Nichil firmum et stabile retinetur, nisi apicibus litterarum vel voce testium perhennatur. Nos igitur Semovitus Dei gracia dux Mazovie et dominus Wysnensis, notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod habito consilio maturo, de consensu et voluntate speciali domini Gunteri capellani nostri, plebani Msczonov, propter maius commodum ecclesie nostre in Msczonov cum eadem ecclesia nostra in Msczonov fecimus talem commutacionem. Videlicet, suscepimus et assumpsimus nobis villam nomine Gsdow, que fuit dos ecclesie nostre dicte in Msczonow, cum omni iure, utilitatibus et proventibus in legitimam nostram ac perpetuam possessionem; et pro dicta villa Gsdow dedimus et assignavimus ecclesie nostre in Msczonow prenotate partem ville nostre Msczonow, tantum in mensura et in quantitate, quantum dicta villa Gsdow se extendit in latitudine, longitudine seu ambitu circulari, prout ipsam villam Gsdow termini sui distincti prefigurant. Et ut in hac commutacione consciencia nostra nullum penitus deffectum ecclesie nostre pretendat, melioravimus ipsi ecclesie nostre de nostra gracia speciali (sic); cui commutacioni dominus Nicolaus capellanus noster, successor dicti domini Guntheri, ad ultimum consensit sincera voluntate. In cuius commutacionis evidenciam pleniorem, instrumentum conscribi iussimus et nostri sigilli robore communiri, sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, presentibus fidedignis. Datum et actum in Rawa.

Wysnensis, *de Wizna.* Msczonov, *Mszczonów.* Gsdow, *Gzdów.*

Nr. 2045. (1087a.)

Ludovicus Romanorum imperator 1328 Febr. 8, Rome in palatio Lateranensi; omnes terras Poloniae imperio Germanico subtractas, cum iure illas recuperandi innectendique marchionatui Brandenburgensi confert.

Ludewig. Reliquiae manuscriptorum, II, p. 280.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, illustri Ludovico marchioni Brandenburgensi, principi et primogenito suo karissimo, gratiam suam et omne bonum. Sunt nonnulli de regno Polonie principes, nobiles, magnates et etiam militares, nec non communitates, universitates civitatum, castrorum, oppidorum pariter et burgorum, qui, mentientes et postergantes fidem nobis debitam et imperio, rebellionis spiritum assumserunt. Cumque tales tamque ingratos et criminis lese maiestatis reos, de singulis bonis temporalibus sententialiter pronuntiaverimus (sic) et tibi ac successoribus tuis invadenda, occupanda et in ius vestrum et dominium reducenda ea concesserimus, auctoritate imperiali tibi et ipsis successoribus tuis marchionibus Brandenburgensibus et vestris heredibus omnia et singula bona, civitates, terras, castra, burgos et bona quecunque, que ab huiusmodi rebellibus evincetis fortitudine, violentia vel aliquo quovis modo, vobis et principatui marchie damus, confirmamus et in pheodum perpetuum concedimus, a nobis et sacro imperio iusti pheodi titulo perpetuo possidenda. Nulli ergo omnino homini liceat hanc nostre donationis, concessionis, confirmationis et inpheodationis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero attemptare presumpserit, indignationem nostram se noverit incursurum. In testimonium omnium premissorum, presentes conscribi et bulla nostra aurea iussimus communiri et signum nostrum consuetum apponi fecimus, presentibus tamen testibus subnotatis, videlicet Rudolfo duce Bavarie principe et patruo nostro karissimo, Henrico duce Brunsvicensi, Ludovico duce de Tek, Ulrico lantgravio Alsatie, Friderico burggravio de Nurenberg, Meinhardo comite de Ortenburg, Ottone de Orlamunde, Hermanno de Castel, Iohanne de Claromonte, et Iohanne filio burggravii supradicti, comitibus, nec non nobilibus viris Conrado de Sluzzelburg, Alberto dicto Humel de Lichtenburg marescalco nostro, Engelhardo de Winsperg, Conrado Truhendingen, Andrea et Gotfrido de Brunek, Heinrico de Preisingin magistro curie nostre, Petro Satthern de Petra mala, magistro Ulrico imperialis aule prothonotario, nec non nobilibus Romanis Iacobo Serre de Columpna, Iacobo de Sabellis, senatoribus, Manfredo de Vico alme Urbis prefecto, et Theobaldo de sancto Eustachio, ad pleniorem certitudinem premissorum. Datum et actum Rome in imperiali palatio Lateranensi VIII die mensis Februarii, anno Incarnationis dominice M.CCC.XXVIII, Indictione XI, regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

Nr. 2046. (1149a.)

Beniamin in Namkonow (sic) 1335 Iul. 22, in Nankanow; villam Borke Alberto Pusch donat.

Riedel. Cod. diplomatic. Brandenburg. XVIII, p. 382. (Podług dwóch kopji, z których jedna kładzie rok 1330).

In nomine Domini amen. Humani generis actiones memoriam perpetuam indigentes plerumque ab hominum noticia dilabuntur, si non literarum et testium munimine confirmantur. Igitur nos Beniamin in Namkonow (sic), filius comitis Beniamin, quondam palatini Polonie, una cum dilecto patruo nostro Andrea notum facimus universis presentibus et futuris, presentium noticiam habituris, quod de non ficta voluntate et salubri habito nostrorum amicorum et subditorum unanimi consilio et consensu, honesto viro nobis dilecto Alberto Pusch suisque legitimis heredibus vel successoribus, cuiuscunque condicionis fuerint sive status, villam nostram Borke, nobis ab antiquo iure patronatus pertinentem, integraliter infra suas metas cum suis agris cultis et incultis, silvis, nemoribus, pratis, paludibus, mellificiis et omnibus aliis utilitatibus, prout eam pater noster felicis memorie et nos ab initio possedimus, omnimodo damus et conferimus sine omni et quolibet servicio vel obsequio, in perpetuum hereditario iure possidendam. Superaddimus eidem Alberto Pusch supradictam hereditatem Borke secundum liberum arbitrium commutare, vendere seu donare, cum ipsis processu temporis videbitur expedire. Ut autem hec nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentem paginam nostri sigilli munimine roboravimus. Actum anno dominice Incarnacionis M.CCC.XXXV, presentibus his testibus: comite Ianiken de Solwen, milite nostro Ulrico, Slavo, Iacobo domino de Wisare, Conrado de Dordenbusch, Hesekino, Hermanno Drebel et Conrado Brudo aliisque pluribus fidedignis. Datum in Nankanow in die sancte Marie Magdalene.

Namkonow, *pewnie omyłka kopistów, nie odgadnione.* Beniamin, quondam palatinus Polonie, *jest B. wojewoda Poznański, występujący na przemian z Tomisławem, a po ostatni raz r. 1296 (cnfr. Nr. 745); jeżli występujący tu jego syn Benjamin jest ten sam, o którym wspomina Nr. 1869, wtenczas zamiast* Namkonow, *należy czytać* Urzaszow. Borke, *sądząc z przytoczonych niemieckich świadków, może bydź Borke p. m. Cylichowa.* Solwen, *nie odgadnione;* Solben, *jest niemieckie przezwisko wsi Żółwina p. m. Międzyrzecz.* Wisare, Dordenbusch, *nie odgadnione.*

Nr. 2047. (1166a.)

Kazimirus rex Polonie etc. .... Apr. 25, Gnezne; confirmat divisionem bonorum, quam Dersko de Graboszewo, Michael de Koszanowo et Andreas de Czacz heredes, fratres germani, inter se fecerant.

Gniezno. Archiv. Consistorii Metropol. A. C. anni 1412—1413. Górny brzeg księgi wytlał, a zarazem i karty, na której był napisany koniec dokumentu.

In nomine Domini amen. Quod magnifica regum decrevit fieri auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Proinde nos Kazimirus, Dei gracia

rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres, notum facimus, quod ad nostram nostrorumque terre baronum venientes presenciam nobiles viri Dersko heres de Grabozewo et Michael heres de Coszonowo et Andreas heres de Czacz, fratres germani, non compulsi, non coacti neque aliquo errore seducti, sed eorum bona voluntate, usi consilio amicorum suorum resignaverunt ex perpetua divisione liberis suis natis ac nascendis et antedicto Andree dictas hereditates, videlicet villam dictam Koritha, Polome, Beganino in Kalisiensi communitate, et Bardo, de Galanzicze et Grabozwo medietatem dicte hereditatis cum tota colacione dicte ecclesie in Pyzdrensi communitate, et Popowo, Predzeszewo et unum locum Gnezne in suburbio circa Sadowek in monte, et Glogowecz. Ita tamen, quod dederunt pro villa dicta Chwalibogowo perpetua resignacione predictam villam Glogovecz cum totis iuribus, utilitatibus, fructibus et proventibus, agris, pratis, silvis, borris, gagiis, rubetis, mellificiis, lacubus, molendinis, sicuti soli antedictus Dzersko heres ibidem in Grabozewo et Michael in Cozanowo tenuerunt et possiderunt, nichil eis in dictis hereditatibus reservantes, nisi dicto Andree in perpetuum resignaverunt. In quorum omnium testimonium, ad evidenciam clariorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Gnezne in die sancti Marci ewangeliste, sub anno Domini millesimo trecentesimo . . . .

Grabozewo, *Graboszewo.* Coszonowo, *Koszanowo.* Czacz, *Czacz.* Koritha, *Koryta.* Polome, *osada znikła.* Beganino, *Bieganin.* Bardo, *Bardo.* Galanzicze, *Gałęzewo.* Popowo, *Popowo.* Predzeszewo, Sadowek, *nie odgadnione.* Glogowecz, *Głogowiec.* Chwalibogowo, *Chwalibogowo. Cnfr. Nra. 955 i 1199.*

Nr. 2048. (1202a.)

Ianislaus s. Gnesnens. ecclesie archiepiscopus 1341 Apr. 25, Gnesne; oppidum Turek Iohanni dicto Prutheno, advocato de Uniejów, iure Theutonico ad locandum tradit, iuraque advocatiae describit.

Transsumpt potwierdzony przez: Nicolaus s. Gneznens. ecclesiae archiepiscopus 1552.

Biblioteka XX. Czartoryskich. Manuscripta.

In nomine Domini amen. Ne facta mortalium per decursum temporis in oblivionis deducantur abissum, sapientum sanxit auctoritas, ea literarum serie cum annotacione testium commendare noticie posterorum. Proinde nos Ianislaus divina et apostolice Sedis providencia sancte Gnesnensis ecclesie archiepiscopus, ad perpetuam rei memoriam notum esse volumus omnibus tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devenerit scriptum presens, quod meliorationi bonorum nostrorum et ecclesie nostre quantum concedente Domino possumus intendentes, civitatem nostram et eiusdem ecclesie nostre dictam in wlgari Thurek, una cum villis sibi adiacentibus, videlicet Boliechowo, I . . chorzewo, Bezelino, Muchnino et aliam villam civitati nostre (sic) Novi fori seu Theutonico, quod servatur in Srzoda, de consensu fratrum nostrorum, Gnesnensis videlicet Capituli exposuimus et damus ad locandum, vendentes Iohanni dicto Prutheno, advocato Unieioviensi, advocatiam in eadem pro certa pecunie quantitate. Dantes et assignantes sibi et suis legittimis successoribus, nomine

eiusdem advocatie, ratione locationis octavum mansum liberum, tercium denarium tabernarum, de bancis pistorum, sutorum, carnium et aliorum quorumcunque artificiorum, omnium quoque que nunc sunt et obvenire poterint in futurum iuramentorum et cuiuslibet iudicati, molendinum etiam quod in Corithkowo cum pratis et humuleto circumadiacentibus, medietatem quoque balnei; adiungentes eidem scholtheto sive advocato sextam arborem pro mellificiis in borris circumadiacentibus ipsam civitatem et hereditates sibi adiunctas que superius sunt expresse, prout in suis limittibus circumferencialiter est distincta, iure hereditario perpetuo possidenda. Incolis vero qui se ibidem locaverint, de agris incultis damus infra annos quatuor a solucione census et decime omnimodam libertatem; qua elapsa, censum consuetum ibidem, videlicet octo grossos racione census et maldratam triplicis frumenti, quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis et quatuor avene in die sancti Martini, de manso quolibet, annis singulis nobis solvere tenebuntur, prout solvunt alii ibidem residentes. Et quoniam iura civitatis Srzedensis nobis sunt prorsus incognita, omnia iura que utilitatem, commodum et honorem respiciunt dominorum, salva nobis et integra reservamus. Ut autem hec donatio et ordinatio robur obtineat perpetue firmittatis, presens privilegium scribi fecimus, nostri et dicti Capituli sigillorum munimine roboratum. Actum et datum Gnesne die sancti Marci ewangeliste, anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo primo, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Ivone preposito, Vincentio decano, Przeslao archidiacono, magistro Mathia scolastico, Benedicto custode ecclesie Gnesnensis, Petro preposito, Martino decano Lanciciensibus, et multis aliis dominis et prelatis tunc in Capitulo congregatis.

Thurek, *Turek.* Boliechowo, *osada znikła.* I...chorzewo, *może Pęcherzewo, o pół mili odległe.* Bezelino, *w Nrze. 803* Pcelino, *osada znikła.* Muchnino, *Muchlin.* Unieioviensis, *de Uniejów.* Corithkowo, *Korytkowo.*

W powyżéj podanym tekscie odmieniono następne wyrazy téj bardzo niedokładnéj kopji. Str. 766, wiersz 4 od d. dodane (sic) *zastępuje miejsce opuszczonego nazwiska wsi przyległéj Turkowi i kilku innych wyrazów. Wiersz 3 od d. w kopji* vendendum, *zmieniono na* vendentes. *Str. 767, wiersz 9 od g. w kop.* per, *zmien. na* quatuor. *Wiersz 20 od g. w kop. opuszczone imię dziekana, wypełniono przez* Vincentio. *Wiersz 20 od g. w kop.* scolis, *zmien. na* scolastico.

Nr. 2049. (1381a.)

Hermannus abbas una cum conventu in Lukna 1358 Iun. 9, in Grebbin; villas Połęczyn, Brudnino et 100 mansos intra terminos earundem sitos, cum censu annuo 12 marcarum, a Winrico de Knyprode magistro generali Ordinis Theutonicorum de villa Zawada assignato commutat.

Pergam. orygin., u którego na paskach pergamin. 2 podługowate pieczęcie przywieszono. 1wsza opata Hermana, przedstawiająca osobę w szatach duchownych, zatarta. 2ga klasztoru Łekińskiego; (pieczęć XXXVIII).

Königsberg. Königl. Staats Arch. Schiebl. LVI, Nr. 6.

Sciant universi ad quos presentes pervenerint, quod nos frater Hermannus abbas, frater Ramboldus prior, frater Hermannus cellerarius, una cum conventu nostro in

Lukna Ordinis Cisterciensis, Gneznensis diocesis, consideratis comodo et utilitate nostri cenobii, de communi consensu et voluntate fratrum nostrorum bona nostra et villas Poluzyno et Brudwino, necnon centum mansos in Pomerania situata intra suos terminos et limites, que alias in usum et profectum nostrum verti non poterant, venerando et religioso viro, domino Winrico de Knyprode, magistro generali Ordinis fratrum hospitalis beate Marie domus Teuthonice Irosolimitani, et suo Ordini commutavimus, resignavimus, et in eos sub permutationis titulo transferimus in hiis scriptis cum omni iure, dominio et libertate, quibus ea possedimus hactenus et ad nos noscebantur pertinere. Pro quibus, idem dominus Winricus magister generalis nobis et nostris successoribus duodecim marcarum redditus Prutenicalis seu usualis monete, percepturos in villa Zanwode in territorio Nuenburg annis singulis, permutationis nomine deputavit; quos redditus, .. advocatus Dirsoviensis qui pro tempore erit, in octava beati Martini episcopi singulis annis nobis et nostris successoribus expediet impedimento aut difficultate aliqua non obstante; eo dumtaxat excepto: si per generalem gwerram et impugnacionem terrarum, quod absit, memorata villa Zanwode ex desolacione adeo deficeret, quod huiusdem redditus in ea haberi non possent, extunc nos, noster conventus et nostri successores, eorundem reddituum perceptione carebimus, quousque, eadem villa recuperata, prefatos duodecim marcarum redditus sufficiat erogare: quos redditus extunc nos et nostri successores, velut antea, .. advocati Dirsoviensis adiutorio, ut premittitur, percipiemus annis singulis in eadem. Nos vero et noster conventus, pro nobis et nostris successoribus, antedictis bonis seu villis ac mansis, sicut ea hucusque habuimus, tenuimus et possedimus, necnon omnibus iuribus, auxiliis, defensionibus, litteris impetratis vel impetrandis que huiusdem nostram permutationem possent impedire de iure vel de facto, renunciamus tenore presentium, nichil iuris in eisdem nobis aut nostris posteris reservantes. In quorum testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in Grebbin anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, nona die mensis Iunii, venerabilibus et religiosis viris, domino Wesselo abbate in Olyva, Iohanne de Kungsberg priore, Iohanne de Elbing, Hermanno magistro curie in Grebbin, Nicolao bursario, fratribus Ordinis Cisterciensis Wladislaviensis diocesis, et aliis testibus fidedignis presentibus ad premissa.

Lukna, *Łekno.* Poluzyno, *Połęczyn.* Brudwino, *w Nrze. 2025* Brutnino, *nie odgadniona osada okolicy Kartuz.* Zanwode, *Zawada.* Nuenburg, *Nowe.* Dirsoviensis, *de Tczew.* Grebbin, *z niemiecka Grebinerfelde.* Olyva, *Oliwa.*

Nr. 2050. (1384a.)

Kazimirus rex Polonie etc. 1358 Iul. 3, Cracovie; villam Kuchary et ecclesiam s. Nicolai in Kalisz praeposituramque in eadem denuo creatam, cum villis monasterii s. Mariae in Arena de Wrocław, dictis Męka et Polków commutat.

Wrocław. Königl. Staats Arch. Repertorium Heliae p. 758. (Kopja transsumptu orygin., sporządzonego przez: Vincentius quondam Martini Bela de Haynovia, clericus Wratislaviens. dyocesis, public. imperiali auctoritate notarius, *na żądanie:* Iohannis Rost prepositi in Calisch, 1416 Iun. 25, in monasterio s. Marie virginis in Arena extra muros Wratislavie. *U pergaminu oryginalnego wisiała wielka pieczęć króla Kazimierza*).

In nomine Domini amen. Ea que fiunt in tempore et ordinantur auctoritate regia pro comodo subditorum, ne per decursum temporis transeant et a memoria hominum evanescant, necessarium est, ut litterarum presidio et testium amminiculo confirmentur. Igitur nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sindomerie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranieque dominus et heres, ad perpetuam rei geste memoriam universis et singulis presentem paginam inspecturis volumus fore notum, quod licet ad benefaciendum omnibus Christiane fidei cultoribus ex innata nobis munificencia teneamur, presertim tamen hiis sub religionis habitu Regi perpetuo militantibus, pro nostra progenitorumque nostrorum salute devotis suffragiis divine maiestatis auditum pulsantibus, desiderio benefacere cogimur ampliori. Cum itaque religiosi viri, dominus abbas Conradus et . . conventus canonicorum regularium Ordinis sancti Augustini monasterii sancte Marie in Arena Wratislavie, bona sua et sui monasterii, videlicet domum et ecclesiam, (que) per dominum abbatem et suos fratres in spiritualibus et temporalibus, et non per seculares, tanto tempore cuius non existit memoria regebatur, videlicet Manckam, Polcow, Wanglow, Luboraczicze, in districtu terre Syradiensis nostri regni Polonie situata, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis spiritualibus et temporalibus, ex causis racionabilibus ipsos et nos moventibus, pro aliis bonis nostris, scilicet villa nostra Kuchari et iurepatronatus ecclesie ibidem in districtu Calisiensi locata, ac parrochiali ecclesia sancti Nicolai et iurepatronatus ipsius cum duabus vineis, una videlicet antiquitus ecclesie Calisiensis et alia olim Heynrici scriptoris, cum allodio omnibusque aliis et singulis iuribus, iurisdictionibus, proventibus et pertinenciis universis, pro permutatione valitura perpetue de sapientum consilio permutanda duxerint, et nos de fidelium nostrorum baronum similiter duxerimus permutanda et permutaverimus adinvicem isto modo: quod dicte ville sew bona predicta Mancka, Polcow, Wanglow, Luboricze (sic), cum iurepatronatus ecclesiarum in Mancka et in Wanglow, cum omnibus aliis suis iuribus ad nos et successores nostros debeant inantea pertinere, dicta quoque parrochialis ecclesia sancti Nicolai in Calisch et iuspatronatus ipsius, cum vineis, allodio ac aliis omnibus et singulis suis iuribus, iurisdictionibus, utilitatibus et pertinenciis universis, quocumque censeantur nomine, ad ipsos abbatem et conventum prefati monasterii sancte Marie in Arena Wratislavie et eorum successores, qui sunt et pro tempore fuerint, perpetue pertinebunt: promittentes presentibus sub bona nostra fide et conscientie puritate eisdem abbati et conventui, prefata bona Kuchari a quibuscumque hominibus, cuiuscunque conditionis existant, impetentibus, quandocunque quod absit ipsis neces-

sarium fuerit, evincere et exbrigare. Ad pleniorem nostre regie maiestatis incrementum, dictis .. abbati et conventui qui sunt aut pro tempore fuerint concedimus, indulgemus auctoritate presencium et favemus, quatenus pro comodo dictorum .. abbatis et conventus monasterii et pretacte ecclesie parrochialis sancti Nicolai in Calisch, ipsis liceat et possint in civitate Calisch et eius districtu bona mobilia et immobilia aut redditus pro centum marcis grossorum Pragensium comparare. Volumus vero et certe nostre intencionis existit, quod predicta ecclesia sancti Nicolai in Calisch non per seculares, sed per abbatem missos atque datos gubernabitur eciam et regetur. Prepposituram vero curam animarum habentem in supradicta ecclesia sancti Nicolai, de novo inantea perpetuis temporibus auctoritate presencium admittimus et totaliter approbamus. Dicto quoque monasterio sancte Marie in Arena Wratislavie, in persona et nomine abbatis et conventus ipsius qui sunt et pro tempore fuerint, ipsam villam Kuchari et iuspatronatus ipsius, cum dicta ecclesia sancti Nicolai ac prepositura ipsius omnibusque et singulis iuribus, iurisdictionibus, redditibus, utilitatibus ac suis pertinenciis universis, ex certa sciencia appropriamus, incorporamus et asscribimus de maiestate (sic) regia in hiis scriptis; constituentes ipsum .. abbatem et .. conventum monasterii prenotati, predictarum ville Kuchari, iurepatronatus ipsius ecclesie sancti Nicolai in Calisch ac prepositure eiusdem ecclesie de novo create, omniumque iurium et pertinenciarum ipsarum, tenore presencium veros et legittimos possessores. Et nichilominus dictam villam Kuchari et vinetum olym Heinrici scriptoris, ac omnes in eis habitantes, cuiuscumque condicionis existant, ab omnibus iudiciis, iurisdictionibus palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum, officialium et eorum vices gerentium absolvimus, eximimus et penitus liberamus: ita quod coram nullo, nisi coram ipsorum preposito vel sculteto, pro quibuscumque causis, magnis sive parvis, civilibus vel criminalibus, iure ipsorum respondebunt: transfundentes in prefatum prepositum, qui est vel pro tempore fuerit, pro eisdem causis, magnis sive parvis, iudicandi, sententiandi, puniendi, plectendi et penas pro se recipiendi damus et concedimus omnimodam potestatem; volentes insuper, quod predicta bona Kuchari et vinetum predictum, ac alia bona que pro centum marcis grossorum Pragensium ut predicitur comparaverint, ac ipsius incole et kmethones, ab omnibus nostris solucionibus, collectis, conswetudinibus, iuribus, angariis, perangariis, serviciis, quibuscumque nominibus nuncupentur, sint exempta penitus et exempti. In quorum omnium clariorem evidenciam, presentem litteram nostri sigilli munimine duximus roborandum. Actum Cracovie feria tercia infra octavas beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, presentibus nostris fidelibus, nobilibus viris dominis Iohanne Cracoviensi, Iohanne Woyniciensi, Chybda (sic) Syradiensi castellanis, Przedborio capitaneo Cuyaviensi, Petro tribuno et Bodzatha procuratore Cracoviensi. Datum per manus domini Iohannis, decretorum doctoris, decani et cancellarii nostri Cracoviensis

Mancka, *Męka.* Polcow, *Polków.* Wanglow, *może mylnie zamiast* Wanglcow, *Węglczew*, *wieś kościelna.* Luboraczicze, *nie odgadnione.* Kuchari, *Kuchary.* Woyniciensis, *de Wojnicz.*

Nr. 2051. (1405a.)

Preczslaus de Goluthowo castellanus Poznaniens. etc. 1359 Iun. 30, Costan; confirmat venditionem tertiae partis molendini regalis in Kościan, quam Peczco in rem Hanselmi et patris eius Gobel fecerat.

Poznań. Archiv. Capituli. Lib. privil. C, Nr. 120.

Universis et singulis presentibus et futuris presencia visuris, nos Preczslaus de Goluthowo castellanus Poznaniensis nec non burgrabius Costanensis publice profitemur recognoscentes: quod ad nostram veniens presenciam Peczco molendinator, de bona voluntate terciam partem molendini, quam habuit in molendino domini nostri regis ante civitatem Costan, vendidit honesto viro Hanselmo et Gobel eius genitori pro octo marcis Polonicalibus et coram nobis contulit eisdem et resignavit. Quam quidem resignacionem et vendicionem, nostri sigilli appensione duximus confirmandam testibus hys astantibus: Andrea castellano Kalisiensi, Nicolao iudice de Blozeyewo, Boguslao Mlynski, Iascone de Vyskocz, et aliis quam pluribus fidedignis. Datum Costan dominica qua canitur Respice, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo nono.

Goluthowo, *Gułtowy.* Costanensis, *de Kościan.* Blozeyewo, *Błażejewo.* Mlynski, *de Młyniewo.* Vyskocz, *Wyskoć.*

Nr. 2052. (1908a.)

Tilman Abbt zcu Lukna 1391 Iun. 13, uff dem Huse Marienburg; bezeugt, dass er 12 Mark jährlichen Zinses, den sein Kloster von dem Gute Zawada zu erheben hatte, an den Grossmeister des Deutschen Ordens für 200 Mark verkauft habe. Cnfr. Nr. 2049. (1381a.)

Pergam. orygin. Na pasku pergamin. przywieszona podługowata pieczęć opata; napis: Sigillum fratris Tilmani abbatis Lucknensis.

Königsberg. Königl. Staats Arch. Schiebl. L, Nr. 53.

Wissintlich sei Allen dy desen Briff sehn, horen adir lesen, das wir Bruder Tilman Abbt zcu Lukna des Ordinis Cisterciensis, mit Vulburt und Samgunst unser eldsten Brudere und des ganczen Covents desselben Closters, mit dem grosmechtigen geistlichen Fursten, Herren Cunrade von Wallerode Homeistere Deutsches Ordens, syn obireynkomen in desir nochgeschribner Wyse, das wir im dy czwelff Mark ewiges Czinses, dy wir uff dem Dorffe Zanwode, in sym Lande undir dem Voyte von Dirssow gelegen, hatten, umb czwei hundert Mark Preusch ane czwenczig Mark, dy uns gereit und wol czu Genuge geczalt und beczalt syn, haben vorkowfft und ufgegeben. Und dorumbe so vorczien wir uns Bruder Tilman vorgenant, vor uns selben, unsir Nochkomelinge und vor den ganczen Covent und das Closter vorgenant derselben XII Mark Czins, und sagen mit desem kenwurtigen Brive den Herren Homeister vorgenant und sinen ganczen Orden Deutsch Hueses desselben Czins qwyt und ledig, und wollen, das sie keinerlei Manunge me von uns, unseren Nochkomen

adir Ymande von unsir wegen doromme lyden sollen. Czu Orkunde des, haben wir unser Insegel an desin Briff gehangen. Gegeben uff dem Huse Marienburg in den Iaren unsirs Herren M.CCC eyn und nuenczig, am Dinstage nest vor Viti und Modesti.

Lukna, *Łekno.* Zanwode, *Zawada.* Dirssow, *Tczew.*

Nr. 2053. (1942a.)

Sandziwogius palatinus Kalisiens. 1394 Apr. 24, Poznanie; una cum assessoribus iudicii regalis Poznaniensis, collegas iudicii de Kościan de re scultetos de Srocko et kmetones de Sierniki concernente informat.

Poznań. Königl. Staats Arch. Libri terrestr. Costens. anni 1391, f. 21.

Sandziwogius palatinus Kalisiensis cum subiudicibus ac suppariis regalis iudicii Poznaniensis, nobilibus viris subiudicibus ac suppariis iudicii Costensis amiciciam et omne bonum. Amici nobis dilecti, veluti nobis suprascriptis: ut vos informaremus de kmethonibus de Sirznik cum Gamnis patre et filiis scultetis in Sroczsko: quare vobis informacionem transmittimus sic: quod Gamni solvere debent dictis kmethonibus valio vel scladem (sic) xl marcas grossorum; sed vos eosdem inprecetis scultetos, ut solvant predictis kmethonibus. Si exinde non solverint dicti sculteti nominatis kmethonibus, extunc eosdem impignorare faciatis, et eisdem kmethonibus intromissionem dicte scultecie detis et resignetis. Datum Poznanie sexta feria proxima post Resurrexi etc. Et dominus ipsis simpliciter nocere non debet.

Costensis, *de Kościan.* Sirznik, *Sierniki.* Sroczsko, *Srocko.*

DODATKI I SPROSTOWANIA.

DO TOMU PIERWSZEGO.

5, *Nr. 3, Objaśnienia. Wiersz 9 od g.* Bolino, *może Bolino, wieś pod miastem Wyszogród. Wiersz 8 od d.* Chelpsco, *może téż bydź Chałupsko. Wiersz 6 od d.* Sczibersco, *może Szrubsk p. m. Inowrocław.*

13, *Nr. 7, Objaśnienia. Wiersz 2 od g.* Plitviza, *nie jest rzeczka Plitnica (prawy przypływ rz. Głdy), tylko strumień Plitwica (lewy przypływ rz. Rokitka, prawego przypływu rz. Noteć); cnfr. Nr. 1202 i Dodatki do tegoż. Wiersz 8,* Lestniz, *W. Leśnica p. m. Łęczyca, cnfr. Nr. 1354. Wiersz 6 od d.* Bralici, *miasteczko Bralin, dziś na Szlązku.* Domanevici, *Domanin p. m. Kępno. Wiersz 5,* Mislentino, *może Myślniów p. m. Ostrzeszów. Wiersz 3,* Gambiza, *Gębice p. m. Ozorków. Str. 14, wiersz 8 od g.* Lacus Bezdeze, *nazwisko jeziora pod wsią Komorowa p. m. Izbica, cnfr. Nr. 1354.* Bralin, *Zbrachlin na Kujawach, cnfr. Nr. 830. Wiersz 8 od d.* Zversov, *Wierszów p. m. Bytom na Szlązku. Wiersz 7,* Tyrno, *w Nrze. 1354* Cyrno, *Cierno. Wiersz 6,* Pregini, *pewnie lewy przypływ rzeczki Rudawy, płynący od wsi Przeginia, nad którą leży* Rudnici, *dziś Rudawa. Wiersz 3, po* Ilme *braknie* Doluploz cum villa, *znaczy wieś Biskupice p. m. Stawiszyn, którą późniéj zwano* Biscupici seu Doluplozici. *Cnfr. Nr. 698.*

15, *Nr. 10. Co do autentyczności tego dokumentu, cnfr. T. II, Dodatki do Nru. 1072.*

21, *Nr. 15. Wiersz 13 od d. po* qua, *braknie (sic). — Objaśnienia.* Mlodeievo, *osada znikła, leżała p. m. Strzelno. — Fr. Piekosiński, w krytyce Kodeksu Wielkopolskiego, zamieszczonéj w Przeglądzie krytycznym Krakowskim z Grudnia r. 1877, czyni wzmiankę o manuskrypcie zatytułowanym:* Liber in quo continentur variae scripturae in negotio abbatiae Tremesnensis, conscriptus Romae a patre Stanislao Żegocki morante anno Domini 1691, *a w którym znajduje się, jak się zdaje, oryginalna kopja tego dokumentu. Na końcu tegoż, po* Amen. Amen. Amen., *umieszczone*

tam są następujące podpisy: (*Krzyż w pierścieniu*) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus. † Ego Guido presbiter cardinalis s. Chrisogoni s. s. † Ego Otto diaconus cardinalis s. Georgii ad Velum aureum. † Ego Albricus Ostiensis episcopus s. s. † Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in Carcere Tulliano. † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tt. s. s. Iohannis et Pauli. † Ego Gilbertus indignus sacerdos tt. s. Marci s. s. † Ego Guido presbiter cardinalis tt. s. Laurencii in Damaso. † Ego Iulius presb. cardinal. tt. s. Marcelli. † Ego Iohannes Paparo (sic) cardinalis s. Adriani s. s. † Ego Gregorius diaconus cardinalis s. Angeli s. s. † Ego Iacinthus diaconus cardinalis s. Marie in Çosmedyn.

Strona 30, *Nr. 23*, *Objaśnienia. Wiersz 1*, *po* Standor, *braknie* sors Vrotissonis, *może Wrocieryż*, *wieś p. m. Wodzisław*, *według Nakielskiego p. 349*, *do klasztoru Miechowskiego od pierwszéj fundacyi należąca. Odnośny ustęp dokumentu należałoby zatem następnie redagować:* ... emvigala quoque et fratres eius cum hereditate eorum de voluntate et consensu fratris mei Mesconis. Sortem etiam Vrotissonis *etc.*

„ *31*, *Nr. 25. Dokument drukowany także u Długosza w Histor. Polon. pod rokiem 1180.*

„ *41*, *Nr. 33. Świadkowie tu wymienieni w wierszu 16 od g.*, *następują prawie w tym samym porządku, co w ułamku kodeksu klasztoru Lubińskiego*, *drukowanym w Dodatkach tego tomu; a że tam są pod rokiem 1176 wymienieni, należy zatem i ten dokument pod ten sam rok*, *zatem pod Nr. 22 położyć. Daje to zarazem sposobność sprostowania niektórych*, *błędnie podanych imion*, *a mianowicie: wiersz 16 od g. w tekscie zam.* Boleslaus (Boryslaus) filius Ludzmini (Lucuni), *lepiéj jest w kodeksie str. 581*, *wiersz 5 od d.* Borizlaus filius Litvini. *W tekscie* Beni (Ben, Borislaus), *w kodeksie wiersz 4 od d.* Borislaus. *W tekscie wiersz 17 od g.* Rozdali, *w kodeksie* Roslai. *W tekscie wiersz 18 od g.* Kraysza, *w kodeksie wiersz 3 od d.* Cragsa. (*Fr. Piekosiński w krytyce, według spostrzeżeń Tad. Wojciechowskiego*). *Objaśnienia. Wiersz 5 od g.* Sebersko, *może téż bydź Szrubsk.*

„ *44*, *Nr. 34*, *Objaśnienia. Wiersz 6 od g.* Sal in Prevenchna et Sidigna, *Przebieczany i Sydzyna p. m. Bochnia.*

„ *63*, *Nr. 64*, *Objaśnienia. Ponieważ Władysław Odonicz w r. 1209*, *nie będąc panem Gniezna, nie mógł téż w jego okolicy czynić nadań*, *wypada miejscowości* Pyschino *i* Bratostovo *szukać w bliskości Kalisza, w którego wówczas był posiadaniu.* Syrcha fluvius, *byłby wtenczas strum.*, *zwany raz Stawka, to znów Cienia*, *od miejscowości*, *pod któremi płynie*, *a tu nosiłby nazwę od wsi Sierzchów o* $^1/_4$ *mili odległéj od jego biegu.* Castrum, *byłby wtenczas stary gród Kaliski, którego grodziszcze leży na Zawodziu*, *lub*, *jeźli* superius aquam *ma oznaczać kierunek pod wodę rzeki*, *wtenczas byłby to nowy gród*, *który stał poniżéj mostu za kościołem Ś. Mikołaja*, *a* Magna aqua, *byłaby rz. Prosna. Przemawia za tém przypuszczeniem i ta okoliczność*, *że książę*, *mianując się tu* dux de Kalis, *nie daje nazwiska owemu* castrum, *coby pewnie uczynił*, *gdyby miał inny gród oznaczyć*, *jak właśnie Kaliski.* Pyschino *i* Bratostovo *byłyby zatem osady znikłe*, *może*

już wówczas nieznaczne; pierwsza przynajmniéj zdaje się, że zawdzięcza swą nazwę swemu osadnikowi Pischa *(wiersz 7 od g.).*

Strona 65, Nr. 66. Wiersz tekstu 3 od d. zamiast Cunradus dux, frater eius Heinricus dux Zlesie, *czytaj* Conradus dux frater eius, Heinricus dux Zlesie. *(M. Perlbach w krytyce Kodeksu Wielkopolskiego, umieszczonéj w Jenaer Literatur Zeitung 1878, Nr. 14.*)*

" *70, Nr. 73, Objaśnienia.* Villa Muclino cum lacu, *osada znikła, leżała nad jeziorem Cichowskiem p. m. Dolsk. Cnfr. Nr. 368.*

" *74, Nr. 77. W tekscie tego dokumentu transsumowanym przez papieża Honorjusza III (Nr. 100), braknie imienia biskupa* Christianus, *a na końcu wyrazów* et per episcopos Polonie confirmari rogamus. *Można ztąd wnosić, iż papieżowi inny tekst był do potwierdzenia przedłożonym. (Perlb.) Wiersz tekstu 2 od g. powinien brzmieć:* episcopo et.. abbati, *gdyż to jest jedna osoba; cnfr. Nr. 136.*

" *79, Nr. 81, Objaśnienia.* Druscovo, *Doruchowo; cnfr. Nr. 311.*

" *120, Nr. 136. Drukowany w Damalewicza Series archiepiscoporum Gnesnens. 101.*

" *122, Nr. 138, i Str. 342, Nr. 386, Objaśnienia. Ponieważ* Strasowiz *dla tego za wieś Struszków p. m. Koło uważać należy, że leży w kasztelanji Lędzkiéj, o posiadanie to któréj właśnie się był wówczas zakończył spór napomknięty w Nrze. 386, a toczący się pomiędzy Bolesławem Kaliskim i Kazimierzem Kujawskim księciem, należy zatem i* Wilem *w tejże szukać okolicy, tém więcéj, że znane obowiązki naroczników (Tom I, Objaśnienia do Nru. 138), okazują niezbędność tychże pobytu w pobliżu grodu, do którego należeli. W okolicy m. Koło, lecz pomiędzy prawym brzegiem Warty a lewym Neru, zatem na Ziemi Sieradzkiéj, leżą wsie Wielanów i Wielenin. Co do sprawy, cnfr. Monumenta Poloniae historica t. III, Rocznik Wielkopolski p. 32 i 34, i dokumenta Nra. 290 i 304.*

" *139, Nr. 160, Objaśnienia. Miasto* Arnswalde *nosiło jeszcze w XV w. starą nazwę* Choczno. *Dowodzi tego dokument drukowany w Riedel, Cod. dipl. Brandenburg. B. IV, p. 134, i układ króla Władysława Warneńczyka z Zakonem Krzyżaków Pruskich z r. 1436, drukowany w Volumina legum.*

" *159, Nr. 184, i Str. 285, Nr. 321, Objaśnienia.* Nincovo, *wieś Minikowo p. Poznaniem.*

" *159, Nr. 185. Drukowany w Strehlke, Tabulae Ordinis Theuton. Nr. 203. (Perlb.)*

" *175, Nr. 206. Data* VII Kalendas Ianuarii, *odniesiona do przypadającego na Boże Narodzenie początku roku, daje rok 1236. Dokument drukowany w Działyńskiego Lites ac res gestae, t. II, 67. (Perlb.)*

" *176, Nr. 207. Wiersz 11 i 10 od d. zam.* verva, *czytaj* verua.

" *182, Nr. 214. Wiersz tekstu 5 od d.* Zlemech, *pewno mylnie zam.* Nemech, *czyli Niemcz, z niem. Nimptsch.*

" *183, Nr. 216, Objaśnienia. Podług Märkische Forschungen B X, oznacza* Zechow *wieś Zechów p. m. Landsberg n. W., a* Cranchino *wieś Cranzin p. m. Arnswalde czyli Choczno.*

***) Umieszczając tu wszystkie sprostowania, które uczony badacz w wzmiankowanéj swéj krytyce Kodeksu poczynił, będziemy takowe następnie oznaczać przez (Perlb.). Krytyka tomu drugiego umieszczona jest pod rokiem 1879, Nr. 7.**

Strona 189, *Nr. 224. Wiersz 4 i 5 od g. zam.* sortem decimarum nostrarum, *słusznie zapewne radzi Fr. Piekosiński w krytyce tego Kodeksu* (*zob. powyżéj Dodatek do Nru. 13*) *czytać:* sortes decimorum nostrorum.

„ *190*, *Nr. 226. Dokument drukowany w Długosza Histor. Polon. pod r. 1240.*

„ *204*, *Nr. 240; Str. 211*, *Nr. 249; Str. 457*, *Nr. 488. Czy* castrum Vilchovia *leżało we wsi Wilkowyja p. m. Jarocin*, *czy téż w Wilkowie polskiem p. m. Kościan, nie podobna nam z pewnością wyrzec. Za Wilkowyją przemawia, że nazwiskom wsi nie dawano w téj epoce nigdy łacińskiego brzmienia, i że kasztelanowie* de Vilchovia *we wszystkich trzech razach występują z dygnitarzami województwa Kaliskiego, w którem właśnie leży Wilkowyja. Ślady dawnego grodu dają się tamże rozpoznawać na wysepce rzeczki Lutyni o kilkaset kroków powyżéj mostu prowadzącego do kościoła; istniejący tam dziś jeszcze znacznie po nad poziom przyległych pól wyniosły nasyp, był, jak to jeszcze tamtejsi ludzie pamiętają, niegdyś wiele znaczniejszym, aż runął podmielony przez coroczne powodzie. Za Wilkowem polskiem mówi jedynie okazałe grodziszcze i do dziś dochowana część staréj murowanéj w cegłę wieży, do tegoż przytykającéj. Bydź może, że dawano mu dawniéj imię* Vilchovia, *dla rozróżnienia od tylko o 3 mile odległego Wilkowa niemieckiego*, *które wprost zwano* Wylkowo; *confr. Nr. 1883.*

„ *211*, *Nr. 249. Wiersz 4 od końca tekstu*, Beniano succamerario Posnaniensi, *mylnie zam.* Beniamin succamerario Kalisiensi. *Wiersz 3*, Cothfigo *i* Micislav, *mylnie zam.* Hartungo *i* Mirostio. *Cnfr. Nr. 240.*

„ *228*, *Nr. 271*, *Objaśnienia.* Zarnovo, *a w Nrze. 400* Sarnov, *jest dawna nazwa miasteczka Ołobok*, *dziś Mühlbock p. m. Swiebodzin. Świadczy o tem Liber civium a. 1651 fol. 26*, *zachowany w Archiwie Rządow. Poznańsk.*, *gdzie występuje:* Georgius Seler pro tempore advocatus civitatis Medzerecensis ac insimul in Silesia in oppido Sarnowo alias Milbok iudex privilegiatus.

„ *248*, *Nr. 284*, *Objaśnienia. Wiersz 3 od g.* Oszeczno, *dziś z niemiecka Hochzeit.*

„ *250*, *Nr. 286*, *Objaśnienia.* Sulislaus filius Brodonis, *znaczy zapewne tyle*, *co* heredis de Brod, *gdyż*, *jak Nr. 338 okazuje*, *imię chrzestne ojca Sulisława było* Andreas. *Czy wieś Brody p. m. Buk było rzeczywiście miejscem grodu kasztelańskiego*, *dla tego jest niepewnem*, *że nie spostrzega się tam dziś śladu takowego. Cnfr. Nr. 444.*

„ *284*, *Nr. 318. Wiersz tekstu przedostatni.* Benko, *mylnie zam.* Borco, *cnfr. Nr. 730 wiersz 3 od k.*

„ *286*, *Nr. 321. Kodeks biblioteki Baworowskich w Lwowie*, *zawierający przywileje Poznania*, (*K. pergaminowy*, *pochodzący z XV w.*) *ma*, *wiersz 15 od d. zam.* prolatationem, *pewnie lepiéj* placationem, *co przypuściwszy*, *należałoby zmienić w tymże wierszu* respondentes *na* recipientes; *wtenczas ustęp ten brzmiałby*, *jak się zdaje poprawniéj:* Et cives prenominate civitatis, ius secundum formam Maydburgensis civitatis, mediam placationem de iudicio recipientes, innoxium et illibatum ex nostra donacione perpetue gaudeant possidere; ea racione mediante, ut ullus Theutonicorum

in districtu dominii nostri constitutus, ipsa iura vilipendendo preter iam dictam civitatem alias requirere non presumat.

Strona 292, Nr. 328. Oryginał tego dokumentu znajduje się w Poznaniu w Archiwie Rządowem, Koronowo 5. Porównanie obu tekstów wykazuje następujące różnice. Str. 293, wiersz 7 od g. zam. renunciat, *oryginał ma* renunciabit. *Wiersz 9, po s.* Gothardi, *oryg. ma dodane* desertum. *Wiersz 13 od d. zam.* sint cedituri, *oryg. ma* sic cedent. *Data wreszcie nie brzmi* M.CC.L quinto, *tylko* M.CC. octuagesimo quinto; *dokument ten powinien zatem stać pod Nrem. 557.*

„ *313, Nr. 352, Objaśnienia.* Molendinum super flum. Rudnik, *jest zapewne młyn, który stał w bliskości klasztoru Dominikanów w Poznaniu, a którego staw przed niedawnym czasem zarzucono.* Flum. Rudnik, *jest zatem stara nazwa strumienia Bogdanka. Niedokładnie w Łukaszewicza Obraz m. Poznania I, p. 245.*

„ *328, Nr. 368, Objaśnienia. Wiersz 3 od g.* Cyrmino, *Karmin p. m. Osieczna. Wiersz 7,* Mechinevo, *Mchy p. m. Dolsk.*

„ *331, Nr. 372, Objaśnienia. Aż do XVI wieku nazywano Noteć rzekę po połączeniu Noteci z Wartą aż do ujścia do Odry, tak, że Wartę uważano za lewy przypływ Noteci.*

„ *340, Nr. 384, Objaśnienia należy sprostować wedle Objaśnień do Nru. 1557.*

„ *345, Nr. 390, Objaśnienia.* Lacus Dominicz, *jezioro pod wsią Domnice.*

„ *348, Nr. 393. Wiersz 3 od g.* Oleszyno, *mylnie zam.* Blosino, *t. j. Myślibórz; cnfr. Nr. 629.*

„ *353, Nr. 400.* Sarnov, *dawna nazwa miasteczka Ołobok, dziś Mühlbok p. m. Świebodzin; cnfr. powyżéj Objaśnienie do Nru. 271.*

„ *370, Nr. 422. Wiersz 5 i 6 od g.* terra Thuitz, *mylnie zam.* terra Chintz, *zwanéj od grodu* Chinez, *leżącego niegdyś nad rz. Odrą wprost wsi Kienitz, a któréj to obszar po obu brzegach rz. Mizla aż do brzegów Warty, wówczas zwanéj Noteć, się rozciągał. Cnfr. Wohlbrück, Geschichte des Bisthums Lebus I p. 66, i p. 94.*

„ *379, Nr. 429, Nagłówek. Wiersz ostatni zam.* R. M. III, *czytaj* R. M. II. *(Perlb.)*

„ *381, Nr. 431. Drukowany także w Działyńskiego Lites ac res gestae II, 67.* (*Perlb.*)

„ *390, Nr. 443. Wiersz tekstu ostatni,* Frachardi, *mylnie zam.* Sventhozlay; *cnfr. Nr. 449.*

„ *391, Nr. 444, Objaśnienia.* Nesow, *Nieszawka, niegdyś zamek nad Wisłą naprzeciw m. Toruń, którego ślady o kilkaset kroków poniżéj rujny zamku Dybów można dostrzedz.*

„ *397, Nr. 451, Objaśnienia.* Cadce, *Czacz.* Parva villa, *Mały Czacz.*

„ *399, Nr. 455, Nagłówek. Wiersz ostatni zam. Lites I, czytaj Lites II.* (*Perlb.*)

„ *415, Nr. 474. Wiersz tekstu 3 od k.* Porece, *mylnie zam.* Ponez, *czyli Poniec. Cnfr. Nra. 464, 611, 612.*

„ *421, Nr. 479, Objaśnienia.* Zycce, *jest pewnie Sycyno p. Szamotułami.*

„ *469, Nr. 501. Kopja tego dokumentu, pisana w w. XV, znajduje się w Archiwie Rządowem w Królewcu, Fol. A, 18. Fol. 57, 125.*

Strona 484, Nr. 518. Wiersz tekstu 4 od d. Syrzicius, *mylnie zam.* Dirzicraius; *cnfr. Nr. 489.*

„ *488, Nr. 523, Nagłówek. Zam. Lites I, czytaj L. II. (Perlb.)*

„ *503, Nr. 543. Dyplomat ten nie jest oryginałem, tylko współczesną kopją bez pieczęci; drukowany także w Działyńskiego Lites ac res gestae II, 67. (Perlb.)*

„ *543, Nr. 584. Tekst w Matric. Bukow. różni się w następujących miejscach od tekstu Dreger Mnscrpt. Wiersz tekstu 2 od g. zam.* Buguslavus dux Slavie, *M. B. ma* Bugizlaus — Sclavie. *Wiersz 7 od d. zam.* Swensone palatino Swecensi, *M. B. ma* Swensone palatino Gedanensi, Paulo palatino Swecensi. (*Perlb.*)

„ *546, Nr. 586. Wiersz 18 tekstu od g.* Zcriovo iuxta Pagenchno, *może jest wieś Krzywanice p. m. Pajęczno.*

„ *552, Nr. 592, Objaśnienia.* Murinov, *może także bydź Murzynowo p. m. Miłosław, należące również do dyecezyi Poznańskiéj.*

„ *572, Nr. 613. Wiersz 5 od d.* Tarchali, *bardzo stary przydomek, jak się zdaje, rodu Junoszów, może w związku z wsią Tarchały p. m. Odalanów; istniał już w XII w., jak dowodzi Kodeks Lubiński p. 581, wiersz przedostatni.*

DO TOMU DRUGIEGO.

Strona XIV, Nr. 745. Zam. 1299 czytaj 1296.

„ *3, Nr. 619. Drukowany w Jabczyńskiego Archiv. theologic. I, 364.* (*Perlb.*)

„ *19, Nr. 638, Objaśnienia.* Suffraganeus episcopus *napotyka się autentycznie po raz pierwszy w Nrze. 1986.*

„ *40, Nr. 659, Nagłówek. Wiersz ostatni, zam.* Lites I, *czytaj* Lites II. (*Perlb.*)

„ *48, Nr. 670. Oryginał zachowany w Archiwie Królewieckiem, Schiebl. LV, 62.*

„ *51, Nr. 673. Wiersz 3 od g., tytuł* dux Pomeranie *mógł służyć księciu Przemysławowi dopiero po śmierci księcia Mestwina, która przypada na m. Grudzień r. 1294; Indictio IX przypada także na r. 1296, w którym to czasie Przemysław już nie żył; okoliczności te czynią dokument ten podejrzanym.* (*Perlb.*) *Cnfr. uwagi w Kodeksie Rzyszczew.*

„ *65, Nr. 689. Wiersz 10 od g.* Scosevo, *mylnie zam.* Stosevo, *co się ztąd wykazuje, że w Lib. privileg. A, w którym stare nazwy topograficzne zwykle są późniejszem tychże brzmieniem oznaczone, w kopji tego dokumentu napisano* Stenczewo, *dziś Stęszewo. Wytłómaczenie osady* Mloda *przez Młodasko, staje się przez to bardzo wątpliwem.*

„ *74, Nr. 698, Objaśnienia.* Biscupicy alias Doluplozicy, *Biskupice p. m. Stawiszyn.*

„ *87, Nr. 716, Nagłówek. Wiersz ostatni zam. gestae I, czytaj gestae II.*

„ *88, Nr. 717. Oryginał tego dyplomatu znajduje się w Archiwie Rządowem Królewieckiem, Schiebl. LIX, 45.* (*Perlb.*)

„ *89, Nr. 718, Objaśnienia.* Kandemino, *pewnie Konino.* Gora, *była osada*

według Liber beneficiorum Capituli Posnaniens. już r. 1510 deserta; *należała do parafji m. Bnin.*

Strona *91, Nr. 719, Objaśnienia. Wiersz 9 od g.* Bredne, *była według Lib. privil. D, Nr. 294 archiwa Kapituły Poznańsk. już r. 1600* villa deserta.

" *94, Nr. 722, Objaśnienia.* Drscenicza, *Trzcienica.* Trnycz, *de Trzcińsk.* Zazpicz, *nie odgadnione.* Osesyn, *osada znikła a już r. 1360* deserta; *cnfr. Nr. 1432.* Wylkanovo, *Walichnowy.* Dosesyn, *Osesyn.*

" *96, Nr. 724. Drukowany w: Ledebuhr, Archiv. für die Gesch. d. Preuss. Staats I, 230. (Perlb.)*

" *96, Nr. 725. Oryginał zachowany w Archiwie Królewieckiem, Schieblade LIX, 16. (Perlb.)*

" *97, Nr. 726. Drukowany także w Cod. diplomatic. Warmiens. I, Nr. 94. (Perlb.)*

" *102, Nr. 731, Objaśnienia.* Crupczino, *osada znikła okolicy m. Dolsk; cnfr. Jabczyński. Rys historyczny m. Dolska p. 3.*

" *102, Nr. 732, Nagłówek. Zam.* Lites I, *czytaj* Lites II. *Drukowany także w Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplom. Polon. II, Nr. 467. (Perlb.) Świadkowie są u R. M. następnie podani:* Domini palatinus Poznaniensis, Svenca palatinus Gedanensis, Nicolaus palatinus et Adamus palatinus Crusviciensis, Stanislaus castellanus, Paulus subcamerarius, Paulus subpincerna Svencenses, Uneslaus subcamerarius Gedanensis, Iulianus pincerna Derseviensis, dominus Stephanus archidiaconus Pomeranie, dominus Paulus canonicus Plocensis et plebanus de Chelewicz, et alii quam plurimi clerici et laici fidedigni.

" *104, Nr. 734, Nagłówek. Zam.* Braunsberg, *czytaj* Pelplin. *(Perlb.)*

" *106, Nr. 737, Nagłówek. Zam. p. 62, czytaj p. 68.*

" *107, Nr. 738, Nagłówek. Zam.* Braunsberg, *czytaj* Pelplin. *(Perlb.)*

" *108, Nr. 739. Wiersz tekstu 9 od d. zam.* Prsimoze, *czytaj* Prsimore. *(Perlb.)*

" *110, Nr. 740. Drukowany w: Neue Preussische Provinzial-Blätter, 1853, p. 64. (Perlb.)*

" *112, Nr. 741. W Scriptores rerum Prussicarum jest ten dokument podany pod rokiem 1296 infra octavam Purificationis Marie, t. j. Febr. 3—9. (Perlb.)*

" *118, Nr. 746, Nagłówek. Zam. Lit. ac res gestae I, czytaj Lit. ac res gestae II.*

" *122, Nr. 751. W Nagłówku ten sam błąd, co w Nrze. 746.*

" *124, Nr. 754. Wiersz 2 od g.* sepe, *mylnie zam.* semper.

" *129, Nr. 758. Rok tego dokumentu przypada, licząc tegoż początek od Bożego Narodzenia, na rok 1295, zatem jeszcze na czas życia księcia Przemysława; jest zatem właściwie dokumentem Kujawskim. (Perlb.)*

" *138, Nr. 769. Drukowany także w Codex diplomatic. Warmiens. I, Nr. 104. (Perlb.)*

" *149, Nra. 781 i 782, Objaśnienia.* Polusyno, *Połęczyn p. m. Kartuzy. Nr. 782, wiersz ostatni,* Bruchnino, *mylnie zam.* Bruthnino, *nie odgadnione, zapewne także w okolicy Sierakowic.* Smolino, *pewnie Smolczyn. (Perlb.)*

" *165, Nr. 801, Nagłówek. Zam. Lit. ac res gestae I, czytaj Lit. ac res gestae II.*

Strona 170, Nr. 807. W Nagłówku ten sam błąd, co w Nrze. 801.

„ *174. Nr. 812, Nagłówek. Zam. Lit. ac res gestae I, czytaj Lit. ac res gestae II. Objaśnienia.* Racenze, *Raciąż, niegdyś gród pomiędzy Tucholą a Chojnicami, dziś z niem. Reetz. (X. Kujot w Roczniku naukowym Toruńskim r. 1878, p. 48).*

„ *190, Nr. 830, Objaśnienia.* Racez, *Raciąż, niegdyś gród p. m. Tuchola. Cnfr. Dodatek poprzedni.* Bralewnicza, *Bralewnica.*

„ *193, Nr. 833. Objaśnienia i Dodatki do Nru. 619.* Wyszogród castrum, *stało na południe miasteczka Fordon w bliskości ujścia Brdy do Wisły, a jego grodziszcze dziś jeszcze istnieje. Świadczą o tém treści dokumentów króla Władysława Jagiełły, jednego z r. 1413, drukowanego w Rzyszczew. Muczkow. Cod. diplomatic. Poloniae II, Nr. 501, w którym, potwierdzając przywiléj Kazimierza, księcia Szczecińskiego, nadany kościołowi Maryi Magdaleny w Wyszogrodzie, kościół ten nazywa* Wyschogrodensis sive Fordonensis; *drugiego drukowanego tamże p. Nrem. 564, z którego tak położenie wzmiankowanego kościoła, jak i samego grodu wynika. Kościołowi temu nadał także przywiléj książę Mestwin r.* 1293 Dec. 11, in Svece, *oblatowany w Liber iudicialis Bydgostiens. a. 1551, fol. 2. (Archiw. Rządowe Poznańskie).*

„ *200, Nr. 842. Wiersz tekstu 3 od d.* Bughnaustr, *mylnie zam.* Bugmaste, *właściwie Buchmast. Cnfr. Riedel, Cod. diplom. Brandenb. A VI, p. 243.*

„ *203, Nr. 846, Objaśnienia.* Goplenyca, *jest odpływ jeziora Pątnowskiego do rz. Warta, później zamieniony na kanał. Cnfr. Długosz, Histor. Polon. I, pag. 31.*

„ *218, Nr. 863, Objaśnienia.* Chvalenicze, *w Nrze. 864* Falinicze, *Wolenice.*

„ *219, Nr. 864, Objaśnienia.* Rambechowo, *Rębiechów p. m. Kobylin.*

„ *224, Nr. 870. Wiersz tekstu 5 od g.* Beymunano, *mylnie zam.* Heynmano.

„ *240, Nr. 889, Objaśnienia.* Wititz, *pewnie mylnie zam.* Rietschütz *p. m. Świebodzin.* Lassocitz, *de Lasocice.*

„ *244, Nr. 894. Wiersz 4 od g. Wspomniona* municio in terra Calisiensi, *oblegana r. 1305 przez Litwinów, był Stawiszyn. Cnfr. Monumenta Polon. histor. p. 41.*

„ *248, Nr. 899. Dokument księcia Świętopełka z roku 1236, którym potwierdza klasztorowi Mogilno pomiędzy innemi posiadanie wsi Trąbki i Koźmin i różnemi go obdarza przywilejami, drukowany jest w: Działyńskiego Lites ac res gestae II, 70. Nadanie to uczynionem jest na rzecz klasztoru Benedyktynów* S. Adalberti ad Quercum, *dziś S. Albrecht pod Gdańskiem, prastaréj filji klasztoru Mogilnickiego, jak tego dowodzi Nr. 975. Nosił on téż równie, jak jego macierz, z początku nazwę Mogilno i tegoż, co ta, miał patrona, t. j. ś. Jana ewangelistę; w r. 1222 nadają mu księżniczki Pomorskie, Mirosława, wdowa po księciu Bogusławie, i Hyngardis, wdowa po księciu Kazimierzu, wieś Pretmin pod Kołobrzegiem, a książę Barnim, potwierdzając r. 1236 też darowiznę, inne mu jeszcze nadaje przywileje. Wspomniane dokumenta drukowane są w: Hasselbach und Kosegarten, Codex Pomeraniae diplomatic. Nr. 141 i Nr. 240.*

„ *253, Nr. 906. Drukowany w: T. Działyński, Lites ac res gestae II, p. 96.*

Strona 281, Nr. 936, Objaśnienia. Freistadt *na Szląku, z niemiecka zam. Kożuchów,*
„ *295, Nr. 952, Objaśnienia.* Constadt, *z niem. zam. Wołczyn.* Landsberg. *z niem. zam. Gorzów.*

„ *308, Nr. 964. Dokument ten znajduje się w Archiv. Capituli Poznaniens. Liber privil. B, Nr. 46. Pomiędzy poprawnym tekstem tegoż, a podanym według kodeksu Raczyńskiego przez nas tekstem, zachodzą następujące różnice. Wiersz 2 od g. zam.* prosequimur, *L. pr. ma* prosequamur. *Wiersz 3 od g. zam.* rex Polonie, *L. pr. ma* heres regni Polonie. *Wiersz 10 od g. zam.* Andree, reverentiam, *L. pr. ma* Andree et reverentiam. *Wiersz 6 od d. zam.* debeatur, *L. pr. ma* debeat. *Wiersz 2 od d. zam.* Goluthowo, *L. pr. ma zgodnie z Racz.* Goluchowo. *Objaśnienia,* Goluchowo, *Gołuchowo p. m. Kalisz.*

„ *320, Nr. 977, Objaśnienia.* Stossewo, *Stęszewo; cnfr. powyżéj Objaśnienie do Str. 65, Nru. 689, a poniżéj do Objaśnień Str. 419, Nru. 1087 i do Str. 527, Nru. 1194.*

„ *325, Nr. 984, Objaśnienia.* Allodium Lednicza, *jest pewnie miejsce, na którem stała pierwotna katedra Gnieźnieńska, a która według Thietmara zgorzała r. 1018. Na przypuszczenie to naprowadza podanie Długosza, który jednak, uwiedziony nazwiskiem* Lednica, *wyspę na jeziorze w późniejszych dopiero czasach tak samo zwanem za ono miejsce uważa, (cnfr. Histor. Polon. Liber I); potwierdza zaś takowe dokładnie tu opisane położenie starego książęcego zamku, który, jak w Poznaniu, a wówczas i wszędzie, tak i w Gnieźnie zapewne stał obok katedry. Domyślać się téż można, że po spaleniu się pierwszéj i przeniesieniu na dogodniejsze, t. j. dzisiejsze miejsce, i nowy zamek w jéj pobliżu wybudowano obok starożytnego kościoła* s. Georgii in arce, *zwłaszcza że podany przez Długosza powód przeniesienia katedry, t. j.* difficultas aditus, *zupełnie odpowiada określonemu przez ten dokument położeniu. Nazwisko Lednica nosiło téż za czasów Długosza i jezioro Ostrowskie w okolicy m. Dolska, a oprócz wzmiankowanego w tym dokumencie* allodium, *i inna jakaś miejscowość wspominana w Lib. terrestr. Poznaniens. a. 1405, f. 287 i 293, gdzie:* Mroczko subiudex *występuje przeciw królowi Władysławowi* pro venatione in Lednicza *i na przywilej króla Kazimierza się powołuje; jezioro zaś, które miał na myśli Długosz, nazywało się dawniéj tylko* lacus de Ostrow *(cnfr. Nr. 320), a pod nazwiskiem* Lednica *spotyka się po raz pierwszy w Lib. terrest. Gneznens. a. 1453, f. 21, gdzie* Ianussius de Latalice iudex Kalisiens. *sprzedaje* Bogussio Skoczki villas Latalice et Bodzeporowicze cum piscatura in lacu Lednycza. *Ruiny wreszcie, brane przez Długosza za pochodzące od pierwotnéj katedry, istnieją i dziś jeszcze a są szczątkami starego grodu Ostrowskiego, wspominanego już r. 1136 (cnfr. Nr. 7), którego plan ogólny całkiem jest podobnym planowi grodu Radzimskiego, pod równemi warunkami, t. j. na wyspie zbudowanego, (jeden koniec podłużnéj wyspy odcięto od brzegu do brzegu kolistym wałem i przekopem, a w samym cyplu wzniesiono grod). Tem się tylko oba różnią, że gród Radzimski, zapewne z powodu dość znacznéj wysokości przeciwległego wybrzeża Warty, na wyniosłem grodziszczu został zbudowanym, kiedy Ostrowski, gdzie ta okoliczność nie miała miejsca, tylko, jak się*

zdaje, na kamiennym podbudowaniu spoczywał. Nazwisko samo Lednica *czeka jeszcze na swe filologiczne wyjaśnienie.*

Strona 372, Nr. 1040, Objaśnienia. Pczelyno, *osada znikła w pobliżu m. Turek; cnfr. Nr. 803.*

„ *405, Nr. 1071. Drukowany w: Voigt, Codex diplomatic. Prussic. II, Nr. 95. Data powinna bydź czytaną:* M.CCC.XX, VI Nonis Iulii, *a zatem r. 1320 Jul. 7, a to z powodu, że* Fridericus de Wyldinberch *nie był już r. 1326 mistrzem Zakonu. Dokument ten powinien zatem był bydź umieszczonym pod Nrem. 1022. (Perlb.)*

„ *419, Nr. 1087, Objaśnienia.* Stosbowo, *mylnie zam.* Stossowo, *dziś Stęszewo, jak Nr. 689 wykazuje, posiadłość kapituły Poznańskiéj.*

„ *421, Nr. 1088, Objaśnienia. Wiersz 4 od d.* Goppolonitza aqua, *odpływ jeziora Pątnowskiego do rz. Warta, nad którym leży Morzysław; cnfr. Długosz, Histor. Polska I, p. 31. Odpływ ten zamieniono późniéj na kanał.*

„ *433, Nr. 1099, Objaśnienia.* Freistadt, *z niemiecka zam. Kożuchów. Str. 434,* Primkenau, *z niem. zam. Przemysłów.*

„ *446, Nr. 1117. Wyjawione w tym dyplomacie knowania Szamotulskich z margrabią Brandenburskim służyły zapewne Długoszowi za tło, z którego wysnuł całkiem mylne twierdzenie, jakoby wojewoda Wincenty Krzyżaków na Polskę naprowadził i tamże ich najazdem kierował. Uniewinnia go pod tym względem całkowicie zeznanie Mikołaja, sędziego Kaliskiego, i Piotra, kasztelana Radzimskiego, w* Lites ac res gestae I, pag. 282; *natomiast nie jest niemożliwem, że za swe zdradzieckie postępki istotnie od rycerstwa zabitym został, i to może za te właśnie, które obecny dyplomat wykrywa.*

„ *467, Nr. 1139, Objaśnienia.* Gora, *Góra p. m. Żnin, któréj plebani bywali zwykle kanonikami Gnieźnieńskimi.*

„ *469, Nr. 1143. Wiersz 9 od d. zam.* ivucos, *czytaj* iuncos. *Str. 470, Objaśnienia. Na końcu braknie* Drozin, *Drożyn.* Myedzirzecz, *Międzyrzecz.*

„ *502, Nr. 1174. Wiersz tekstu ostatni.* Gazzyna, *mylnie zam.* Grizyna, *t. j. Gryżyna; cnfr. Nra. 1036 i 1268.*

„ *511, Nr. 1184. Wiersz 11 od g.* Prsisodlki, *należy pisać* prsisodlki, *gdyż, jak Nr. 1430 okazuje, używano tego wyrazu w znaczeniu dzisiejszego obcego folwark.*

„ *513, Nr. 1186, Objaśnienia.* Santzkowe, *mogą bydź także Sączkowice pod Przemętem; cnfr. Nr. 1957.*

„ *527, Nr. 1194, Nagłówek i Objaśnienia.* Stanschewo, *dziś miasteczko Stęszewo, jak Nr. 1087 okazuje, własność Kapituły Poznańskiéj, zwykle dzierżona przez dziekanów; według Nru. 689 dał ją książę Przemysław r. 1292 tejże Kapitule w zamian za wieś Krośno.*

„ *535, Nr. 1202, Objaśnienia. Pomimo że granice dyecezyi Gnieźnieńskiéj sięgały pierwotnie brzegów Baltyku, któremu to twierdzeniu daje podstawę Nr. 78, i tamże się stykały od zachodu i wschodu z granicami dyecezyi Kamieńskiéj i Włocławskiéj, niemniéj jest pewnem, że strumień Plitwica rozgraniczał pierwszą od Włocławskiéj, t. j., że ziemia Wyszogrodzka od dawnego czasu do ostatniéj należała. Wiemy przynajmniéj, że tak już było r. 1251, gdyż w tym roku nadaje Michał biskup Włocławski w przywileju, udzielonym Cystersom w Byszewie, swoje dziesięciny z ich wsi Byszewo,*

Sadkno i Tryszczyn temuż klasztorowi, który téż zawsze się jako do téj dyecezyi należący mieni. Pergamin orygin. zachowany w Archiwie Rządowem Poznańsk. Koronowo 2. Cnfr. tom II, Dodatki do Nru. 1202.

Strona 569, Nr. 1240, Nagłówek. Pieczęć Jana z Wałdowa jest przywieszona u dyplomatu Koronowo Nr. 57, a przedstawia na trójkątnéj tarczy Łeb barana. Z napisu: S'D . . . 5 . . .

„ *571, Nr. 1243, Nagłówek i wiersz tekstu 4 i 5 od g. zam.* de Lacavssina, *czytaj* de la Caussina; *cnfr. Nr. 1389.*

„ *595, Nr. 1262. Wiersz tekstu 6 od d. zam.* Rudorfer, *czytaj* Kudorfer.

DO TOMU TRZECIEGO.

„ *22, Nr. 1313, Objaśnienia. Wiersz 4 od d.* Sczedrzikowicz, *Szczodrzykowo. Wiersz ostatni,* Rossznovo, *w Nrze. 1385* Prosnowo, *Rosnowo.*

„ *38, Nr. 1328. Drukowany w Długosza Histor. Polon. pod rokiem 1355.*

„ *42, Nr. 1332, Nagłówek. Wiersz 3 zam.* vendunt, *czytaj* vendit. *Str. 43, Wiersz tekstu 3 od d.* castellano Znenensi, *mylnie zam.* castellano Zunensi, *t. j. de Żoń; cnfr. Nra. 1442 i 1443. Wiersz tekstu 2 od d. zam.* Goslinensi Nicolao, pannicida, *czytaj:* Goslinensi, Nicolao pannicida.

„ *74, Nr. 1354, Objaśnienia. Wiersz 8 i 7 od d.* Pampycy seu Kopydlovo, *osada ta należała do parafii Dębnica p. m. Kłecko; Kopydłowo dziś jeszcze istnieje.*

„ *80, Nr. 1360. Wiersz 19 od g. zam.* in convocacionibus que currunt post festum Michaelis, *zapewne mylnie zam.* in Communi septimana que currit post festum Michaelis.

„ *86, Nr. 1365. Wiersz 3 od d.* Thomislao, *mylnie zam.* Dobeslao; *cnfr. Nra. 1313, 1414 et sequ.*

„ *88, Nr. 1368. Poznańska Synagoga posiada kodeks zawierający przywileje nadane Żydom przez króla Kazimierza W. wraz z tychże kolejnemi potwierdzeniami, dany Żydom przez króla Jana Kazimierza* Cracoviae in conventu generali felicis nostrae coronationis die XIII mensis Februarii, anno Domini M.DC.XLIX, regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae primo anno. *Wspomnione potwierdzenia przywilejów Kazimierzowskich zostały najpiérw wykonane przez króla Kazimierza Jagiellończyka* Cracovie feria secunda ante festum Assumptionis gloriose virginis Marie proxime, anno Domini 1453, *z tém samém oświadczeniem, które jest zamieszczone w Liber actorum castri Posnaniens. (cnfr. Nagłówek), mianowicie:* Quomodo coram maiestate nostra personaliter constituti Iudei nostri de terris Maioris Polonie, videlicet de Posnaniensi, Callissiensi, Siradiensi, Lanciciensi, Bresttensi, Wladislaviensi palatinatibus et districtibus ad ipsa spectantibus, sua expositione deduxerunt, quod iura que habuerant a celebris memorie serenissimo principe domino Cazimiro rege Polonie, predecessore nostro mediato, et quibus aliorum regum predecessorum nostrorum et nostris temporibus semper et usque in hactenus usi fuerint,

tunc, quando civitas nostra Posnaniensis voragine ignis nobis presentibus consumpta fuit, ipsis essent eciam per iguem in cinerem redacta: petentes et humiliter nobis supplicantes, quatenus iuxta eorundem iurium copiam, quam coram nobis exhibuerunt, eadem iura innovare, ratificare et confirmare dignaremur graciose. Quarum quidem litterarum taliter accopiatarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis: (*Tu następuje dokument Nr. 1368*). *Potwierdzenie to wraz z tegoż transsumptem, potwierdza król Zygmunt August* Petricoviae in conventione generali regni, feria tertia post festum Conceptionis gloriosae virginis Mariae proximae, anno Domini 1548, *a następnie król Stefan* Varsaviae in conventu regni generali, die 2 mensis Ianuarii, anno Domini 1580, *z nadmienieniem, że to czyni na prośbę Żydów miasta Płock, którzy podaną mu do potwierdzenia kopją wyjęli z aktów grodzkich Poznańskich. Dokument ten króla Stefana transsumuje i potwierdza król Zygmunt III* Varsaviae in conventu regni generali, die 12 mensis Octobris, anno Domini 1592, *na prośbę Żydów m. Gostynin, którzy, wyjąwszy z aktów grodu Gostyńskiego kopją sporządzoną z oryginału wystawionego przez króla Stefana, takową mu na prośbę Żydów miasta Wschowa do potwierdzenia podali. Daléj transsumuje i potwierdza dokument Zygmuntowski król Władysław IV* Cracoviae in conventu generali felicis coronationis nostrae, die 11 Martii, anno Domini 1633, *na prośbę Żydów Wielko- i Małopolski; aż wreszcie król Jan Kazimierz w powyżéj wzmiankowanym kodeksie wszystkie te przywileje potwierdza. Pomiędzy tym kodeksem, a tekstem Nru. 1368 zachodzące różnice powstały z błędnego kopjowania transsumptu króla Zygmunta Augusta, który, jak się to z Nagłówka Nru. 1368 okazuje, obydwom służył za podstawę. Natomiast rok 1453 może bydź prawdziwą datą potwierdzenia króla Kazimierza Jagiellończyka, bo rok 1447 jest tylko rokiem jego pobytu w Poznaniu i wspomnionego współczesnego pożaru tego miasta. Co do autentyczności samych przywilejów, wypada podnieść, że królowi nie sam oryginał, który w pożarze miasta został zniweczonym, tylko tegoż kopja, i to w 6 lat późniéj, została przedłożoną.*

Strona 100, *Nr. 1372*, *Objaśnienia. Wiersz ostatni*, Slotopole, *prawdopodobnie osada znikła, wsi Glewo przyległa; wieś Złotopole pom. miastami Lipno i Kikół jest o 4 mile odległą.*

" *110*, *Nr. 1383, Nagłówek i wiersz 1 tekstu.* Wedel, *pewno mylnie zam.* Welen, *t. j. Wieleń.*

" *114*, *Nr. 1387. Wiersz ostatni. Po* duodecem, *braknie* (sic).

" *119*, *Nr. 1391*, *Objaśnienia.* Bandzesski, *de Będzieszyn.*

" *120*, *Nr. 1392. Wiersz 15 od d.* Pilczy, *znaczy heredes de Pilcza, czyli de Pilica; cnfr. Nr. 1486.*

" *136*, *Nr. 1406*, *Objaśnienia.* Bradleviricza, *Bralewnica.* Raczecz, *Raciąż, dawniéj gród, dziś wieś kościelna p. m. Tuchola. Cnfr. Nr. 830 i powyżéj Dodatki do Nru. 812.*

" *141*, *Nr. 1411*, *Objaśnienia.* Ankno, *pewnie wieś Ankrow p. m. Calies.*

" *154*, *Nr. 1422. Wiersz tekstu 4 od g. zam.* **anno vııl**, *czytaj* **anno vııı.**

" *155*, *Nr. 1423. Wiersz tekstu 1 od g. zam.* le,zen, *czytaj* le-zen.

" *157*, *Nr. 1424. Ostatnie 2 wiersze tekstu powinny bydź drukowane kursywą,*

jako do samego dyplomatu nie należące; wyjąwszy sex scotos grossorum, *jako te wyrazy tekstu, (na stronie 156, wiersz 8 i 7 od d.), które pisarz na skrobanym pergaminie poprawiał.*

Strona 174, Nr. 1444. Wiersz tekstu ostatni. Zbanszym, *pewnie mylnie zam.* Zbasz, *miejscowość nie odgadniona. Cnfr. Nra. 1481 i 1482.*

" *184, Nr. 1455, Nagłówek.* Mogilno, *mylnie zam.* Trzemeszno.

" *205, Nr. 1474. Wiersz tekstu przedostatni.* Thworkone, *zapewne mylnie zam.* Ottone.

" *206, Nr. 1475, Objaśnienia.* Lembark, *Limburg.*

" *233, Nr. 1507. Wiersz tekstu 2 od g. Po* facte, *braknie* (sic).

" *236, Nr. 1510, Objaśnienia. Wiersz 2 od g. Zam. Warta, ma bydź Wełna.*

" *237, Nr. 1512. Wiersz tekstu 2 od g. Po* facte, *braknie* (sic).

" *249, Nr. 1522, Objaśnienia. Zam.* Oppathowo, *czytaj Opatówko.*

" *267, Nr. 1544, Objaśnienia.* Biskupice, *może* Biskow *Nru. 354; osada ta została wszakże wówczas własnością Kapituły Gnieźnieńskiéj.*

" *272, Nr. 1550, Objaśnienia.* Potrzikovo, *może bydź Pietrzykowo p. m. Pyzdry, lub P. p. m. Koźminek.*

" *276, Nr. 1555. Wiersz tekstu 9 od g. Zam.* prope, *czytaj* proprie.

" *277, Nr. 1556. Wiersz tekstu 3 od g. i 6 od d.* Ienko, *mylnie zam.* Ieszko.

" *278, Nr. 1557. W r. 1366 dnia 20 Marca bawił król Kazimierz w Krakowie, (cnfr. Fr. Piekosiński, Cod. diplomatic. Minor. Poloniae Nr. 284); o ile ta okoliczność może uzasadniać sąd o autentyczności odnośnych dokumentów, cnfr. Objaśnienie do Nru. 1790.*

" *296, Nr. 1576, Objaśnienia.* Biskupice, *może* Biskow *Nru. 354; cnfr. powyżéj Dodatek do Nru. 1544.*

" *301, Nr. 1581. Wiersz tekstu przedostatni. Zam.* magne curie, *czytaj* Magne curie, *czyli* de Nowydwór.

" *313, Nr. 1596. Wiersz 1 drugiego ustępu tekstu. Po* consiliariorum, *braknie* (sic); *jest to oczywista omyłka zam.* consulum.

" *314, Nr. 1597, Objaśnienia.* Slonino, *Słonin p. m. Kościan.*

" *332, Nr. 1614. Wiersz tekstu 4 od d.* Victore, *mylnie zam.* Dithkone; *cnfr. Nra. 1586, 1619, 1638.*

" *345, Nr. 1627. Wiersz tekstu 11 i 12 od g.* Pyscze, *pewnie od wsi Pysczyn p. Gnieznem.*

" *375, Nr. 1661. Wiersz tekstu 10 i 9 od d. Zam.* iuribus, *czytaj* viribus.

" *393, Nr. 1681. Wiersz 3 od d. Po* permittens, *braknie* (sic).

" *423, Nr. 1706. Ostatnie 2 wiersze tekstu powinny bydź drukowane kursywą, jako nie należące do samego dyplomatu, wyjąwszy wyrazu* forma.

" *438, Nr. 1719, Objaśnienia. Po* Caminensis, *de Kamień, braknie* Izdebka, *heres de Izdebno; cnfr. Nr. 1855.*

" *466, Nr. 1747, Objaśnienia. Po* Culmen, *Chełmno, braknie* Istebka, *de Izdebno; cnfr. Nr. 1855.*

" *488, Nr. 1771. Wiersz tekstu 4 od g. Zam.* soliti, *czytaj* solliciti.

" *497, Nr. 1779. Na początku dokumentu braknie napisu:* Littera mutui illorum de Francia. *Wiersz tekstu 14 od g.* Brugge, *mylnie zam.* Bruggis. *(Podług uwiadomienia archiwarjusza archiwu Królewieckiego, p. Philippi). Okoliczność przytrzymania obcych rycerzy przez Bartosza z Odalanowa*

i nałożenia na nich okupu, lubo zupełnie usprawiedliwionego tém, że ciągnęli na pomoc Zakonowi Krzyżaków, wówczas w ciągłych zatargach z Polską będącymu, dała, zdaje się, Długoszowi powód do przedstawienia tego znakomitego męża jako pospolitego łupieżcę, lubo że go Janko z Czarnkowa, zresztą jedyne źródło Długoszowe z téj epoki, zawsze nazywa miles strenuus, *a uwzględnienie jego stanowiska jako głowy ruchu ziemian Wielkopolskich przeciw stronnictwu dworskiemu, przypuszczenie tego rodzaju zdaje się wykluczać.*

Strona 510, Nr. 1791. Wiersz tekstu 11 od g. Po ratificando, *braknie* (sic).

„ *513, Nr. 1794. Fr. Piekosiński w krytyce niniejszego Kodeksu, zamieszczonéj w Przeglądzie krytycznym Krakowskim z miesiąca Grudnia r. 1877, przywodzi obok podanego przez nas w Nrze. 11 transsumptu inny transsumpt, wpisany w księgę zatytułowaną:* Liber in quo continentur variae scripturae in negotio Abbatiae Tremesnensis, conscriptus Romae a patre Stanislao Żegocki ibidem commorante anno Domini 1691, *a do którego kopista następujący opis pieczęci księcia Mieszka dołączył:* Sigillum pendens in filis sericeis cum effigie s. Venceslai martyris; literae: D. V. M. M. A. C. S. *Ponieważ postać ś. Wacława na mniejszéj pieczęci miasta Krakowa z XIV w. zgadza się w połączeniu z opisem podanym w Nrze. 1794 prawie zupełnie z rysunkiem pieczęci II naszego pocztu: daléj, ponieważ odczytany przez kopistę napis D. V. M. M. A. C. S. zapewne tylko dla tego nie przypada do napisu pieczęci II: MESICO DVX MAXIM9, że górna jego część, t. j. IMV9 była zatartą, a litera X w wyrazie DVX dla tego została wziętą za literę M, równie jak litera X w wyrazie MAXIM9 za literę C, iż kopistę mamiły kreski w tych właśnie miejscach wytłoczone przez ćwieczki, któremi matryca na kapturku miecza książęcego była przytwierdzona: wnosi zapewne słusznie wzmiankowany autor, że do dyplomatu podanego w Nrze. 11 była pierwotnie przywieszona* pieczęć II.

„ *517, Nr. 1797. Wiersz 12 od g. Zam. (vacuum).* Omnia fora, *czytaj* (vacuum) omni feria.

„ *534, Nr. 1810, Objaśnienia.* Ostrow, *w łacińskiem* Insula, *(cnfr. Nra. 1153, 1810 i 1915), nazywano półwysep ciągnący się pomiędzy Starą Wartą a Cybiną aż do połączenia się obu poniżéj dzisiejszego fortyfikacyjnego upustowego mostu, w którem to miejscu małe a bardzo głębokie jeziórko do dziś ślad Staréj Warty wskazuje. W XII w. zamknięty był Ostrów od południa-zachodu obronnym murem opatrzonym bramami, a ciągnącym się prawdopodobnie od brzegu Warty aż do Cybiny, (cnfr. Mon. Pol. histor. II, p. 522); stało zaś na nim pierwotne miasto Poznań, tak już zwane, według świadectwa Thietmara i Nru. 1, na końcu X w., a w niem kościół katedralny Ś. Ś. Piotra i Pawła na miejscu dzisiejszem, kościół Ś. Mikołaja na Zagórzu, w miejscu na którem dziś stoi Figura Ś. Jana Nepomucena, stary zamek zwany Ostrów i przy nim postawiony pierwotnie przez Dąbrówkę, a zatem pewnie najstarszy w całéj Polsce kościół Panny Maryi; (cnfr. Monumenta Poloniae I, p. 279; III, p. 439, 447, 587, 617, 622 i 721). Podczas kiedy zamek Ostrów po raz ostatni jest wspominanym pod r. 1249, (cnfr. Mon. Pol. hist. II, p. 566), natomiast kościół P. Maryi, jako kościół zamkowy zbudowany obok tegoż na nasypie ziemi czyli gro-*

dziszczu i dla tego zwany in Summo, *sc.* colle (*cnfr. Nr. 1903*), *dochował tradycyą swego wydatnego znaczenia do późniejszych czasów. Z niego datowali książęta Wielkopolscy i biskupi Poznańscy dokumenta* (*cnfr. Nra. 264 i 294*), *a stara tradycya, wedle któréj królowi Kazimierzowi, zwanemu Mnichem, w nim modlącemu się głos proroczy zapowiedział zwycięztwo,* (*cnfr. powyższe cytata tomu III Monumentów*), *dała zapewne początek odwiecznemu, a w późne wieki przechowującemu się zwyczajowi, wedle którego rycerstwo na wyprawę wojenną wyruszające, broń swą o niego brusowało czyli pocierało, jak tego trzy duże kamienie, w fundamenta wprost za wielkim ołtarzem wmurowane, jawne dziś jeszcze okazują ślady. Dzisiejsze położenie i plan tego kościoła są zapewne te same co dawniéj, a ucięty zachodni koniec zdaje się jeszcze wskazywać na pierwotne oparcie się o zamek książęcy Ostrów, którego położenie wypadłoby zatem przyjąć wedle powyższych cytatów nad Starą Wartą na miejscu dzisiejszéj Psałteryi. Dawnego nazwiska wspomnienie zachowała dziś tylko krótka ulica łącząca Ostrów ze Śródką, zwana Ostrówek. Mylnę wiadomości o powyższych miejscowościach podał Łukaszewicz w Obrazie miasta Poznania I, pag. 12 i 13.*

Strona 543, *Nr. 1817*, *Objaśnienia.* Matzko de Borkewitz, *zapewne mylnie zam.* M. dictus Borkowitz, *gdyż* Borkewitz, *jako miejscowość, jest nie odgadnionem i nie prawdopodobnem. Z porównania dat godzi się przypuścić, iż to jest Maćko Borkowicz, występujący po raz ostatni jako wojewoda Poznański r. 1358* (*Nr. 1377*), *a dzierzący tę godność może i dłużéj, kiedy następca jego, Pasko Doliwczyk, dopiero r. 1360* (*Nr. 1416*), *po raz pierwszy w niéj się pokazuje. Ponieważ ojciec Maćka Borkowicza, Przybysław wojewoda Poznański, po raz ostatni r. 1327* (*Nr. 1083*), *zatem na 57 lat przed datą obecnego dokumentu, sam zaś Maciek po raz pierwszy przed laty 50 samodzielnie występuje (Nr. 1140), mógłby zatem r. 1384 mieć około 70 lat. Za tém przypuszczeniem przemawia, że występujący w Nrze. 1831* Fredhelm Wesenborg *jest synem wojewody Maćka, jak tego dowodzą Księgi ziemskie Kościańskie z r. 1394 fol. 2, a Poznańskie z r. 1404 fol. 210, w którem to miejscu piszą go:* Fredhelm Wesenborg filius olim Mathie Borcovicz; *daléj, że* Henczko Wesenborg *w tymże czasie wielokrotnie występuje jako dziedzic Koźmina, niegdyś własności wojewody Maćka* (*Nr. 1298*), *a w końcu, że obecnie wszyscy trzej jako w tych okolicach osiedleni się objawiają, z których właśnie Wesenborgowie pierwotnie do Wielkopolski przyciągnęli* (*cnfr. Nra. 842 i 888*). *Wzmiankowany Fredhelm występuje aż do śmierci, która przed r. 1406 nastąpiła, jako dziedzic Jutrosina, a synowie jego Bogusz, Bartosz i Janusz, dali początek familji Fryczów Jutroskich, która daje się śledzić aż do XVII w.* (*cnfr. Libri terrestr. Poznaniens. a. 1406, fol. 320 v.*). *Według powyższych wskazówek wypadnie zatem podobno zredukować opowiadanie Długosza, tém więcéj, że wskazanie Maćka na śmierć głodową, karę w tych czasach bezprzykładną, uczyniłoby króla Kazimierza gwałcicielem swego własnego prawodawstwa, które właśnie w punkcie grabieży z wielką dokładnością się określa; cnfr. Statut Wartski, Nr. 1261, Artykuł XXXVII. Za przykład sposobu, w jaki Długosz czasem rozprowadzał jaką niedokładnie po-*

wziętą wiadomość, mogą także posłużyć Dodatki do Nrów. 1117 i 1779. Objaśnienia. Wiersz przedostatni zam. Nr. 1830, czytaj Nr. 1831.

Strona 543, Nr. 1818, Nagłówek. Wiersz 2. Zam. quoda, *czytaj* quod a.

" *554, Nr. 1827. Wiersz tekstu 19 od d. Zam.* Smerdzaczee, *czytaj* Smerdzace.

" *569, Nr. 1840, Nagłówek. Dokument Dobrogosta biskupa Poznańskiego, w którym jest zawarty dyplomat wydany przez królowę Jadwigę, dany został w Ciążyniu; cnfr. Nr. 1868.*

" *574, Nr. 1844, Nagłówek. Wiersz 3. Zam.* Kamień, *czytaj* Konin.

" *575, Nr. 1846, Nagłówek, opis pieczęci. Godło Pomorsko-Lechickiego rodu Borków jest dziś tejże postaci, jaką powyżéj opisana pieczęć przedstawia, a gałęź jego była zapewne już w XIII w. w Wielkopolsce osiadłą, kiedy r. 1323 Wojsław z Gryżyny piastował wysoką wówczas godność sędziego Poznańskiego (cnfr. Nr. 1036). Osada ta, będąc pierwotną i główną siedzibą Wielkopolskich Borków, dała nazwę ich „zawołaniu"* (proclamatio), *z którego nasi heraldycy, zapoznawając tu jak wszędzie znaczenie nazw topograficznych w pierwiastkach mian rodowych, utworzyli „herb Gryzima." Borkowie z Gryżyny i z Osieczny, nabywszy na samym początku XV w. Gostyń z przyległościami, dali początek znakomitéj Wielkopolskiéj familji Borków Gostyńskich, używającéj powyżéj opisanego godła; tak je bowiem przedstawia malowidło na staréj ławce w kościele parafjalnym Gostyńskim; (w polu czerwonem dwa srebrne Wilki ponad sobą bieżące w prawo).*

" *587, Nr. 1861. Wiersz 4 od d. Zam.* Palonicalis, *czytaj* Polonicalis.

" *595, Nr. 1869.* Palatinus Benyamin, *w tym czasie, w téj godności w żadnym dyplomacie nie występuje. Jest to prawdopodobnie ten sam, który r. 1353 pokazuje się jako kasztelan Gnieźnieński (cnfr. Nr. 1317), a który mógł był nastąpić na województwo Kaliskie po Mikołaju Doliwczyku, nie żyjącym już r. 1355, gdyż po tym dopiero r. 1360 Przecław z Gułtów jako takowe piastujący jest wspominanym; (cnfr. Nra. 1318, 1331 i 1414). Godzi się przypuścić, iż to jest ten sam Beniamin, którego r. 1354 zabił Maćko Borkowicz; (cnfr. Monumenta Poloniae histor. Spominki Gnieźnieńskie, p. 45).*

" *609, Nr. 1884. Podobne układy z prywatnemi osobami o dostarczanie zbrojnego ludu przeciw Polsce zawierał często Zakon Krzyżacki; pomiędzy innymi, ze znanym z Nr. 1909 Czesławem Bonin r. 1390 i z Wisławem Czambor; (cnfr. Voigt, Cod. diplomat. Prussic. Band IV.)*

" *625, Nr. 1901. Wiersz 13 od g.* Festes, *pewnie mylnie zam.* fetten. *Wiersz 7 od d.* Mageburk, *pewnie mylnie zam.* Bramburk, *t. j. Bydgoszcz; cnfr. Str. 630, wiersz 10 od d.*

" *633, Nr. 1908, Objaśnienia. Wiersz ostatni.* Mewe, *Gniew.*

" *664, Nr. 1940. Wiersz tekstu 12 od g. Zam.* hulfe, *czytaj* Hulfe. *Wiersz 8 od d. zam.* alles, *czytaj* Alles.

" *665, Nr. 1940. Wiersz tekstu 11 od g. zam.* liechte *czytaj* Liechte. *Wiersz 11 od d. zam.* leczte, *czytaj* Leczte. *Wiersze 10, 9, 8, 7 i 4 od d. zam.* ir, *czytaj* Ir.

" *672, Nr. 1950, Objaśnienia.* Nicolaus dictus Strusz heres de Teczyn, *zapewne ta sama osobistość, co* Niczko Strus Karnoviensis burgrabius *Nru. 1852.* Teczyn, *może bydź zatem Teschenau p. m. Głupczyce na Górn. Szlązku.*

Strona 690, *Nr. 1969. Wiersz tekstu 3 od d. Po* Stephano Scora, *braknie przecinka.*

„ *692*, *Nr. 1971. Wiersz 22 od g. Zam.* Borconis, Slawoborii, *czytaj* Borconis Slawborii. (*Cnfr. diploma sequens*). *Str. 693. Wiersz 12 od d. Zam.* Dominorequirentes, *czytaj* Domino requirentes.

„ *704*, *Nr. 1983, Nagłówek. Po streszczeniu braknie (cnfr. Nr. 1664).*

„ *716*, *Nr. 1995. Wiersz tekstu 3 od g. zam.* de bonis iuribus, *czytaj* de bonis, iuribus.

„ *717*, *Nr. 1996, Objaśnienia.* Pampicze, *może téż bydź Pępocin p. m. Słupca.*

„ *728*, *Nr. 2008. Wiersz tekstu 14 od g. Zam.* cucttipotentis, *czytaj* cunctipotentis.

„ *745*, *Nr. 2023. Wiersz tekstu 5 od d. Lubo Grünhagen dokument ten w swych „Regesten zur Schlesischen Geschichte," idąc za powyższym Kopjaryuszem, położył pod r. 1206, w kopji jednak życzliwie wydawcy do oddrukowania w Kodeksie Wielkopolskim udzielonéj kładzie r. 1211, a to głównie z powodu, że* Laurentius episcopus *wstąpił na stolicę biskupią r. 1207. Przypuszcza on tu dwie pomyłki kopisty; pierwszą, że, jak i w innych miejscach, tak i tu tenże czytał przy dacie* v *zam.* x; *drugą, że literę* c, *którą zapewne w oryginale widział, przerobił według własnego, a błędnego domysłu na* Ciprianus, *i że ta litera pewnie miała znaczyć* Conradus episcopus Halberstadensis. *Że uczony mąż w obu przypuszczeniach się nie myli, dowodzi dokument Nr. 71; zdaje się wszakże, że właściwiéj jeszcze byłoby położyć datę 1210. Że granica Wielkopolski sięgała wówczas ku południowi do rz. Odry, na któréj ten dokument klasztorowi Lubiązkiemu wolną żeglugę przyznaje, dowodzą dokumenta Nr. 65 i 66.*

„ *745*, *Nr. 2024. Data tego dokumentu przypada pomiędzy latami 1223, t. j. zajęciem Ujścia przez Władysława Odonicza, a r. 1227, t. j. wyprawą Leszka Białego i Henryka Brodatego pod Nakło. Przypuszczamy, że nieznane dotąd zawarcie pokoju w Kcyni w dniu 30 Listopada, mogło nastąpić w blisko 2 miesiące po zajęciu Ujścia, które wypada na dzień 9 Października. (Cnfr. Bielowski, Monum. Pol. histor. II, p. 554; III, p. 7, i Roepell, Gesch. Pol. p. 424).*

FINIS TOMI III.